FACULTAD DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

UNIVERSIDAD DE GRANADA
DEPARTAMENTO DE H.ª DEL DERECHO

2? MAYO 1982

Universidad de Granada
Facultad de Derecho
Historia del Derecho
Estante N
Tabla 89
Número

124093464.

TAL REAL
B
50
79

UNIVERSIDAD DE GRANADA
DEPARTAMENTO DE Hª DEL DERECHO

24 MAYO 1982

R.66.587

(1)

# DE SCRIPTVRA PRIVATA

Tractatus Nouus, & Locupletiſsimus.

NICOLAO GENOVA PATAVINO

*I.C. CELEBERR. ATQVE PRAECLARISS. AVTHORE.*

*In Libros quinque diſtinctos.*

IN QVIBVS VNIVERSA SCRIPTVRARVM PRIVATARVM Materia quamplurimis quæſtionibus, prout ex earum elencho conſtabit, elegantiſſimè enodatur, atque explicatur.

*Omnibus Iuris Profeſſoribus, ac præſertim Procuratoribus, & Aduocatis, alijſque in foro verſantibus, apprime vtilis, ac neceſſarius.*

Ab eodem Authore, Tertia hac Editione, ſumma diligentia reuiſus, quampluribuſq; additamentis, & integris capitibus recenter adauctus, & illuſtratus.

*Cum duobus Indicibus, altero Quæſtionum, altero rerum, & verborum notabilium exuberantiſsimis.*

Cui quidem adiectus eſt alter eiuſdem Authoris aliàs euulgatus Tractatus, De Verbis Enunciatiuis, nunc etiam Tertia, & nouiſſima hac Editione poſt obitum Authoris, poſthumis Additionibus in eiuſdem ſchedis obiter repertis locupletatus, Opus pariter Iuris Vtriuſque Profeſſoribus, admodum vtile, ac perneceſſarium.




FACULTAD DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

VENETIIS, Apud Bertanos, M. DC. LXVIII.

*SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.*

# ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO MATTHÆO PRIOLO.

*NICOLAVS GENVA S. D.*

MEVM hoc Iuris priuati ſcriptum paucis ab hinc annis ex meis legalibus lucubrationibus natum, viri quidem publici, id eſt, vt ego interpretor, viri in omni ſcientiarum genere clariſſimi manuductione opus habebat, vt ad cuiuſque manum non ſine gloria aliqua, & admiratione potuiſſet transferri; iure ergo à me factum, Vir Illuſtriſſime, ſi dum de illo imprimendo cogitauerim, tibi fuiſſe dedicandum ſemper animo volutauerim meo, vt quod inter priuatos homines exiſteret, tua dignitate, aut virtute apud nationes omnes non priuatam mereretur laudem is enim es, qui ſolus & ſplendore Familiæ, & claritate ſanguinis res obſcuras, claras, priuatas, publicas valeas præſtare; Dedicationis præcipua hæc cauſa. Altera accedit non priori minor, quòd cùm plurimùm tuis crebris in me collatis beneficijs debeam, videor hac vna re, aliqua ex parte nonnullas magno tuo animo poſſe grates referre. Quod voueo igitur, rogo, vt accipias velut animi, cultuſque mei in te pignus, nihil enim habeo, quod pro ingentibus meritis rependam præter vota, & grates: quæ tibi magno, magnæ quoque res. Vale.

Dat. Patauij Kal. Ianuarias. M. DC. XV.

FACULTAD DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

# AVCTOR AD LECTOREM.

*CVM iuxta Platonis ſententiam, Lector beneuole, non mihi ſolum, ſed etiam Patriæ, amicis, & reliquis hominibus me natum intelligerem, multoties mecum cogitaui, qua potiſsimùm via, & ratione poſſem tùm de iuris vtriuſque ſtudioſiſsimis bene mereri, allquid in lucem emittendo, tùm certo aliquo argumento nomen meum ab obliuione vindicando, aliquando vixiſſe teſtatum relinquere. Cùm itaque in tanta librorum mole, quæ penes me eſt, paucisſimos viderem, qui de Scripturarum Priuatarum materia, quæ in quotidiana praxi verſatur, ea luce, ſplendore, & claritate diſceptarentur, quæ addiſcentibus eſt neceſſaria, non ab re alienum viſum fuit, quæcunque ad illarumdem materiam ex I.C. primariorum vterum, & recentiorum, & Hiſpanorum, Italorum, Gallorum, Germanorum, ac aliorum ſcriptis pertinere conſpicerem, ea ſparſim digeſta, breui volumine comprehendere. Id quod etiam diuino Numine, ſumma fœlicitate, maximaque animi mei lætitia ſum aſſecutus. Cùm enim opus ipſum iam tribus annis perfecerim, & in quinque libros pro maiori ſtudioſorum facilitate, ac vtilitate diſtinctum, illico Venetijs imprimendum curauerim; adeò in hominum manus fœliciter expetitum prodijt, ab omnibuſque receptum extitit, vt modico temporis interuallo, licet in Officina Spirenſi apud Heliam Kembachium Bibliopolam Anno D. 1613. in maxima copia proſtaret, à quamplurimis tamen in dies percontanter exoptaretur; Quò factum eſt, vt de tertia ipſius operis editione iterum Venetijs per Mag. Meietum fuerit cogitatum. Cùm autem de hoc certior factus eſſem opus ipſum vt maximè adauctum, quamplurimiſque additamentis, ſparſim ornatum, & integris Capitibus illuſtratum recuderetur, ac tertiò in lucem prodiret, volui. Opus igitur iam perfectum, Lector beneuole, eo, quo ſoles animi candore, accipito, ipſumque (ſicuti contingit de Tractatu meo de* ENVNCIATIVIS VERBIS *bis edito) boni conſulere ne graueris, vt ad maiora poſtea edenda, prout ſunt Conciliationes Cunctarum Legum, quæ in toto corpore Iuris Ciuilis adinuicem contrariari videbantur, in vnum corpus digeſtæ. Opus quidem nouum, delectabile, omnibuſque iuris profeſſoribus vtiliſsimum, atque neceſſarium. Animum mihi vix trigeſimum annum agenti facias. Interim hoc fruere, & Vale.*

DE

# DE NICOLAI IANVÆ

I. C. Patauini Diſertiſſimi Elaborato

## SCRIPTVRÆ PRIVATÆ TRACTATV.

### *ARSENII MERII I.V.D. PATAVINI*

*Epigramma ad Lectorem.*

IVſtitiæ veneranda Domus ſuffuſa tenebris
Manſerat obſcuris obliterata diù.
Pròh dolor! armorum cedebat viribus Æquum,
Perierat legum Gloria, Fama, Decus:
Subſidium tandem a Superis Aſtræa Virago
Obtinuit tantis commiſerata malis:
Ne ve iterum caderent,& ſolus terminus eſſet,
Quem Mundo æthereus Iuppiter ipſe tulit;
Ingenijs Hominum diuini Numinis auram
Contulit,ac Legum Dogmata clara dedit.
Quid,labor hos docuit,valeat Sapientia, Virtus,
Vtilitas Patriæ,feruidus Orbis Amor,
Nec modo difficiles indoctis pandere leges,
Ambigua & claro ſenſa aperire ſtylo,
Verum collecta ex præuaſto corpore Iuris,
Cæſarei æternis tradere Scripta Typis,
Contigit at paucis hæc Iuris Templa tueri.
Quorum poſt cineres optima Fama manet;
Primus in excelſis reſidet penetralibus Heros
Bartolus, hunc reliqui præpoſuere ducem:
Dynus,Alexander,Baldus, Speculator, Iaſon,
Caſtrenſis, Cynus, cumque Guidone Faber,
Decius,Hyppolitus,Salicetus, Ripa, Socini,
Imola,Cagnolus,Stirps Aretina, Crotus,
Atque alij, quotquot Scriptorum nomine pollent,
Tutantur Tectum, Caſtraque firma tenent.
Ianua ſola Domus tantæ indeffenſa manebat,
Et Foribus Cuſtos nec datus vllus erat.
En Ciuis Patauus properat, qui hæc pondera tollet,
Oſtia ſeruabit, Iuſtitiamque colet.
Ianua quid mirum? celebre eſt Cognomen eidem,
Cur non danda ſibi Ianua, Tecta, Domus?
Vidit vt intactam Scripturæ in iure priuatæ
Materiam merſam fluctibus Oceani:
Extemplò Noſtrum miro ſuccenſus amore
Condignam calamo cenſuit eſſe ſuo.
Ex Silice attrito Studioſis flamma paratur,
Sic lux ingenijs iſte Libellus erit.
Hoc opus, inuidia expulſa, iam ſuſcipe Lector,
Inuenies ſtudijs plurima digna tuis.

# ALLA CITTA DI PADOVA,

## Del Molto Illuſtre, & Eccellentiſs. Signor

## GIO: MARIA AVANZO.

### SONETTO.

SE Genti corron quà da Perſi, e Parthi
Anzi da Climi ignoti à noſtri Regi
Per veder le ſcienze co i bei fregi
Del Diadema Real le chiome ornarti.
Ben è ragion, che tu gloria dell'Arti
Che tu ſplendor delle virtù ti pregi
D'anco arricchir il Mondo de i più egregi
De i più d'ogn'altra glorioſi parti.
Ma trà i ſublimi è qual mai non ci deſti
Al GENEVA, al cui par non ſia, che vegna
Qualunque Roma, anzi tu ſteſſa haueſti
Ne al ſuo Nerua, ò al tuo Paolo così degna
Lode ſi diè, che ſol imberbe queſti
Con canuto valor le leggi inſegna,

## Del Magnifico, & Eccellentiſsimo Signor

## LEONIDA TVRRICELLE.

### SONETTO.

NOVEL Prometeo alle più eccelſe cime,
La doue il gran Pianeta alluma, e ſplende
Sormonta altero, e toſto in terra ſcende
Carco di nobil preda, e ſpoglie opime.
Nouello Atlante il graue pondo imprime
Su'l dorſo sì, che chi ben l'occhio intende
Stima il douer, s'à queſt'hoggi ſi rende
Il primo honor, ſi dan le lodi prime.
Nouello Alcide à ſoggiogar' i moſtri
Poco li par, che di più degne impreſe
Buon vincitor fà, che l'adora il Mondo.
Nicolò ſe tu chiaro hoggi tu moſtri
Prometheo, Atlante, Alcide, il Ciel corteſe
Ti ſia, qual merti, a'l tuo voler ſecondo.

# TABVLA CAPITVM,

## Quæ in hoc opere continentur.

*Capita Libri Primi.*


1 Quid ſit Scriptura priuata? pag. 1
2 Quotuplex ſit? 2
3 Quo iure ſcripturę priuatæ fides fuerit adinuenta. ead.
4 An ſcriptura priuata in genere ſumpta probet. 2
5 An ſcriptura priuata inſtrumenti appellatione contineatur. 21
6 An ſctiptura priuata de archiuio publico ſumpta fidem faciat. 23
7 An ſcriptura priuata ad ſui validitatem requirat de neceſſitate diem, & annum. 24
8 An falſificans ſcripturam priuatam falſi pęna puniatur. 26
9 Occultans, ſurripiens, corrumpens, abradens, lacerans, & comburrens ſcripturam priuatam, an & quando pęna falſi puniatur. 29
10 Falſitas, an, & quando præſumatur ex Apoſtilla, ſeu additione reperta in ſcriptura priuata. 31
11 Falſitatis præſumptio, an, & quando oriatur ex cancellatione reperta in ſcriptura priuata. 33
12 Præſumptio falſitatis, an oriatur ex interlineatione facta in ſcriptura priuata. 34
13 Præſumptio falſitatis an oriatur ex abraſione ſcripturæ priuatæ. 35
14 Præſumptio falſitatis an oriatur ex diuerſitate manus in ſcriptura priuata. 37
15 Præſumptio falſitatis, an oriatur ex contrarietate, & repugnantia ſcripturam priuatam. 38
16 De pluribus alijs, ac diuerſis præſumptionibus falſitatis reſultantibus ex ſcriptura priuata. 39
17 Diuiſio bonorum, an per ſcripturam priuatam probari poſſit. 43
18 Dominium, an per ſcripturam priuatam probari poſſit. ibid.
19 Emancipatio, an probari poſſit per ſcripturam priuatam. ead.
20 Hypotheca, an oriatur ex ſcriptura priuata, veluti apodyſſa. 44
21 An ſcriptura priuata manu presbyteri conſcriptam fidem faciat. ibid.
22 An ſcripturæ priuatæ defuncti magis credatur quam viuentis. 45
23 Quid ſit Laudimium fuerit promiſſum in ſcriptura priuata qualiter agatur. ibid.
24 Recognitio ſcripturæ priuatę qualiter fieri debeat. ibid.
25 Delictum, an probetur per ſcripturam priuatam. 46
26 Exemplum ſcripturæ priuatæ an probet. 48
27 L. ſcripturas, C. qui potiores in pignor. habeantur tribus concluſionibus enodatur. 53


*Capita Libri Secundi.*


1 De Apocha manu debitoris conſcripta. 61
2 De Apocha manu debitoris conſcripta. 77
3 De apocha manu tertij conſcripta. 79


*Capita Libri Tertij.*


1 De Epiſtola in genere, an, & quando fidem facit. pag. 86.
2 An litteras alienas aperiens pœna falſi puniatur. 96
3 An falſificans litteras alienas pæna falſi puniatur. 100
4 Diſpoſitio, l. ſi filius familias, ff. ad Maced. an locum habeat in criminalibus. 101
5 An inter abſentes, per epiſtolam fideiuſſores validè obligentur. 103
6 Emptio, ac venditio, an per epiſtolam celebrari poſſit. 104
7 Societas, an iniri poſſit per epiſtolam. 105
8 Locatio, & conductio, an per epiſtolam celebrari poſſit. ibid.
9 Depoſitum, an per epiſtolam probari poſſit. ibid.
10 Ceſſio iurium, & actionum, an per epiſtolam fieri poſſit. 106
11 Pactum an per epiſtolam confici poſſit. ead.
12 Donatio inter viuos, an per epiſtolam celebrari poſſit. 107
13 Donatio cauſa mortis, an per epiſtolam celebrari queat inter abſentes. 108
14 Mandatum, ſiue conſtitutio procuratoris, an per epiſtolam fieri poſſit. 109
15 Conſtitutum, an per epiſtolam celebrari poſſit. 110
16 Curator ad lites an per epiſtolam conſtitui poſſit. ead.
17 Compromiſſum inter abſentes an per epiſtolam celebrari poſſit. 111
18 Feudum an per epiſtolam relinqui poſſit. ead.
19 Contractus emphyteuticus, an per epiſtolam celebrari poſſit. 112
20 Aditio hæreditatis an per epiſtolam fieri poſſit. ibid.
21 Hæreditas alicuius, an per epiſtolam recuſari poſſit. 113
22 Fideicommiſſum per epiſtolam relinqui poſſit. ibid.
23 Legatum an per epiſtolam relinqui poſſit. 114
24 Codicilli, an celebrari poſſit per epiſtolam. ibid.
25 Libertas an per epiſtolam dari poſſit. ead.
26 Præſentatio facta, an prono per literas valeat. ead.
27 Ius patronatus alicuius beneficijs an per epiſtolam probari poſſit. ead.
28 Conſenſus alicuius an per epiſtolam probari poſſit. ead.
26 Collatio beneficij facta abſenti, quid operetur antequam ille acceptet, & an valeat abſq; epiſtola. ead.
30 Sponſalia, an per epiſtolam celebrari poſſint. ead.
31 Matrimonium, an per epiſtolam contrahi poſſit. 116
32 Dotis contractus, an per epiſtolam celebrari poſſit. 117
33 An conſanguinitas, ſiue neceſſitudo per epiſtolam probari poſſit. ead.
34 Ciuilitas, an probetur per epiſtolam. 121
35 Ceſſio bonorum per debitorem inopem, an per epiſt. fieri poſſit in abſentia ſuorum creditorum. ead.
36 De litteris cambij in genere, an probent. 122
37 Contra quem ſit dirigenda actio, litteris cambij caſu amiſsis ad petendam pecuniam in illis contentam. 128
38 An pro litteris cambij competat regulariter priuilegium hypothecæ. 129
39 An ex litteris cambij probatio aliqua contra tertium oriatur. ibid.
40 Quomodo creditori cambij ſubueniendum contra debitorem moroſum. 129


41 Quæ-

41 Quænam actio pro litteris cambij concedatur. 130
42 Litteræ Cambij, an de iure paratam exequutionem habeant. ead.
43 Quædam notabilia in materia litterarum Cambij. 131
44 De litteris credentialibus. 132
45 De litteris comendatitijs. 134
46 De litteris amatorijs. 135
47 De epiſtola exhortatiua. 135
48 De litteris onerarijs, ſeu de porto. 136
49 De litteris officioſis, ſeu reuerentialibus. ead.
50 De litteris Teſtimonialibus. ead.
51 De litteris legalitatis. 137
52 De litteris inducialibus, ſeu moratorijs. ead.
53 Dilatio conceſſa principali debitori ad ſoluendum medio litterarum inducialium, an proſit ſuis fideiuſſoribus in ſupplicatione non nominatis. 141
54 Aliæ quæſtiones de earumdem litterarum materia. 142
55 De Annalibus, & quinquennalibus dilationibus. 142
56 De litteris Apoſtolicis. 144
57 De litteris Epiſcopi, ſeu cuiuslibet alterius iudicis ordinarij. 146
58 De litteris Imperatoris, Regis, vel alterius Principis. 150


*Capita Libri Quarti.*


1 De libris Rationum. 152
2 De fide libri Rationum tàm pro actore illum producente, quam contra ſe. 162
3 De Connexis. 165
4 De ſeparatis. 166
5 De libris dominorum contra ruſticos. 168
6 De libro factoris contra dominum. 168
7 De libris tutorum, curatorum, ac ſimilium perſonarum. 169
8 De libro adminiſtratoris. 171
9 De libro Patroni Nauis. 172
10 De libris proxenetarum, ſeu mediatorum. 172
51 De libro rationum inſtitoris. 173
12 De libris rationum ſocietatis. 179
13 De libris rationum officialis. 182
14 De libris argentariorum, ſeu nummulariorum. 184
15 De libris rationum Gabellarij. 191
16 De libris theſaurariorum. 192
17 De libris maſſariorum alicuius Villæ. 193
18 De libris deganeorum. ead.
19 De libris fiſcalibus. ead.
20 De libro ſalis. 194
21 De libris mercatorum. ead.
22 An liber rationum mercatoris pro ſcribente, fidem faciat. 200
23 Liber rationum mercatoris, an contra eum probet. 202
24 An liber mercatoris pro tertio contra tertium fidem faciat. ibid.
25 An mercatóres noſtri temporis teneantur edere ſuorum libros rationum, ad fundandam intentionem actoris. 205
26 De libro campſoris, ſeu bancherij. 208
27 De libris vſurarij. 209
28 De libris Hebræorum. 211
26 De libris aromatariorum. 212
31 De libro matriculæ Scholarium. ibid.
31 De libris ſindicorum alicuius Ciuitatis. ead.
32 De libro Camerarij alicuius Vniuerſitatis. ead.
33 De libro Ciuitatis, vel Municipij. 213


*Capita Libri Quinti.*


1 De libris rationum in archiuio publico repertis. pag. 214
2 De libris Monaſterij. 216
3 De libro capituli alicuius Eccleſiæ, vel Monaſterij. 220
4 De libro Hoſpitalis. ead.
5 De libris Confraternitatis diſciplinatorum. ead.
6 De libris Cathedralis Eccleſiæ. ead.
7 De libris Plebanorum per multæ quæſtiones. ead.
8 De libris Viſitationum. 222
9 De libris Chronicorum. ead.
10 De libris Canonicorum. ead.
11 De libris Cameræ Apoſtolicæ. 223
12 De libris Prælatorum. ibid.
13 De libro regiſtri. ead.
14 An liber æſtimi probet. ibid.
15 An per librum æſtimi dominium probetur. 225
16 An per eumdem probetur poſſeſſio. 226
17 An per eumdem probetur æſtimatio rei. 227
18 An per eumdem quem non eſſe ſoluendo probetur. 228
19 An per eumdem probetur cenſus. 229
20 An per eumdem probetur primum extremum in Saluiano interdicto. ead.
21 An per eumdem probetur ſocietas. ead.
22 Et diuiſio bonorum. ibid.
23 Notabilia quædam in materia librorum rationis. 230
24 Regulæ quædam in materia lib. mercatorum. 231
25 De libris Annalium, & Hiſtoriarum. ead.
26 De libro Principis. 232
27 De libris Collegiorum, & tribuum. ead.
28 De libris alicuius Magiſtratus, ſeu Senatus. ead.
20 De libris iudicialibus. ead.
30 De libris Feudalibus. ead.
31 De libris Collectarum. ead.
32 De libro Datariæ. 286
33 Folium album quando valeat, & obliget, vel non. ead.
34 De giornali, ſeu libro Diario. 233
35 De Scartafacijs, ſeu memorialibus. ibid.
36 Bulletinum, quod fit pro peſte, an probet. 234


F I N I S.

# DE SCRIPTVRA PRIVATA TRACTATVS NICOLAI DE PASSERIBVS A IANVA I. C. PATAVINI

## LIBER PRIMVS.

### Quid ſit ſcriptura priuata.

### QVÆSTIO PRIMA.

*SVMMARIVM.*

*mnis noſtra inſtitutio debet à definitione proficiſci.*
*finitio naturam rei, atque poteſtatem demonſtrat.*
*iuata ſcriptura definitur per Innocentium.*
*iter per Iodoc. Damhouder.*
*iter per Hippol. de Marſil.*
*ijs quoque modis per D. Scacciam, & alios.*

VEtus inoleuit conſuetudo, vt qui longiori ſermone aliquid ſibi pertractandum ſumpſerunt, ante omnia Ciceronis illud tritum axioma, in primo de Officijs, præponere ſoleant: omnem noſtram inſtitutionem à definitione debere proficiſci, vt ſciatur, quid ſit il-d, de quo diſputetur. Quod pronunciatum nobis viliſ-num, in præſentiarum amplectendum fore ſumus arbi-ati. Definitio namq; cum rei naturam vim, atque pote-atem demonſtret, vt ex *Phil. 7. Metaph. quem refert Ac-urſ. in l. omnis diffinitio, de reg. iur.* profecto diſpicere non oterimus, de quo non ſimus verba facturi, niſi a de-nitione ipſius ſcripturæ priuatæ exordium ſumpſeri-ius.

Et igitur ſcriptura priuata, ſi tamen rectè definiri po-ſt, il la, quæ fit à non publicis perſonis, & non habet per authoritatem, niſi aduerſarius eam confiteatur, vel niſi er collationem, & comparationem alterius ſcripturæ, ıbſcriptionis ipſiuſmet aduerſarij, & teſtium, qui ſub-cripſerunt, probetur contrarium. Sic præciſè docuit *In-oc. in cap. 1. de fide inſtrum.* ſequutus eſt ex recentioribus *Maſc. de prob. concl. ſua 6. n. 79. Addo P. Rebuff. in ſuo trac. de Chirograph. & cedul. recognitione, num. 2.* vbi docuit, ſcripturam priuatam eſſe illam, quæ non eſt publica, ſed a priuatis perſonis, ideſt non publicis confecta, & ſubijcit etiam ſub *n. 3.* quod ſcriptura iudicis, etiamſi habeat teſtes inſcriptos, cenſetur priuata, quia ſcribere non eſt iudicum officium, ſed tabellionum, & latius vt per eum videndus idem ſub n. ſeq.

4 Aliter ipſam deſcribit Iodoc. Damhouder. in ſua praxi rerum *ciuil. cap. 175. num. 1. dicens*: quod priuata ſcriptura eſt illa, quam aliquis propria manu conſcripſit, & ſubſignauit ſuo ſigillo manuali conſuetudo, aut quam ſuo ſigillo ſigillauit.

5 Adde ſcripturam priuatam dici quoq; illam, quæ non ſolum ſcribitur, ſeu ſubſcribitur a priuato, ſed etiam quæ eſt ſubſcripta à Notario tanquam priuato, & ſic non habet publicam formam, ſed ſolum habet ſubſcriptionem ab ipſo Notario tamquam à perſona priuata. Sic poſt Nonnullos relatos docuit eleganter *Hippol, de Marſil. in repet. Rubricæ, C. de probat. n. 303.*

6 Alijs etiam modis ipſam deſcribit *doctiſſim. Scacc. de Iud. cauſ. ciuil. ac crim. lib. 2. c. 11. num. 1172. ipſum conſulas. Adeundi quoq. D. Herman. Meyrerus de pignor. & Hypoth. in primis numeris, & Illuſtriſſ. D. Card. Tuſc. concl. ſua 74. a n. 19. vſque in finem, in litt. S,* vbi multa in hoc propoſito adinuenies. Sat loca indicaſſe.

### Quotuplex ſit Scriptura priuata.

### QVÆSTIO II.

*SVMMARIVM.*

1 *Triplex eſt ſpecie ſcripturæ priuatæ.*
2 *Definitur apocha.*
3 *Item Antapocha.*

4 *Syngrapha quid ſit,*
5 *Liber rationum quid ſit,* } *explicatur.*
6 *Epiſtola quid ſit,*

VIſo quid ſit ſcriptura priuata, videndum modo quotuplex ſit cum enim ipſius nomen ſit generale, eandem plures ſub ſe continere ſpecies, apertè conſequitur, *ad not.per Doct.in Rubr.C.de probat. & per Canon. in rubr. eodem.*

1 Triplicem autem ipſius eſſe ſpeciem, videlicet Apocham, ſeu Antapocham, vel Syngrapham, librum rationum, & epiſtolam, communiter ab omnibus receptum eſt. Si enim præcisè docet *Bart.in Auth. Et ſi contractus, n.7.C.de fide inſtrum.& n.12.in l.admonendi, n.25. de iureiur.Sequitur Iaſ.ibid.n.87.Petr.de Ptolom.n.59. 60. & 61. Caccialup.n.53.Cur.Iun. n.106.* licet addat quartam, quæ tamen ſub prima comprehenditur.*Lanfran.de Orian.num. 48.Purpur.n.158 Schrader.nu.254. Ioachim. Beuſt.n.940. & communiter ibi DD. Addo Patr.Rebuf.in conſt.Reg.trac. de Chirograph.Cedul.in præfatione, n.13.& Maſc. concl.ſua 6.num.26.videndus quoque Lanfran. de Orian. in ſuo tract. de fidei inſtrum.num.54.Et eruditiſſimus Scacc.lib.2. de iudic.cauſar.ciuil.c.1.num.966.* vbi infinitos concordantes deducit, & *num.1173.adnectendus etiam D.Petr.Gilken.in l. inſtrumenta, num.3. C.de probat. & Rulanth.d.cap.11.numer.fin.*

2 Apocha priori loco, quæ alio nomine dicitur, Apodiſſa, nihil aliud eſt, quam ſcriptura facta a creditore debitori data, qua ſibi ab ipſomet debitore reſolutionem factam eſſe profitetur, & vocatur Latino nomine receptio, *tex.eſt in l.fin.§.Titius,ff.de cond.indeb.in l. qui tabernas, §. apoch.de furt.in l.plures Apochis,C.de fid.inſtr.& in Auth. ſi quis vult caute deponere, C.qui potior. Sequitur poſt alios D.Philip.Maſſin.in l.1.C.de edend.n.18.*

3 Antapocha autem ſecundo loco eſt illa, quæ fit à debitore, & creditori datur, qua ſolutio ipſius pecuniæ continetur, & hæc proprio nomine dicitur Schedula, ſiue chirographum, quo debitor fatetur ſe debere creditori, aut quo ipſemet debitor ſe obligat. Sic præcise Accurſ. inter cæteros, in d. l. plures Apochis, vt latè de hoc verbo Antapocha, ſequitur Rip.in *d.l.admonen. n.95. Coraſ.in 2.p. repetitionum n.45.Addo Maſſimium in d.l.1.n.19.& Oldendorpium de executorib.vltim.volunt. tit.7. n.23.*

Hoc vnum aduerte in hac materia Antapochæ, quod de iure: ſicuti creditor tenetur facere debitori ſoluenti apocham ſolucionis, ita è contra debitor creditor facere vnam Antepocham, in qua contineatur ſe ſoluiſſe debitum ipſimet creditori, quod eſt neceſſarium in annuis, vel menſtruis debitis, *tex.de hoc eſt apertiſſimus in d. l. plures Apochis C.de fid.inſtrum. ſequuntur DD. ibid. & precipuè Bald.* vbi latè diſcurrit de ſupradicta materia; iure merito autem dixi, (de iure) hoc enim apud nos minimè practicatur.

4 Syngrapha vero tertio loco dicitur illa, quæ à plurib. qui in alicuius rei fidem paciſcuntur ſcripta eſt. Sic præcisè Coraſ.citato loco. Latius autem de ſupradictis nominibus, & præcipuè de Chirographo diſcurrit *P.Rebuff. d.ſuo tract.n.13.cum pluribus ſeq.vide per eum.*

5 Secunda principalis ſpecies ſcripturæ priuatæ eſt liber rationum, & eſt ille, quem quilibet ſua ſponte ſibi confecit.

6 Vltima vero eſt epiſtola, quæ alicui mittitur, de quibus omnibus particulari tractatu diſſerendum eſt.

---

## Quo iure ſcripturæ priuatæ fides fuerit adinuenta.

## QVÆSTIO III.

*SVMMMRIVM.*

1 *Scriptura priuata eodem iure fuit introducta, quo inſtrumentum.*
2 *Ratio.*
3 *Quo iure inſtrumentum fuit introductum, maximopere torſerunt ſcribentes, & n.4.*
5 *Nonnulli ſanſerunt eam introductum fuiſſe in iure Diuino.*
6 *Alij iure Naturali.*
7 *Plerique vero alij iure Ciuili.*
8 *Videndi Maſſinius, & Rutgerus Rulanth.*

1 SCripturam priuatam eodemmet iure, quo fides inſtrumentorum fuit ad inuenta, introductam eſſe mea quidem eſt ſententia. Nec ſane mirum.

2 Ipſa enim recognita, & ipſum inſtrumentum paria iudicantur. Quinimo appellatione inſtrumenti continetur, quidquid enim cauſam inſtruit, proculdubio inſtrumenti nomine comprehenditur, vulgata *leg.1, de fide iuſtrum.* & latius infrà ſuo loco.

3 Sed quo iure ipſorum inſtrumentorum fides fuerit introductam.

4 In hac autem difficultate, non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia.

5 Nonnulli enim eam iure Diuino fuiſſe introductam opinati ſunt moti per textum Ieremiæ, c.32.

6 Alij ſecundo loco eamdem fuiſſe iure naturali ad inuentam cenſuere, inter quos *Phil.Maſſin.ad l.1. num.6. C. de eden.*

7 Plerique vero alij eamdem fuiſſe contra ius gentium à iure ciuili repertam autumarunt.

8 Videndi inter ceteros Maſſin.præcitato loco, & doctiſſimus *Rutgerus Rulant.de commiſſionib.lib.5.cap.1.* in primis numeris, vbi de hoc eleganter ſatis.

---

## An ſcriptura priuata in genere ſumpta probet?

## QVÆSTIO IV.

*SVMMARIVM.*

1 *Scriptura priuata plenam probationem minimè inducit.*
2 *Maximè quando non continet veriſimilia, quod quidem procedit etiam in inſtrumento publico.*
3 *Item quando non eſt aliquo pacto recognita.*
4 *Vel iuſtificata, & quando caret ſubſcriptione.*
5 *Scriptura priuata tunc præcipuè non probat, quando refert ſe ad aliam, quæ tamen non exhibeatur.*
6 *Inſtrumentum publicum mentionem faciens de alio, cuius tamen non fiat exhibitio, nil probat.*
7 *Scriptura priuata tunc particulariter minimè probat, cum agitur de præiudicio tertij.*
8 *Creditor poſterior habens hypothecam publicam, ideſt fundatam ſuper inſtrumento publico, præfertur creditori habenti priuatam licet anteriorem.*
9 *Ratio.*

10 Fallit,& num.11.

12 Priuata ſcriptura tunc minimè probat, cum agitur de probanda morte alicuius.

13 Item cum factum alienum enunciatur.

14 Item cum agitur de præſcriptione interrumpenda.

15 Similiter cum tractatur de probanda ſolutione.

16 Item quando ipſa eſt producta in iudicio non citata parte.

17 Scriptura priuata minimè probat, & licet multæ eſſent, & ſimul iunctæ.

18 Item plenè minimè probat, licet confecta fuerit manu Notarij, ſi tamen non habeat ſolemnia ad ſcripturam publicam attinentia.

19 Scriptura etiam facta ab Epiſcopo dicitur priuata.

20 Supremus Princeps minimè facere poteſt, vt ipſi ſcripturæ priuatæ plena fides adhibeatur.

21 Limita,num.22.& 23.

24 Scriptura priuata nec etiam plenè probat, quoad vtilitatem fiſci,& num.25.

26 Fiſcus in dubio vtitur iure priuati.

27 Quin etiam videtur ipſomet priuato peioris conditionis.

28 Scriptura priuata,nec etiam plenam probationem inducit, licet agatur de fauore piæ cauſæ.

29 Fundamentum pro hac opinione,& num.30.& 31.

32 Scriptura priuata, nec etiam plenè probat, interueniente partium voluntate, quod ipſi plena fides adhibeatur.

33 Partium conuentione induci minimè poteſt,vt ſtetur priuatæ ſcripturæ alterius partis, vel alterius tertij.

34 Contrarium multi.

35 Et hanc ſequitur Author.

36 Priuata ſcriptura quod non probet, inductum eſt in fauorem partium.

37 Partes debent poſſe fauori ſuo renunciare.

38 Teſtis alias inhabilis poteſt conſenſu partium validari.

39 Atteſtationes inualidæ; factæ ſcilicet tempore feriarum poſſunt ratificari conſenſu partium.

40 Semiplena probatio ex conuentione partium poteſt effici plena.

41 Sententia nulla poteſt ipſarum partium conſenſu effici valida.

42 Valet pactum initum à partibus, quod ſtetur dicto alicuius teſtis etiam non iurati.

43 Item quod ſtetur dicto vnius tantum teſtis, & quod vnus plenè probat inter eos.

44 Statutum, ſeu conſuetudo, per quod priuatæ credatur ſcripturæ,valet.

45 Plus poſſunt partes in re propria, & ad earum præiudicium quam ſtatutum.

46 Conuentio inita à partibus, vt ſcriptura priuata in vim publici valeat documenti,valet,& tenet.

47 Contrarium multi.

48 Auctor diuerſas has duas Doctorum opiniones fędere diſtinctionis conciliare conatur,& num.49.& 50.cum quatuor ſequentibus.

55 Scriptura priuata, nec etiam ſemiplenè probat ex Communi.

56 Contra multi.

57 Perpenditur text.in l.inſtrumenta domeſtica, C.de probationibus,& num.58.59.& 60. explicatur nu.62.63.64.65.cum tribus ſeqq.

61 Prior vti communis retinetur,& num.69.

70 Scriptura priuata plenè probat,ſi ſit inter partes longo tempore obſeruata.

71 Exemplum.

72 Cuiuslibet ſcripturæ defectus, propter longis temporis,obſeruantiam ſanatur.

73 Obſeruantia longi temporis facit, vt inſtrumento alias minus ſolemni,& inualide plena fides adhibeatur.

74 Nec eſt opus,quod dicta obſeruantia longiſſimi temporis extiterit.

75 Et aduerte, quod in hoc caſu nedum oritur fides inter partes,ſed etiam contra tertium.

76 Scriptura priuata plenè probat, cum agitur de modica ſumma,& hoc præcipuè procedit in antiquis.

77 Scriptura priuata plenè probat, quando recipit aliquod fomentum,vel ſupplementum,ex quo fiat authentica, & eſt ſuffulta adminiculis.

78 In omni cauſa tàm ciuili,quàm criminali, ex pluribus indicijs,ac præſumptionibus, plena, ac perfecta inducitur probatio.

79 Adminicula, quibus priuata ſcriptura corroboratur, quæ poſſint eſſe,& ſoleant,afferuntur,& n.80.81.82. & 83.

84 Priuata ſcriptura plenè probat, quando is,contra quem ipſa producitur eam ſua manu confectam diffiteri minimè veretur.

85 Ratio.

86 Scriptura priuata à debitore, vt ita dicam, confeſſata, contra eum plenè probat,licet in ea contenta eſſe vera, poſtea negauerit.

87 Et eſt veriſſima cōcluſio, quidquid nonnulli aliter ſenſerint.

88 Pulchra doctrina Cæphal.conſil.ſuo 686. in 1.dubio volum. 5.deducitur.

89 Quid ſi debitor interrogatus, faſſus fuerit ſcripturam illam priuatam à ſe fuiſſe confectam cæterum quantitatem in ea contentam ſe ſoluiſſe,an ſtante iam dicta confeſſione ſic qualificata,contra eum agi poſſit? dubitatur.

90 Negatiuam tenet Cl.Menochius,& P.Mala.

91 Fundamentum Malæ,& num.92. —

93 Contrarium tenet Author.

94 Rationes,quibus mouetur,& n.95.96.97. 98. & 99.

100 Fundamentum malè reſoluitur, & numer.101.102.103. 104.& 105.

106 Priuata ſcriptura tunc demùm contra confitentem plenè probat ſi cauſa in ipſa inſerta ſit.

107 Fallit autem hoc, quando adeſſet iuramentum, nam tunc probaret, etſi in ea dicta cauſa non eſſet repoſita.

108 Priuata ſcriptura probat contra confitentem, etſi agatur de crimine probando, pęnaque pro ipſo imponenda, & de eo, qui faſſus quidem ſit apocam fuiſſe eius manu ſcriptam,verum contenta in ea minimè veritatem continere, excuſans ſe quod ita ſcripſit ioco, & otioſè gratia experiundi calamum.

109 Priuata ſcriptura contra confitentem plenè probat, licet ipſamet aliena manu de eius tamen voluntate ſcripta fuerit.

110 Ratio.

111 Opinio Imol. & ſequacium,in cap.ſi cautio. de fide inſtrument.improbatur.

112 Priuata ſcriptura contra confitentem plenè probat licet abſq.ſolemnibus requiſitis facta produceretur.

133 Et aduerte quod non ſolum probat contra ipſummet confitentem,ſed etiam contra eius ſucceſſores, & aduerte quod non ſolum probat contra ipſummet confitentem,ſed etiam contra eius ſucceſſores,& hæredes. Item contra habentes ab eo cauſam,num.115.

114 Quidquid ſenſerint nonnulli.

116 Pulchra quæſtio reſoluitur,ibidem.

117 Debitor ſcripturam priuatam a ſe confectam ſemel faſſus, contra iſtam ſuam confeſſionem amplius venire nō poteſt.

118 Quinimo nec ad appellandum admitti poterit, ſi in ſecunda inſtantia confeſſionem illam ſuam quodammodo voluerit reuocare.

119 Ratio,& num.120.

121 Scriptura priuata a debitore confeſſata contra ipſum non habet exequutionem paratam,latè ibi.

122 Scriptura priuata plenò probat contra ſcribentem.

123 Ratio.

124 Amplia, & num.128. & 129. cum ſequentibus, vſque ad 142.

125 Declara, vt num. 126.
127 Quomodo iſthæc ampliatio differat à ſuperiori, explicatur.
142 An ſcriptura priuata pro ſcribente fidem faciat? dubitatur.
Concluſio ſit pro negatiua, amplia ibidem, etiamſi ſcribens iuraſſet.
Ratio, ibidem.
143 Scriptura priuata etiam in fauorem ſcribentis probat, quando continet veriſimilia.
144 Amplia.
145 Scriptura priuata probat etiam proſcribente, quando a contraria parte approbaretur.
146 Item quando pars aduerſæ confeſſa eſt, ſcribentem fuiſſe dignum, vt ipſi fides adhiberetur.
147 Sed diſtingue, & num. 148. 149. & 150.
151 Scriptura priuata plenè probat contra producente.
152 Et præcipuè quando producit ipſam in iudicio.
153 Scriptura computi contra ipſum producentem plenè probat.
154 Amplia ex Alex. & Pariſ. prout ibi, & 155.
156 Producens priuatam ſcripturam in iudicio nedum eis, quæ in ipſius ſcripturæ fronte anotata ſunt.
Stare compellitur, verum etiam illis, quæ à tergo reperiuntur.
157 Producens chirographum tenetur illi ſtare etiam in his, quæ contra ipſum faciunt.
158 Et ſi produxiſſet cum proteſtatione, quod ipſum dumtaxat produxit in parte, & partibus pro ſe facientibus.
159 Amplia hoc procedere, etiamſi ſcriptura producta non ſit ſolemnis.
160 Notabile quoddam deducitur.
161 Scriptura priuata plenè probat quando reperitur penes debitorem.
Ratio, ibidem.
162 Declara.
163 Chirographum penes debitorem repertum, ſed cancellatum, probat ſolutionem de eo factam fuiſſe.
164 Pulchra quæſtio proponitur.
165 Scriptura priuata plenè probat, quando per ſententiam ſuperioris Iudicis, vel Principis fuiſſet ſemel approbata.
Item probat, quando ſolo Principis iuſſu fuit conſcripta, ibidem.
166 Item quando in actis iudicij eſt reperta.
167 Declara.
168 Notarij atteſtatio vim habet ſubſcriptionis teſtium.
169 Scriptura priuata plenè probat in fauorem mulieris producentis ſcripturam mariti, in qua ſcriptum ſit nonnullas res eſſe paraphernales, num. 170.
171 Declara, & num. 172.
173 Scriptura priuata plenè probat in his, quæ dependens à propria partium voluntate.
174 Scartafacium probat etiam intentionem ſcribentis.
175 Priuata ſcriptura declarat præcisè voluntatem teſtatoris.
176 Limita.
177 Scriptura priuata plenè probat, quando eſt ſcripta in preſentia Iudicis ordinarij loci, in quo ſcripta, & ditata fuit.
178 Ratio.
179 Declara ex Maſcardo.
180 Scriptura priuata tutoris probat debitorem ſoluiße etiam contra pupillum.
181 Confeſſio tutoris, vel curatoris, an fidem faciat de recepto in præiudicium pupilli, vide Maſcardum remiſſiuè.
182 Scriptura priuata plenè probat debitum contra ſuſpectum de fuga.
183 Ratio.
184 Scriptura priuata omnium quidem conſenſu approbata fidem facit.
185 Scriptura priuatam plenam fidem faciat, quando in ipſa continetur aliquid, quod in ſpecie officium ipſius ſcribentis reſpiciat, exemplum, ibidem.
186 Item probat, quando ſumus inter liberos.
187 Scriptura priuata plenè probat in lapidibus monumentorum.
188 Declara.
189 Item in lapidibus, & columnis antiquis.
190 Ius patronatus probatur ex litteris antiquis ſcriptis in campanili.
191 Priuata ſcriptura itidem probat in muris, ac parietibus.
192 Probatio, quæ oritur in his caſibus, eſt plena, non autem ſemiplena.
193 Ratio.
194 Amplia, & num. 195. & 196. vbi Doctores remiſſiuè de hac materia.
197 Scriptura priuata plenè probat, quando producitur coram arbitratore poteſtatem habent procedendi de facto, & ſola facti veritate inſpecta.
198 Ratio.
199 Declara.
200 Scriptura priuata plenè probat, quando in loco, in quo fuit confecta, viget conſuetudo, vel ſtatutum; quod ipſi plena fides adhibeatur, prout eſt Venetijs, & Patauij.
102 Nota tamen, quod iſta conſuetudo deberet eſſe præſcripta, & probari per allegantem.
202 Item quod talis ſcriptura vbique terrarum fidem faceret.
203 Ratio.
204 Statutum, quod priuatæ ſcripturæ plena fides adhibeatur, an valeat, & teneat, vide Alexand. remiſſiuè.
205 Scriptura priuata plenè probat, quando eſt ſcripta manu debitoris, & habet ſubſcriptionem trium teſtium.
206 Quorum quidem teſtium recognitione opus eſt.
207 Scriptura priuata patris quo ad probandam ætatem filij ſui, vtiq; probat, vide tamen Doct. remiſſiuè.
208 Scriptura priuata plenè probat, quando eſt ſubſcripta, & ſigillo Principis, vel alicuius Communitatis, Amplia ex Deciano, ibid.
209 Scriptura priuata ipſius Principis vicem legis obtinet quod intellige, vt ibi.
210 Scriptura priuata plenè probat, parte contraria.
211 Copia inſtrumenti minus ſolemnis fidem facit, parte ipſa non opponente; Contra quam producitur minimè opponente.
212 Teſtis aliàs minimè idoneus ad teſtificandum admittitur, parte contra eius perſonam, & dictum minimè opponente.
213 Non licet examinare alios teſtes ſuper eiſdem capitulis, vel alijs, poſt publicata dicta teſtium prius examinatorum.
214 Fallit parte contraria minimè opponente.
215 Iudicium ſuis ſubſtantialibus carens, tenet parte contraria minimè opponente.
216 Inſtrumentum mandati non legitimi tenet, parte contraria ſimiliter non reluctante.
217 Alia de hac materia per Crauett. remiſsiuè, & numer. 218. vbi ad ſupra dicta affertur declaratio, ex ipſius ſententia.
219 Scriptura priuata plenè probat, quando a parte contra quam in iudicio fuit producta, expreſsè fuiſſet approbata.
220 Quomodo autem diceretur ipſam approbaſſe, explicatur, & num. 221. 222. 223. & 224.
225 Scriptura priuata plenè probat, quando, vel eſt per teſtes iuſtificata, vel ſolemniter per ipſum ſcribentem recognita.
226 Declara.
227 Amplia, & num. 229. & 230.

231 *Recognitio priuatæ ſcripturæ fieri poteſt, & peti quandocunque etiam poſt concluſum in cauſa.*
232 *Scriptura priuata ſaltem ſemiplenè probat, quando verſamur in antiquis, & eſt communis.*
233 *Quicquid dixerit Purpurat.*
234 *Quinimò Schrader. poſt alios tenet plenam reſultare modo tameo de nullo, vel exigue alterius agatur præiudicio.*
235 *Quid iuris autem, ſi de magno tractetur, explicatur, & num. 236.*
237 *Scriptura priuata in antiquis tunc præcipuè ſemiplenè probat, quando eſt alicuius viri legatis.*
238 *Et iſta ſemiplena, quæ oritur, locum præcipuè habet contra tertium.*
239 *Scriptura priuata ad hoc, vt ſemiplenè probat contra tertium in antiquis, an ſit neceſſe conſtare, quod ſit ſcriptura illius, qui dicitur eam ſcripſiſſe, ſi negetur, dubitatur.*
240 *Author concludit pro affirmatiua. Ratio ibidem, & num. 241.*
242 *Nota tamen, quod leuiores eo in caſu probationes ſufficiunt.*
243 *Scriptura priuata in antiquis plenè probat, quotieſcunque vltra temporis antiquitatem, adeſſe ſigillum, & ſubſcriptio.*
244 *Scriptura priuata manu duorum Notariorum ſubſcripta, dummodo tamen ſubſcribant in quantum Notarij, plenè probat.*
245 *Scriptura priuata ſigillo authentico, ſeu publico roborata, fidem plenam facit.*
246 *Declara.*
247 *Donatio rectè probatur per ſcripturam priuatam.*
248 *Ratio.*
249 *Societas rectè probatur per ſcripturam priuatam.*
250 *Scriptura priuata plenè probat, ſi vltra teſtium approbationem, qui fortaſsè dum ſcriberetur, interfuerunt, vel etiam ipſimet ſubſcripſerunt, adiuuetur comparationis litterarum adminiculo.*
251 *Scriptura priuata alicuius Sacerdotis, quando tamen tractatur de matrimonio, & dote, plenè probat, ſed latius loco ſuo.*
252 *Scriptura priuata plenè probat, quando habet cauſam expreſſam debiti, quod continetur in ea.*
253 *Cauſa autem tunc dicitur ſufficienter expreſſa, quando ſcribens narrat ſe ex aliquo contractu antecedenti ad ipſam pecuniam teneri.*
254 *Ad hoc, vt in ſupradictis omnibus caſibus ſcriptura priuata plenè probet, de neceſſitate requiritur quod in ipſa certa cauſa debiti inſerta ſit.*
255 *Scriptura priuata facit ſaltem aliqualem præſumptionem in fauorem ipſius creditoris producentis; & eſt communis.*
256 *Ratio, & num. 257.*
258 *Contrarium multi.*
259 *Fundamenta pro hac opinione, & numero 260. cum quinque ſeqq.*
266 *Prior vti communis, & verior retinetur, & num. 275. declaratur num. 266.*
267 *Reſoluuntur contraria, & n. 268. 269. cum quinque ſeqq.*
277 *Scripturæ priuatæ plenè creditur tempore peſtis propter neceſſitatem.*

Antequam ad ſingulas priuatæ ſcripturæ ſpecies examinandas, ac pertractandas me accingam, de viribus ipſiuſmet in genere ſumptè, in hoc primo libro tractare plenè conſtitui. A cognitione namque ipſius generis primò ſemper incipiendum eſt.

Dubitatur igitur hic congruo loco, an ex ipſamet ſcriptura priuata in genere ſumpta, plena reſultet probatio.

1 IN qua quidem difficultate conſtituenda eſt regula negatiua, prout de hoc ſunt *text. ad litteram, in l. inſtrumenta, cum ibi not. C. de probat. in l. nuda, C. de donat. in l. exemplo, & l. rationes, C. de fid. inſtrum. & in authen. ſi quis vult in fi. C. qui potior. in pign.*

*Sequitur Aret. conſil. 64. num. 1. Imol. conſil. 37. num. 4. Rebuff. conſil. 4. num. 25. Salon de Pace conſil. ſuo 29. num. 84. in 1. Mantua pulchrè conſil. ſuo 30. num. 10. in 2. Pariſ. conſil. ſuo 125. num. 15. in 1. & 169. num. 23. in 4. M. Brun. conſil. 168. n. ſi. Rol. à Val. conſil. 2. nu. 139. in 1. Rim. iun. conſil. 213. num. 104. 452. num. 9. & 631. num. 30. Pedrocha conſil. ſuo 32. num. 125. in primo, Cæphal. poſt multos relatos conſ. 384. num. 22. & 631. num. 30. in quinto. Eugenius conſil. ſuo 8. n. 85. Pancir. conſ. 140. num. 18. Rubeis conſ. ſuo 3. n. 89. & conſil. 43. n. 32. in 1. Cothman. conſ. 47. n. 25. Fab. Turreer. conſ. ſuo 74. num. 59. in primo,* vbi infinitos deducit, & nouiſſimè *Ioan. Baptiſta Coſt. conſil. ſuo 1. n. 92. in primo. Addo poſt Rim. iun. conſil. ſuo 39. n. 9. cum ſeq. Lancell. Galian. conſil. ſuo 91. num. 1. & 2. Paul. Tuſc. in ſuis ſingularibus in littera S, num. 9. & D. Maſcard. concl. ſua 111. n. 1. & 2. Addo etiam Cl. Menochium conſil. ſuo 1. num. 326. conſil. ſuo 378. n. 10. & 51. conſil. ſuo 807. n. 32. & Flamin. de Rubeis conſil. ſuo 44. n. 20. in 2. Annectendus eſt etiam Aluar. Valaſc. conſultat. ſua Luſitaniæ 177. num. 1. tom. 2. et D. Petr. Binius conſil. ſuo 216. n. 92. vol. 3.* adiunge ſolam in conſuetudine Sabaudia *pag. 207. n. 2. et d. Aldouin. conſ. 13. num. 8.*

2 Declaratur autem principalis iſta concluſio, & primo, vt præcipuè procedat, quando non continentur ipſa ſcriptura priuata veriſimilia. Sic præcisè poſt *Alexand. et Dec. Grat. conſil. ſuo 93. n. 19. in ſecundo.*

Sic etiam inſtrumentum publicum (quod magis eſt) inveriſimilia continens nullam fidem facit pulchrè poſt plures relatos *Maſcard. concluſ. ſua 914. per totam, volum. 1.*

3 Declaratur ſecundo, vt præcipuè ſibi locum vendicet, quando non eſt aliquo pacto recognita, & eſt incerta. Sic poſt alios *Maluaſia conſil. ſuo 55. num. 37. Burſ. conſil. ſuo 453. num 13. in 4 et conſil. ſuo 74. num. 57. in 1. et 57. n. 7. in tertio. Addo Crotum conſil. ſuo 182. n. 83. in ſecundo, P. de Cabal. conſil. ſuo 155. n. 9. et Gulielm. Guidob. aduoc. ſua 99. num. 10.*

4 Vel iuſtificata, *Affl. deciſ. ſua 85. num. 6. quem ſequitur Rubeis conſil. ſuo 70. num. 75.* ſecundo, & caret ſubſcriptione. *Surd inter alios conſil. 491. nu. 7. in 4. addo Cl. Aldouin. conſil. 26. n. 38. et D. Hectorem Felicium alleg. ſua 150. n. 18. lib. 2.* vbi præcisè loquitur quando cuius manu ſit ſcripta ignoratur.

5 Declaratur tertio principaliter ſupradicta regula, vt maximè tunc locum habeat quando ſcriptura ipſa priuata refert ſe ad aliam, quæ tamen non exhibeatur. Sic *Roman. conſil. ſuo 305. num. 6. Myſing. reſpond. 21. num. 16. decad. 2. et Natta conſil. 634. n. 15. in tertio, addo Caualc. d. deciſ. 27. n. 93. vbi latè.*

6 Sic etiam inſtrumentum publicum mentionem faciens de alio, cuius tamen non fiat exhibitio nihil probat. *Text. eſt in auth. ſi quis in aliquo documento, C. de edendo, et latiſſimè diſſerit Maſcard. d. concluſ. ſua 924. in 1.*

7 Declaratur quarto, vt regula præcipuè procedat, cum agitur de præiudicio tertij. Ita *Felin. in c. 2. num. 12. de fide inſtrumentorum Bellon. poſt Bart. & alios deciſ. ſua Genuæ 146. num. 6. Gail. lib. 2. obſeruat. 25. num. 9. Thom. Triuiſan. deciſ. ſua 11. num. 12. lib. 1. Rota Roman. in nouiſs. deciſ. 790. num. 8. parte 1. Flamin. de Rubeis conſilio ſuo 38. numer. 8. in ſecundo C. Tuſcus concluſ. ſua 76.* in primis numeris in littera S, vbi latiſſimè Nicolaus *Euerard. 2. lib. 1. conſ. ſuo 57. num. 14.*

*num.14.Et Ioannes Koppen.concl.ſua 46.num.34.* vbi poſt multos relatos ampliat, etiamſi ipſam & ſcriptura fuerit recognita.

8 Hic videmus, quod creditor poſterior habens hypothecam publicam,hoc eſt in iudicio coram iudice datam, vel coram Notario,& teſtibus factam, de qua ex actis, & inſtrumento publico conſtat, priuato hypothecario, licèt anteriori præfertur,vt eſt tex.ſingularis in *d.l. ſcripturas,C.qui potior.in pignor.*

9 Et ratio eſt,quia ſcriptura priuata non probat contra tertium.

10 Fallit autem hoc,cum ipſa ſcriptura priuata, eſt à partibus,& tribus teſtibus ſubſcripta.Sic *Hip. Riminald.conſ. ſuo 39.num.15.in primo,Thom.Triuiſanus,lib.1.deciſ.60. n. 8.& alij.* Item ceſſante omnis fraudis, & doli ſiniſtra ſuſpitione ad tradita per Ioannem *Gulielm.Guidob. aduocatione ſua 29. n.17.* De hoc autem inferius loco ſuo plenius iudicetur.

11 Fallit ſecundo, quando alijs coadiuuatur adminiculis, vt pote, quando continet veriſimilia, tunc enim probat etiam contra tertium,ſic poſt *Bal.in rubr.C.de fid.inſtrum. Corn.& alios Decian.conſ.ſuo 11.n.121. vol.1. Addo Euerard.conſilio 470.n.7.& d.Regner.Sextin. inter conſ. Vultei. conſ.11.n.29.in 2. videndus tamen Menoch.conſ.85. nu.10. cum ſeqq.*

12 Declaratur quinto, vt præfata regula principalis præcipuè locum habeat, cum agitur de probanda morte alicuius.Sic præcisè poſt alios *Marian.Soc.ſen.conſ. ſuo 104. num.41.*

13 Item cum factum alienum enunciatur,vt poſt alios docet *Præt.conſ.44.n.6 cent.3.*

14 Et cum agitur de præſcriptione interrumpenda, prout eſt *text.in l.penultim.C.ne de ſtant. defunct. iuncta gloſſa in auth.offeratur,C.de litis conteſtat.& tradit Salon de Pace conſ.ſuo 33.num.10.*

15 Similiter cum tractatur de probanda ſolutione ad tradita per *Franc.Milanenſ.deciſ.13.n.129.lib.2.* item quando caret nomine, & cognomine ipſius ſcribentis, & pro quo ſcribitur ad tradita per *d.Purpurat conſ.ſuo 97.num. 2.* & ſic quando ignoratur cuius manu ſit conſcripta ad congeſta per *d.Federic.Pruchkman.conſil.ſuo 18.num.66. in 2.*

16 Et vltimo loco, quando eſt producta in iudicio non citata parte,prout docet *Alfertius allegat ſua 9.num.1.* in his enim omnibus caſibus præcipuè ſcriptura ipſa priuata minimè probat.

17 Ampliatur autem principalis iſta concluſio varijs modis, & primo, vt procedat, licet eſſent multæ ſcripturæ priuatæ, & ſimul iunctæ, nam ideo minus non plene probarent, ita Purpur.inter conſilia feudalia diuerſorum. *Leonard.a lege conſ.29.n.4.& conſ.ſuorum vol.2. conſ.462. n.7.ſequitur Botta conſil.ſuo 65.n.22.*

18 Amplia ſecundo,prædicta,regula vera ſit,licet ipſamet ſcriptura priuata fuerit confecta manu Notarij,Si tamen non habeat ſolemnia ad ſcripturam publicam attinentia. Sic præcisè poſt *Bal.Soc.Crauet. & alios,Maſcard.concluſ. ſua 1300.num.7. & Petr.de Caball.conſ.ſuo 155.num.10. & 11.addo Flam.de Rub.conſ.ſuo 60.num.2.in 2. Videndus Stephan.Gratian.deciſ.ſua Marchiana* 104. *Addo Rot.Roman.deciſ.ſua 76.num.2.p.1.* Vbi ampliat etiamſi ipſamet ſcriptura reperta fuerit in filcia,in qua ſolent apponi ſcripturę authenticæ,adhuc enim ex ea probatio minimè inducetur,niſi alia adminicula concurrant. Adde etiam materia iſtius ampliationis P.Rebuf.in ſuo trac.de chirographo,& nedularum recognitione *n.8.cum ſeq.vbi pulchrè, & d.C.Tuſc-d.concl.ſua 26.n.11.cum ſeqq. addas quoque d. Symon de Pret.interpr.vltim.volunt.n.2. pag.141. num.20. cum ſeqq.*

19 Amplia tertio, nam ſcriptura facta ab Epiſcopo dicitur priuata,& per conſequens nullam fidem faciat,quia nullo iure cauetur, quod vim habeat publicè ſcripturæ: tex.in c.cum a nobis. Vbi Bald. expreſsè in fine de teſt. plus dicit, quod omnis ſcriptura regulariter eſt ſcriptura priuata,vt notatur in l.quędam §.numularios,ff.de eden. & ibi gloſ.Ideo ſi Epiſcopus propria manu ſcripſerit cautionem vſurarij, vel eius teſtamẽtum,vel collationem beneficij,illi ſcripturæ nõ credetur in præiudicium alterius, quia eſt ſcriptura,priuata,vt aſſerit ibid. Bald. & inſtrumenta domeſtica ſine alijs adminiculis non probant,*l.inſtrumenta,C.de probationib.Sequitur Rebuff.d.loco, n.11.*

20 Amplia quarto, vt nec ſupremus Princeps facere poſſit,vt ipſi ſcripturæ priuatæ plena fides adhibeatur,*reg.eſt in c.1.verſ.nam poſſumus,de fide inſtr.Sequitur Ripa,in l.ad. monendi,n.97.ff.de iureiur.& Bertaz.conſ.ſuo ciuil.14.n.16.*

21 Claudicat tamen hoc, ſi ex magna cauſa Princeps ipſe moueretur,Sic Ripa præcitato loco.Sequitur præcisè *Rimin.iun.conſ.213.n.7.& 8.& Maſcar.concl.ſua 111.n.7.*

22 Item ſi per viam legis id determinarit, vel id ex poteſtate egerit abſoluta:tunc enim plena abſque dubio orietur probatio.

23 Nec ſanè mirum,quod enim Principi placet legis vtiq. vigorem habet,§.ſed quod Principi de iure naturali. Si in puncto *Burſat.conſil.ſuo 299.n.18.in 3.* Vbi ampliat, tunc etiam probet in tertij præiudicium, quando Princeps ita vult.

24 Ampliatur quinto,vt nec ad vtilitatem fiſci, ſcriptura priuata debitoris fiſcalis per quam profiteatur ſe creditorem alicuius tertij,fidem faciat,*tex. eſt in l.inter chartulas,C.de conuenien.fiſci debitor.lib.10.& in l.exemplo, C.de probat.Sequitur pulchrè Cl.Eques D.Peregrinus de iure fiſci lib.6.tit.1.n.28.*

25 Hinc cum ipſe fiſcus agit contra aliquem, vti debitorem ſui debitoris,de illius debito plenè docere debet,nec ſufficit,quod in libris,ſeu chartulis debitoris fiſcalis, ille pro debitore reperiatur deſcriptus. Sic ob ſupradicta iura reſpondit idemmet *Clar. & Illuſtris D.Peregrinus, d. lib.6.tit.7.n.27.*

26 Horum autem ratio ea,mea ſententia,poteſt eſſe, quia fiſcus in dubio vtitur iure priuati,ac communi,l.idem,de compenſationibus,l.cum vitioſè, de pignor. cum plurib. concordantibus deductis per eumdem *Cl. Equitem Peregrinum d.lib.6.tit.1.n.1.*

27 Quin etiam peioris videtur conditionis ipſo priuato, prout duabus rationibus probat acute *Alex.Turram. in repet.l.non puto,de iure fiſci, c.2.n.8. cum ſeq.*

28 Ampliatur ſexto, vt nec etiam priuata ſcriptura plenè probet,licet agatur de fauore piæ cauſæ. Sic poſt Crauet. præcisè *Maſcard.concl.ſua* 1300.*num.*10.vbi tali innititur rationi.

29 Non magis probat ſcriptura priuata, quam vox viua. c.licet ex quadam, *de teſtib. & l.in exercendis.C.de fid.inſtrum.*

Immo magis ſtatur voci viuæ, quam mortuæ, *§.ſed ſi quis, Auth.de inſtrum.caut.& fid. ſequitur Alex. conſ.132. num.4.vol.4.*

30 At in pia cauſa non eſt remiſſa ſolemnitas iuris diuini, quod in iure duorum, vel trium ſtet omne verbum, c. relatum,& c.cum eſſet de teſtibus,commune dici Tiraq. de pia cauſa priuil.1. ergo.

31 Si non creditur viuæ voci vnus, fauoræ piæ cauſæ, nec credetur etiam voci mortuæ vnius ſcripturæ priuatæ. Sequitur hoc idem *Rot.Rom.dec.ſua 781.n.15.in nouiſ.p.1.& poſt Afflict.deciſ.ſua 85.num.6.Flamin. de Rubeis conſil.ſuo 38.num.9.in 2.* vbi etiam ampliat, licet ſcribens publico fungeretur officio, ibique infinitos deducit, addo ego D. Frideri. Martini poſt hæc ſcripta viſum in ſuo eleganti *tract.de iure cenſum,c.7.num.13.* vbi firmat pro regula,ex priuatis ſcripturis neq. ius cenſus,neq; titulum, nec quaſi

poſ-

poſſeſſionem ipſius iuris cenſus probari etiam ad fauorem loci pij,ibique plures concordantes deducit,eſt bene verum,quod hoc pluribus modis ſublimitat,de quibusibi ſub numeris ſequentibus, adeundus quoque Clar.Aldouinus,conſ.26.num.39.vbi pulchrè.

Septimò ampliatur,vt nec etiam probet ſcriptura priuata facta per modum atteſtationis, & fidei quia adhuc dicitur priuata, & non probat. Sic præcisè poſt alios Illuſtriſs.D.C.Tuſcus concl.ſua 26.num.9. in littera S.

32 Ampliatur octauo,vt hæc concluſio procedat interueniente etiam partium voluntate, quod dicta priuata ſcriptura plene probet.

33 Partium enim conuentione induci minimè poteſt, vt ſtetur priuatæ ſcripturæ alterius partis,vel alicuius tertij. Ita ſingulariter Innocen. in cap.cum P.Tabellio.poſtmod.de fide inſtrum.Rom.conſ.ſuo 204.num.4. & 205.num.3.Dec. conſ.ſuo 612.ante num.6.in 2.Decian conſ.ſuo 33.num.110. in 1.Hippol.Rimin. poſt plures relatos conſ.ſuo 213.nu.9.in 2.& alij.Addo Cl.Menoch.conſ.ſuo 1.nu.328.

34 Non defuere tamen, qui contrariam opinionem veriorem eſſe autumarunt,eam enim inter cæteros ſequitur Bald.in l.de quibus,n.17.ff.de legib.omnium pulcherrimè, & elegantiſſimè Iaſ.in repetit.l.admonendi, num.102.103. 104.& 105. vbi hanc opinionem ſex validiſſimis fundamentis corroborat,vt per te videre poteris. Hanc eandem ſequitur quoque pulchrè Fel.in c.2.numer.13. de fide inſtrument. vbi quoque hanc ſententiam pluribus ſimilibus comprobat, & obiecta ex aduerſo reſoluit, ſequutus eſt etiam Card.Pariſ.conſ.ſuo 68.num.27.in 3.Marſillius in repetitione ſua Rubr.C.de probation.num.299.cum ſeqq.& præcipuè ſub num.302.vbi Innocentium quoque pro cōtraria allegatum,hanc eandem ſequi ſententiam acutiſſimè demonſtrat. Addo Crauet. conſil.ſuo 939.numer.12.in quinto,& de antiquit.in verb.viſo de verbis enunciat.num. 26.& 27.Videndus quoque Vaſquius lib.2.ſuarum contr. vſu frequent.cap.26.num.1.circa medium, per totum,vbi latè pulchrè diſcutit hunc articulum.

35 In tanto harum opinionum an fructu,arbitror ego hāc poſteriorem ſententiam veriorem eſſe, quam etiam vti receptiorem,& equiorem ſequutus eſt Ioachim.Beuſt. in d.l.admonendi,num.973.cum ſeq.

36 Si enim priuata ſcriptura regulariter fidem nōn facit, iſtud principaliter eſt inductumfauore ipſarum partium, prout conſiderat Iaſ.in d.repetit.l.admonendi,num.101.in fin.ergo.

37 Huic fauori debent partes poſſe renunciare, l.ſi quis in conſcribend.C.de pact. Hinc plura videmus in ſimili.

38 Et primo quod teſtes aliàs inhabiles, poſſunt ex conſenſu partium validari.Sic Ioan.Andr.in additionibus ad Speculat.titul.de teſte,§.ſæpe,in 1.addition.Butr.& Imol.in c.cum dilect.de conſuet.

39 Secundo,quod atteſtationes inualidæ factæ, verbi gr. tempore feriarum,dum tamen non ſint feriæ in honorem Dei, poſſunt ratificari conſenſu partium Innocentius in cap.cum cauſam, extra de teſtibus, Salyc.in l.ſi quis teſta. C.eodem,de teſtib. Roman.conſil.104. Et nouiſſime Carocc. de iurament.litt.deciſor.qu.5. nonæ quæſtionis principalis, num.14.

40 Tertio,quod ſemiplena probatio ex conuentione partiū poteſt effici plena. Roman.conſil.204.in col.2.in princ. vbi allegat Specul.in tit.de teſte,§.reſtat,verſ.24.

41 Quarto, quod ſententia nulla poteſt ipſarum partium conſenſu effici valida, vt valeat in vim pacti, ita gl.communiter approbata in leg.2.C.com.vtriuſque iud.

42 Quinto, quod valet pactum initum à partibus, quod ſtetur dicto alicuius teſtis,etiam non iurati,vt per Bart.in l.Lucius,in fine,ff.de fideiuſſore,et per Bal.in l.in bonæ fidei,in penult.column.C.de reb.credit.plures concordantes adducit, & ſequitur Caroccius de iuramento litt.deciſor.d.q.5.nu.17.

43 Sexto,& vltimo, quod ſtetur dicto vnius tantum teſtis, & quod vnus plenè probet inter ipſas partes. Sic plurimi quos refert,& ſequitur Gabriel.lib.1.tit.de teſtibus concluſ. 1.num.31.Addo Viuium opinione ſua 942.numer.1. & per totam,vbi infinitos propemodum deducit Maſcardum cōcluſ.ſua 11.num.12.& Caroccius d.tract. præcitata quæſt.5. nu.11.& 12.vbi ampliat etiamſi talis teſtis eſſet infamis, per partes enim approbari poteſt,ibique deducit Angel. & Crotum,de teſti.Videndus quoque Vaſq.præcitato cap.29. num.4. vbi poſt infinitos relatos hanc opinionem communem eſſe teſtatur.

44 Vlterius hanc eamdem ſententiam tali ratione confirmo.

Nemini dubium eſt valere conſuetudinem, ſed ſtatutum, per quod priuatæ credatur ſcripturæ. Sic infiniti, quos longa ſerie refert,& ſequitur Crauett.d.verſ.Viſo de verbis enunciatiuis,num.27.& 28.adde ſtatuto etiam valide induci poſſe,vt ipſa priuata ſcripturam paratam executionem habeat,prout tradiderunt nonnulli, quos retulit,ac ſequutus eſt D.Ioſeph. Cumia in ritum 18. magnæ curiæ Regn.Siciliæ num.91.

45 Si valet ſtatutum,per quod datur plena fides ſcripturæ priuata, a fortiori valere debet pactum quoad præiudicium ipſarum partium, plus enim poſſunt partes in re propria,& ad earum præiudicium,quam ſtatutū ita probatur in l.ſi.§.fin.C.de tempor.appell.iunct.cap. venientes, de iureiur. & Hanc eandem ſententiam ſequutus quoque P.Rebuff.d.ſuo tract.num.40.& 41. vbi tamen ſubdit eam non procedere, quando ipſamet ſcriptura priuata non eſſet ſolemniter cōfecta,vt quia non eſſet ſubſcripta & à partibus,& à teſtibus, vel alio eorum nomine,& latius,vt per eum, de qua tamen re valde dubito; ſtante ipſarum partium conuentione ac placito.

46 Amplia vt à contrahentibus,ſine partibus,iniri etiam valida conuentio poſſit, vt ſcriptura aliqua mere priuata in vim publici valeat documenti, veluti ſi dicatur. E voglion dette parti, che queſto ſcritto, benche priuato, habbia forza, quanto vn'iſtrumento publico. Sic præcisè poſt plures relatos Decian.partium ſibi conſtans conſilio ſuo 11. num.158.in primo.Hippolyt Riminald.conſilio ſuo 612. num.34.in ſexto.Erudiſſimus Odd.conſil.ſuo 100.num.23. in primo,& plures alij,addo Iuliū Cęſarem Ruginel.practicarum quæſt.cap.7. per totum, vbi late de hac materia, D.Hectorem Felicium in ſuo tract.de ſocietate cap.29 nu. 84.cum ſeqq.vbi pulchre, & D.Rutgerum Ruland. de cōmiſſionibus,lib.5.cap.9.num.4. in littera C.adnectendus eſt etiam Cl.Farinac.in ſuis deciſionibus nouiſſimis. Rotæ Romanæ deciſ.98. per totam, & hæc eſt receptiſſima concluſ.

47 Quidquid dixerint Papponius conſil.ſuo 48.numer.16. Caroc.d.tractatu citata quæſt.5.num.19.Cotta in ſuis memorabilib.in verſ.pactum, quod credatur poſt nonnullos ibi relatos.Borgn.Caualcan.part.2. deciſione ſua 27.numer.18. & nouiſſimè Polydor. Ripa, obſeruatione ſua 336. numer.2. & 3.

48 Sed ad excindendas omnes, & quaſcumque difficultates, quæ obijci poterant cogitabam, ſi hæ diuerſæ Doct. opiniones fędere diſtinctionis ita conciliari poſſent.

49 Aut voluntas, vt cōuentione partium priuata ſcriptu-
ra plenam inducat probationem quoad omnes,aut inter
50 ipſas tantum partes. Si primò, quia partes facere mini-
ma poſſunt, vt priuatis ſcripturis plena fides quoad om-
nes adhibeatur,procedat prima opinio, Innocentij vide-
51 licet,& ſequacium; Seuero ſecundo, ideſt vt inter ipſas
ſolummodo partes fidem faciat, procedat poſterior no-
ſtra ſententia. Sic quoque videtur diſtinguere Ioannes
Botta conſil.ſuo 65.numer.21. Vaſquius ſupracitato cap.29
num.6.verſ. ſed reſponde, & Maſcard.concl.ſua 1300.nu.
14. Et in terminis, quod priuata ſcriptura fidem faciat

inter

inter eaſdem partes poſt *Bald.in rubr.C.de fide inſtr.ſcribit Grat.conſ.*122.*num.*5.*in ſecundo*.

52 Hac eadem diſtinctione euidentur quoque conciliari diuerſæ illæ Decian.& Papponij opiniones; nam aut volumus, vt priuata ſcriptura vim publici habeat documenti, quoad ipſas tantum partes, aut quoque præiudicium tertij.

53 Si primo procedat prior opinio, videlicet Deciani, & aſſeclarum: Si ſecundo locum habeat, poſterior Papponij. Ita quoque videtur ex profeſſo diſtinguere *Decian. ipſe ſupracitato numer.*158.*in fin. & Odd. dict.conſil.*100. *num.*24.

54 Aliter etiam conciliari poſſent, videlicet, ſi diceretur, quod primæ Doct.opiniones procedant in ſcriptura iam facta, reliquiæ vero duæ contrariæ in facienda. Sic poſt *Alexand.conſ.ſuo* 112.*in* 4.*diſtinguit Dec.in* 2.*num.* 17.*de fid.inſtrum.ſequitur Maſcard. dict.concluſ.*111.*num.*18. *&* 19.*ſatis.Adeas quoque C.Tuſcum d.concl.*26.*num.*22. *cum ſeqq.* Aliter etiam conciliat *d.Caualc. d.num.*18.*cum ſeqq.* vide per eum.

Extenditur primo, vt idem iuris exiſtat, licet producatur ſcriptura, in qua quis aſſerat ſe eſſe debitorem puta Meuij in centum: nam ex ea probatur ſolummodo confeſſio, non autem debitum. Sic eleganter poſt alios *Cl.vir D.Pet.Cab.conſ.ſuo* 121.*num.*19.in ſecundo.

55 Ampliatur vltimo, vt nec ipſa ſcriptura priuata, ſemiplena oriatur probatio *Ita Bart.in d.l.*admonendi, ſequitur in ſpecie *Bertazzol.conſ.ſuo crimin.*291.*num.*16.*& poſt Iaſ.Alexand.& alios Maſcard.d.concl.*111. *numero ſecundo*, & eſt veriſſima opinio teſte *Cardinal. Alban. in ſuis Locubrationis ad eumdem Bartol.in dict.leg.admonendi numer.*16.

56 Non omittendum eſt tamen, haud defuiſſe, qui contrarium hac in re ſequuti fuerint opinionem. Inter cæteros autem adeſt ipſemet Bart.ſibi contrarius, in *l.*ſcripturas, in *fin.*qui C.potior, cui ſententiæ adhęſit quoque Ludolph.Scrader.in repetit.*d.l.*admonendi, *num.*253. & videtur quoque aſſentiri *Maſcard.& ipſe, q.ſua* 13.vbi ſcripturam ipſam priuatam inter ſpecies inferit ſemiplenæ probationis, id quod etiamfacit Iodoc.Damhuder.in ſua Praxi rerum ciuil.*cap.*180.*num.*4.

57 Mouetur ipſe Schrad. per text.in l.inſtrumenta domeſtica, C.de probat.argumento à contrario ſenſu deducto, & arguit ſic.

Dicitur in illa leg.quod inſtrumenta domeſtica ſola, ſi non alijs adminiculis adiuuentur, ad probationem non ſufficiant: ergo à contrario ſenſu iuncta alijs adminiculis probationem inducent, & plenam.

58 Verba enim in ambiguis ſunt ſemper in pleniori, ac potentiori ſignificant capienda *l.*4.*§.toties*, *ff.*de damno infecto.

59 Et appellatione probationis veniat abſque dubio plena probatio. *Afflict.deciſ.ſua* 272.*num.*3. Et poſt plures relatos *Granut.Theoremat.ſuo* 15.*num.*31.

60 Sic eſt, ergo abſque alijs adminiculis de per ſe ſemiplenam probationem inducent, alioquin, *num.*accedentibus alijs adminiculis plenè non probarent; quod eſt contra text.& per conſequens redditur falſa ſupradicta ampliatio.

61 Hoc tamen fundamento minime obſtante, à priori ſententia vti veriori, ac communiori recedendum minimè arbitror.

62 Nec officit text.in *d.leg.*inſtrumenta domeſtica, Reſp. enim cum Hugon.Donel.ibi, illam legem neutiquam loqui de quacumque ſpecie ſcripturæ merè priuatæ, ideſt apocha, ſeu ſingrapha, ſed de alijs ſcripturis domeſticis, quas quis ſibi priuatim confecit de domo ſcriptas profert: hæ enim ſcripturæ ſunt illæ, quæ in totum pro eo, qui ſcripſit fide non faciant, ſunt namque domeſticum teſtimonium, & nullus in re ſua eſt idoneus, teſtis, *l.nulla, de teſtib.& l.*2.*C.eod.*

63 Præterea nominatur ibi priuata teſtatio, ſeu annotatio, ſub quo quidem nomino continetur ſcriptura priuata, qua quis memoriæ cauſe, teſtatur in libris ſuis, aliquid factum eſſe, vel quid, ſcribit, quod notatum velit, *l.pen.qui teſt.fac.poſſ.*

64 Huiuſmodi autem priuatæ teſtationes, & annotationes ſunt, vt ſi quis ita ſcribat; Memineris me eo die vendidiſſe fundum Tuſculanum Titio, precio 100.florenorũ, quam ſummam ille mihi, &c. Item nota me illo die 100. mutuo dediſſe Titio, & ſimilia, & dicitur in eo text.nullam earum ſcripturarum domeſticarum, pro eo, qui ſcripſit, fidem facere: quia nullus ſit idoneus teſtis in re ſua. Sed additur circumſcriptio illa. Niſi res alijs, adminiculis adiuuetur.

65 Præterea conſidero, quod in caſu *d.*legis nulló modo elici poteſt, quod illa inſtrumenta domeſtica de per ſe abſque alijs adminiculis ſemiplenam inducant probationem. Si enim inducerent, poſſet abſque dubio proferens, petere ſibi iuramentum deferri in ſupplementum, & ita quicquid ſibi libuerit, obtinere, abſq; eo, quod alia adminicula intercederent, quod eſt contra dictum textum.

Quinimo quod in caſu *d.l.*nullus gradus probationis, nullaque penitus fides ad fauorem annotantis oriatur, pulcherrimè tenuit *Rot. Romana in nouiſſimis, deciſ.*781. *per totam vol.*1.

66 Accedit vltimo loco legem illam nullo modo intelligi poſſe de ſcriptura merè priuata, prout eſt apocha, & ſyngrapha, quam Græci vocant, ἐδιόχειρον, nam aut confitetur à debitore, aut negatur.

67 Si confitetur, tunc ſi ſumus in comperto, plenam ex ipſa confeſſione probationem induci, nec opus eſſe, quod alia adminicula intercedant, ad *l.gener.C.de non num.pec.*

68 Si vero negetur, tunc partes proferentis ſunt, vt ipſam probet: aſſerenti enim incumbit onus, probandi, ad *l.qui accuſare C.de edend.*

69 Concludamus ergo cum communi, quod ſcriptura merè priuata, nec etiam in ſemiplenam inducat, quam quoq; ſequitur *Crau.de antiqu.tempor.p.*1.§.viſo de verbis enunciatiuis, *n.*7.*& Purpur.in d.l.admonendi,num.*82.vbi ampliat hoc etiam procedere, licet teſtes in ipſa ſcriptura priuata deſcripti eſſent, & viuerent non tamen ad eam recognoſcendam prouocarentur.

Coarctatur autem principalis dicta regula quod videlicet ſtriptura priuata de per ſe, nec plenè, nec ſemiplenè probat varijs modis.

70 Primus eſt, ſi illa quidem ſit longo tempore inter partes obſeruata: adeò enim per vſum, & obſeruantiam lõgi temporis roboratur, vt valeat, & tranſeat in fidem veri, ad *text.in l.cum de in rem verſ.ff. de vſuris.* Sic in ſpecie poſt *Tiraq.& alios Bertazzol.conſil. ſuo crim.*147.*nu.*14.*vol.*1. *&* 110.*ciuili,num.*34.*pulchre Crau.de antiq.emptor.in verſ.* 4.*limitatur,nu.*14.*&* 15.*cum ſeqq.* vbi quoque quomodo id intelligatur, eleganter declarat. Addo *Maſcard.concluſ. ſua* 1300.*n.*19. *cum duobus ſeqq. Menoc.conſ.ſuo* 508.*n.*20. *Illuſtriſs.d.Card.Tuſcum d.concl.ſua* 26.*nu.*100. *Hector Felicium alleg.ſua* 11.*nu.*30.*p.*1.*& nouiſſimè Clar.Equitem D. Peregr.conſ.ſuo* 64.*n.*19.*vol.*1. *& conſ.*48.*nu.*8.*vol.*4.

71 Exemplum autem poteſt eſſe: Si ſcriptum ſit in quadã ſchedula priuata, Seium vendidiſſe fundum Titianum Caio, illeque fundus vigore tenoris illius ſcripturæ ab emptore Caio poſſeſſus fuerit, etſi enim conſtet ſcripturam illam ſolemnem non exiſtere, eluceſcit tamen ex eadem veritas facti longo tempore obſeruata.

72 Nec ſanè mirum; Cuiuslibet enim ſcripturæ defectus, propter longi temporis obſeruantiam ſanatur. Sic poſt *Crau.Becc.& alios, Bertazz.conſilio ſuo criminal.*431.*num.*13.in ſecundo *Addo Ceph. conſil. ſuo* 304.*num.*76.*in* 251. *num.*90.

num.90.& in 294.num.24.Videndus quoque Clariſs.Menoch.conſil.ſuo 423.num.21.& 22.

73 Quinimo ipſa longi temporis obſeruantia facit, vt inſtrumento alias minus ſolemni , & inualido plena fides adhibeatur.Sic Crau.poſt alios conſ.ſuo 65.num.11.101.n.4.& 277.num.2.Bec.conſil.ſuo 104.nu.26.Et Ioſeph. Ludou. concl.ſua 38.illat.4.& 117.

74 Nec eſt opus, quod d.obſeruantia longiſſimi temporis extiterit , vt poſt multos relatos ſubijcit idem Bertaz. citat.conſil.431.num.12.nec minus,quod ſit præſcripta,ſe ſufficit , ita fuiſſe obſeruatum . Felicius poſt alios obſeruat. 11.num.31.

75 Amplia, vt ex iſta priuata ſcriptura fides oriatur nedũ inter partes, ſed etiam contra tertium, id quod eo magis procedere, cum ipſamet pro publica in iudicio producta fuerit,& habita,Doctor.noſtri paſſim ſcripſere . Sic præciſè Crauet.Maſcard.&c. In ſupra notatis locis .

76 Secundus caſus principalis eſt , cum agitur de modica ſumma; tunc enim ipſi priuatæ ſcripturæ plenè creditur, ſic poſt .Abb.Iaſ.Decian.& alios, Pancirol.conſil.ſuo 131. num.24.Addo Maſcard concl. ſua 399.nu.4. vbi id præcipuè ampliat in antiquis.

77 Tertio principaliter fallit,quando ipſa ſcriptura priuata recipit aliquod fomentum, vel ſupplementum, ex quo fit authentica; ad tradita per Præt.conſ.ſuo 106. num.30. in primo,& eſt ſuffulta adminiculis,eo enim caſu plenam proculdubio probationem inducit;ſic prȩcisè inter alios Hippol. Rimin.conſ.ſuo 52.num.112. vbi quoque pro confirmatione conſiderat, quod in omni cauſa ciuili , quam
78 criminali ex pluribus indicijs , ac præſumptionibus plena,ac perfecta inducitur probatio, gl.in leg tertia, §.eiuſdem,ff.de teſtib. cum concordantibus per eum deductis. addo Ceph.conſ.ſuo 608.num.58.& 59.

Hoc idem ſequutus eſt etiam Crauett.conſil. ſuo 613.n. 14.& 701.nu.12. Flaminius de Rubeis, poſt plures relatos, conſil.ſuo 8.numer.13.in primo Decian. conſilio ſuo vndecimo numero 121. in primo , & nouiſſimè Farinacc. conſil. ſuo crimin.70.num.59.& 61.addo Rotam Roman.deciſ. ſua 813.num.2.& 3.volum.1.& 227.num.3.in 2.in nouiſſimè & D.P.GilKen.in l.rationes: nu.5.in fin.de C.probationibus: adnectendus etiam d.Hecto. Felicius poſt hæc edita viſus allegatione ſua 44.num.6.p.3. vbi nonnullos concordantȩs deducit .

79 Adminicula autem poſſunt eſſe,& primo,quando ſcribens eſt vir bonæ opinionis, ac famæ , & ſolitus ſemper ſcribere veritatem,ſic poſt alios Gozad.conſil. ſuo 11.num. 18.& Pancir.conſ.ſuo 71.num.7.volum.1. & eſt veriſſima concluſio.

80 Quidquid dixerit Mazzol.conſ.ſuo 106.num.43.

81 Item quando eſt vir legalis,ſummaque præditus,nobilitate,ac integritate. Soc.conſ.ſuo 186.num.16.in 2.& poſt Guid.Pap.& Boer.in ſuis deciſionibus Decian.conſil.ſuo 11. num.136.in primo.addo Clar.Menoch. conſil ſuo 402.n.48.

82 Secundo, quando continet ipſa ſcriptura priuata veriſimilia. ita Bald.in l.1.C.de edend. Alexand.conſ.54.col. 2.verſ.confirmo libr.2.Salon.de Paç.conſil. ſuo 2.num.48.in primo, & poſt infinitos, Hippolit.Rimin.in conſ. ſuo 39.nu. 18.in primo,addo Rotam Roman. deciſ.ſua 375.nu.5.part. 1.in nouiſs.

83 Tertio,quando eſt iuramento roborata, quo caſu habet etiam exequutionem paratam , vt poſt alios tradit. Seraph.de Priuil.iuram.priuil.77.num.18. & poſt multos relatos Carolus.de Graſſ.de exceptionibus. in præludijs numer.78.

Alia etiam adminicula deducit Menoch. dict.conſil.ſuo 402.num.49.& 50. vide per eum: adeundus quoque Bal. in l.inſtrumenta num.4.C.de probation.

84 Coarctatur quarto , quando is, contra quem ipſa priuata ſcriptura producitur , eam ſua manu confectam diffiteri minimè veretur , tunc enim contra eum plene probat, text.eſt notabilis in leg.Publia,§.fin. ff.de poſseſſ.in §.ſi quis igitur,in verſ.ex eo,quod profeſſus non eſt,in authen.de inſtrumentor.caut. & fide & in Authentica . Contra qui propriam,C.de non numer. pecun.cum concordantibus deductis per Petr.GilKen.in leg.inſtrumenta,num.quarto C.de fid.inſtrum.& ſequuntur communiter Doct. in d.l.admonendi.Iaſ.in repet.num.88.verſic. primus caſus Caccialup.num. 159.ſequitur quoque Fel.in cap.2.num.11.verſiculo limita, vbi etiam Decius,numero nono de fide inſtrum. Moder.Pariſ.in ſuas conſuet.Parienſ.tit.primo, §.8.num.16.P.Rebuff. in ſuo tract. de chirographorum, & cedularum recognitione, num.25.& 26 vbi tamen ſubdit hoc procedere,quando expreſsè eam confiteretur , ſecus ſi tacitè, puta tacendo niſi tamen eſſet contumax , & latius vt per eum Martan. Soc.ſen.conſil.ſuo 8.num.2.in 5.vbi infinitos deducit, & ex recentioribus. D.Maſcard.concluſ.ſua 100. numer.1.& 2. & 111.numer.20.Addo Scacciam c.11. inferius allegando, num.33.

85 Et ratio quoque eſt in promptu,creditur enim abſque dubio contra ſe,leg.de ætate §.primo,ff.de interrog.act.cum concord.deductis per Martinum Vran. conſil.57. num.17.in 2.& nulla eſt maior probatio , quam proprij oris confeſſio & ceſſat controuerſia , & diſſenſio, vbi eſt partium concordiam, & conſenſus . Scacc.præcit.loco. Adde Hippolyt.Riminald. conſilio ſuo 127. numero primo , vbi pulchrè .

86 Ampliatur Primo iſta limitatio , vt procedat , licet ipſemet debitor, qui apocham contra ſe productam manu propria ſcriptam eſſe faſſus eſt, neget, poſtea in ea contenta eſſe vera , adhuc enim plena contra ipſum inducetur probatio , Sic præciſè Caſtren.in d.leg. admonendi,& ibid.Caccialup.num.58.verſic. tertia concluſio, & nouiſſimè Ioachim Beuſt.in repetit.eiuſdem l.numer.943.cum ſeq. Sequitur poſt infinitos relatos Vranius conſil. ſuo 13. num.primo,in ſecundo, vbi in ſimili deduci, quod priuata ſcriptura debitoris , quam fatetur pro ſe confectam, aut mandato, ſeu conſenſu ipſius ſcriptam,ſi continet intentionem producentis , contra eumdem debitorem licet talem intentionem neget , plenè nihilominus contra ipſum probat Addo Cephal.conſil ſuo 562.numer.9.& 685. num.1.& Maſchard. concluſ.ſua 109.numer.9. Videndus quoque D.Scacc.de Iud.cauſar.ciuil.libr.2.cap.11.num.83. vbi pulchrè,& Rebuff.præcit.tract num.28. vbi ponit Regulam , quod per recognitionem chirographi probatur etiam debitum, adeo quod confitens chirographum eſſe ſcriptum à ſe etiam de clerico plenam fidem facit . Vide per eum.

87 Et hæc eſt veriſſima ampliatio, quidquid dixerint Sal. Rip. & alij per eumdem Maſchard. relati cir. concluſ.109. num.8.

88 Nota tamen per illam confeſſionem minimè tolli, qui in ipſemet debitor qui taliter faſſus eſt, probare, poſtea poſſit, quod aſſeruit , videlicet ſcripturam illam minimè veritatem continere; ſic enim in fortioribus terminis dicitur de publico inſtrumento,quod licet faciat probationem probatam, poteſt tamen probari contrarium;l.cum præcibus,Cod.de probat. Bart.in leg. prima, §.ſi quis neget, Quemadmod.teſt.aperiantur cum ſuis concord. Sic in facto conſuluit Cephal. d.conſilio ſuo 686. in 1.duobus volum.5. Eſt bene verum,quod contra ipſum inſtrumentum publicum apertiſſima requiritur probatio,cap.cum Ioannes,de fid.inſtrum.pulchrè Clar. D.Farinac.deciſ. ſuæ Rotæ Roman. 317.in nouiſſ.numer.5.Vide tamen inferius ſcripta ſub numer.120.

89 Sed hic pulchra ſuſcitatur quæſtio : Pone, debitorem interrogatum confiteri ſcripturam illam priuatam , apocham puta,manu ſua fuiſſe confectam,ac ſubſcriptam,cȩterum quantitatem in ea contentam ſe ſoluiſſe dubitatur

hic,

hic, an ſtante iam d.confeſſione ſic qualificata, apocha illa contra ipſummet debitorem exequutioni demandari poſſit?

90 In huiuſmodi difficultate *Cl.Menoch. libr.2. de arbitr. cent.1.caſu 93. num.21. & latius P.Auguſt. Morla de fid. inſtrum.d.quæſt.3.num.8.cum duob.ſeq.* ſentiunt pro negatiua, debitorem ſcilicet, qui ſic qualificatè apocham illam confeſſus eſt, nullo modo propter eam condemandum eſſe.

Mouetur Morla in cęteros, *ſub num.9.* tali ratione.

91 Confeſſio qualificata continens vnum factum, debet ſemper cum ſua qualitate acceptari, & ita qui acceptat partem confeſſionis pro ſe debet etiam acceptare contra ſe, quando tamen in connexis facta eſt confeſſio, niſi cōtra confitentem adſit iuris præſumptio, vt in eo, qui confitetur ſe occidiſſe hominem ac ſui defenſionem *tex.eſt in l.iam quæritur de adminiſtr.tut.in l.etiam.§.1. de minoribus cum concordantibus deductis per Zangerum, de except.p.3. c.vlt.num.44.*

De materia confeſſionis qualificatæ, quando ſcilicet poſsit in parte acceptari, & diuidi, vel non, late *Card.Tuſc. concl.ſua 623.in littera C.per totam, & D.Hercules Marescott.var.reſol. lib.2.c.45.*

92 Sed confiteri debitum, & ſolutionem inde ſequutam ſunt coniuncta, & connexa, quæ ex continentia factorum ſeparationem minime recipiunt, & reſoluit Bartol. per eamdem adductus licet de hoc nec verbum quidem, in *leg. Aurelius, §.idem quæſiit, numer.2.de liberalit.legata.& Menoch.dict.num.21.* ergo confeſſio illa cum ſua qualitate per actorem acceptanda erit; & ſic poſtea minime poterit actione aliqua contra ipſum reum iam confeſſum experiri.

93 Ego autem (vt aperte meam hac in re promam ſententiam) arbitror viros illos alioquin clariſſimos, in errorem maximum. lapſos, contrariamque opinionē proculdubio veriorem eſſe.

94 Et conſidero, quod debitor fatendo apocham illam manu ſua fuiſſe confectam, abſque dubio communita intentionem ipſius actoris, & tacitè ſaltem fatetur, ſe antea debitorem extitiſſe; cum autem ſubijcit, poſtea ſe ſoluiſſe volens per huiuſcemodi exceptionem ipſius creditoris, actionem infirmare, nemini dubium eſt, quin ipſi reo probatio illius exceptionis iniungenda, ſit cum enim in ſua illa exceptione, actor euadat proculdubio ad eam pro-
95 bandam ipſum teneri aperte conſequitur. ad *leg.2.& leg. ab ea parte, iuncta l.in exceptionib.* de probationibus, latiſſime proſequitur *Maſcard.concl.ſua 686.per totam.*

96 Sic eſt ergo ipſe debitor ita qualificatè reſpondens, nec ſolutionem ipſam aliter probans, iuxta contenta in ipſa ſcriptura per eum iam confeſſa, omnino condemnandus erit.

97 Adde ſolutionem eſſe facti, *l.quingenta, de ſolutionib.* latiſſimè *Maſc.concl.ſua 1324.n.1.& 2.*

98 Facta autem minimè pręſumi, niſi per allegantem probentur, adeò notum eſt, quam quod notiſſimum, vulgata *l.in libello, §.facta, de captiuis.*

99 Suffragatur tertio loco: nam ita tenet *Accurſ.in leg. ſiquidem, C.de except.* quem communiter omnes ſequuntur, teſte *Boer.Deciſ.ſua 243.num.2.* vbi pariter quamplures adducit, & ita quoque prout teſtatur *Morla d.q.3.nu. 10.in fin.* ſeruatur in praxi.

Et hac opinione retenta, non officit fundamentum Morlæ.

100 Reſpondeo enim, negando minorem, videlicet, confiteri debitum, & ſolutionem inde ſequutam, eſſe coniuncta, & connexa, vt ex contingentia factorum ſeparationem minimè recipiant.

101 Arbitror enim ego, talem confeſſionem, de qua ſupra, omninò continere quid ſeparatum, & duos complecti articulos diſtinctos, & ita poſſe vnum approbari, & alterum reprobari.

Et quod hoc verum ſit, probo tali facto.

102 Illa in iure noſtro dicuntur, ac proprio nomine nuncupantur connexa, quæ ſęparari minimè poſſunt, vt dicitur de iure patronatus ſpiritualitati annexo.

103 Quæ ad vnum finem tendunt, & ſub vna ſpecie continentur, & quorum vnum ſine altero ſtare minime poteſt, quippe quod vnum dependeat ab altero. Item quando vnum eſt conſequens alterius.

Sic ex multorum Scribentium ſententia docuit latiſſimè ipſemet *Menoch.d.lib.2.cent.1.caſ.95.* per totum. Addo *Crau.conſ.ſuo 232.n.2.* vbi docet illud dici connexum, quod alteri ita connectitur, & adhæret, vt neceſſario ex eo ſequatur, ſiue in antecedens, ſiue in conſequens neceſſarium, & ibi plura deducit.

104 Si ſic eſt, ergo iſta duo, videlicet confeſſio debiti, & deinde ſolutio ſequuta, nullo pacto cōnexa dici poſſunt; hæc enim ad vnum, & eumdem finem minimè tendunt; confeſsio enim tendit ad obligandum, ſolutio vero ad liberandum, ſub vna ſpecie nullo pacto, continentur, vt patet ex toto tit.de actionibus, & obligationib. & ex tit. de ſolutionibus. Vnum ſine altero proculdubio ſtare poteſt, & vnum non eſſe conſequens alterius nullus eſt, qui eat inficias, ergo.

105 Quinimo expreſse dici poſſunt capitula ſeparata, cum vnum non veniat ad alterius determinationem, ad tradita per *Bart.in d.§.*idem quæſiit, in fine.

Et hæc ſufficiant. Alia pulchra de hac materia vide per *Menoch.d.lib.2.cent.1.ſupra cit.caſu 93.Boerio d.quæſt.ſua 243.Zangerum de exceptionibus, d.cap.vltimo, parte tertia, numero 42.cum ſequentibus, Fuluium Pacianum, de probationibus lib.primo, cap.23.& 25.& nouiſſimè per Caroccium de iurament.litt.deciſoriam, quæſt.prima, vndecima quæſtione principali, per totam. Addo Vincentium Mancinum in ſuo tractatu de confeſſione, capit.primo, numer.vigeſimotertio, cum ſequentibus, vbi omnium pulcherrimè, Videndus quoque eruditiſſimus D.Scacc.d.cap.11.numer.88.vſque ad* 103. vbi an confeſsio aduerſarij poſsit pro parte acceptari, & pro parte non, omnium, quotquot ſcripſerunt, exactiſsime diſceptauit, adnectendus eſt etiam *D.P.GilKen. in l.inſtrumenta, numer.43.cum duobus ſeqq. Cod.de probationibus.*

106 Obſeruandum ſecundo principaliter, ſupradictam fallentiam procedere, modo tamen cauſa in ipſa ſcriptura inſerta ſit, alioquin tamquam indiſcreta, & ſine cauſa, effectum aliquem probationis contra ipſummet confitentem minime operaretur, ad *leg.cum de indebito, ff.de probat.* cum ſuis concordantibus deductis per *Schuuart Zanthaler.in repetition.l.magnam, C.de contrahenda pagin. mihi 745.num 8.& 9.* omnium latiſsime, & elegantiſsime *Maſcard.concluſ.ſua 345.* vbi de hoc vſque ad ſatietatem diſcurrit, docendo quando, & in quibus caſibus ipſa ſcriptura, licet ſine cauſa, probet contra debitorem confitentem. Addo poſt hæc ſcripta, *Ioachimum Beuſt.in repetitione dicta lege admonendi, numero 945.& Cl. D.Petr.de Caball.conſilio ſuo 123.numero decimoſexto,* in ſecundo: vbi tradit, quod confeſsio facta ſine cauſa inefficax eſt, etiam inter mercatores, nec probat contra confitentem, & ſubnectit etiam, quod non ſufficit cauſa, niſi ſit veriſimilis, & latius vt per eum.

107 Claudicat tamen hoc, quando niſi adeſſet inſertio cauſæ, inſertum tamen eſſet iuramentum, ipſum enim ſufficere, cum vim cauſæ habeat, poſt *Marſil.Soc. Roman. Barbat.& alios, docuit Maceratenſis libro 2.variar. reſolutione vltima, caſu 33. circa princ. & ſequutus eſt d.Caualcan.d.deciſ.ſua 27.num.66.* vbi infinitos alios concordantes deducit.

108 Non ignorandum Tertio principaliter ſupradictam

fallen-

fallentiam locum quoque ſibi vendicaret, etſi agatur de crimine probando, pœnaque pro ipſo imponenda, & de eo; qui faſſus quidem ſit apocham fuiſſe eius manu ſcriptam, vero contenta in ea minimè veritatem continere, excuſans ſe, quod ita ſcripſit ioco, & otioſè, gratia experiundi calamum: nam adhuc ex tali ſcriptura confeſſata plena contra eum, quod ipſum delictum fuerit commiſſum, inducetur probatio, & per conſequens locus erit multæ, quæ imponitur pro ipſo delicto.

Pulcher autem in hac materia proponitur caſus, qui Romæ contigit, per iure conſultorum Monarcham D. Proſperum Farinacium, *conſil.25.vol.1.* ibi enim cum quidam Rector Eccleſiæ eſſet delatus, & à Birruarijs captus, in eius domo fuit reperta ſcriptura priuata ſequentis tenoris.

Ioan. Vergilio, &c. *Con la preſente di mia mano dichiaro, & confeſſo, che tutte le carezze con baci, & altri toccamenti carnali, tanto dinanzi, come di dietro, che paſſorno, & tuttauia paſſano, & paſſarono ſecretamente tra noi, & M.G. mio padrone, il detto G. me l'ha fatto di bona volontà, & cōſentimento anzi con mia inſtanza, & delettatione, che io ne pigliauo, & ſentiuo ſino dal primo dì, che veni in caſa ſua, & però io gli prometto di eſſergli ſempre amoreuole, & di compiacerlo di tutto queſto, che lui vorrà del corpo mio; & di eſſergli perpetuamente ſecreto, & fedele, altrimente voglio eſſer ſottopoſto à tutte le pene ciuili, & canoniche, che lui meritaua.*

Rector ſic ad carceres ductus, & examinatus, faſſus fuit illam apocham fuiſſe eius manu ſcriptam: verum contenta in ea audacter negauit, excuſans ſe, quod ita ſcripſit ioco, & otioſè, gratia experiendi calamum, & tortus perſtitit. Fuit dubitatum, an non obſtante tortura, vigore ſchedulæ prædictæ eius manu conſcriptæ, iure potuiſſet ad inſtantiam patroni Eccleſiæ, cuius rectos in pœnam priuationis illius eccleſiæ multari?

Maxima quidem fuit in curia altercatio. Plurimi enim multa tam pro, quam contra ipſum delatum cartis commiſere, vt videre licet ex præcitato reſponſ.25. D. Farinacci, Re tandem diſcuſſa. Rector ille non ſolum condemnatus fuit in pęnam priuationis beneficiorum, verum etiam exilij perpetui ab Vrbe, & toto Statu Eccleſiaſtico, & ita fuit exequutum. Hoc idem, quod ſi quis in aliqua ſua ſcriptura priuata, vt puta epiſtola, confiteatur ſuum delictum, ſola illa ſcriptura abſque alijs teſtibus, ſufficiant ad plenam probationem, dummodo in iudicio recognoſcatur à ſcriptore Reo, poſt nonnullos relatos firmauit Emanuel Rodericus *lib.2* Quæſtionum ſuarum Canonicarum *quæſt.13.art.5. in princ.*

109 Ampliatur ſecundo principalis ipſa Limitatio, vt locum quoque ſibi vendicet, licet ipſa ſcriptura priuata, aliena manu ſcripta fuerit, modo tamen eam ſua voluntate ſcriptam agnoſcat, ſic præcisè ampliat inter alios *Rip. in d.l. admonendi, nu.102.* & ſequutus eſt etiam *Beuſt. num.946. cum duob. ſeqq.*

110 Nec ſanè mirum videtur, namque ea manu ſcriptum, quod mea voluntate ſcriptum eſt, *leg. Diuus. Claud. §. item Senatus, ff. ad l. Corn. de falſ. & cap. cum inter vos, de re iud.*

Et geſſiſſe propriè videtur ille, qui per alium geſſit, *l. ita autem, §. geſſiſſe, ff. de adminiſtr. tut.*

111 Et his itaque reducitur proculdubio falſa opinio Imolæ, ac ſequacium, in cap. cautio, de fide inſtrumentorum, cum enim ipſi ita demum aſſertionem factam in libello nocere libellanti tradant, ſi propria manu ſcriptus ſit libellus, non autem, ſi manu Aduocati, Notarij, aut cuiuſlibet alterius tertij, ob ſupradicta eos falli aperte conſequitur. Addo nunc *Maſcard. concl. ſua 368. num.20. & 21.* vbi hac de re pulchrè.

112 Ampliatur principaliter tertio, idem iuris eſſe licet illa ſcriptura ſine ſolemnitatibus, requiſitis facta produceretur, adhuc enim, ſi ille, contra quem producitur, confiteretur eſſe ſua manu ſcriptam, contra ipſum plene probaret, ſic præcisè poſt *Felin. Maſcard. d. concluſ.109. num.7.*

113 Ampliatur quarto, vt non ſolum prædicta ſcriptura probet contra ipſummet ſcribentem, ſed etiam contra eius ſucceſſores, & hæredes, ſic inter alios *Card. Pariſienſ. conſil. ſuo 77. num.25. in tertio, & Maſcard. d. concluſ.109. num.3.*

114 Et licet ipſemet *Maſchar. ibid. ſum numer. quarto,* nonnullos contrarium tenentes adducat conſiderant enim, quod alias eſſet in poteſtate debitoris præiudicare tertio.

115 Reſpondeo tamen, eos loqui, ac intelligi de illo tertio, qui non habet cauſam ab ipſomet debitore, contra enim ipſum vtique Regula non procedit, prout quoque poſt plures relatos docet præcisè *Purpur. in d.l. admonendi, numer.160.* non autem de eo. qui habet prout eſt eius hæres, ac ſucceſſor.

116 Sed hic pulchra congruo ordine ſuccedit difficultas, & talis eſt. Dum ſit diſcuſſio bonorum alicuius, producitur apocha mille aureorum, quam debitor recognoſcit: An ipſa recognitio præiudicet tertijs creditoribus? Dubitatur, & reſpondetur, quod non: niſi de debito ipſo aliter appareat. Sic præcisè poſt Socc. ac alios Dom. Petrus Rebuff. in ſuo tractatu de Chirographorum recognitione, numero octuageſimoprimo, vbi ſubdit; id eſſe in cauſa: quia alioquin eſſet in poteſtate debitoris præiudicare tertio, quod non eſt dicendum, per legem rem alienam, *ff. de contrahend. empt.* & ſupra tetigimus, & quia per hoc daretur materia calumniandi contra *l. conuenire, ff. de pact. dot. lib.*

Hoc autem limita, quando ille tertius haberet cauſam à ſcribente, ad *leg. repetita, ff. de fide inſtrumentorum, & leg. ex ſextante, § Latinus, de exception. rei iudicatæ.*

Coarcta Secundo: quando apocha ipſa, ſiue Scriptura, eſſet ſubſcripta à tribus teſtibus: nam tunc ceſſare videbitur præſumptio fraudis, ad *leg. Scripturas, & ibi notat. Cod. qui potiores;* De cuiuſdem legis materia, latiſſimè loco ſuo per nos diſſeretur. Sic eleganter limitat Rebuffus poſt alios, *dicto tractatu numero 82. & 83.* vbi ſubdit rationem, dicens: nam ſicut non ſtatur dicto ſolius deponentis viua voce, ita ſi conficiat ſcripturam. Eſt bene verum; (ſubnectit) quod quemadmodum ſi dictum ſuum probaretur per tres teſtes, valeret, ita idem iuris erit, quando ipſamet Scriptura eſſet per tres eoſdem teſtes approbata, & latius vt per eum, quem conſulas.

117 Ampliatur vltimo, (licet hoc videatur potius notabile) vt contra iſtam ſuam confeſſionem de illa ſcriptura factam, videlicet, quod manu propria ſcripta fuerit debitor ipſe amplius venire non poſſit, nimis enim indignum eſt, quod ſua quiſque voce dilucide proteſtatus eſt, id in eodem caſu infirmare proprio valeat teſtimonio, ad *l. generali, Cod. de non numerat. pecunia, ita pulchrè Mand. conſilio ſuo 97. num.8.* Adde, quod confeſſus contra propriam confeſſionem non auditur, pulchre *Illuſtriſ. D. Card. Tuſch. concl. ſua 648. in littera C.*

118 Quinimo, nec ad appellandum admitti poterit, ſi in ſecunda inſtantia confeſſionem ſuam quodammodo voluerit reuocare.

119 Contrarij enim ſibi ipſis, debent a iudiciorum limine repelli, & reſpondens contraria ſuo iure proculdubio priuatur, Sic præcisè poſt *Marſil ſingul. ſuo 257. & 269. Boer. deciſ.8. numer. quinto, & alios, Adrian. Gylman. rerum iudicatar. Camer. Imperialis lib.2. deciſ.11. numer.21. & 22.*

120 Et quod probatio in contrarium hoc caſu admitti non poſſit, quando ſcilicet debitor ſcripturam propria

pria manu ſua fuiſſe confectam faſſus eſt docet ex profeſſo *Maſcar.concl.ſua 382. per totam. Addo Scacciam de iudic.cauſ.ciuilium,cap.*11.inferius allegandum *n.*78.vbi docet, quod amplius nec probari, nec allegari per eum poterit error, quod tamen ſecundum ipſum numer.79. non procedit, quando ipſemet ſcribens non intellexit quod ſcripſit,vt eſt,quando quis ſe ſubſcripſit in carta vacua, in qua nihil erat ſcriptum, quia tunc probato, quod ſe ſubſcripſerit in eiuſmodi charta confeſſio,quod ſcriptura eſt ſuæ manus nihil operatur in præiudicium ipſius ſcribentis, ex quo non habuit notitiam eius, quod ſcripſit, & hoc idem tenet *Guid. Pap.* Colerus de proceſſibus ac alij per eundem Scacciam relati, infinitos alios retulit, & ſequutus eſt *D.Marc. Ant. Maceratenſ. Variarum reſolutionum lib.2. reſolution. 4. num.7. Vide tamen ſcripta ſub. numer.* 88.

Alijs etiam modis ampliat,& limitat *D. Maſcar.d. concl.ſua* 109.vide per eum.

121 Sed alia non minus pulchra, quam difficilis pro coloni de huiuſce limitationis ſuccedit hic dubitatio,& eſt:An ipſamet ſcriptura priuata,a debitore confeſſata,contra ipſum habeat exequtione paratam?

In qua quidem difficultate ſtatuas Regulam pro negatiua, cum nec publica ipſam exequtionem habeat ad lege minor 25.*annis per fideicom. ff. de minor. ſic præcisè Petr.Rebuffus.in d.ſuo tract.num.24.& 26.* vbi tamen ſubdit hodie ſecus eſſe ex Legibus Franciæ in illo Regno: ſcriptura enim priuata a patre recognita vtique habet exequutionem paratam,ex conſtitutionibus dicti Regni.

De hoc autem adeo doctè,& latè cum ampliando cum limitando diſſerit *Clariſſ. Rebuff.d. ſuo tract. de Chirographorum recognita nu.42. vſque.ad* 75. vt vniuſcuiuſque alterius opera ſuperuacanea, vt ab omnibus iudicetur neceſſe ſit;Ad ipſum igitur,ne ex ſcriptis ſcripta conficiam, beneuolum Lectorem releuandum duxi. *Videndus idem ſub num.*98. vbi quoque an ſit locus dictæ conſuetudini, quando ipſamet ſcriptura habetur pro recognita, per ſimplicem contumaciam accuſatorum,eleganter ediſſerit adeundus quoque de hac eadem materia, *D. Amator Rodriquez in ſuo tract.de executione ſententiæ c. 1. art.2. per totum,vbi latiſſimè.*

122 Limitatur quinto principaliter: nam ſcriptura ipſa priuata contra ipſummet ſcribentem, ac in eius præiudicium probationem plenam inducit,text.ſunt *Clariſſimi, in l.Publia,§.fi.ff.depoſit.in l.cum taberna,§.idem quæſiuit, ff.de pignorib.in l.Lucius de conſtitut pecun.& in l.emptor, § fin.ff. de pactis Sequitur Gemin.conſil.19. numero 2. Aretin.conſil.44.numer.1. Dec.conſil.650 numer.6. in ſecundo Cantiuncula conſil.ſuo 16.numer.127.Gratus, conſilio 30. numer.2.53.numer.1.in primo, & conſil.13.numer.39. in 2.Laurent.a Pinu conſil.ſuo* 88.*numer.5. & 135. numer.3. Iacobus Heinrichmanus conſil.ſuo 27.num.6.in 2.Philippus Portius,conſil.139.numer.8. Hippol.Rimin.conſil.52.num. 25.& 111.& conſil.553.num.13. Cioff.conſ.108 n.10.in 2. de Rubeis,conſ.32.n.186.in primo.Decian.conſ.30,num.22. vol.1.& nouiſſimè Farinaccius conſ.ſuo criminali, 25.n.11.* & eſt veriſſima.

Eam enim ſequitur quoque *Lapus, Allegat.ſua 77. nu. 4.Rota Genuenſ. teſte Bellono dec.12.num.6. deciſ.13. num, 29.deciſ.126.num.1. vbi adducit textum in l.ſi aliquid, in l. ſi per epiſtolam, in l.nec ambigi, C.de donationib. Item deciſ. 689.num.3.196. num.1.& 207.num.1. Boer.deciſ.ſua 105. num.1,& 2.Laurentius,deciſ.Auenionenſi 146.n.1.Magon. deciſ.Lucen.5.num.19.Thomas Triuiſan.deciſ.60.num.7.lib. 1.& Maſcard.concl.ſua 111.n.22.addo. Flamin.de Rubeis, conſ.ſuo 38.num.7.vol.2. Aldouinum conſil.ſuo 73.num.5. & Clar.D.Sigiſmund. Scacciam de iudicijs cauſ.ciuil libr.2. c.11.num.70. vbi late, et num.77. Addo quoq;D. Herman. Meyerium de pignorib.tit.13.n.8.*

123 Nec ſanè mirum, certiſſima eſt enim iuris Regula, ſcripturam cōtra ſcribentem ſemper fidem facere, *l.generaliter, C.de non numer.pecun.l.quædam, §.numularios, ff. de edendo, et tradunt Doct. omnes in d.l.admonendi, in ſpecie autem Ptolomeus, numer.64. verſ.decimo probat.et Rip.numer.117.ſequitur Bertaz.conſ.ſuo crimin.2.num.17. vol.1.* Ratio autem huiuſce rationis (mea ſententia) ea poteſt eſſe:quia vt dicit *text.in d.l.generaliter,in fin.* nimis indignum eſt,quod ſua quiſque voce dilucide proteſtatus eſt: idin eum caſum infirmare, teſtimonioque proprio reſiſtere.

124 Ampliatur, vt hoc procedat, licet ſcriptura ipſa priuata confecta etiam fuerit abſq;die, & Conſule *Tiraquel. poſt alios, de retractu conuent.§.1.gl.7.n.51.*

125 Hanc tamen receptiſſimam concluſionem intellige, ac declara procedere;quando ipſamet ſcriptura tanquam propria manu confecta, eſt in iudicio per ipſummet ſcribentem recognita, quo caſu (vt ſupra diximus) nulla poteſt eſſe difficultas, nunc autem addo *Marian. Socin.Senior.conſilio 57.numero primo, et 68.numero 8.in 5. Maluaſia, poſt alios, conſilio ſuo 47.numero ſexto, Machel. Patroc.ſuo 14, numer.ſexto, et ſeptimo, Decian.conſilio 20. numero 1. et 29. numero 32. in ſecundo, Scacciam latiſſime dict.capit.11.num.*71. cum ſexcentis alijs et *D.Nicolaum Euerard. iuniorem conſil. ſuo 13. numer. 50. et 51. volum.* 1. vbi poſt infinitos concordantes, adductos ſubdit, priuatam ſcripturam ab ipſo ſcribente agnitam, eandem vim habere, ac ſi eſſet à publico tebellione confecta, & latius vt per eum, videndus idem *lib.2. conſil. 10.num.86 et d.conſil.13.numer.56.* vbi tradit, quod ipſius ſcripturæ priuatæ recognitio in iudicio facta habet vim iudicati.

Addo quoque Ioannem *Koppen. deciſ.ſua 46. num.25. et 26.*vbi etiam adducit tex.*in leg.ſi procuratorem*,de procuratoribus,& ſub *num.*33.vbi poſt multos relatos ſubdit nil referre, an ſcribens realiter ipſam recognouerit, an vero in iudicio ad recognoſcendum citatus, non apparuerit, ſed accuſata fuerit contumacia. Id quod etiam ſequitur *Rota Genuen.dec.ſua* 118.*numer.1.et D.Emanuel. Roderic.d.art.5. Addo Rebuffus dicto tractatu nu.97. Cl.D.Petrum de Cabal.in terminis terminantib.conſ.ſuo 35. num.1. vol.2.*

126 Similiter eam intellige, quando ſi per ipſum forſan eſſet negata fuiſſet iuſtificata,aut comprobata,vel per teſtes, aut per literarum comparationem, aut quodlibet alio modo.

127 Et in hoc difert limitatio iſta a ſuperiori: prior enim procedit dumtaxat, quando debitor ſcripturam illam contra ſe productam, manu propria eſſe confectam confitetur.

Hæc autem poſteriot, quando etiam confitetur, vel ſi negat iuſtificatur, aut comprobatur per teſtes, vel per comparationem litterarum,vel alio modo.

128 Ampliatur ſecundo iſta limitatio, vt procedat, licet talis ſcriptura careret ſubſcritione, dummodo tamen ſit ſcripta propria manu, & in ea fuerit ſcriptum proprium nomen, & cognomen ſcribentes, & fueri per eumdem recognita,vel comprobata per teſtes illam fuiſſe ſcriptam manu eius,cuius nomen inſcriptum eſt in ea, ſic poſt *Fulgoſ.Alex. Purpurat.* & pleroſque alios *Bellon.d. deciſione 126.numer* 2.Addo in terminis terminantib. *Caball. Mill, ſuo 664.et Scacciam d.c.11. numer.*555. vbi latè Adeundus quoque *Petrus Rebuffus dicto ſuo tract. numer.* 84. vbi pulchrè.

129 Ampliatur tertio hanc eamdem limitationem procedere, licet ſcriptura illa ſcripta eſſet per tercium, & ſubſcripta per eum, contra quem producitur, adhuc enim contra ipſum plenè probaret, ſic præcisè *Bellon.d.deciſ. 207.num.2.Addo Marian.Soc.iun.conſil.9.num.11.in quinto*

Regner.

Regner.Sixtin.inter conſil. VVltei.conſ. infra allegando nu. 11.cum ſeq. & Maurum Burgium in ſuo tract. de Laudimio,p.3.inſpictione 38.n.8.cum ſeq.vbi pulchrè.

130 Et ratio mea ſententia eſt ſatis euidens : nam apocham ſubſcribens , dicitur totam ſcripturam ſcripſiſſe. Borgnin.deciſ.27.num.62.p.2.

131 Paria enim ſunt apocham eſſe ſcriptam manu patris, & ſubſcriptam tantum. Felin.in c.2.num.7.de fide inſtrument.

132 Subſcriptio namque idem operatur quod ſcriptura propria, vt de magis Communi teſtatur Burſ. conſil. ſuo 39.numer.24. Adeo Decian.conſil.ſuo 39.numer.89. in ſecundo.

133 Et diſpoſitio de propria ſcriptura loquens , habet etiam locum in ſubſcripta, Rim.iun.conſ.503.n.5.in 5.& Decian.conſ.30.n.21.in primo.

134 Hinc apocham ſubſcribens dicitur omnia in ea contenta approbare. Caſtrenſ.conſilio 320.& Roman.conſilio 303. & ſe obligare, vt notat. in leg.fideiuſſor, §.pater,ff.de pignor. & in leg.ſi ita ſtipulatus, §.Ghriſogon. ff.de verb.obligationem ſequitur Gabriel titulo de præſumptionib. concluſione 3.& poſt Pariſ.& alios.Vincent.Mancin.in ſuo tractatu de Confeſſ.c.6.num.55.

135 Et idem eſt, ſi ſubſcribat, non lecto eius tenore, contra eum enim ſemper præſumitur, ſic pulchrè Paul. Tuſchus in ſuis Singularibus in litter.A,num.76.& melius Pariſ.conſilio ſuo 77.num.26.in 3. vbi inquit, qnod conqueri minimè poteſt, quod ſubſcripſerit ſcripturam ignoranter, & neſciens, quæ in ipſa continebantur, cum enim ille ſe ſubſcripſerit, præſumptio eſt, quod habuerit notitiam contentorum in dicta ſcriptura, & quod omnia illa intellexerit,& illis conſenſerit. Eſt verum,quod probato plenè per ipſum, quod ſubſcripſerit ſcripturam ignoranter , vtpote quando ſubſcripſerit in charta vacua, talis ſubſcriptio, ſibi non nocebit, ad tradita ſupra, num.120.

136 Videndus tamen hac de re Clariſs. Menoc. lib.3.præſumpt.præſump.ſua 66.per totam, vbi quando,& quomodo ſubſcribens ſcripturam aliquam , vel eam ſua manu ſcribens, vel ſubſcribens eam approbare præſumatur, ſatis abundè acurata, & diligenti nodat explicatione. Adeundus eſt etiam hac de re Gabr. lib.1. concl.tit.de præſumption.concluſ.3. & Mancin.d. capit.6.num.56.cum ſequent. Addo Maſcard. concluſione ſua 1347.& Petrus Rebuffus, in ſuo tractatu de Chirographorum recognitione numero 52.cum ſeqq. vbi an, & quando ſubſcribens habeatur pro ſcribente, latiſſimè diſceptatur. His adde quoque Card.Tuſchum concl.ſua 761.in littera S,vbi exactiſſimè & D.Nicolaum Euerard.iuniorem conſil.ſuo 6.num.41. vol.2.

Adiungas pariter Cl.D.Farinaccium dec. ſua 321.numer.2. vbi tradit quod apocham pro rata ſuę portionis dumtaxat ſubſcribens, & abſque clauſula in ſolidum pro toto debito non dicitur obligatus,& latius,vt per eum.

137 Ampliatur quarto proxima ipſa principalis limitatio,vt procedat non ſolum contra ſcribentem ſed etiam contra eius hæredes , ſic poteſt Caſtrenſ. Albenſ.conſilio ſuo 737.num.3.& 4.& poſt Crauett.conſ.ſuo 134.numer.9. Cl.Menoc.conſil.ſuo 409. num.4. ſiue ipſamet hæredes ſint vniuerſales ſiue ſingulares ad tradita poſt Socinum, & Bal. per eundem Cl. Dom. Menoch. conſ. ſuo 781. numero 11.

138 Item contra quoſcumque alios habentes tamen cauſam ab eo; ſic poſt Iaſ.Anchar. & alios, tradit Scot. conſiliorum tomo 2. conſil. 3. numero 42. Addo Maurum Burgium, poſt alios, in ſuo tract.Laudimio, p.3. Inſpect.38. numer.12. & Scacciam d.cap.11.numer.80. & 81. vbi hoc declarat,vide per eum.

139 Ampliatur quinto , vt ſcriptura priuata contra ſcribentem probet, dummodo tamen de ipſo legitime conſtet licet, nec ab eodemmet ſcribente, vel teſtibus fuerit ſubſcripta.Sic præciſè poſt multos, relatos Eques Rugerius,conſ.ſuo 38.n.65.vol.1.Addo Preteum conſ.ſuo 44.n.1. in 3.vbi deducit text.in l.fin.in princ. vbi. DD. de leg.& in l.fin. in princ.de prob. & D. Thomam Triuiſanum d. deciſ. 60.citata n.7.

Adiungas etiam Regnorum Sixtenum inter conſil. Vultei,vol.2.col.8.n.7.

140 Ampliatur ſexto iſta concluſ. in eo , quod dicimus ſcripturam priuatam probare contra ſcribentem,vt in tantum ſit vera, quod ſi is, qui eam ſcripſit, negauerit ſuam manum, hoc eſt, non eſſe a ſe ſcriptam,ſeu negauerit contenta in ea, & poſtea fuerit conuictus, veniat condemnandus ad duplum, ſic poſt Speculat. per text. in l. contra qui propriam,C.de non numer.pecun. Scaccia d.c.11. n.72.cum ſeq. vbi quoque nonnullos deducit caſus in quibus dictæ pœnæ dupli non eſt locus, ad ipſum, ne ex ſcriptis ſcripta conficiam, & aliena mihi videat vſurpare beneuolum lectorem remitto.

141 Ampliatur ſeptimo, vt ſcriptura priuata probet contra ſcribentem,non ſolum in antiquis,ſed etiam in non antiquis, & factis recentibus, ſic poſt Crauett.& Maſcar. Scaccia,d c.11.num.82.

Alias ampliationes deducit idem Scac. d.c. 11. n.85.& 86.vide per eum.

Coarctatur autem ſupradicta principalis limitatio quando in ipſa ſcriptura priuata cauſa minimè contineretur, nam tunc ipſamet ſcriptura contra etiam ſcribentem minime probaret , ita pulchre poſt alios D. Honded. conſ.ſuo 39.numer.57. in ſecundo conferunt ſcripta infra n.254.& infra lib.2.c.1.n.2.cum ſeq.

Sed quid iuris ſit ſi agatur de fauore eius qui ſcripſit, an ipſiuſmet ſcripturæ priuatæ fides ſit adhibenda, ſupereſt videre.

142 In hac autem difficultate, rem paucis perſtringendo conclude pro negatiua,id quod etiam procedit,licet ipſemet ſcribens iuraſset, l.exemplo,& l.rationes C.de probationibus.

Nec ſane mirum : pernicioſum eſt enim, vt ei ſcripturæ credatur , qua vnuſquiſque ſibi annotatione propria , debitorem conſtituit , d.l. exemplo. Quinimo, ſubdit ille tex. quod nec fiſcus , nec quilibet alius, ex ſua notatione propria, ſibi deberi probare poteſt.

Sebuitur Pariſ. conſil.ſuo 112. num. 20. in primo Zulet lib.1.conſil. vltimarum voluntatum conſil.178. numero 12. Socin.iun.conſil.54. numer.5.& 57. numer.3.in ſecundo Decian.conſil.46.numer.33.in 2.Hippolyt. Riminald.conſil ſuo 553. numer.12. in 5. Alferius conſil. ſuo 31. numer. 15. Eques Ruger. conſilio ſuo 38. numer. 17. in 2. Machell. Patroc. ſuo 36. numero tertio.Turret.conſil.17.numer.21. in primo, & nouiſſimè Vincen. Honded.conſilio ſuo 109.numer.46.& 47. vbi quoque eamdem priuatam ſcripturam pro ipſius ſcribentis hærede, minimè probare ſubnectit.

Addo etiam Rotam Genuenſ. teſte Bellon. deciſ.110.numero quinto,& Gaill.lib.2. obſeruat.20.num.1. vbi quoque procedere potiſſimum ampliat, ſi agatur de tertij præiudicio.

Obſeruandum tamen, hanc eamdem Regulam pluribus in caſibus quoque fallere.

143 Primus eſt, quādo ipſa ſcriptura continet aliquid veriſimile,tunc enim probat etiam in fauorē ipſius ſcribentis,ita Bald.in l.1.de edendo,vbi quoq;ſubdit,librum rationum pro ipſo ſcribente probare,quando continet veriſimilia.Sequitur poſt multos relatos Gerard.Mazol.conſ.ſuo 16.n.15.vol.1. Addo Rotam Roman.deciſ.ſua 791.n.2.& 3. p.1.in nouiſs.& Flamin.de Rub.conſ.29.n.25.in 2.

144 Id quod multo magis procedit, quando vltra veriſimilitudinem intercederet etiam iuramentum, eo namque caſu ſcriptura priuata plene probaret in fauorem ipſius ſcribentis: ſic poſt alios *Maluaſia coſil.ſuo 96.n.27. & poſt multos relatos Rugerius,cònſ.ſupra citato 38.numer. 17.in ſecundo*.

145 Secundus caſus eſt, quando a contraria parte approbaretur, tunc enim in fauorem ipſius ſcribentis probationem induceret: præcisè *Pariſ.conſ.ſuo 47.numer. 7.in princ. Monald.poſt alios, conſ.ſuo 151.num.8.in ſecundo*

146 Tertius quoque caſus eſt, in quo ſcriptura priuata plene probat pro ſcribente, quando pars aduerſa confeſſa eſt ſcribentem ipſum fuiſſe dignum, vt ipſi fides adhiberetur,ita poſt alios *Maſcard.concl.ſua 111.n.fin.*

147 Sed pro maiori intelligentia ita diſtingue.

148 Aut ipſa pars aduerſa dixit, & ſemper habuit ſcribentem pro perſona veridica, in omnib. eius dictis, & ſcripturis, & tunc talis ſcriptura priuata probat contra ipſam,& ad fauorem ipſius ſcribentis, licet in ſpecie non approbauerit ſcripturam,de qua agitur.

149 Aut ſolum dixit, ſcribentem eſſe, & pro viro bonæ conditionis,ac famæ habitum,& tunc cenſetur ſolum approbare perſonam,non autem dictum.

150 Et quonia approbatio perſonæ nil facit quoad probationem dicti,aut facti,*l.ſi quis teſtib.C.de teſtib.c.ſi quis teſtib.4.q 3.& cap.preſentium*, de teſtibus, non operatur niſi ſemiplenam probationem.

Ita pulchrè poſt alios idem *Maſcar. concl.ſua 1300.n. 12.& 13.cum ſeq.*

151 Fallit ſexto principaliter regula ſupradicta, quod videlicet ſcriptura priuata, nec plene, nec ſemiplenè probat contra producentem: contra enim ipſum quantumcunque priuata ſit plene vtique probat. Sic communiter Doctores omnes, in c.cum venerabilis, de exceptionib. Sequitur *Crau.conſ.ſuo 815.num.14.& 921.numer.23.Salon de Pace: conſilio ſuo 3. numer. 74. in primo. Schurph. Centuria tertia, conſil.90.num.11. Vranius conſilio ſuo 57. num.16.in ſecundo,Monald.conſil.151.num.8.& Cl.D.Pet. Caball.conſ.ſuo 45.num.1. in ſecundo, Addo Clariſ.Menoch.de præſumptionib. lib.2. cap.45. numer.7. & per totum.* vbi etiam diſcutit, quod iuris exiſtat reſpectu publici inſtrumenti: quemadmodum quoque facit latiſſimè *D. Maſcard. de probation. concl.ſua 916. D.Trentacinquius Variarum reſolution. libr.2. titulo de fide inſtrumentorum, reſolut.3.per totam, & Illuſt.Dom. Card.Tuſch.concl.ſua 872.in littera P.*

152 Et hoc quidem præcipue procedit, quando producit ipſam in iudicio, eo enim caſu videtur ea omnia,quæ in ipſa continentur fateri, nec eam amplius reprobare, vel impugnare poteſt, ſic poſt multos relatos concludit *Schrader.in repetitione ſua l. admonendi, numer.254. Addo Cephal.conſilio 374. numer.57. & 454.num.30. & Clariſſ.D.Peregrinum conſilio ſuo 61. num.10. verſiculo ſecundo, volumine adeundus idem deciſione ſua 95. numer.13.* vbi docet vlterius,quod qui ſemel producit ſcripturam in iudicio non poteſt productionem reuocare, maximè parte reluctante adducit poſt *Felin.Roman,Crauet,& alios, Guido Pap.quæſt.ſua 243.* vbi ſubdit,quod ita in Curijs obſeruatur. Addo etiam *Crauet. de antiquit.tempor. in verſ. Viſo: de verbis enunciatiuis, numero 42. cum ſequentibus*, vbi quoque an talis approbatio iſtius ſcripturæ productæ proſit tertio abſenti, & multa alia ad hanc materiam ſpectantia, elegantiſſimè deducit.

153 Hinc, ſcriptura computi contra ipſum producentem plene probat,ſi tamen in iudicio fuerit producta,ſic poſt alios *Cardin.Pariſ.conſ.ſuo 47.n.3.in 1.*

154 Ampliat *Alexand.conſil.147.col.2. in ſecundo*, vt hoc etiam locum habeat, licet partitę in dicto libro computorum deſcriptæ, non eſſent deſcriptæ manu principalis,ſed alterius,quoniam præſumptio eſt fuiſſe deſcriptas ipſius voluntate. Sequitur poſt multos relatos idem *Pariſ.citato loco,n.4.*

155 Nec immerito quidem,cum enim producens produxerit dictum computum, nedum illud confeſſus eſt, verum omnia, & ſingula, quæ in eo continentur, acceptaſſe dicitur,& confeſſum fuiſſe iuxta ea, quæ traduntur in *l.cum precum, C.de liberali cauſa, & per gloſſa in leg. 1. §.editiones, ff.de edendo, & ſequitur Pariſ. d. conſil. numer.5.*

156 Et eſt obſeruandum, quod is, qui priuatam ſcripturam in iudicio exibuerit, nedum eis, quæ in ipſius ſcripturæ aſpectu, vel fronte adnotata fuerunt,ſtare compellitur,verum etiam illis,quæ a tergo comperiuntur,vt puta,ſi chirographum ſit, atque ideo comperiatur adnotata ſolutio totius,vel partis debiti, ſic pulchre poſt infinitos relatos,*Carol.Zallong.racematione ſua 88.num 2. Addo Maſcar.concl.ſua 1241.n.15.*

157 Amplia, vt producens chirographum teneatur illi ſtare etiam,in his, quæ contra ipſum faciunt cum omnibus vitijs, & qualitatibus in eo contentis,*capit.cum olim, de cenſibus, & capit.Cum venerabilis,vbi Canoniſtæ,de exceptionibus,iuncto cap.imputari,de fide inſtrumen.cum concordantibus deductis per Brunor. a Sole, in ſuo compendio Propoſitione iur. in verſiculo ſcripturam producens.*

158 Quinimo, licet produxiſſet chirographum cum proteſtatione: quod ipſum dumtaxat producit in parte, & partibus pro ſe facientibus, non tamen releuaretur, quin etiam patrib. contra ſe facientibus teneretur ſtare, ſic communiter *Doctores, in d.c.cum venerabilis. Addo Rot.Roman. deciſ.264.in nouiſſ.Clariſs. Decian.conſ. ſuo 20.num.7.& 8.in ſecundo, vbi pulchre. & Magon.deciſion.ſua Lucana 25.n.10.*

Addo poſt hæc edita viſum Do. Sigiſmundum *Scacciam,c.11.inferius allegandum num.50. cum plurib.ſeq.* vbi an & quando proteſtatio qua produces ſcripturas, proteſtatur ſe illas producere in parte, & in partib.iuuet ipſum proteſtantem omnium latiſſimè diſceptatur.

159 Amplia etiam ſupradictam concluſionem procedere etiamſi ſcriptura ipſa producta non ſit ſolemnis, quia productio imponit illi fidem, & authoritatem.Sic præciſe poſt alios *Dom. Surd. deciſione ſua 267. num. 2.* vbi tamen limitat,quando ipſamet ſcriptura eſſet ſuſpecta de falſo, quia tunc non comprobatur productione & latius, per eum.

160 Pro coronide tamen huiuſcę limitationis obſeruandum volo,in productione ipſarum ſcripturarum citationem partis eſſe omnino neceſſariam, hæcque neceſſitas citandi partem operatur, vt ſi citatio fuerit omiſſa,productio ipſius ſcripture ſit inualida.Sic omnium latiſſimè, ac elegantiſſime Sigiſmundus *Scaccia de iudic. cauſarum ciuil.lib.2. capitulo vndecimo, numer.6.cum tribus ſequentib.& numero 10.* vbi etiam quomodo formetur citatio ad videndum produci ipſas ſcripturas, eleganter ſubnectit. Adde multos extare caſus, in quibus ipſius partis citatio in ipſarum ſcripturarum productione minime eſt neceſſariam: eos omnes ſingillatim refert, ac deducit idem *Dom.Scaccia d.cap.11.n.11. cum pluribus ſequentib.* Vide per eum.

161 Septimò principaliter limitatur ſupradicta Concluſio, quando ſcriptura ipſa priuata reperitur penes debitorem, licet enim non habeat ſolemnitates requiſitas, contra creditorem tamen,nempe debitum eſſe ſolutum, vel remiſſum, plene probat.*text.in l.creditricem,C.de remiſ.pignor.notat Bartol. in lege prima. C.de Latin. libertate tollenda, argument.l.idem Labeo, ff.de pactis, & ſequitur Maſcard.dict.concluſione ſua 111.n.14.& 15.*

162 Intellige tamen hoc, quando debitor probaret huiuſmodi apocham habuiſſe ab ipſo creditore, tunc enim plene probaretur ipſa liberatio, alias ſecus. *Sic notatur in lege prima, §. ne fraudandi dicto titulo. C. de Latin. libertate tollenda in leg. ſi chirographum de probationibus & in lege Labeo, §. finali, de pact. Sequitur Felin. in cap. 2. num. 8. de fide inſtrumentorum, Iacobus Petrus de Ptolomeis in d. l. admonendi, num. 64. verſ. Quartus caſus, & Maſcard. dic. concluſ. 111. n. 16.*

163 Si etiam chirographum, quo me tibi centum debere ſum profeſſus, penes te cancellatum reperiatur, oritur præſumptio iuris, veriſimiliſq. probatio me tibi ſatisfeciſſe, d. l. chirographum, de probat. *Iaſ. in l. 2. num 2 ff. de pact. Menoc. lib. 1. præſum. 4. n. 2.*

Sic quoque ſtatuto noſtro cauetur ſub Rubric. de chartis debitoris reddendis, *c. 1. in princip. & ſtatuto Dominorum Venetorum, pagina 6. a tergo n. 5.*

De hac tamen materia videndus ipſemet *Maſcard. concluſ. ſua* 477. vbi an ipſius debiti ſolutio per inſtrumētum repertum apud debitorem probari poſſit, eleganter diſſerit. Videndus quoque *Clar. Menoch. libro tertio, præſumpt. cap.* 140. & 141. *vbi latè Adeundus etiam D. Bernard. Graueus lib. 2. practicarum concluſ. 31. conſideratione Miſtell. per totam, & Illuſt. Card. Tuſchum concl. ſua 22. in littera C, per totam,* vbi Cancellatio, an, & quando probet ſolutionem, vel non, & quid operetur, omnium exactiſſime diſceptatur, *Adeundus idem in concl. 345. in littera S.*

164 Sed pulchra de materia poſſet hic excitari quæſtio, & eſt, an creditor chirographum debitoris habens, ſi ei ab ipſo debitore proteſtatio fiat, debitum ſolutum eſſe adhuc agere ex eo chirographo queat? Diſcutit ex profeſſo hunc articulum ad partes *Do. Iacobus Scultes libro 1. q. ſua 43. & tandem ſub nu. 7. & ſequentib.* concludit pro negatiua, ad eum, ne aliena mihi videat vſurpare, lectorem beneuolum remitto.

165 Octauo loco fallit: nam ſcriptura priuata fidem facit, quando per ſententiam ſuperioris Iudicis, vel Principis fuiſſet ſemel approbata, & admiſſa: De cætero enim abſq. dubio fidem faceret, argumento *tex. in §. ſemel, Inſt. Quib. ex cauſ. manum. non licet. Ita in terminis tradit Bald. conſil. 175. in tertio. Dec. in conſil. 596. col. vlt. verſ. Quinto ſuadetur, Schrad. in d. l. admonendi, num. 260. D. Borgninus Caualcan. lib. 2. deciſ. ſua 27. num. 33. & pleriq. alij Addo D. Cæſar. Manent. poſt hæc edita viſum, conſ. ſuo 26. n. 6. vol. 1. vbi poſt Magonium, & alios,* ſubdit, quod ſcriptura, quando ſuper ea iudicatum fuit, præualet etiam inſtrumento publico, & latius, vt per eum.

Quinimo, ipſa priuata ſcriptura plenè probat, quando fuit ipſius Principis iuſſu dumtaxat conſcripta. Sic præciſè *Hippolyt. Rim. conſ. ſuo 642. n. 129. in ſexto.*

166 Nono fallit: nam ipſa quidem priuata ſcriptura fidem facit, quando in actis iudicii eſt reperta, tunc enim vim publici obtinet documenti. *tex. eſt in l. ne in arbitris, & ibi in ſpecie Bal. in tertio notabili, C. de arbitris, & in Auth. offeratur, vbi Doct. C. de litis conteſtatione.*

167 Hoc autem ita demum procedere concludas eum *Baldo in d. auth. offeratur, num.* 16. Quando ipſamet a Notario in libris actorum inſinuata, & approbata eſſet, & eam Notarius ipſe proprio teſtimonio confirmaſſet, ac roboraſſet, ponendo puta productionem, alias ſine ipſius Notarij teſtimonio minimè probaret: non enim ſufficit, quod in actis fuerit reperta. Multa enim ipſis producuntur, quæ fidem non faciunt.

168 Ratio autem, quare ipſius Notarij atteſtatio debeat intercedere, mea ſententia, ea poteſt eſſe: quia talis atteſtatio habet vim ſubſcriptionis teſtium, ita *Iaſ. in d. l. admonendi, in repetitione nu. 93. Guid. Pap. quæſtione ſua 175. & Schrader in eadem lege admonendi, nu. 259. Addo Schuart. Zentaler, in repetitione lege magnam, C. de contrahenda pag. mibi 753. n. 27. &* 28. Pulchrè de hac eadem fallentia diſſerit *Cranetta de antiquitate temporis, in verſ. quarto dub. nu. 21. cum duobus ſequentib.* vide per eum. Adeundus quoque *D. Rebuff. d. ſuo tract. n. 70.* vbi etiam docet quod ſcriptura ſemel iudicio producta, & in actis regiſtrata, facit plenam fidem, licet non reperiatur originalis, adducit *Bald. in l. final. C. de fide inſtrumentorum.*

169 Decimo principaliter limitatur regula ſupradicta, in muliere producente ſcripturam mariti, in qua ſcriptum eſſet nonnullas res eſſe paraphrenales: hæc enim licet ſine aliqua teſtium ſubſcriptione, ad fauorem ipſius mulieris plenè probaret, *tex. in l. ſi ego, §. dotis, ff. de iur. dot.* quē ad hoc allegat *Iaſ. in d. l. admonendi, n. 79. & in repetitione, num. 94.*

170 Ex quo infertur, quod ſi creditor mariti velit bona ipſius domo exiſtentia occupare, per illam ſimplicem ſcripturam mariti plenè probatur, res illas vxoris eſſe, nec poſſe ab aliquo occupari, & ita notabiliter limitatur *l. ſcripturas. Cod. qui potior. in pign. hab.*

Hanc eamdem fallentiam ſequitur *Roman. in l. qui viro, de acquirendo rerum domin. Soc. conſ. 123. 1. p. & 123. p. 2. Ptolomeus in d. l. admonendi, num. 64. in fine, & ibidem Schrad. num. 262. Pancirol. conſil. ſuo 71. n. 4. & 5. Alferius in ſuo conſil. 39. num. 15. & 16. & Maſcard. ſua concl. 111. n. 11. addo Burſat. conſ. ſuo 303. n. fin. in tertio, & Ioachimum Beuſt. in Repetition. d. l. admonendi, n. 952. cum ſeq.*

Hoc autem intellige duobus tantum concurrentibus.

171 Primo, quod res, de quibus in ſcriptura, ſint muliebres, & ad mulierem vſum deſtinatæ.

172 Secundo, quod mulier ſint illarum detentione; ita notabiliter declarat *Bal. in l. 2. verſ. ſed nonne, C. ne vxor pro marito.*

Amplia, vt dotis etiam conſtitutio probetur per ipſam ſcripturam priuatam, nec ſanè mirum, dos enim cōſtituta nudis etiam verbis probari poteſt, ad tradita per *Card. Tuſchum add ſua 722. n. 7. in littera D.*

An autem dotis conſtitutio ſcriptura ipſa priuata præferatur inſtrumento publico necne? in præſentiarum non diſcuſſio. *Sed videndi ſcribentes in tit. ff. ſolut. matrim. et in ſpecie C. Pariſ. ibidem, n. 20. et Crotus n. 28.*

173 Vndecimo fallit, quoad mentem, ſeu intentionem diſponentis declarandam, & in his, quæ dependent a propria voluntate, prout in additione hæreditatis: tunc enim ſcriptura ipſa priuata valet, ac probat, *text. eſt in l. Neſennius, de negot. geſt. et in l. alimenta. §. 1. ibique Bar. ff. de aliment. et cibar. leg. Sequitur Petrus de Ptolomeis, in d. l. admonendi, nu. 64. verſ. octauo in his, Pariſ. conſil. 19. n. 114. in ſecundo, Crauet. in conſil. 996. num. 3. in ſexto, et Hippol. Rimin. conſ. 280. n. 4. Addo Rotam Romanam in nouiſſ. deciſ. ſua 811. n. 16. p. 1.*

174 Quinimo ipſius ſcribentis intentio probatur adhuc per ſcartafacium. *d. l. Neſennius, ſic Bellon. deciſ. Genuæ 91. num. 2.*

175 Sic in ſimili ex priuata ſcriptura teſtatoris, declaratur præciſè eius voluntas, ac intentio, *Ioan. Gaill. in l. 3. Tauri, n. 184.*

176 Eſt tamen verum, quod per eam non declaratur intentio vtilis ipſius ſcribentis, *lege exemplo, C. de probationibus, Sequitur Verall. deciſ. 285. n. 3. in ſecunda parte.*

177 Duodecimo limitatur: nam ſcriptura priuata plene probat, quando eſt ſcripta in præſentia iudicis ordinarij loci in quo ſcripta, & dictata fuerit, idque propter calo-
178 rem iudicii, & ſic poſt Crau. de antiq. temp. & alios *Maſcard. concl. ſua 1300. num. 17.* vbi hoc tamen intelligit
179 procedere, dummodo Notarius actorum teſtetur, non quod talis ſcriptura in actis producta ſit, ſed quod apud acta facta eſt, & talis ſubſcriptio Notarij actorum, habet vim ſubſcriptionis teſtium.

180 Decimotertio principaliter fallit in apocha priuata

tutoris, ea enim probat debitorem ſoluiſſe,etiam contra pupillum,argum. *l.Lucius, §.tutelæ, ff.de adminiſtratione tutorum. Sic præcisè Tiraq. de vtroque retractu, §.1.gloſſa 18.numer.93. Sequitur poſt alios Maſcard. dict.concl.* 111. *num.*21.

181 Sed an confeſſio ipſius tutoris, vel curatoris,fidem facit de recepto, regulariter in præiudicium pupilli, videndus idem *Maſcar.concluſione ſua 370 per totam.*

182 Decimoquarto fallit ſupradicta principalis regula, cum agitur de probando debito contra ſuſpectum de fuga, tunc enim abſque dubio probationem inducit, ſic poſt alios *Burſ.conſ.*242.*n.*10.*in tertio.*

183 Nec mirum, fuga enim inducit probationem debiti, *Doct.communiter in d.l.admonendi.*

184 Decimoquinto coarctatur, quando ipſa ſcriptura priuata, omnium quidem conſenſu eſſet approbata, ſic præcisa inter alios *Ptolomeus, in d.l.admonendi, num*,64. *verſ. tertius caſus, vbi exemplificat in libro Legu, Philoſophię,& Medicine.*

185 Decimoſexto principaliter fallit regula ſupra dicta, quod videlicet ſcriptura priuata plena probatione minimè inducit, quando in ipſa ſcriptura continetur aliquid,quod in ſpecie officium ipſius ſcribentis reſpiciat, veluti Epiſcopus Patauinus ſcriberet ſe aliquem excommunicaſſe; tunc enim ex ipſa ſcriptura priuata plena induceretur probatio, tex. eſt expreſſus in c. poſt ceſſionem, extra de probationibus, Sequitur *Iacobus Pret. de Ptolom.in d.l.admonendi,n.*64.

186 Decimoſeptimo limitatur,quando ſumus inter liberos,tunc enim ſcriptura priuata teſtatoris plene probat, *tex.in authen. Quod ſine,C.de teſt.Sequitur Ptolomeus in d. l.admonendi,num.64.verſ.ſeptimo probat,*quam materiam in præſentiarum minimè attingo. Videndus de hoc *D. Ioachim.Beuſt.in d.l.admonendi,n.950.& 591.vbi pulchre.*

187 Decimo octauo fallit regula principalis in lapidibus monumentorum, in ipſis enim priuata ſcriptura vtique probat.

188 Quod tamen procedit quando in ipſis continetur aliquid veriſimile, ſic per pulchrè inter alios *Petrus,de Ptolomeis in d.l.admonendi num.62. & 63. Bar.in l.6.C.de relig.*

189 Idem iuris eſt in lapid.& columnis antiquis, ſic præcisè *Brunor. a Sole in Compendio propoſitionum iuris, in verſ. ſcriptura priuata in lapidib. vbi deducit text. in c.cum cauſam,de probationibus, in c.peruenit.30.q.1.& in c.ſanè, il ſecundo,24.q.2.Sequitur Baptiſta Schuuart.Zental.in ſuo trac.de ſtipulationibus, explanatione 163.numer.61.& 52. & Papponius conſil.ſuo 20. numer. 34. & 35.* vbi ſubdit, quod ex talibus ſcripturis probatur antiquum iuspatronatus, id quod etiam ſentit *Grat. reſponſ. quæſt. numer.* 10.*in* 1.

190 Prout quoq. id ipſum probari ex litteris antiquis ſcriptis in campanilli,docet *Crau. conſ.ſuo* 158 *num.4.Et illuſtriſſ.Card.Tuſc. concl.ſua 617. num.2. in litt.I. vbi latè Addas d. Franciſcum perſonalem de inditiis, & tortura, q.* 24.*n.*70.

191 Idem quoque eſſe in muris, ac parietib.docet poſt alios *Vranius conſ. ſuo 18. numer.10. in ſecundo vbi ſubdit, quod illæ ſcripture,* quæ reperiuntur in dictis muris,non faciunt fidem tanquam proprię probationes, ſed tanquam inducentes quodàm notorium, addo *Quid.Pap.q. ſua 582.num.4. & Petrum Enriquez conſil.ſuo 56. n.36.in primo.*

192 Et aduerte quod probatio, quæ in his caſibus reſultat eſt plena non autem ſemiplena, prout contingit regulariter in ſcriptura priuata, in antiq pulchrè *Ioſeph. Ludou.concl ſua 29.ampl.32.*

193 Et ratio diuerſitatis inter talem ſcripturam priuatam inciſam in lapidibus,aut columnis,& alias ſcripturas priuatas,eſt:quia talis ſcriptura in làpidibus, aut columnis publice omnib. apparet, & inducit notorum, vt dicunt *Bar. & Bal.in d.l.monumentorum, Cod. de relig. & contingit Vranus citato loco.*

194 Obſeruat etiam ſecundo, quod ſine dubio probant tales litteræ inciſæ in lapidib.aut columnis, etiam in factis recentib. quando tamen non agitur de præiudicio tertij,puta quod Eccleſia fuerit conſecrata.*Innoc. in rubr. de conſecr. Eccl.vel Altar.* & quod ipſius Eccleſiæ conſecratio probari poſſit per literas in ipſis lapidibus ſcriptas,aut in marmore tradidere *Cl. Maſcar.concl.ſua 415. n.3.& Card.Tuſch.concl 745.in littera C.*

195 Item,quando agatur de præiudicio tertij,non tamen magno,prout in quæſtione confinium, ita *gloſ.in c.cauſam, de probationibus, pulchre Cardin. Tuſch.poſt Gemin. conſil.100.concl.ſua 700.in litt.C.num.3.& 4.nec non & 6.* vbi ſubdit quod ſcriptura etiam priuata in antiquis probat confinia, quando eſt recognita,vel eſt obſeruata Latius autem inſiſtit *Crauet.de Antiquit.temp.in verſ.octaua datur,ſub n.13.14.& 15.vide per eum.*

Videas quoque de hac materia *D. Maſcar. concluſ. ſua* 398. vbi an confines per liberos antiquos probentur, 399. vbi an probentur per ſcripturam, & 400.vbi an per lapides antiquos,eleganter ediſſerit.

196 His adde *Hieronymum de Monte, de Finibus regund.c.* 65.vbi pulchrè, *& Card.Tuſch.d.concluſ.ſua 700. per totam.Adeundus quoque Clar. D. Menoch. libro 2.præſumpt.* 59.*per totam,*vbi an,& quando ſcriptura in lapidibus,parietib. & monumentis præſumptionem, vel plenam probationem faceret dicantur, exactiſſimè more ſuo diſceptat.De qua etiam re diſſerit idem *D. Cardin.Tuſchus concl.ſua 84.in littera S.& D.M. Antonius Eugenius conſ. ſuo 44.n.15.num ſeq.*in primo:diſſerunt quoq. ſcribentes omnes, & præcipuè *Alb.in l.6.ff.de relig.& ſumpt.funer.* Hic omnib.addas *Cl.Aldouin.conſ.ſuo 111.n.74.*vbi tradidit ſcripturas in lapidibus ſculptas probare identitatem domus,& familiæ.

197 Decimanona eſt limitatio,quando ipſa ſcriptura priuata producitur coram arbitratore habente poteſtatem procedendi de facto, ſecundum veritatem, & ſola facti veritate inſpecta, tunc enim abſque dubio probationem inducit.

198 Nec ſanè mirum coram enim ipſo arbitratore ſufficinnt leuiores probationes.

199 Aduerte tamen non ita facile concedendum,ſi de alterius graui ageretur præiudicio, tunc.enim ipſi ſcripturæ priuatæ ex toto fides minimè adhibenda,eſſet ita pulchrè docet hæc omuia,ſed longe latius,& elegantius *Cranet.de antiq temp.in d.verſ.octauo,datur a nu.primo, vſque ad duodecimum, & in ſuo conſil.73.numer.23.in 1.vide per eum.*

190 Vigeſimo quidem fallit quando in loco, in quo ipſa priuata ſcriptura fuit confecta, vigeret conſuetudo, vel ſtatutum (prout eſt in inclita Ciuitate Venetiarum,veluti teſtatur *Alban. in locubrationibus ad Bar. in d. l. admonendi.num.18. vbi etiam Iaſ.numer.78. Decian. in conſ.ſuo 22.num.10.in tertio, & alij,& hic patauii, vt refert.Panc. conſil.ſuo 57.num.4.*) quod ipſemet priuatæ ſcripturæ fides eſſet adhibenda:tunc enim ipſa conſuetudo, & ſtatutum loci attenderetur, etiam quod in alio loco produceretur. Sic notabiliter voluit *Ioan. Andreas in addit. ad Speculat.tit.de.inſtrument.edit.§. nunc* dicendum in additione magna quæ incipit. Priuatorum: circa finem *Butr. & Imola in capitul.2.*extra de fide inſtrumentorum, allegant *tex.in c.cum dilectus.extra.de conſuetudine, & in l.1. C.de emancip.liberorum*, vbi conſuetudo loci ſeruanda eſt, & tradit poſt plures relatos *Iaſ. in lectura d. l. admonendi, d.numer. 78. cum duobus ſeqq. & in repetitione numer.95. & Ptolomæus numer.64. verſic. quinto plenè.*

Et in

Et in terminis de ipſa ſcriptura priuata conſuluit Socin. conſil.102.col.1.vol.3.Sequutus eſt etiam Rimin.iun.conſil. 779.num.3. Maſcard.concl.ſua 111. num.12. & Schrader. in d.l.admonendi, num.263. vbi etiam poſt plures relatos Beuſt.num.970.cum ſeqq. Addo Menoch. conſilio ſuo 787. numer.1. vbi poſt plures relatos ſubdit ſtatutum iſtud effectum etiam habere contra tertium. Videndus quoque D.Anton.Piagg. poſt hæc edita viſus in ſuo eleganti tractatu de conſuetudine, quæſt.11. num.541. cum ſeqq. vbi pulchre.

201 In hoc tamen duo aduertenda ſunt; Primum eſt, quod iſta conſuetudo deberet eſſe præſcripta, & deberet probari per eum, qui eam allegaret, vt per Alex. conſil. vlt.num.4.in 6.

202 Alterum vero eſt, quod talis ſcriptura facta, vel conſcripta in illo loco, in quo talis conſuetudo, vel ſtatutum viget Vbique terrarum plenam fidem facit.

203 Nec ſane mirum, in his enim quæ ſolemnitatem vel formam actus reſpiciunt, inſpicimus illius loci conſuetudinem: in quo talis actus celebratur, & actus ipſe, ſecundum illius loci conſuetudinem recte, atq. legitime perfectus, vbiq. vigerem ſuum obtinet, argum.l.ſi non ſpeciali, & ibi Doct.C.de teſt. & l. 2. C.quemadm. teſt. aperiantur, iuncta l.1.C.de emancip.liberorum, ſic præcisè Iaſ. in repetitione d.l.admonendi, num.79.& 80.vbi quoque hanc eamdem ſententiam tribus alijs rationib. corroborat. Eumdem Iaſ.ſequitur Pancir.d.conſ.57.numer.4.Schrad.in d.l. admonendi, num.263.& Maſcar.d.concl.ſua 111.num.13. Et hæc eſt veriſſima ſententia, quidquid poſt Puteum ſcripſerit Scaccia, d.c.11.num.799.Videndus idem Scaccia, d.c.11.num.240.cum ſeq. vbi totum oppoſitum verius eſſe ſtatuit.

204 Vtrum autem ſtatutum, per quod priuatæ ſcripturæ fides adhibeatur, valeat, & teneat, tradit Alex.in conſil.3. in ſecundo, Cephal.autem conſil.ſuo 454.numer.33. concludit pro affirmatiua, ibique multos deducit, His adiugas Illuſtriſ. Do. Card. Tuſchum concluſ.ſua 531. in littera S. per totam, vbi ſtatutum ipſum circa executionem apocarum, ſeu ſcripturarum priuatarum qualiter intelligatur, ac procedat eleganter ediſſerit, ipſum conſules. Quid iuris autem ſit reſpectu conſuetudinis, an ſcilicet, & ipſa valeat: Videndus inter alios Dom. Rutgerus Rolant.de commiſ. lib.5. cap.9. vbi poſt articulum ad partes plenè diſcuſſum, tandem pro affirmatiua concludit Adeundus quoque D. Hector Felicius, allegatione ſua iuris, 44.num.13.part.3. vbi plures alios concordantes deducit. Amplia, vt in iſto præciſo caſu oriatur quoque probatio contra tertium, ita pulchre poſt plures relatos, Clariſſ. D.Menoch. conſil.ſuo 787. num.5. quem omnino conſulas.

205 Vigeſimoprimo fallit Regula principalis, quando ſcriptura ipſa priuata eſt ſcripta manu debitoris, & habet ſubſcriptionem trium teſtium integre, ac probatæ opinionis; nam tunc vigore hypothecæ, vel pignoris, plene probat.text.eſt apertiſſimus, in l.ſcripturas, C.qui potior. notat Angel.in l.cum antiquitas, C.de teſt. Addo Soc. conſil.ſuo 273. num.3.in 2. Petrus de Ptolomeis in d. l.admonendi, num.64. verſ.9.& Laurentium Tenninum cautela ſua 122. numer.2.& 3.infinitos refert etiam, & ſequitur Rolan.a Valle, conſ.ſuo 26.num.1.in primo, & Decian.conſ. 33.n. 115. vol. 1. Videndus quoque Ioachim.Beuſt.in d.l. admonendi n.962.

206 Aduerte tamen, opus eſſe recognitione, ideſt, quod illemet teſtes eorum ſubſcriptiones recognoſcant, & dicant ſe illas feciſſe: vel ſaltem adfuiſſe, quando debitor ſcripſit. Sic poſt Bart. Socin. & alios, Cranett.de antiquit. tempor.par.1. verſiculo quæro etiam, numer.50. Addo Riminald. iuniorem conſ. 438. numer. 43. in quarto, & omnium latiſſimè Lancellot. Galliam conſilio ſuo 91. numero trigeſimo. vbi ex profeſſio improbans opinionem Cephal. conſil.ſuo 270. infinitos hoc aſſeuerantes deducit.

207 Vigeſimoſecundo coarctatur regula principalis, ſi agatur de ſcriptura priuata patris, quoad probandam ætatem filii ſui, ea enim vtique probat: ita Bertaz.conſ. ſuo ciuil. 102.in littera A, verſ.3. Soc iun.conſ.3. num.5.6. & 8.in ſecundo, Alterius conſ.177. num.22.Pancirol.conſ. ſuo 12.numer.4.fere in fine, & Pret.conſ.64.num.1.Videndus tamen Maſcard. concl.ſua 670. per totam, vbi pulchrè, & Viuius, deciſ.443.in 3. Addo Menoc.lib.2. de arbit. cap.116. Hoc idem expreſsè ſtatuto noſtro cautum eſſe legimus, ſi ſcripturam continere veritatem fuerit iuratum, ſub rubrica, quod Pater non compellatur dare partem, & cap.2.in fin.De materia tamen huiuſce limitationis, adeundus Cl. Vir D. Farinaccius Fragmentorum crimin.p.1. num.143. cum ſeq. vbi poſt relatas infinitas ſcribentum authoritates, pro vtraque parte opinionem affirmatiuam tandem tuetur, atque amplectitur; ea tamen intelligentia adiecta, quando nulla adeſt ſuſpicio: quod pater voluerit ſcribere falſum. Secus ſi aliqua falſitatis vrgeret ſuſpitio tempore ipſius ſcripturæ, & latius vt per eum, quem omnino conſulas. An teſtamentum probetur ex ſcriptura priuata teſtatoris, tam inter liberos, quam extraneos, & quando latiſſimè diſceptat Illuſt-Card.Tuſch.concl.ſua 101.in littera T.per tot.eum conſule.

208 Vigeſimotertio limitatur; nam ſcriptura priuata ſubſcipta, & ſigillata ſigillo Principis, vel alicuius communitatis, aut alicuius publici Officialis, plene probat: ſic inter alios Iaſ.in repet.d.l.admonendi, numer.91.Sequitur Decian.conſil.ſuo 96.num.28.in ſecundo, vbi præcipuè ampliat. quando ſumus in cauſis, in quib.proceditur ſola facti veritate inſpecta, in ijs enim non tantum ſcriptura priuata, ſed & leuiores probationes admittuntur, adducit concordantes Bal.in l.ſolum, in fine.C.de teſtib.& Aret. conſ.ſuo 54.

209 Adde quod ſcriptura priuata, ipſius Principis vicem legis obtinet, l.1.verſic.per epiſtullam, de conſtitutionib. prin. Decian.d. conſil.96.num.31. quod tamen intellige, dummodo habeat animum legis condende, vt ibi not. & in §. quod Principi Inſtitut. de iure natural. Amplia vt ſcriptura ipſius Principi priuata ſuo ſigillo roborata fidem etiam faciat, quoad ſui fauorem. Ample D. Purpuratus conſil.ſuo 120.numero 6.& conſil.270.numer. 17.

210. Vigeſimoquarto principaliter fallit: nam ſcriptura priuata plene probat, parte contraria, contra quam producitur, minime opponente, tunc enim habetur pro publica, & cenſetur ab ipſa approbata, ſic præcisè Ciof. conſil.ſuo 39.num.3.in 1.Preteus conſil.ſuo 129.numer.29. in primo Granut. Theoremate ſuo 15. num. 24. vbi diuerſa Rotarum deciſiones adducit. Surd.Deciſ. ſua 190.num.8. & nouiſſimè Marc. Ant. Macerat. lib.1.variar.reſol.capit. 58.numer.7. vbi multos deducit. Addo Rota Genuenſ.deciſ.ſua 21. num.3. & 72.num.1. vbi ſubdit hoc præcipuè procedere, ſi pars ipſa fuerit citata ad opponendum, & non oppoſuerit: addo etiam Maſcar.concluſione 121. nu. 10.cum ſeq. vbi quoque in fine rationem adducit dicens; nam non contradicere, & approbare, paria ſunt, allegat Bart.in l.ne in arbitris, in verſ.venio ad fin. verſ. C.de arbitris.

211 Sic in ſimili videmus, quod copia inſtrumenti minus ſolemniter ſumpta, fidem facit, parte ipſa non opponente, ſic præcisè poſt alios addentes ad Affl. deciſ. ſua 48.n.2.

212 Sic etiam teſtis alias minimè idoneus a teſtificandū admittitur, parte contra eius perſonam, &, dictum mini-

 mè op-

mè opponente, *l.ſi quis teſtib.& Authent.Si dicatur, C.de teſtib.c.præſentiam, de teſtib.lib.6.*

213 Sic quoque licet regulariter poſt producta capitula, & publicata dicta teſtium, non liceat amplius facere deductiones ſuper eadem materia, & examinare teſtes ſuper eiſdem capitulis, vel contrarijs, tam in cauſa appellationis, quam in priori inſtantia, vt docenter ceteros, *Afſl.deciſ.33.& Guid.Pap.q.14.cum concord.*

214 Attamen hæc regula fallit, quando pars non contradicit circa admiſſionem capitulorum datorum, publicato proceſſu: Taciturnitas enim habetur tunc pro conſenſu, & admiſſio non debet reuocari, ſic præcisè *Crauett.conſ.14.n.7.& conſ.65.*

215 Simile videmus in iudicio ſuis ſubſtantialibus carente, quod tamen tenet parte de tali defectu minimè reluctante, *Dec.in l.vinum, colum.pen ff.ſi cert.pet.*

216 Idem videmus in inſtrumento mandati non legitimi, quod cenſetur tacite approbari per partem, quæ non opponit, *Bar. & Doct.in licet, & ibi quoque Iaſ. C.de procuratoribus.*

217 Videndus eſt autem hac de re *Crau.conſ.ſuo* 150. *n.*2. vbi in comprobationem, multas alias deciſiones Doctorum adducit, per quas conſtat, taciturnitatem partis approbationem inducere.

218 Hoc idem mirabiliter facit, & docet idem *Crau. de antiq.temp.verſ. quæritur etiam, n. 20.cum ſeq.* vbi præcipuè hoc axioma ita procedere intelligit, quando quis non opponeret expreſsè, nec tacite ipſo facto ipſi priuatæ ſcripturæ autem eſſet, ſi facto opponeret, puta petendo ſe abſolui a petitis partis, vel quod concluſa per partem fieri non debent, & ſimilia ſatis enim videtur eo caſu opponere contra producta per partem: ſi enim approbare vellet, non poſſet ita petere, quia ſtante veritate ſcripturæ productæ, deberet, condemnari, non autem abſolui ad *l.Paulus reſpondit ff. rem rat.haberi*. Sequitur præcisè *Maſcar.concl ſua* 1300.*n.*18.*Addo Schuuatt. Zentaler.in l.magnam, C.de contrah n.*23.*explanatione* 38.*pag. mihi* 751.

219 Ampliatur iſta principalis limitatio, vt præcipue procedat, quando a parte, contra quam ipſa priuata ſcriptura producitur expreſsè fuiſſet approbata tunc enim plena abſque dubio ex ea induceretur probatio, ſic præcisè *Crau.conſ.*158.*n.*2.*Addo Cioff.conſ.*39.*n.*2.

220 Diceretur autem approbata, quando pars ipſa illam iterum produxiſſet, vt tradit *Ang.conſilio* 132. *col.*2.

221 Et de inſtrumento minus ſolemni, quod illud producens videatur id ipſum approbare, tradit *Bal.in l.alia, col.2.C.de his, quib.vt indign. Alex.conſ.184.col.2 verſ.& poſito, libr.7.Iaſ.conſ.161.col.3.lib.3.& plures alij.*

222 Sic etiam petens ehxiberi ſcripturam, videtur illam approbare, vt in ſpecie de libro rationum per ſupradicta conſuluit *Crauet.conſ.*275.*n* 2. vbi inquit, quod pars, quæ exhiberi curauit librum rationum tenebitur ſtare partitis in illo contentis, nec poterit illum impugnare.

223 Sic quoque ſcripturam retinens penes ſe per plures menſes, præſumitur illam vidiſſe, perpendiſſe, approbaſſe, ac ideo non poteſt eam amplius quando illam vidit, improbare, ſic poſt alios *Faber Turret.conſ.ſuo* 17.*n.*2.*&* 3.*vol.*1.

224 Sic etiam ille dicitur ſcripturam priuatam approbare, qui non contradicit, cum eam ſæpius in manibus habuerit, *Sardus poſt alios, deciſ.ſua* 199.*nu.*9. *Addo Burſat. conſil.*39.*n.*17.*in primo*.

225 Vigeſimoquinto principaliter regula ſupradicta fallit, quando ipſamet ſcriptura priuata eſt per teſtes iuſtificata, vel ſolemniter per ipſum ſcribentem, aut alio modo recognita. Sic præcisè *Pariſ.conſ.ſuo* 19.*n.*109.*conſil.* 45.*num.*1.82.*n.*10.83.*n.*2.121.*num.*26.*in* 1.*&* 68.*numer.* 22.*in tertio. Albenſ.conſ.ſuo* 560. *num.*6.*Cioff. conſilio* 97. *num.*2.*in primo. Decian.conſil.*20. *numer.*1.*in ſecundo. Cephal.conſ.*263.*num.*32.33. *&* 69.*& conſ.*540. *num.*1.*Crauetta conſ.ſuo* 73, *num.*15. *Surd.conſ.ſuo* 368. *numer.*19.*in tertio, & deciſ.ſua* 265. *num.*27. *Sequitur quoque Ludou. Velaſquez in l.22. Tauri, gl.1.numer.19.Caballin. Mill. ſuo* 655.*Maurus Burgius in ſuo tract.de Laudimio, p.3. inſpectione* 38.*num.*1.*Thom.Triuiſ.deciſ.ſua* 4.*num.*3.*lib.*1.*Magonius deciſione ſua Lucana* 25. *nu.*19. *Stephanus Gratian. deciſ.ſua Marchiana* 111.*num.*11. & nouiſſimè poſt plures relatos *D. Cæſar Barzius deciſ.ſua Bonon.* 21.*nu.*8. vbi ampliat hoc procedere, etiam ſi facta eſſet in abſentia partis. *Hoc idem docet deciſ.ſua* 36.*num.*15.*&* 16.*& deciſ.* 106.*num.*18.*&* 19. vbi etiam ſubdit, quod exequutioni mandatur, proinde ac ſi publicum eſſet inſtrumentum, id quod doctum fuit quoq. per *D. Federici Pruckman. conſ. ſuo* 7.*n.*26.*cum ſeqq.vol.*1.

226 Quod tamen intellige contra debitorem, non contra alios, ſic præcisè docet *Pariſ.conſ.ſuo* 19.*n.*46.*in tertio, & Magonius deciſ.ſua Florentina*, 122.*n.*5.*adde Cl.D Fachineum, lib.3.conſ.ſuo* 28.*n.*1.

227 Amplia idem iuris eſſe, ſi pars ipſa fuerit citata ad recognoſcendum, & non comparuerit, adhuc enim habetur pro recognita, ſic præcisè *deciſ.ſua Boer.*295. *n.*15. *&* 19.*Rota Genuenſ.deciſ.*208.*numer.*1. *& Caball.Mill.ſuo* 667.

228 Quemadmodum dicimus in ſimili, quod ſcriptura priuata contra aliquem producta cenſetur ab ea, contra quem producitur, approbata, licet fuerit decreta ſibi copia, cum termino opponendi, ſi tamen nil oppoſuerit, prout docet *Cacher.deciſ.Pedemont.*71.*n.*61.

229 Amplia ſecundo, vt non ſolum probet contra ipſummet recognoſcentem, ſed etiam contra habentem cauſam ab eo, altera parte adhuc abſente. Sic præcisè *Coſta de retrotractionib.c.8.caſu 6.n3.& vide ſub n.*2 vbi an hypotheca in ſcriptura priuata poſtmodum recognita, incipiat a Pie recognitionis, vel ante, eleganter poſt plures relatos ſubnectit.

230 Aduertendum eſt tamen, quod recognitio ipſius priuatæ ſcripturæ, ſeu confeſſio debitoris, tunc demum tertio ius a debitore habenti non nocet, ſi fiat poſt venditionem, ceſſionem, vel alias ius ipſi tertio acquiſitum, ſecus ſi antea, quia tunc illa recognitio, & confeſſio nocet non ſolum eidemmet recognoſcenti, ſeu confitenti, ſed etiam apta eſt omnibus poſterioribus præiudicium parare, poſt factam recognitionem. Sic poſt *Caſtrenſ. Rimin & alios Magon.d.deciſ.Florent.*122.*n.*13.

231 Obſeruandum ſecundo, recognitionem ipſius priuatæ ſcripturæ fieri, & peti poſſe, quandocunque, etiam poſt concluſum in cauſa Sic præcisè *Burſ.conſ.*39. *n.*19.& etiam in cauſa appellationis, idque ex vi illius regulæ. Non deducta deducam, & non probata probabo. Pulchrè poſt alios *Coſta, d.tract.de retrotractat. d.c.8. caſu* 6. *n.*9.*&* 10.

Quibus autem modis iuſtificetur, ac recognoſcatur, inferius docebitur.

An autem quando ſcriptura ipſa priuata eſt a Patre recognita, vt quia recognouit debitor chirographum puta productum fuiſſe manu ſua ſcriptum, exequi poſſit, quando ex ipſa conſtat debitum iam eſſe præſcriptum, in præſentiarum non diſcuſſio. Sed adeundus *D.Ioannes Guttierez prac. vbi eleganter quæſtionum, lib.1. q.124 per totum.*

132 Limitatur vigeſimoſexto ſupradicta principalis regula, quando verſamus in antiquis, tunc enim ſcriptura ipſa priuata ſemiplene ſaltem probat. *Sic præcisè inter alios Iaſ.in repet.d.l.admonendi, num.90.& in Lectur.num. 77.in fin. Fel.in cap.ſecundo, num. 10. de fide inſtrumentorum. Marſil. ſing.ſuo 436. & 505. Hippol. Riminal.conſil. ſuo 365.numer. tertio, in quarto. Paulus de Monte Pich.*

*conſil.*

*conſil.ſuo 97. numer.87. in primo. Borell. conſ.ſuo 40. num. 36.Crauett.conſ.274.numer.5. & de antiquitatibus, par.1. verſ.viſo de verbis enunciatiuis, numer.1.Cephal.conſ.608. num.54.Caball.Mill.ſuo 658.in fine, Menoch.conſ.ſuo 402. num.47.& Pedrocha conſil.ſuo 32.num.26.* Sequitur poſt infinitos relatos *Maſcar.concluſio.ſua 111.num.8.& 1300. num.1.& Dom.Cl. Tuſch.d.concl.ſua 26. num.91.* vbi amplia id procedere,etiamſi ſcriptura ipſa non ſit ſubſcripta & eſt veriſſima limitatio.

233 Quidquid dixerit *Purpur.d.l.admonendi, nu.182.verſ. ſed videtur durum.*

Pro qua etiam iudicauit Camera Imperialis teſte *Mynſing.obſeru.79.centur.quinta,* vbi ſubdit,arbitrio iudicis relinquendum eſſe quantnm temporis ſpacium requiratur.

234 Quinimo *Schrader. poſt Iaſ. & Schurph. in d.l.admonendi,num.257.* tenet ſcripturam ipſam priuatam in antiquis plene probare,dummodo tamẽ de nullo, vel exiguo alterius, præiudicio agatur.

235 Si vero de magno alterius præiudicio tractetur, dicit hoc ſimiliter procedere, ſi ipſa ſcriptura communi hominum opinione approbata, atque recepta ſit, argumento *l.cenſus,de probat.& not.Baald.in rubric.Cod.de fide inſtr.*

236 Alioquin vult dumtaxat ſemiplenam probationem induci.

237 Amplia Primo, vt hoc præcipuè procedat, quando ipſa ſcriptura eſt alicuius viri legalis; ſic præcisè *Pariſ. conſil.ſuo 104.num.78.in 1.* Vel nobilis,ad tradita per *Menoch. conſilio ſuo 402. n.48.*

238 Amplia Secundo,vt talis probatio ſemiplena,quæ inducitur ex ſcriptura priuata in antiquis locum præcipuè habeat contra tertium:non autem contra ſcribentem, vel eius hæredes, & ſingulares ſucceſſores, contra eos enim etiam in non antiquis plenam induci probationem ſatis,ſuperque fuit ſupra concluſum, & hunc poſt *Crau.de antiq.tempor.in d.verſ.Viſo de verbis enunciatiuis, numero 2.Addo Maſcar.d.concl.1300.num.2. & Schuuart Zenthaler.in repetit.l.magna,pag.mihi 750. num.21. C.de contrahenda.*

239 Vtrum ad hoc talis, vt talis ſcriptura priuata probet ſemiplene contra tertium in antiquis, ſit neceſſe conſtare,quod ſit ſcriptura illius, qui dicitur eam ſcripſiſſe, ſi negetur.

240 Conclude pro affirmatiua. Nec mirum, omnis enim diſpoſitio præſupponit ſubſtantiam actus,& ſic debet apparere prius, quod ſcriptura ſit illius, cuius eſſe prætenditur. *Bart.in ſimili in l.Diuus, ff. de teſtam.milit.* vbi licet ſtatutum nolit aliquid opponi contra inſtrumentum, poteſt tamen opponi quod ſit inſtrumentum,ſic debet prius apparere de ſubſtantia actus.

241 Sic etiam dixit *Dec.in cap.conſuluit,in tertio notabili,* de appellationib. quod quando diſponitur aliquid ſuper notorio, debet prius conſtare illud eſſe notorium, *arg.c. quanto de translat.Epiſc.*

242 Et bene verum, quod in hoc caſu ſufficiunt probationes leuiores. vtputa, per ſolam litterarum comparationem. Sic præcisè animaduertit *Crauett.d.verſ. Viſo de verbis enunciatiuis.n.3.cum ſequentib.*

243 Ampliatur vltimo, vt ipſa priuata, ſcriptura in antiquis plene etiam probet, quotieſcunque vltra temporis antiquitatem adeſſet ſigillum, & ſubſcriptio, ſit *Pichus præcitato loco, & Borell.precitato conſilio 40 numer.37. & 38.* vbi etiam ſubdit, quod ſolum ſigillum ſufficit ad plenam probationem inducendam. Adde, nam ſcriptura antiquiſſima plene etiam probat. licet non recognita ad tradita per *Dom.Card. Seraphinum deciſione ſua 533. num. primo.* Pro coronide tamen huiuſce limitationis obſeruandum eſt, quod tunc demum limitatio ipſa procedit, ſi a perſona,& loco non ſuſpectis ſcriptura ipſa proferatur, & in ſui forma appareat confecta, vel approbata ab vtraque parte, ſecus ſi eſſet ſcripta, vel ſubſcripta ab illo ſolo, qui eam producit domo ſua, non enim poteſt eius ſcriptura vllo caſu plus, quam vox ſua, & ſic nullam fidem faceret,alias ſequeretur hoc abſurdum, quod quis poſſet ſibi ipſi probationes,cum lapſu temporis apparere,quod minimè dicendum. Sic eleganter meminit *Modern. Pariſienſ.in ſuis conſuetud. Pariſ.tit.1.gl.1.§.8.n.17.*

244 Fallit vigeſimoſeptimo regula principalis, quando ipſa ſcriptura priuata eſſet ſcripta manu duorum Notariorum,tunc enim plenam probationem induceret,intellige tamen, dummodo ipſi ſubſcriberent in quantum Notarij, ſecus ſi tanquam ſimplices amici. Sic præcisè poſt *Bal. Felin.in capit.ſecundo, numero decimoquinto, in fine.*

245 Coarctatur vigeſimooctauo,quando ipſamet ſcriptura priuata ſigillo authentico, ſeu publico eſſet roborata,tunc enim probaret; Sic per illum *tex. Fel in d.c.2. nu. 16.verſ.vltimo limita, Sequitur Franc. Mar.deciſ.ſua 994. n.2.p.1.*

246 Intellige tamen id in his, quæ pertinent ad officium ſigillantis, ſecus autem in alijs: Sic præcisè *Dec. in d. capit. 2. numer.4. de fide inſtrum. vide ſupra numero 208. & ſeqq.*

Amplia,vt idem iuris quoque ſit, quando ſcriptura ipſa reperitur ſigillata ſigilo ipſius debitoris:Sic poſt *Alex. Card.Tuſcus d.concl.ſua 26.num 21. & concl.ſua 239.num. 5.in litt.S.*

Nec ſanè mirum; Sigillum enim inducit conſenſum, & ratificationem apponentis ſuum ſigillum, prout ipſemet *Card.Tuſchus ſubſequitur d.concl.239. numer.8.latius vide per eum d.concl.per totum,* Adde, quod ſcripturæ alterius ſcienter apponens ſigillum ſuum, cenſetur omnia in ea contenta approbaſſe, ad tradita per Euerard. *iun.vol.2. conſ.25.n.15.*

247 Limitatur vigeſimonono, nam per ipſam ſcripturam priuatam plenè probatur donatio. Sic præcisè poſt alios *Boer.dec.ſua 172.n.19.Addo Maſcar.concl.ſua 563.n. 3.* vbi infinitos deducit.

248 Nec ſanè mirum. Si enim donatio fieri poteſt per nuucium,vel epiſtolam,vt in *leg.1.in fin. Cod.de contrah. empt. in leg.ſi donatio per epiſtolam Cod. de donation. & in l. conſenſu, de act. & oblig. cum concordantibus,* ergo etiam fieri poterit per apocham, vel quamlibet aliam ſpeciem ſcripturæ priuatæ, & per eundem probari.

249 Fallit trigeſimo: nam ſcriptura ipſa priuata plenè probat,ſi agatur de ſocietate probanda,ſic poſt *Cl.Pariſienſ.Cl.Decian.conſ.96.n.30.in ſecundo.*

250 Limitatur trigeſimoprimo, ſi vltra teſtium approbationem, qui fortaſſe dum ſcriberetur interfuerunt, vel etiam ipſimet ſubſcriberunt, adiuuetur ſcriptura ipſa, literarum comparatione,ita *Bar.et poſt eum omnes,in auth. de inſtrum.caut.& fide,§ ſed & ſi quis,* de quo tamen inferius, loco ſuo latius dicetur.

251 Coarctatur vigeſimoſecundo,ſi agatur de ſcriptura priuata alicuius Sacerdotis, quando tamen tractatur de matrimonio, & dote, eo enim caſu priuata illa ſcriptura ſubſcripta tamen a tribus teſtibus habet vim publicæ, Caſus eſt ſecundum *Bar. in auth. quibus modis naturales efficiantur, l.§ quantum, Sequitur poſt Bald.Pet.de Ptolomeis, in d.l.admonendi, num.64. verſ.duodecimo plene & Card.Alban.in ſuis lucubrationibus ad Bart.ſuper d.l.admonendi, numero 17. Addo Iaſ. in repet. eiuſdem legis numer.96.*

252 Fallit trigeſimotertio principaliter,quando ipſa ſcriptura priuata habet cauſam expreſſam debiti quod continetur in ea, tunc enim contra debitorem indiſtinctè

probat

probat actionemque producit ſic Roman. *conſ. ſuo 371. n.4.& Alben. conſ.ſuo 737. n.514.*

253 Dicitur autem ſufficienter expreſſa cauſa, quando ſcribens narrat ſe ex aliquo contractu antecedenti ad ipſam pecuniam teneri, videlicet ex præcedenti contractu fideiuſſionis, vel alterius huiuſmodi.

254 Et eſt obſeruandum, quod hi omnes caſus: in quibus ſupra diximus ſcripturam priuatam fidem plenam faceret, ita accipiendi ſunt, vt tunc demum procedant, quando in ipſa ſcriptura priuata certa cauſa debiti expreſſa eſt, vt puta mutui vel ſimilis, alioquin abſque cauſæ expreſſione generaliter conſcripta eſt, plenam fidem abſque dubio minimè inducet, *l.cum de debito, §.fin.de probationib.gloſſa & Doctores in l.generaliter, C.de non numerata pecun.& poſt alios Schrader in d.lege admonendi, num. 263.in fin.* Hoc idem ſequutus eſt etiam *Dom. Caualcan.d. dec.27.num.64.cum ſequenti.* vbi quoque ſubdit, quod dicta ſcriptura priuata ſine cauſa vti imperfecta non valet, niſi ex verbis colligeretur ipſa cauſa, vt quando in eadem diceretur. *Mi chiamo in verità vero, & legitimo debitore*, illa enim verba nil aliud important, niſi quod fateor me in veritate fuiſſe, & eſſe verum, & legitimum debitorem, & ſic ex certa ſcientia, & non per errorem, quando autem quis ex certa ſcientia confitetur ſe debere confeſſio, & conſtitutio illa dicitur continere cauſam, & valet, adducit *Alex.conſ.4.num.17. cum ſeq.in 1.* idem iuris ſubdit eſſe, ſi in ipſa ſcriptura continerentur illa verba *per conti tra noi fatti*, ea enim demonſtrant cauſam, quia redditio rationis, & calculus ſæpè factus, & ſtabilitus oſtendit cauſam præceſſiſſe, ob quam calculus ipſe factus fuit, vnde ſcriptura ipſa valet: adducitque de hoc *Alex. ac alios. Addo etiam Iodoc. Damhoudr. in ſua praxi rerum ciuilium, cap. 175.numer.quinto.* vbi tamen hoc intelligit, niſi ſtatutum, aut loci conſuetudo aliter diſponeret, ac ordinaret, & latius vt per eum. Et iſta conſuetudo eſt *Toloſæ. teſte Rebuff.dict. ſuo tract.numer.67.* vbi etiam an generalis cauſa ſufficiat, puta ſi quis dicat: Confiteor ex omnibus cauſis me debere omnium elegantiſſimè diſceptatur.

255 Limitatur vltimo loco; nam ſcriptura ipſa priuata facit ſaltem aliqualem præſumptionem in fauorem ipſius creditoris producentis, ſic præciſè primus omnium docuit *Bart.in d.lege admonendi*, quem ſequuntur ibidem *Reiner.de Forliu.Ripa, num.98.Iaſ.nu.89.in fine. Purpurat. numer.183.cum ſequent.& conſil.ſuo 402.numer.80.& alij multi.* Eius opinioni vti veriori, ac Communiori adhærunt communiter paſſim *Doctores, Iaſ.conſ.ſuo 129.vol.1. Rolan.à Valle conſil.26. numer.14.in primo. Cephal.conſil. 454.num.55. Hippol.Riminald.conſ.119. num.1.in ſecundo, Bertazz.conſil.ſuo crimin.291.numer.16.in ſecundo, Botta conſil.65.num.23. Bimius conſ.ſuo 85.num.7.in primo, Cl. Eques, D. Peregrinus conſil.ſuo 101. numer.3.in ſecundo, & nouiſſimè Proſper Farinaccius conſ.ſuo criminali 70. numero 60.*

Addendi ſunt etiam *Couar. practicarum quæſtionum, cap. 2.nu.6.vbi pulchrè Anton. Scappus in ſuo tract.iuris ſcript. libr.4.rubr.7.cap.71.num.2. Granutius Theoremate ſuo 15. num.12.& 13.Caball Mill.ſuo 658.Maſcard.concl.ſua 111. num.4.& 5.* & ex recentioribus *Ioannes Koppen.quæſt.ſua 46.num.40.vbi de communi, D.Ioachim.Benſt.in d.l.admonendi, numer.988. Addo quoque D.Velaſc.conſultatione ſua 177.num.2. volum 2.& eruditiſs.D.Andræam Fachineum, poſt hæc ſcripta viſum, lib.11.ſuarum Iuris controu.cap.31. Adeundus quoq; D.Sigiſmun.Scacc.d.c.11.n.1074.vbi de vera, ac communi, & D.Pet.Gilken.in l.inſtrumenta, nu.16.& 17. C.de probat.*

256 Huiuſce autem opinionis ea communiter affertur ratio; quod non ſit aliquo modo præſumendum, quod quis ad conſcribendum falſam aliquam ſcripturam priuatam ſe accingat, idq; propter timorem pœnæ, ac infamiæ.

257 Item, quia ſcribens ſcit, quod de facili poſſet docer contrarium per comparationem litterarum.

258 Contrariam autem opinionem, quod videlicet ex ipſa ſcriptura priuata, nec præſumptio quidem oriatur, tenet inter alios *Angel.in d.l.admonendi, ſub num 6.* quem ibidem ſequuti ſunt *Curt.iun. ſub num.113. & Coraſ.in 2. p.num.47.* Hanc eamdem quoque ſequutus eſt Dec.in capitul.ſecundo, num.decimoquarto, cum ſequent.de fide inſtrumentorum, & *Hippol. Riminal.ſibi contrarius conſilio ſuo 170.num.42.in ſeptimo.* Addo poſt quamplures relatos *Cl.Menoch.conſ.ſuo primo, numer.327. & conſilio 378. numer.10.* in hanc eamdem procliuior videtur *Cl.I.C.D.Aldouinus conſ. ſuo 13. poſt hęc edita viſo, numer.8. vol.1. & Modern. Pariſ.in ſuis conſuetudinibus Pariſienſib.libr.1.§. 8. num.11.*

259 Mouetur ipſe *Ang.per tex. vulgantiſſimum in hac materia, in l.exemplo, C.de prob.*

260 Adducitur ſecundo loco per *Curtium, & Riminaldum ſupra citat.locis tex.in capitulo 2. de fide inſtrumentorum*,
ſub illis verbis, (non videntur alicuius; firmitatis robur
habere, &c.) quæ quidem verba, alicuius firmitatis, viden-
261 tur quoque in minimo verificari, vt per gloſſa in Clem.
1.*in 5. parte, de fora competenti.*

262 Perpenditur tertio loco per eoſdem, vulgata illa iuris regula, quod dicenti, & non probanti non creditur, lege actor. C. de probatione, ergo ſi producens ſcripturam, quæ à reo conuento fuerit negata, eam minimè probauerit, nullo modo audiendus erit.

263 Augetur, nam actore non probante, reus eſt abſoluendus, etiamſi nil pręſtiterit.

264 Vltimo loco conſiderat Coraſ. quod ſi ex ipſa ſcriptu
ra priuata præſumptio quædam promanaret, ſemper in
facultate actoris eſſet cauſæ victoriam ſibi parare, priua-
tam aliquam ſcripturam proferendo; iam enim ſi proba-
265 tiones vtriuſque pares ſint, illum, vincere, qui ali-
qua pro ſe præſumptione adiuuetur, conſtat inter om-
nes, Accurſius, *Bar. et cæteri, leg. ſi duo patroni, in*
*prin.ff. de iureiurand. Sequitur Maſcard. concluſ.ſua 1300*
*numero 7.*

Conſequens autem non eſt dicendum; ergo, & cætera.

266 His tamen, & ſimilibus, quæ in contrarium obijci poſſunt, minimè obſtantibus à priori ſententia vti veriori; ac Communiori minimè recedendum arbitror, quæ etiam confirmari poteſt ex *text.in §. ſi quis igitur in Auth. de inſtrum caut.et fide, in verſ.* Sed & ſi quis, quatenus dicitur ibi, priuatam ſcripturam fidem recipere, & vtroque videlicet ex ipſo documento, & ex teſtium recognitione, ergo ſola ipſa ſcriptura aliquid valet. Nec officiunt Contraria.

267 Ad primum enim deſumptum ex tex. *in d.l. exemplo Reſp.* quod non facit ad rhombum, ſolum enim ibi deciditur,) prout vnuſquiſque videre poteſt) quod ex propria ſcriptura creditoris non conuincitur debitor etiam in cauſa fiſcali.

268 Ad *text.in d.cap.2.de fid.inſtrum.Reſp.* verba illa intelligenda eſſe reſpectu plenæ, vel ſemiplenę probationis, non autem aliqualis præſumptionis. Sic præciſè poſt Canoniſtas omnes in ſupracitato capitulo, *Iaſ.in d. l.admonendi, n.77.*

269 Et quod hoc verum ſit conſidera, quod in tali præſumptione nulla adeſt firmitas, cum iudex propter illam non adhereat alicui parti; igitur verba illa, (alicuius firmitatis) non verificantur in præſumptione. Sic præciſè *Rip.in d.l.admonendi, num.98.* Sequitur *Hyppol.Rimin.conſil.ſuo 39.n.12. vol.1.*

270 Ad tertium reſpondetur, regulam illam fallere, quando actor aliquali pro ſe pręſumptione adiutus eſt: tunc enim minime probare cogitur.

Nec

Nec officit, quod actore non probante, reus ſit abſoluendus, etiamſi nil prę̨ſtiterit.

271 Quoniam reſpondetur, id verum eſſe, niſi ſimus in caſibus, in quibus reo iuramentum purgatorium deferatur.

272 Eſt aunt à iuramentum purgatorium, quod præſtatur a reo conuento, vbi etiam non adeſt ſemiplena probatio actoris, ſed dumtaxat, aliqua ſuſpicio, ſeu præſumptio, vt poſt alios pulchrè docuit *Vãcin. de iuramento, par. 2. artic.* 11. *num.* 2.

273 Inter caſus autem, in quibus reo iuramentum huiuſmodi deferri ſolet principaliter noſter enumeratur quando videlicet ſcriptura priuata, neque teſtibus, neque litterarum comparatione ſuffulta producitur contra debitorem: tunc enim licet actor ipſam negatam adminiculis non corroborauerit, propter illam præſumptionem ex ipſa ſcriptura emanantem, quod ipſa veritatem contineat, cogitur reus ipſum iuramentum purgatorium ſubire.

274 Minus officit vltimo loco fundamento Corraſij. Reſpondetur enim, illud, quod ipſe infert, nullo modo eliciendum, aut præſumendum eſſe; nullus enim (prout etiã ſuperius anuimus) ad falſam ſcripturam conſcribendam ita de facili admitteretur, prout ipſe opinatur, idq; propter timorem pœnæ, ac infamiæ.

275 Ex his ergo patet aperte communem ſententiam veriſſimam eſſe: videlicet, quod ex priuata ſcriptura aliqualis prę̨ſumptio ſaltem oriatur; id, quod etiam poſt nonnullos concordantes adductos ſequutus eſt nouiſſimè *D. Hector Felicius allegat. ſua 44. n. 4. p. 3.*

276 Hoc autem intellige non de præſumptione, quæ trãsferat onus probandi in aduerſarium, ſed de aliquali tantum prę̨ſumptione, quæ, vt dixi ſupra, operatur, vt data paritate probationum, is præferatur, pro quo eſt dicta aliqualis præſumptio. indncta ex ipſa ſcriptura priuata. Sic præcisè *Crauet. de antiq. temp. in verſ. Viſo de verbis enunciatiuis, num. 7. cum ſeq.* vbi quoque latè improbat opinionem *Socini conſ. ſuo 68. vol. 4.* ex huiuſmodi ſcriptura præſumptionem iuris abſque dubio præmanare defendẽtis, ſequitur *Maſcard. d. concl.* 111. *n. 4. verſic. ideo*, & eſt veriſsima Concluſio, licet aliter quoque ſenſerit *D. Felicius d. allegat.* 44. *nu.* 5.

277 Addo aliam fallentiam, & eſt, quod priuatæ ſcripturæ tempore peſtis plenè creditur propter neceſſitatem vrgentem. Sic præcisè inter alios Crot. *conſil. ſuo* 328. *nu.* 6, *in tertio.*

Alios etiam caſus, in quibus ſcriptura priuata fidem facit, & probat, deducit *Aluar. Valaſc. Conſultatione ſua Luſitaniæ* 177. *vol. 2. per totam*, vide per eum ſatis. Videndus quoque *illuſtriſ. Cardin. Tuſch. d. concluſione ſua 76. in littera S.* vbi de hac ẹadem materia, an, & quando ſcriptura priuata probet, nec ne, omnium latiſſimè diſceptatur.

An, & quando ex ſcriptura priuata plena oriatur probatio, hactenus docuimus, nunc autem congruenti ordine variẹ, quæ de ipſius materia à Doctor. excitari ſolent quę̨ſtiones, mira quadam facilitate, ac vtilitate diſcutiendæ ſunt.

---

## Dubitatur igitur Primò, an ſcriptura priuata inſtrumenti appellatione contineatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Scriptura priuata an veniat appellatione inſtrumenti, dubitatur.*
2 *Diſtinguitur ex communi, quod aut quę̨ritur, an veniat ſecundum propriam ſignificationem, quæ ſumitur ex alluſione vocabuli, an vero ex communi loquendi vſu.*
3 *Si quę̨ratur, an veniat ſecundum propriam ſignificationem, non eſt eadem omnium ſententia.*
4 *Bar. & alij ſentiunt pro affirmatiua, nu.* 11.
5 *Fundamenta; & n.* 6. 7. 8. 9. *&* 10.
12 *Contrarium multi.*
13 *Media, quibus fundatur hæc opinio, & numer* 14. 15. 16. *&* 17.
18 *Sin autem quæratur, an veniat communi loquendi vſu inſpecto, pro negatiua omnes concludunt.*
19 *Ratio.*
20 *Communis loquendi vſus in ſtatutis propriè attenditur.*
21 *Item in vltimis voluntatibus, reſcriptis, priuilegijs, & Sacris Scripturis.*
22 *Quinimo etiam in correctoriis, & odioſis.*
23 *In diſpoſitione ſtatutaria loquente de inſtrumento non comprehenditur ſcriptura priuata, et n. 24. et 25.*
26 *Communis loquendi vſus pręferatur propriæ verborum ſignificationi.*
27 *Communi loquendi vſus ab allegante articulandus, et probandus eſt.*
28 *Scriptura priuata venit appellatione inſtrumenti etiam vſu communi loquendi inſpecto, quando eſt recognita, et pro ſe probans ibidem.*
29 *Item quando in ipſa adeſſet iuramentum.*
30 *Item quando rationis identitas à Statuto reſpectu publici inſtrumenti conſiderata militaret etiam in ſcriptura priuata.*
31 *Noua opinio authoris in difficultate propoſita, reiecta communi ſcribentium diſtinctione.*

### Scriptura priuata an veniat appellatione inſtrumenti, dubitatur.

IN huiuſmodi difficultate, vt vera, ac realis reſolutio habeatur communiter Doct. ita diſtinguunt.

1 Aut quærimus, an appellatione inſtrumenti priuata ſcriptura contineatur, ſecundum propriam ſignificationem, quæ ſumitur ex alluſione vocabuli; Aut vero ex communi vſu loquendi,

3 Si primo, res eſt in maximo anfractu, *Bar. enim in l. 1. C. de iureiur. propter calumniam dando, nu. 2.* Senſit pro affirmatiua, & primo ſic arguit.

5 Quidquid inſtruit cauſam, id proculdubio dicitur inſtrumentum *l. 1. de fid. inſtru. et l. notione, §. inſtrumentorum ff. de verbor. ſignific. cum concordantib.*

6 Sed priuata ſcriptura inſtruit cauſam. *Petrus de Cabal. pulchrè conſ. ſuo 24. n. 13. ergo etc.*

7 Adducit ſecundo loco textus, *in l. inſtrumenta domeſtica, C. de probationib.* vbi apertè dicitur, quod domeſtica inſtrumenta ſine alijs adminiculis ad probationem plenam inducendam non ſufficiunt, & tamen illis verbis (Domeſtica inſtrumenta) intelligit ibi Imperator de priuatis ſcripturis, non de publicis, publica enim abſque dubio ſufficerent. ergo eſt ibi textus apertus, quod appellatione ipſis inſtrumenti, ipſa priuata ſcriptura contineatur.

8 Tertio loco, Tu vltra alios conſidera tex. a nemine perpenſum, nec ex cogitatum, *in l. ſi quis Decurio, in prin. C. ad l. Corn. de fal. ibi* (in conſcribendus publicis, priuatiſq; inſtrumentis.)

9 Quarto

9 Quarto, vltra alios pariter perpende text.in l.comparationes, *Cod. de fide inſtrum. ibi*, (ex chirographi, fieri, & alis inſtrumentis, quæ non ſunt publicæ confecta.)

10 Quinto accedit vltra alios quoque *text. in leg.* 17. *C ſi cert. petat.* ibi, (ſuper chirographarijs inſtrumentis.)

11 Hanc eamdem Bartoli ſententiam ſequitur etiam *Bal. in d.l.*1. *C.de iureiur.nu.*6. *Dec. in rubr. Decretal.tit.de fide inſtrum.n.*15. *& Clar.vir D. Menoc.lib.*3. *præſumpt.*41.*numer.*8.*Addo Tiraquell.de retractu lignag.*§.2.*gl.*1.*num.*29. *& Caroccium deciſ. ſua* 49.*numer.*4. *cum plurib.ſeq.* vbi pulchrè.

12 Contrariam tamen ſententiam vti veriorem defendere alij multi non ſunt veriti; inter cœteros autem *Corn. in dict. leg.* 1. *Imol. in Clem.* 1. *de procuratoribus*, *& alij*.

13 Mouentur primo, per *text. in dict. leg.*1. *Cod.de iureiur.* propter calumniam dando, vbi ſeparatim loquitur Imperator de ſcripturis priuatis, & publicis inſtrumentis, ſignum eſt ergo euidens, quod ſunt inter ſe diuerſa, nec vnum alterius appellatione comprehenditur.

14 Adducitut ſecundo loco *tex.in Clem.*1.*de procuratorib.* vbi Summus Pontifex in hæc verba prorumpit; Inſtrumento, vel litteris, quib. te aliquis in cauſis ſuis procuratorem conſtituens &c. Ecce quod expreſſam conſtituit differentiam inſtrumenta, & litteras, quæ tamen ſunt ſpecies ſcripturæ priuatæ, vt ſuo loco diximus, ergo appellatione inſtrumenti non continetur ſcriptura priuata; & per iſtum tex.opinionem contra Bart. ſequutus eſt Imola.

15 Suffragatur tertio loco mirum in modum *tex. in l ſcripturas, in ſecundo reſpon.C. qui potior.* vbi expreſſa conſtituitur differentia inter priuatam ſcripturam, & inſtrumentum publicum dicitur enim ibi, quod habens publicum inſtrumentum.etiam poſterius, profertur quoad hypothecam habenti priuatam ſcripturam etiam anteriorem, ergo.

16 Quarto conſidera multas, & longe maximas extare differentias inter ipſam priuatam ſcripturam, & publicum inſtrumentum, quas in præſenti referre, nec facilè, nec neceſſarium, ergo &c.

17 Et adde, quod inſtrumentum ſic dicitur, quoniam confectum ſit a publica perſona, & ſic a tabellione, argumento lege cenſus de probationibus.

18 Si vero ſecundo, id eſt, an communi loquendi vſu inſpecto, ipſa priuata ſcriptura, appellatione inſtrumenti comprehendantur, indagari contingat, tunc minimè contineri vno ore omnes fatentur, ſic *Bar.& Dec. in prænotatis locis* Dicunt enim (vt eorum præciſſis verbis vtar) non eſſe in noſtro vſu: Quando habeo ſcripturam priuatam, vel apodiſſam dicere habeo inſtrumentum,
19 ex ipſo enim communi loquendi vſu, illud dumtaxat intelligitur inſtrumentum, quod manu tabellionis, & notarij publici conficitur, prout in ſpecie poſt plures relatos docet *Burſ. conſilio ſuo* 144. *numer.* 35. *in ſecundo*.

Eorumdem ſententiam ſequuti ſunt quoque infiniti alij. *Tiraquell.in terminis, de retractu lignag.*§. 2.*gloſſ.*1.*num.* 30.*Machel.patroc.ſub* 30. *numero quarto*, *Grat.conſilio* 74. *numero* 42. *cum ſequentibus in ſecundo*. *Thomas Triuiſan. libro primo deciſione quadrageſima*, *numero octauo*, *Villagut.de extenſion. legum in genere*, *prælud. vigeſimoquarto*, *numero* 17. *Aſinus in ſua praxi*, *parte prima.* §. 22.*capitul.quarto*, *numero* 10. *cum ſequentibus Maſcard. concluſione ſua* 6. *numero* 126. *Caroc. deciſione ſua* 49. *numero decimo*, *cum ſeqq. & nouiſſimè Caroll. de Graſſ. poſt plures relatos in ſuo tractatu de exceptionibus in præludijs*, *numero* 80. *Addo Petr.de Caballin.conſilio ſuo* 24. *numer.* 13.

20 Aduertendum eſt tamen, quod iſte communis vſus loquendi ex receptiſſima omnium ſcribentium opinione, in ſtatutis præcipuè ſpectatur, Latè *Tom. Triuiſ.lib.*1.*dec.* 40. *num.*8.

21 Et nedum in ſtatutis, ſed & in vltimis voluntatibus, Reſcriptis, Priuilegijs, & Sacris Scripturis.

22 Quinimo etiam in correctorijs, & odioſis, prout hæc omnia pulchre docet poſt plures relatos, *Magon.deciſ.ſua Lucenſ.*15.*n.*6.7.*&* 8.vbi ampliat quoque idem iuris eſſe, etiamſi extaret ſtatutum, quod ſtatuta ad litteram intelligi deberent.

23 Sequitur eleganter *Carol. de Graſſ.de except.in præludii n.*81.*cum ſeq.* vbi infert, quod in diſpoſitione ſtatutaria loquente de inſtrumento, non comprehenderetur ſcriptura priuata; quia in intelligentia, & interpretatione ſtatutorum attenditur communis vſus loquendi illis loci in quo vigêt, & latius vt per eum, id quod etiam mirabiliter facit *Ioannes de Monte.Sperell.conſ.ſuo* 25. *nu.*25. *cum ſeq. vbi pulchrè*.

24 Sic etiam *Petr.Rebuff.in l.notionem*, §.*inſtrumentorum*, *in* 3.*notab.ff.de verb.ſignif.* inquit, quod ſi de quodlibet debito de quo ſit inſtrumentum, ſit ſoluenda gabella: non ſolueretur de ſcriptura priuata. Id quod reſpondit quoque ex profeſſo *Pet.de Cab. conſ.ſuo* 24 *nu.*14. Hinc etiam
25 *Soc.conſ.*41. *num.*10. in primo, docet, quod ſi ſtatuto caueatur, quod domini vectigalium poſſint cognoſcere de omni cauſa, & negotio, de quo per inſtrumentum appareat, non poterunt cognoſcere de cauſa pertinente ad priuatam ſcripturam, qua repugnat communis vſus loquendi, qui ipſi proprio verborum ſignificatui procul-
26 dubio proferri ſolet, vt poſt *Fel. qui alios citat, in proem. Decretal.numer.*5. *cum ſeqq. docet Machel.pato capitul.ſuo* 30.*numer.quarto*, *& Maſcard.concluſ.ſua* 6. *numero* 107. *&* 108.

27 Obſeruandum ſecundo, quod iſte communis loquendi vſus debet ab allegante articulari, & probari, ita Bar. & cum eo cæteri in præcitata, l.ſequitur pulchrè poſt *Decium, Aretinum, Beccium*, *& alios.Magon.præcitata ſua deciſ.*15.*numer.*23. Quomodo autem probetur, & inducatur, videndus *Cl.Menoch.de arbitr.libro ſecundo*, *centur.*5. *caſu* 489.

28 Non ignorandum tertio, quod ſupradicta communis concluſio quod videlicet ſcriptura priuata appellatione inſtrumenti minimè comprehendatur, vſu communi loquendi inſpecto, fallit, & coarctatur, quando eſſet recognita, & per ſe probans; eo enim caſu cum publico inſtrumēto omnino accedere videatur, abſque dubio comprehenderetur. Sic poſt *Abb. Dec. in d.rubr.de fide inſtrum.in fin.Sequitur poſt Affl. deciſ.ſua* 272. *num.*2. Magon.*d.deciſ.* 40.*num.*17.18.*&* 19.vbi etiam poſt *Vrſill.in addit.ad eumdem Afflict.*85.*num.*4.ſubdit, quod talis ſcriptura priuata recognita, habet quoque exequutionem paratam, ſicut
29 publicum inſtrumentum; quod quidem eo magis procederet, quando in ipſa adeſſet iuramentum, prout pulchrè docet *Carol.de Graſ.d. ſuo tract.de exceptionibus*, *in præludijs, num.*78.

Hanc eamdem fallentiam ſequitur quoque *Bertazol.de clauſul in.rubr.num.*3.*poſt Socc.conſ.*62. *& alios ibi relatos*, *& nouiſſimè Caroc.dec.ſua* 49.*n.*16.*verſ.contrarium*, *& nu.* 17.*cum duobus ſeqq.addo D.Seraphinum de priuilegijs iuramenti, priuil.*41.*n.*18.*&* 19.

30 Obſeruandum vltimo, enunciationem ſupradictam ſecundo etiam loco fallere, quando identitas rationis à ſtatuto, quod ſecundum communem loquendi vſum intelligitur, conſiderata, militaret quoque in ſcriptura priuata, tunc enim appellatione inſtrumenti, etiam in materia ſtatutaria, & ſic ex

communi

communi vſu loquendi, ipſamet ſcriptura priuata comprehenderetur. Sic præcisè limitat, ac reſtringit *Burſ.conſ.ſuo* 145. *numer.*47. *poſt Crau.& Mand.in add.ad Roman.* & ſubdit hanc eeſſ veram, & communem doctrinam. Hac alij.

31 Ego autem in tanto opinionem ſcribentium anfractu, omiſſa etiam illa communi Doct. omnium diſtinctione, quod aut terminus ad producendum inſtrumenta à iudice aſſignatus fuit, & tunc, quia tamquam iuris peritus ſecundum propriam verborum ſignificationem, ac iuri conſonam loqui videtur: etiam priuatæ ſcripturæ contineantur: Aut verò talis terminus præfixus ſit à ſtatuto, & tunc, cum ipſum ſtatutum ſecundum communem vſum loquendi intelligendum ſit, vt notatur in *l.quod Labeo,ff. de Carbon.edict.* quod minimè comprehendantur, eam enim multas pati difficultates ex ſuperius deductis ſatis apertè conſtat.

Arbitror ad ſtatuentium mentem, & rationem, qua moti fuerint iuxta facti contingentiam recurrendum eſſe diligenterque animaduertendum, an ſtatuti ratio pariter in priuata; ſicut in publica locum ſibi vendicet: quod ſi ratio æqualiter in vtroque caſu militaret, ne mens ipſorum ſtatuentium redderetur eluſoria, tunc abſque dubio ſcriptura ipſa priuata inſtrumenti appellatione complecteretur, ſin autem minus, ipſius inſtrumenti appellatione, iuxta communem vſum loquendi, publicum tantum contineretur, non etiam priuatum.

Et hæc eſt vera, & germana totius præſentis difficultatis: mea quidem ſententia, reſolutio, quam collegi ex ſcriptis per Crau. de antiq. *tempor. prima p. in verſic. quarto limitatur, numer.*87. *& ſupra ex Burſ. Satis.*

Vide hac eadem materia *Iul. Cæſar. Ruginell. practicarum quæstion. capitul.ſuo* 7. *per totum, & Dom. Rutger. Rulanth.de commiſſionibus, libro quinto, capitul.primo vbi latè. Adeundus quoque Cardinal Tuſchus Concluſione ſua* 235. *in littera Z, vbi pulchrè, & Sola in Conſuetudines Sabaudię. pagina mihi* 279. *n.*2.

---

## An ſcriptura priuata ex archiuio publico ſumpta fidem faciat.

## QVÆSTIO II.

*SVMMARIVM.*

1 *Scriptura priuata ſumpta ex archiuio publico an plenè probet? dubitatur.*
2 *Communis opinio eſt affirmatiua.*
3 *Ratio ex Maſcardo, & n.4. & 5.*
6 *Scriptura priuata ſumpta ex archiuio publico notorium inducit.*
7 *Et ratione loci publici fidem facit.*
8 *Opinio Authoris in hac difficultate ex ſententia Cephali.*
9 *Scripturæ repertę in archiuio publico ad hoc vt fidem faciant omnes debent eſſe publicæ.*
10 *Ratio.*
11 *Scriptura priuata reperta in archiuio publico fidem tantum facit inter ſubditos illius Ciuitatis, ſeu loci. in quo archiuium illud reperiretur, non autem quoad forenſes.*
12 *Rationes vide per Crauettam nouiſſimè.*
13 *Scriptura priuata reperta in archiuio Patauino non probat in Taruiſino.*
14 *Scriptura priuata reperta in archiuio publico probabit etiam extra territorium ipſius archiuij inter perſonas ſubditas illi territorio, in quo reperta fuiſſet, licet quoad alios non.*
15 *Item probabit etiam extra territorium ipſius archiuij, ſi ipſe locus extra territorium erit confederatus cum loco dicti archiuij.*
16 *Declara.*
17 *Scriptura priuata ſumpta ex archiuio publico, probationem minime inducit, cum agitur de probando crimine.*
18 *Etiam per inſtrumentum publicum, & ſolemne crimen non probatur.*
19 *Scriptura priuata ſumpta ex archiuio publico minimo probat quando non eſt authentica, nec habetur pro authentica.*
20 *De materia huius quæſtionis vide Doct. remiſſiuè.*
21 *Liber archiuij an probet? vide remiſſiuè.*

An ſcriptura ſumpta ex archiuio publico probet? dubitatur.

1 AFfirmatiuam opinionem tenuit inter alios *Felin. in capitulo ſecundo. numero nono, & ibidem Dec.numero* 22. *&* 23. *de fide inſtrumentorum, Iaſon in repetition. lege admonendi, numero* 97. *& ibi etiam Iacobus Petrus de Ptolomeis, numer.* 64. *verſiculo ſexto probat. Grat. poſt Alexand. & Corn. conſilio* 122. *numero quarto in ſecundo, & Crauetta conſilio ſuo* 274. *numer.*6. vbi in ſpecie adducit *tex. in l.Cenſus, ff.de probationib.& in authent.* Ad hæc: *Cod.de fid.inſtrumentorum.* Hanc eamdem, (quam tamen improbat M*enoch.conſil.ſuo* 395. *numer.* 63.) ſequitur quoque poſt infinitos relatos *Franciſcus* M*onald.conſ.ſuo* 5.*num.*3.*in* 1.*conſ,*17.*numer.*1. *& conſilio* 149.*numero* 7.*in eod.* vbi tamen intelligit dummodo ipſa ſcriptura ſit ſub cuſtodia publicæ perſonæ, addo *Franciſc.* M*arcum deciſio. ſua Delphynali* 439. *vol.*
3 1. vbi præcisè loquitur in ſcriptura priuata reperta in archiuio publico alicuius Epiſcopi, & M*aſcard. concl. ſua* 111. *numero* 9. *&* 10. vbi quoque rationem ſubdit, dicens nam archiuium dat robur ſcripturę non authenticæ.

4 Adde, & clarius, nam archiuium, ſeu Cancellaria communis, eſt locus publicus, in quo ſolent reponi ſcripturæ publicæ, & authenticæ, & eſt locus deputatus authoritate publica, & ideo iſta qualitas loci ſupplet fidem ſcripturæ priuatæ, illique tribuit effectum inſtrumenti publici.

5 Præterea, Comentarienſis, ſeu qui præeſt ipſimet archiuio, eſt iuratus, vt dicit tex. in c. ad audientiam, de præſcriptionib. & ratione iuramenti pręſumitur pro eo, vt ibi dicit *gl.in verb.iuratus*, vnde concurrente authoritate loci, & fidelitate cuſtodiæ, facilè pręſumi poteſt, quod ſcripturæ repertæ in ipſo archiuio ſint fide digna. Sic eleganter poſt alios *D.Scaccia lib.*2.*de iud.cauſ.ciuilium c.*11. *n.*755. *cum tribus ſeqq.*

6 Quinimo, huiuſmodi ſcripturam notorium facere, aperte reſpondit *Bellon.conſ.ſuo* 57. *n.*11. *cum ſeqq.* quem poſt alios multos relatos ſequitur quoq. *Monald. conſ. ſuo* 5.*n.*3. tangit etiam *Anton.Scapus, lib.*3. *iuris non ſcripti, Rubr.*7.*c.*71.*n.*7.

7 Et ratione loci publici probare, poſt Ioannem Andræam tradidit *Marc.d.q.ſua* 439. *n.*3. *vol.*1. Addo eumdem *Maſcard.concl.ſua* 162.*nu.*10. vbi infert huiuſcemodi ſcripturam priuatam in archiuio publico repertam, rectè probari quem eſſe banitum, & ibi infinitos concordantes deducit.

Ego

Ego in huiuſmodi difficultate ſentio vna cum *Ceph.*
8 *conſ.ſu• 631.n.27.cum ſeq.* ita demum priuata ſcripturam ex archiuio publico ſumptam, fidem faceret, ſi ſit antiqua, & habeatur pro publica, interq. alias publicas inuematur, & in archiuio non fuerint repoſitæ niſi publicæ, & authenticæ, vel pro talibus habitæ, & ab officiali publico cuſtoditæ, alioquin vt dixi minimè probat. adducit Cæph. multos concordantes, *Bal. ſcilicet Fel. Dec. & alios per eum relatos*.

9 Et aduerte, non ſufficere, quod in archiuio ipſo publico fuerint repoſitæ ſcripturæ partim publicę, & partim priuatæ, ſed omnes debent eſſe publicæ, vel pro talibus habitę.

10 Commixtio enim impedit probationibus virtutem, ita *Cæph. cit. conſ. 631. num. 29. vbi Dec. & Felin. concordantes deducit.*

11 Aduertendum ſecundo, quod ipſamet ſcriptura priuata ex archiuio publico ſumpta prædictis omnibus concurrentibus, fidem faciet inter ſubditos tantum illius Ciuitatis, ſeu loci, in quo archiuium illud reperiretur, & in eius territorio, non autem quoad forenſes, & alibus extraneos, ſic præciſà *Borgnin. Caualc. deciſ. ſua 27. numer. 83. de contractibus, p. 2. Monald. d. conſil. 149. num. 8. & alij, ita etiam iudicauit Rota Romana teſte Veral. deciſ. 42. per totam, p. 1. Addo Scacciam d. cap. 11. num. 769. vbi omnium pulcherrimè, & D. Card. Seraphinum deciſ. ſua 642. num. primo.*

Hanc eamdem ſententiam ſequutus eſt quoque *Crau. de antiquitatib. in verſ. quarto limitatur, num. 11.* vbi etiam
12 tres diuerſitatis rationes affert, quare ſcripturæ ipſæ priuatæ ex archiuio publico ſumptæ, fidem non faciant extra territorium, quælibet autē alia ſcriptura faciat, prout eſt de intentione *Bar. & aliorum, in l. 1. C. de ſumm. Trinit.* quos omnes refert idem *Crau. citato loco ſub numer. ſexto cum ſeqq.*

13 Et in ſpecie, quod priuata ſcriptura reperta in archiuio Patauino non probet in territorio Taruiſino, & ſic extra teritorium ipſius archiuij, tradit *Decian. conſ. ſuo 24. n. 49. in tertio.*

14 Obſeruandum tamen, quod ipſa ſcriptura priuata reperta in archiuio publico, probaret etiam extra territorium ipſius archiuij, inter perſonas ſubditas illi territorio, in quo reperta fuiſſe licet quoad alias fides ipſi minimè adhiberetur. Sic præciſè poſt alios *Hier. de Monte, in ſuo trac. de finib. regund. c. 63. in fin.*

15 Aduertendum eſt etiam, quod dicta ſcriptura priuata probaret etiam extrà territorium ipſius archiuij, ſi ipſe locus extra territorium eſſet confederatus cum loco dicti archiuij, ſic elegantèr poſt *Bal. D. Maſcard. concl. ſua 162. num. 11.*

16 Intellige tamen hòc verum eſſe in priuata illa ſcriptura in archiuio publico reperta, in qua contineretur cauſa. Sic in puncto *Becc. conſ. ſuo 5. n. 9.*

Animaduertendum tertio, quod ipſamet ſcriptura priuata probaret quoque extra territorium ipſius archiuij in nonnullis alijs caſib. ſigillatim relatis per *Do. Ioſeph. de Seſſe, poſt hęc edita viſum, in ſuis deciſionibus Regni Aragoniæ, deciſ. ſua 21. per totam.* Ad ipſum Lectorem remitto, ne ex ſcriptis ſcripta conficiam; Addo etiam *D. Alex. Trentacinquium variar. reſolution. libr. ſecundo titul. de fide inſtrum. reſol. 8. num. 9.* vbi nonnullos alios deducit.

17 Nono ingnorandum quarto pro coronide huius materiæ, regulam iſtam, videlicet, ſcripturam priuatam in archiuio publico repertam, fidem facere limitari, cum agitur de crimine probando; Sic præciſè *Iaſ. conſ. ſuo 34. col. pen. in princ. lib. 1.*

18 Amplia, vt nec per inſtrumentum etiam ſolemne, & publicum crimen ipſum probari poſsit. *Bartol. in leg. Senatus, in principio, ad Turpillian.* Sequitur poſt *Bald. Felin. & alios Crauetta in d. verſic. Quarto limitatur, de Antiquitatibus. num. 13.* Sequitur hoc idem *D. Scaccia d. capit. 11. numer. 60.*

19 Non ignorandum quinto eamdem regulam coarctarij quando ſcilicet ſcriptura non eſt authentica, nec habetur pro authentica, eo enim caſu, quamuis ſit ſumpta ex ſcripturis archiuij per manus archiuiſtæ, & reperta inter ſcripturas authenticas, nullam tamen fidem inducit. Sic præciſè eruditiſs. *Scaccia, d. c. 11. à nu. 779. vſque 795.* vbi enim non ſolum pluribus modis de hac ſcripturæ priuatæ ſpecie exemplificat, verum etiam qualiter iſthæc limitatio procedat, ac intelligatur, omnium exactiſſime diſcurrit: ad eum, ne rerum alienarum dicar vſurpator, beneuolum lectorem remitto.

20 Sciendum ſexto, ſupradictam regulam limitari, nam ſcriptura ipſa priuata pro tertio, contra tertium, etiamſi archiuio publico reperta fuerit non probat. Sic elegāter, *Cl. D. Federicus Pruchkman. conſ. ſuo 1. num. 632. in ſecundo, & hæc ſufficiant.* Latius de hac materia diſſerunt *Crau. d.*
21 *verſ. 4. limitatur, in primis numeris. Caualcan. d. deciſ. ſua 27. de contractibus, num. 83. p. 2. & Hieronym.* de Monte de *Finibus regund. c. 63. vide per eos. Addo Scacciam d. capitul. 11. à numer. 753. vſque ad* 802. *Alexandrum Trentacinquium dict. reſolutione octaua, per totam, & D. Card. Tuſchum concluſ. ſua 489, poſt hæc congeſta viſum in littera A.*

22 An autem, & quando liber ipſe archiuij probet, hoc non eſt pręſentis ſpeculationis, ſed latiſſimè loco ſuo diſſeretur.

---

## An ſcriptura priuata ad ſui validitatem requirat de neceſſitate diem, vel annum?

## QVÆSTIO III.

### SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata ad ſui validitatem non requirit, neq; diem neque annum.*
2 *Ratio.*
3 *Amplia.*
4 *Subamplia.*
5 *Limitatur pluribus in caſibus, & n. 7. 8. 9. & 10. vſq; ad 26. incluſiuè.*
6 *Apocha ſi vno die ſcribatur, alio ſigilletur, & alio ſubſcribatur, dies ſubſcriptionis attendendus ex Bartolo.*
17 *In omnibus illis caſibus in quibus tempus in priuata ſcriptura deſideratu, debet exprimi de iure non ſolus annus, menſis, & dies, ſed etiam nomen Principis.*
18 *Contrarium ſeruatur in praxi.*
19 *Locus in priuata ſcriptura ad ſui validitatem non requiritur.*
20 *Fallit quando penderet quæſtio ex loco.*

An ſcriptura priuata de neceſſitate dies, vel annus deſideretur, dubitatur.

1 NEgatiuam opinionem tenuit inter cæteros, *Dec. in c. 2. num. 24. de fide inſtrum. Pariſ. conſ. ſuo 68. nu. 21. in 3. Soc. iun. conſil. ſuo 111. numero 19. in tertio, vbi adducit text. in l. cum taberna, §. 1. de pignoribus. Decian. conſilio ſuo 20. numero 23. conſil. 29. numer. 91. & 46. numer. 152. in ſecundo,*

*ſecundo,& Gabriel.conſ.ſuo 169.nu.38.in ſecundo*, vbi ampliat: quod nec etiam indictione opus habeat, indictio enim ſolum requiritur inſtrumẽtis publicis, prout notat *Bart.in l.ad hæc,& in authent. Et ſi contractus, C.de fid.inſtrumentorum,& Doct.omnes in l.admonendi, ff.de iureiur.* Hanc eamdem ſequitur quoque *Alciat.conſil.primo,num. 27.lib.8.& conſil.115.num.ſecundo,libr.9. Maluaſia conſil. ſuo 120.num.27.in primo,Burſ.conſil. ſuo 325.num.9. Turret.conſil.ſuo 59.num.12. & conſil.ſuo 74.nu.65. volumine 1.Bertazzol. de clauſul.clauſul 2.gloſſ.1.nu.4. Pet.Auguſt. Morla in ſuo iuris Emporio par.1.tit.de fide inſtrumentorum, q.3.num.13.Maurus Burg. in ſuo tract.de laudimio inſpect. 38.num.4.vbi de magis communi. Et omnium pulcherrimè, & latiſſimè Caball. Mill.ſuo 665.p.2.* vbi etiam nonnulla, quæ in contrarium obijci poſſent accurate reſoluit.

Sic etiam tenuit *Petr. Rebuff. in tract. de chirographorum, & cedullarum recognitione, numero 39. & numer.92. Francus Marcus deciſ.ſua 912. part.2. Rota Genuen.teſte Bellon.deciſ.ſua 26.numero decimoquarto,& deciſ.126.numer.3.Maſcard.concluſ.ſua 6.numer.32. Barzius deciſ.ſua 39.num.55.* & poſt infinitos relatos,*Viuius opin. ſua 889. num.ſecundo, in tertio. Addo Ioann.Petr. Fontanellam de pactis nuptialibus clauſ.1.num.7.gl.1.*vbi plures alios concordantes deducit & *D.Regnerum Sixtinum inter conſil. Vltei vol.2.conſ.8.num.4.*

2 Huius autem regulæ eſt ratio, quia ſcriptura priuata, regulariter non facit fidem,niſi cõtra ſcribentem, ad *leg. Publia, ff.depoſiti*, & ideo ſufficit, qualitercunque fuerit ſcriptura imputet enim ſibi ipſemet ſcribens, qui diem non appoſuit *d.l.veteribus de pactis*.

3 Amplia, vt iſta concl.præcipue procedat, quando agitur de inducenda probatione contra ipſum ſcribentem, eo enim caſu ob ſupradicta, ſcriptura ipſa priuata, licet ſine die,& tempore contra eum plene probat, ſic præciſe poſt alios *Burſ.d.conſil.325. num.10.*

4 Subamplia, vt ſine die probat etiam contra ſcribentẽ, licet alias ipſamet ſcriptura diem expoſceret:ſic poſt *Iaſ. Dec.Stracch.& alios Burſat.d.conſ.325.numero decimo.*

5 Limitatur autem regula iſta principalis,videlicet,quod priuata ſcriptura neque diem, aut anuum ad ſui validitatem expoſtulet, quando controuerteretur de prioritate temporis, vel tempus eſſet de ſubſtantia probationis, hanc enim producens ſcripturam,neceſſario deberet probare tempus,ac diem,alias ſuccumberet,prout concludit *Bartol.in d.leg. cum tabernam allegando textum in leg.ſcripturas, C.qui potior, vbi in ſpecie Bald. ſub numer.decimoquarto. Sequitur Alexand.conſil.ſuo 132.num.3. in quarto. Tiraq.de retractu conuent.§.1.gloſſ.7.numer.49.& 50.cum ſeqq.*vbi quoque opinionem Barbatia: contrarium aſſeuerantis acute reſoluit.

Sequitur etiam *Mandel.Alben.conſil.ſuo 529. num.24. Alciat.conſil.suo 5.num.1.lib.8. Hippol.Riminal. conſil.ſuo 612.num.53.in 6.Turret.conſil.ſuo 74.n.67.volu.1.Rebuff. in tract.de chirographorum recognitione, num.88.* vbi non ſolum concordantem adducit textus in *l.in summa, §.idẽ* Labeo,il ſecondo, ff.de aqua pluuia arcenda, verum etiã contraria nonnulla reſoluit, & *Maſcard. concl.sua 6.num. 33.Addo Lanfranc,de Oriano,in ſuo tract.de fide inſtrumentorum,in fine, D.Rutgerum Rulant.de commiſſ.lib.5.cap.11. num. 4.*

6 Sed fingamus ſcripturam aliquam priuatam veluti apocham vno die ſcribi, alio ſigillari, & alio ſubſcribi, qualis nam dies attendendus erit? Dum ſubſcriptionis attendendum eſſe docet *Bart.in leg.ſi teſtamentum, Cod.de teſtam.*

7 Limitatur ſecundo loco principaliter ſupra dicta concluſ.quoad libros rationum, in ipſis enim proculdubio dies, & tempus requiritur, Sic poſt *Alexan.& Dec.docet Burſat.dicto conſil.325.num.9.in fine*, vbi etiam de communi teſtatur pulchre *Cartellianus Cotta,in ſuis memorialibus in verſic.dies in lib.rationum. Addo Rulanth.d.c.11. præcitato nu.4.& Rebuff.d.tract.num.95.Addeundus quoque D.Hector Felicius de ſocietate, c.38.num.23.cum ſeq. vbi latè.*

8 Fallit tertio, quando actus ille, de quo controuerteretur,mutari ſoleret, tunc enim dies requireretur, Sic poſt *Abb.Turret.d.conſil.74.num.66.in primo.*

9 Coarctatur Quarto principaliter, quando de tertij præiudicio tractetur, tunc enim in ſcriptura priuata pro ſui validitate,& locus,& dies deſideraretur,ſic prçciſe inter alios *Dec.in dict.capit.ſecundo, numer.25 de fide inſtrumentorum,& Turret.dicto conſil.ſuo 59.nnmer.11.& 12.in primo,vbi concordantes adducit Rotam Roman. deciſ.5.de fide inſtrumentorum in antiquis,& Puteum deciſ.7. de fide inſtrument.Sequitur hoc idem Pet.Granut.Theorem.ſuo 15. num.27.colu.3.circa medium, Borgnin.deciſ 27.num.25.de contractibus,p.2.& omnium pulcherrimè Cranett.conſil.ſuo* 860.*numer.ſecundo,in quinto,*vbi quoque rationem dedu-
10 cit,dicens: Quoniam enim ſe defendendi facultatem tertius habebit, remq; ita actam non eſſe docebit ſi expreſſio loci, temporis, ac diei in ipſa ſcriptura priuata facta non inſit? Sequitur prçcisè *Petr.Rebuff.dicto ſuo tract.nu.* 89.vbi exemplificat in procuratore in ſcriptura priuata conſtituto vide per eum. His adde *D.Fontanellam d.clauſula 1.num.8.& Illuſtr. D.Card.Tuſchum concl. ſua 26.nu. 83.in littera S.*

11 Limitatur quinto, quando de ipſa ſcriptura priuata à Notario publicum conficeretur inſtrumentum, tunc enim omnia ſolemnia inſtrumenti obſeruanda eſſent, & per conſequens,& diei,loci,ac temporis fieri deberet appoſitio. *Sic præcisè inter alios Cl.Menoch. conſil.ſuo 288. numer.35.in tertio,Addo Leonard.a Lege, conſil.ſuo feudali 29.num.9.*

12 Reſtringitur ſexto, quando ſumus in ijs,quæ fiunt non ſolum ad contrahendum, ſed etiam ad probandum, tunc enim ſcriptura priuata, ad ſui validitatem requirit, & diem,& annum.Sic poſt *Cin.et Bal.in l.ſi qua beneficia,per illum text.C.de diuerſ.reſcript. limitat Alciat.libr.5.conſil. 14.num.5.*

13 Fallit Principaliter ſeptimo, in ſcriptura priuata teſtamenti facti à patre inter liberos, ea enim non probat, niſi dies,& Conſul in eadem inſertus ſit,caſus eſt in *Auth. Quod ſine, C.de teſtam. Sequitur Roman. in d.l.admonendi, num.53.& Dec.in d cap.2.numer.27.Addo Rebuſſum d.ſuo tract.num.91.*vbi rationem ſubiungit dicens: nam pluries teſtamentum mutari ſolet, & vltimum valet,& ideo de tempore debet apparere, vt ſciamus eſſe vltimum, & per hanc rationem idem iuris eſſe concludat in quacunque ſpecie teſtamenti, ac in omnibus vltimis voluntatibus. *Sequitur Fantanella d.reg.1.num.9.*

14 Limitatur octauo in ſcripturis, quæ ſumuntur ex Archiuio publico, ſed reprobatur, iſta fallentia per *Rom.d. loco*: illæ enim probant dumtaxat ratione loci,prout not. *Barth.in authen.ad hoc,& in authen. At ſi contractus,C.de fide inſtrumentorum.*

15 Coarctatur nono, quando producitur ſcriptura priuata legitimationis filiorum naturalium, in ea enim, & dies, & locus apprimè deſideratur: Sic in ſpecie *Curt.iun. in dict.leg.admonendi,uum.121.* vbi adducit *text. ad litteram in §.quoniam vero, authent.* Quibus modis naturales effic.legit.Addo *Decium in dict.capit.ſecundo, numero 29. & Maſcardum concl.ſua 6.num.34. Adeundus quoque Petrus Rebuffus dict.ſuo tract.num 90.*vbi ſnbdit etiam idem iuris eſſe in cauſa matrimonij, quia agitur de maximo præiudicio, vt pote de ſeruitute perpetua, & latius vt per eum.

16 Multos alios caſus, in quibus priuata ſcriptura, & diem & annum expoſcit, refert *Caball.d.Millel.ſuo 665.*

vide per eum; Videndus quoque *Illuſt. Card. Tuſch. concl. ſua 71. in littera S*, vbi pulchrè de materia.

17 Obſeruandum tamen pro coronide, quod in omnibus illis caſibus in quibus tempus in ſcriptura priuata deſideratur, debent exprimi de iure non ſolum annus, menſis, & dies, ſed etiam nomen ipſius Principis, *text. apertiſſimè in l. 2. §. diem, ff. quemadmod. teſtam. apert. et in auth. vt propo. nat. nomin. Imper. in princip.*

18 Sed hoc hodie non ſeruatur in praxi, ſufficit enim dies, menſis, & annus apponantur, & præcipuè in ſimplici apocha, ſiue ſyngrapha. Sic præcisè animaduertit idem *Caball. dict. Mill. 665. in fine. Addo Rebuff. dict. tract. numer. 94.*

Sed an locus in ipſa ſcriptura priuata de neceſſitate requiratur? poſſet quis de facili dubitare.

19 In hac difficultate, rem paucis perſtringendo, conclude pro negatiua, *tex. eſt in l. 1. C. de apoch. publ. lib. 10. Gloſ. in c. Abbate ſanè, de re iud. in ſexto, Caball. Mill. ſuo 166. per totum Matthesil. ſingul. 45. & Paulus Fuſcus in ſuis ſing. in littera S, num. 10. Addo Menoch. conſil. ſuo 288. num. 33. & Pet. Rebuff. d. tract. num. 95.* vbi ſubdit id eſſe in cauſa, quia vbique poteſt quis & recipere, & promittere, quod ſecus eſt in publica.

20 Limitatur autem hoc, quando queſtio penderet ex loco, vtpote, quia pars vna affirmaret certo loco aliquid factum, alia autem negaret, tunc requireretur: ita pulchrè *Bald. conſil. ſuo 354. numer. 1. in tertio, & DD. ſupra citati. Addo Rebuffum d. tract. num. 96.*

21 Coarctatur ſecundo, quando ſcriptura ipſa non eſt abſolutè priuata, ſed propter teſtes ſcriptos, vel alios reſpectu accedit ad publicam, vel publica reputatur, nam tunc exigit locum ſic præcisè poſt alios docuit eleganter *D. Purpur. conſil. ſuo 462. n. 18.* vbi quoque rationem deducit dicens, nam ſi ſcriptura priuata debet aſſumere robur publici inſtrumenti congruit, vt habent annum, diem, & locum ſicut publicum inſtrumentum habere debet, & latius, vt per eum, quem omnino conſulas.

---

## Vtrum falſificans ſcripturam priuatam falſi pęna puniatur.

## QVÆSTIO IV.

### SVMMARIVM.

1 *Falſificans ſcripturam priuatam ( in ea enim & falſum quoque committi poteſt ) an pęna falſi puniatur dubia eſt difficultas.*
2 *Pęna falſi quæ olim fuerit* } *explicatur.*
3 *Et quæ hodie* }
4 *Falſitatem committens ſcriptura, quæ nullam de per ſe probationem faciat, ordinaria pęna falſi minime punitur. Exemplum ibidem.*
5 *Corroboratur hæc opinio, & nu. 6. 7. 8. cum ſeq. vſque ad 22. incluſiuè.*
23 *Obÿcitur contra, & num. 24.*
25 *Soluitur, & num. 26.*
27 *Prior vti verior, & communior retinetur.*
28 *Ampliatur.*
29 *An committens falſum in priuato libro ſuarum rationum, pęna aliqua extraordinaria arbitrio iudicis puniendus ſit, dubitatur.*
30 *Negatiuam multi tenuerunt.*
31 *Fundamentum eorum, num. 32. & 33.*
34 *Quid ſit crimens ſtellionatus, explicatur.*
35 *Criminis ſtelionatus pęna eſt arbitraria.*
36 *Crimen ſtelionatus vnde nomen ſumpſerit, & in quibus caſibus locum habeat, vide remiſſiuè pro Menochium.*
37 *Affirmatiuam tenuerunt quamplurimi alÿ, & eam quoq; ſequitur Author, num. 45.*
38 *Fundamenta pro hac opinione, & num. 39. 40. & 41.*
42 *Reſoluuntur contraria, & num. 43. & 44.*
46 *Ampliatur prædicta opinio affirmatiua.*
47 *Falſificans ſcripturam aliquam priuatam, quæ alicui poteſt obeſſe, vel ad plenam, vel ſemiplenam, vel quoad aliqualé ſaltem præſumptionem, falſi pęna punitur ordinaria.*
48 *Exemplum, & num. 53. & 54.*
49 *Firmatur iſthæc opinio, & num. 50. 51. & 52.*
55 *Ampliatur.*
56 *Quomodo reo conuento voléti de falſo ſcripturam aliquam priuatam ab actore dolo malo contra eum productam redarguere, conſulatur, pulchrè docet Author, & n. 57. e 59.*
58 *Qualis debeat eſſet reſponſio producentis ad illam interrogationem à reo ſibi factam? vide Doctores remiſſiue.*
60 *De materia falſificantis ſcripturam priuatam pulchrè Clariſſimus Farinaccius remiſſiuè.*

1 VTrum falſificans ſcripturam priuatam, (falſum enim & in ipſa abſque dubio committi poteſt, *l. 1. §. qui in rationibus, & l. Paulus §. Paulus, ad leg. Cornel. de falſis*, & tradit poſt alios *Modern. Pariſ. in conſuetudine Pariſienſis tit. 1. §. 8. num. 11. in fine*) falſi pęna puniatur? Non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia.

2 Pęnam autem falſi ( ne per incognita procedatur ) regulariter olim fuiſſe deportationem, & bonorum publicationem, *text. eſt apertiſſimus, in l. 1. §. vlt. & ad l. Corn. de falſ.*

3 Hodie autem, quoniam ipſa deportatio in vſu eſſe deſijt, pęna eſt arbitraria, vt poſt *Gand. & alios rectè animaduertit Rol. à Valle conſil. ſuo 38. num. 15. & 16. volum. 1. & Cl. Menoch. libr. 2. de arbitr. centur. 4. caſu 306. num. 8. Addo Clarum in §. falſum, libr. 5. ſententiarum, num. 31. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucana 15. num 16. cum ſeqq.* & nouiſſime poſt hæc edita viſum *Cl. Dom. Farinac. in ſuo eleganti tract. de falſit. qu. 150 parte 1. num. 21. & per totam*, vbi latiſſimè, de hac materia. Hoc idem etiam clare teſtatur Statutum noſtrum ſub rubrica de falſis teſtibus, in capitulo in omnibus ſupradictis.

In huiuſmodi difficultate, vt rem paucis perſtringam, & certa huiuſce rei doctrina habeatur, diſtinguo.

4 Alter eſt, quando quis committere falſitatem in ſcriptura, quæ per ſe nullam probationem faceret, nec plenam, nec ſemiplenam, nec etiam aliqualem præſumptionem, vtputa ſi quis in aliquo ſuo proprio libro veluti rationum, ſcriberet aliquem eſſe ſuum debitorem, cum re vera non eſſet. Nulla enim in hac hypotheſi fidem oriri, aut præſumptionem luce meridiana clarus eſt, *l. exemplo*, C. de procurator. & notant *Doct. in admonendi, ff. de iureiur.*

Et in hoc caſu falſificans nullo modo pœna falſi puniatur.

Ad hoc autem aſſerendum, moueor infraſcriptis iuris rationibus, & primo ſic arguo.

5 Ad hoc vt falſitatem committens pęna falſi puniatur, requiritur neceſſario, quod talis falſitas alicui ſit nociua, vel apta nocere, ſic præcisè *Anchar. conſilio ſuo vigeſimoquarto, numero ſexto, Socin conſ. ſuo 203. per totum, & 104. volum. 1. Pariſ. conſil. 151. num. 23. vol. 4. late Gabr. libr. ſeptimo, concluſionum ſuarum, tit. de malefic. concl. 5. numero primo, infinitos deducit, & Becc. conſil. ſuo 78. num. 15. vol. 4. Addo Hondedeus conſilio ſuo 109. num. 49. cum ſeqq. volum. 1. Sequitur Afflict. deciſ. ſua vltima numer. 9. & Viuius opin. ſua 273. per totam, libr. primo, & deciſione ſua 540. numero quinto. Sic etiam tenuit, & iudicauit Rota Roman.*

*die* 21.*Nouembris* 1552. *teſte Verall.deciſ. ſua* 5.*part.ſecunda. Parlamentum Delphynale, teſte Marco, quæſt. ſua* 739.*in primo,& Senatus Mediolanenſ. die* 28.*Nouembris* 1543.*teſte Claro libro quinto. Sententiarum in* §.*falſum, numer.*35.

6 Aliter non punitur falſificans, licet falſitas commiſſa ſit. *Gabriel,vbi ſupra, Soccin.iun. conſil.*38. *numer.*15.*in ſecundo.*

7 Hinc videmus in ſimili,quod mendacium,quod nemini nocet,non punitur,ſecus ſi alteri noceat doctrina *Baldi mirabilis in leg.fin.ff.quod falſ.tutor.ſequuntur infiniti relati per Viuium d.deciſ.*540 *num.*4.

8 Sic enim teſtis non poteſt de falſitate puniri,niſi ipſius falſitas alicui ſit obfutura, ſic poſt *Bart.Ang.& alios Soc. dicto conſil.*103.*num.*1.*in primo.*

9 Sic quoque inſtrumentum confectum à Notario, ſi eſt nullum,alio reſpectu,quam falſitatis. Notarius illud conficiens poteſt puniri ex falſo, ſic præcisè poſt *Alexand. conſil.*35.*in primo, Pariſ.d.conſilio* 151. *num.*23. Sequitur poſt multos relatos *Viuius dict. opin.*273. *numer.quarto. Addo Afflict.deciſ.ſua* 21.*numero duodecimo*,quod ſic pariter falſificans ſcripturam non nociuam, & nemini præiudicium afferentem non tenetur pęna falſi, ſecundum *gl.in l.damus,in verbo,priuatas. Cod.ad leg.Cornel.de falſis, & ibi Bart.numer.primo. Sequitur. Clariſs. Farinacc.d.tractatu præcitata quæſt.*160.*parte* 12.*numer.*291.*&* 292.vbi pluſquam quinquaginta ex ſcribentibus concordantes deducit, ipſum conſulas.

10 Sic etiam vltimo loco ſtatutum imponens pęnam producenti falſum inſtrumentum,debet intelligi,ſi falſitas ſit nociua, vel apta ad nocendum; ſic in terminis Rota Roman.teſte *Veral.deciſ.ſua* 214.*p.*3.

11 At in caſu propoſito propter illamfalſitatem commiſſam nullum detrimentum pati poteſt ille, qui debitor in illo libro rationum ſcriptus fuit,ille enim liber veluti priuatus nullam fidem facit,non plenam,vel ſemiplenam,aut etiam indicium,& præcipuè per ſpacium temporis, quo ipſemet ſcribens *agit.ad notat.in lege quadam,* §.*nummularios,ff.de edend.* ergo &c.

12 Nec officit, ſi diceretur, quod illa falſitas poſſet afferre aliquod præiudicium ſaltem poſt mortem, ſecundum *Bartol.& Doctor.in dict. leg.admonendi, per leg. rationes.*

13 Reſpon.enim,cum *Caſtrenſi conſilio ſuo* 130.*numer.*1.*in* 1.id non ſufficere, vt ille falſificans puniatur ex quo pręſumitur, quod non immemor ſalutis æternæ, ante vltimum vitæ ſuæ ſpiritum,huiuſmodi falſitatem remouebit, *ad l.fin.C.ad leg. Iul.repet.*

Hoc idem ſequutus eſt etiam *Gabr.d.concl.*5. *nu.*22.

14 Secundo ſuffragatur mirum in modum doctrina *Bart. in l.*1.§ *qui in rationibus ff.eodem,ad leg.Cornel.de falſ.* vbi dicit,quod quando quis committit falſum in aliqua ſcriptura, quæ aliquam fidem inducit,vel ſemiplenè probat, vel indicium faciat, tunc pęnem falſi puniatur, atias ſecus.

Sequutus eſt hanc theoricam præcisè. *Caſtrenſ.conſilio ſuo* 230.*in primo,vbi mouetur præcipuè ſub numero ſecundo tali ratione.*

15 Quando quis venit puniendus ex actu aliquo, qui ſit ſortiturus effectum, ſi ille actus non eſt de iure validus,& ſic non eſt ſortiturus effectum, non punitur, *leg.*2.*ff.quod quiſque iuris.*

16 Sed ſcriptura fuit adinuenta, vt ſortiretur iuris effectum, ideſt,faceret probationem,*l.contrahitur*,de pignoribus,cum concordantibus.

17 Si ergo talis eſt, quæ probationem, imò nec aliquod indicium faciat, cum talem iuris effectum non ſortiatur, non debet quis ex falſitate ſic commiſſa puniri, cum non dicatur verè,ac propriè commiſſa falſitas, argum.*d.leg. prima,in fine,ff.quod quiſque iuris.*

18 Hanc eamdem doctrinam Bartol. contra opinionem Salicetti contrarium defendentis, cuius quoque ſententiæ adhęſit *Cl.vir.D.Menoch.de arbitr.d.caſu* 306.*num.*32. Sequutus eſt etiam *Socin.conſil.ſuo* 104.*numer.*3.*volum.*1. *Natt.conſ.ſuo* 588.*num.*5. *Gabr.d.concluſione quinta titulo de maleſic. num.*3. *& recentioribus Vitius dicto deciſ.*540. *num.*15.*lib.*4.

19 Et licet idemmet *Socc.conſil.ſuo* 62.*in primo dubio, in primo*, videatur totum contrarium defendere, id tamen ſi rectè aduertatur,ſumma cum ratione facit:quoniam priuata illa ſcriptura, & liber rationum ipſius Heoræi contra quem conſuluit, poterat aliquid præiudicij tertio afferre rationibus, vt per eum in *d.conſilio, & præcipuè ſub num.*6.

20 At in caſu noſtro ſcriptura illa,ſiue liber rationum falſificatur, nullum licet minimam in præiudicium alicuius fidem facit, ergo, &c.

21 Accedat, quod quilibet rei ſuæ extat, abſque dubio moderator, & arbiter, poteſt in libro ſuo mille mendacia ſcribere abſque timore pęnæ falſi, ex quo per tale mendacium nullus lædi poteſt, cum ipſi nulla penitus fides adhibeatur, *ad not.per Vegium conſil.ſuo* 46.*num.*2.*& per Menoch.conſ.ſuo* 75.*num.*11.& ipſum poſtea in ignem proijcere. Sequitur *Sola in conſuetudines Sabaudiæ, pagin. mihi* 166.*num* 9.*Sic eſt ergo, &c.*

22 Et hanc opinionem ſequutus eſt inter cæteros *Gabr.d. concl.*5.*numer.*4.omnium pulcherrimè,& latiſſimè *Natt. conſil.ſuo* 588.*per totum, & nouiſſimè Io.Bapt.Coſta in ſuo tractat.de iuris,& facti ignorantia, diſt.*83.*num.fin.* Addo poſt hæc edita viſum *Cl.D.Farinaccium d.q.*150. *part.*12. *num.*320. *cum ſeqq.* vbi omnium latiſſimè, & elegantiſſimè: videndus idem prius,*ſub num.*308.vbi regulam proponit generalem ad falſificantem quamlibet ſcripturam priuatam, quæ nihil probat proſcribente nullo pacto pęna falſi puniri.

23 Sed contra ſupradicta obijciet quis fortaſſis, *text.in d. leg.damus,in verſ.necnon,& rationes priuatas,C.eod.ad leg. Cornel.de fal.ex quo text.* ſatis aperte colligi videtur,falſificantem proprium librum priuatarum rationum in crimine falſi incidere, quod eſt contra ſuperius firmatam regul.

24 Ad idem videtur eſſet *text.in l.*1.§.*qui in rationibus, ff. eod.ad leg.Corn.de falſ.*

25 Reſpondetur vna cum *gl.in d.l.damus, in verbo priuatas,legem ipſam* non loqui de libro proprio rationum priuatarum, ſed de priuata ratione tali, quæ aliquid valeat ſaltem ad comparationem, & ſequuntur ibi communiter *Doctor.Soc.quoque conſil.ſuo* 104.*numer.ſecundo,in fine volum.*1.

26 Vel dic ſecundum *Natt.d.conſ.ſuo* 588.*numer.*16. *cum ſeq.* quod dicta iura intelliguntur,quando ſcriptura illa producebatur in forma ſcripturæ priuatæ ſolemnis: vt quia habebat ſubſcriptionem teſtium, quo caſu probationem inducebat, quod non eſt hic.

27 Firmo eſt ergo, falſificantem proprium librum rationum, ex quo nulli præiudicium afferre poteſt, ordinaria pęna falſi minimè plectendum eſſe.

28 Quod quidem præcipuè procedit, quando ipſemet falſificans nullo vnquam tempore eo vſus fuerit, vt poſt multos relatos docuit præcisè *Vulpel.conſilio ſuo* 129.*numer.*3.

29 Sed pulchra hic ſuſcitatur quæſtio, an ſcilicet pœna aliqua extraordinaria arbitrio D.Iudicis, puniendus ſaltem ſit ille, qui commiſit falſum in ipſo priuato libro rationum?

30 In huiuſmodi difficultate negatiuam ſentētiam tenuit inter cęteros *Paul.de Caſtro in d.conſilio ſuo* 130 *volum.*1. *Natta d.conſil.ſuo* 588.*in fine. Rol. à Valle conſilio ſuo* 38.

*numero 45.volum.1.Crau.conſil.46.num.1.& Vulpel.conſ. ſuo 129.per totum*, cui quidem plures clariſſimi viri ſubſcripſere. Sequitur etiam *Theſaurus deciſion. ſua Pedemontan.171.numer.ſecundo.* Suadetur autem hæc opinio tali ratione.

31 Pœna iſta extraordinaria, quæ infligenda eſt, quæ dicitur criminis ſtellionatus, eſt ad inſtar actionis de dolo,
32 *leg.3.§.1.*de crimine ſtellionatus. Sine enim dolo ipſum crimen ſtellionatus minimè committitur, *d.l.3.*& ſequitur *Soc.iun.conſ.ſuo 39.num.85.in 2.*

33 Sed actio de dolo non datur propter mendacium, quod alicui non nocet. *leg.quod ſi venditor, ff.de dolo,& leg.fundum, §.cum tibi, & ibi Salicet.de euictionibus, ergo,&c.*

34 Eſt autem crimen hoc ſtellionatus (vt nil, quod ad terminorum ſpectat cognitionem, intactum relinquam) innominati criminis nomen, cum enim crimen proprio,
35 ac ſpeciali nomine caret, ſtellionatus illud aſſumit, & ipſius pœna eſt iudicis arbitraria, quemadmodum, & eius accuſatio ſubſidiaria, *l.2.& 3.ff.eodem de crimine ſtellionatus.*

36 Vnde autem nomen iſtud ſumpſerit, & in quibus caſibus locum habeat, latiſſimè differit Nomencleator egregius *Diuus Menoch.de arbitr.libr.3.centur. quarta caſu* 381.vide per eum, adde *Cardinale Tuſchul. concluſ.69.in littera S,*

Sed ad rem redeamus.

37 Contrariam autem ſententiam defendere alij multi nō dubitarunt, inter ceteros autem poſt *Cyn.& Bald.in l.1. C.de ſepulch.violat.Pariſ.conſil.ſuo 151.numer.29.& 30.in quarto,Gabr.poſt plures relatos, d.concluſ.5.numer.14.& Clar.in §.falſum, numer.35.vbi pulchrè. Becc.conſil.ſuo 78. num.15.& 16.Afflict.deciſ.ſua 404.num.13.Viuius d.deciſ. ſua 540.num.10.cum ſeqq.& per totam, & per illuſtris vir D.Menoch.de arbit.lib.2.centuria 4.caſu 306.num 16. cum ſeq.vbi late addas D.Hubert.Hubertin Zuchardum conſ.ſuo 27.num.11.& 12.*

38 Ad hoc autem aſſerendum conſiderat Viuius, quod quamuis tria apprime ad eſſentiam falſitatis requiratur, videlicet, dolus malus, & verus, (falſum enim ſine dolo
39 non committitur, *l.*nec exemplum, *l.*ſi quis Decurio, & ibi *Cin.ad leg.Corn.de falſ.& tradit Becc.conſil.ſuo 78.num. 8.& 9.& Menoch.lib.2.de arbitr. centur.4. caſu 309.n.1.)* Item ſecundo loco mutatio veritatis, & quod alteri noceat: item quod non ſatis ſit immutatam eſſe veritatem, licet cum dolo, niſi alicui quoque damnumfuerit illatum, *Soc.iun.conſil.ſuo 39.num.83.in 2.*

49 Tamen hæc omnia tria requiſita procedunt, vt illis intercedentibus ordinaria falſitatis pęna locum habeat ceterum vbicumque non extat nociua, commiſſa eſt tamen falſitas, puniri debet ille, qui falſitatem commiſit, pœna aliqua extraordinaria arbitrio tamen iudicis.

41 Accedit ſecundo. Nam in iſto caſu falſitas abſque dubio fuit commiſſa. Falſum nihil aliud eſt, quam mutatio veritatis, *l.quid ſi falſum,ff.de falſis.Soc.iun.conſil.37.num. 24.in 2.Beccius conſil.78.num.1.*& veritatem iſte proculdubio mutauit. Scripſit enim, puto, me debitorem in centum cum 50. dumtaxat deberem, & quod ad falſitatem ſpectat validus ipſam conſummare nequiuit, vnde eſt pęna quoque falſi puniendus, & nil ordinaria, vtpotè quia illa falſitas nemini obſit, ſaltem aliqua extraordinaria: & hoc vt homines ad huiuſcemodi falſitatibus, in eorum libris conſcribendis, qui præiudicium aliquod gignere, quandoque poſſent alicui, penitus abſterreantur.

42 Nec officit, quod nemini damnum afferat. Reſpondetur enim, quod ſi afferret, pœna falſi ordinaria locum haberet.

43 Præterea, dicitur ſat eſſe, quod poſſit detrimentum inferre, licet non intulerit, *Affl.deciſ.ſua vltima, numer.13.* per ipſum enim falſificantem non ſtetit.

44 Et in iſtis caſibus delinquentis animus attenditur, *Theſaur.d.deciſ.num.3.*

45 Et huic ſententiæ veluti æquiori, & ego lubens ſubſcribo, Videndus hac de re *Cl.Farinac.præcit.q.num.362.cum ſeq.vbi latiſſimè.*

46 Amplia hoc eo magis procedere, quando in ipſa falſitate committenda, quę nemini eſt nocibilis: interceſſiſſet dolus, nam tunc contra ipſum falſificantem pœna extraordinariam arbitrio iudicis abſque dubio locus eſt. *Sic poſt alios docet eleganter Farinac. d.q.150.num.339.* & eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerint nonnulli relati per eumdem *Farinaccium, ſub num.338.*

47 Secundus autem principalis caſus eſt, quando illud, quod falſificatur, habet ſui eſſentiam, & formam, & niſi falſitas fuiſſet detecta, nocuiſſet ad plenam, ſeu ſemiplenam probationem, vel ad aliqualem præſumptionem, tunc talis falſitas venit punienda.

48 Exemplum autem tale poteſt eſſe. Meuius debitor meus ſcripſi quamdam ſchedulam, in qua ſic dicebatur. Ego talis creditor habui à Mæuio debitore meo ea, quæ mihi debebat.

Dubitatur an detecta falſitate ipſe Mæuius de falſo ſit puniendus.

49 Et in hoc caſu per affirmatiuam concludito, text.eſt notabilis, in *l.*qui vel uti, & ibi in ſpecie *Bald.& in leg.damus,C.ad l.Cornel.de falſ. & ibi Doctores omnes ampliſſimè Farinacc.præcitata quæſtione numer.353. cum ſeq. & prius ſub num.350.*

50 Suffragatur vlterius talis ratio. Quando ſcriptura priuata poteſt aliquid gignere præiudicij, ſaltem per comparationem litterarum, tunc ſemper falſitas in ea ſcriptura commiſſa ordinaria pęna falſi punitur, ita *gl.in leg.damus,in verſ.priuatas*, quam mirabiliter ſequutus eſt *Bart. in l.ſi quis legatum numero ſecundo, ff.ad leg.Cornell.de falſ. dicta quæſt.num.353.& 355.cum ſequentibus*, vbi pro regula firmat, idem iuris eſſe in falſitate, quæ licet non nocuerit, erat tamen apta nocere, talis enim falſitas ſecundum (quidquid nonnulli dixerint) ordinaria pœna falſi punitur, cum conſulto.

51 At in caſu noſtro abſque dubio id de facili poteſt contingere. Fingamus enim Mæuium illum debitorem excipere mihi creditori petenti ſatisfactionem crediti mei, de illa ſchedula ſaldi, meque illi replicare, antipocham illam eſſe falſam, nec manu mea eſſe conſcriptam, hoc in caſu ſine dubitatione ad litterarum comparationem deueniendum eſſet: & ſic poſſet mihi aliquod præiudicium inferri.

52 Multos enim extare, qui alienum caracterem adeo præciſè æmulantur, vt vix vnus ab alio dignoſci poſſit, apertiſſimè teſtatus eſt inter ceteros *Maſcard.concluſ.ſua 330.numer.2.& 3.*& iam ex ipſa quoque ſchedula quamdam præſumptionem ad fauorem Meuij debitoris ortam eſſe alias fuit concluſum.

53 Aliud exemplum poteſt, afferri in libro mercatoris falſificato, cum enim ille aliqualem ſine dubio probationem inducat, & per conſequens tertio in hoc caſu præiudicium inferri poſſit, ipſum mercatorem falſitatem in eodem patrantem pœna falſi ordinaria multandum eſſe, apertè conſequitur, ſic præciſè poſt multos relatos *Gabr. d.concl.5.de malefic.num.6.* Sequitur in præciſis terminis *Cl.Farinac.quæſt.præcitata,num.327.cum ſequent.*vbi poſt Vulpellum ampliat, etiamſi iſte liber non fuerit productus in iudicio.

54 Intellige tamē in libris ipſorum mercatorum ad merces ſpectantibus, & non in alijs. Sic poſt *Rimin.iun.Borell. conſil.ſuo 66.num.11.*

55 Amplia ex ſententia eiuſdem *Domin.Farinacij, dict. quæſt.*

*quæſt.num.339.cum ſequent.*hoc pariter locum ſibi vendicare in exactore publicæ pecuniæ minus ſcribere quā acceperit,ſuo libro rationum, vel aliquam partitam falſificantem in ſocio abradente,vel falſificante librum ſuarum rationum,ac in alijs perſonis, de quibus per eum, quem conſulas.

56 Sed in praxi, quomodo reo conuento volenti de falſo ſcripturam illam priuatam ab actore dolo malo contra eum productam redarguere, conſulatur quæres.

57 Reſpondeo ex mirabili doctrina *Bart. in l.diuus la 2.ff. eod.ad leg.Corn.de falſ.*quod poterit ipſe actor ſcripturam illam in iudicio producens ab ipſomet reo interrogari, an reuera ſcriptura illa vti veluti,dummodo tamen interrogans exprimat ſpecifice partem illam ſcripturæ, quam intendit de falſo coarguere, cui quidem interrogationi factæ tenebitur præcisè producens ipſe reſpondere, & ſi forſan ea adhuc ſe velle vti reſponderit, de tecta poſtea falſitate ordinaria pœna falſi abſque dubio, multandus erit, & ſi enim ab initio aliquam excuſationis, vel ignorantiæ cauſam voluiſſet allegare, de ipſa tamen falſitate certior poſtmodum factus, cum vſque ad finem cauſæ pergere dolo malo maluerit, id agere ſine dubitatione prohibetur.

58 Sed qualis ipſiuſmet actoris producentis ad illam interrogationem à reo factam debeat eſſe reſponſio, ideſt, an debeat eſſe nitida, & clara, an vero poſſit eſſe dubia, & cum proteſtatione non eſt præſentis ſpeculationis, vide *Bar.in l.diuus Gab.d.lib.7. concluſ.7.* vbi omnium pulcherrimè, & latiſſimè *Bertazz.conſil.ſuo crimin.496.nu.2.* & plures alios,quos refert,& ſequitur *Coſta di.tr.de iuris, & facti ignor.Cent 3.diſt.83.nu.8.*vide per eum Adeundus quoq; *Cl.D.Farinac.deciſ.ſua Rotæ Rom.783.*vbi pulchre.

59 Quid autem ſit agendum,ſi quis voluerit arguere inſtrumentum de falſo, conſulas ſtatutum noſtrum Patauinum ſub Rubrica,de falſis teſtibus, & inſtrumentis, capitulo ſi aliquod inſtrumentum hæc ſatis.

60 Latius de materia falſificantis ſcripturam priuatam, idem *Dam.Farinaccius præcitat.quæſt.150.* vide per eum: non enim omnia ibidem per ipſum ſcripta hic cartis cōmittenda ſunt.

De materia autem,an,& quando falſitas non nocibilis puniri poſſit? latè *Sigiſmundus Scacc.lib.2.de iudic.cauſar. ciuil.ac crimin.cap.8.num.517.* cum multis ſeq. eum pariter conſulas.

## Occultans, ſurripiens corrumpens, abradens, lacerans, & comburens ſcripturam priuatam, an, & quando pœna falſi puniatur.

### QVÆSTIO V.

*SVMMARIVM.*

1 *Occultans, ſeu ſurripiens ſcripturam priuatam; vt veritas non appareat, falſi pęna teneatur.*
2 *Idem eſt in corrumpente, & abradente ſcripturam ipſam.*
3 *Iodoci Damhouderij doctrina deducitur.*
4 *Idemque quoque lacerante, & comburente ſcripturam ipſam priuatam.*
5 *Contrarium docuit Antonius Theſaurus.*
6 *Eius opinio refellitur per authorem, num.7.& 8.*
9 *Noua obiectio.*
10 *Solutio.*
11 *Confeſſus combuſſiſſe ſcripturam priuatam,torqueri poteſt, vt dicat cauſam, quare eam combuſſerit.*
12 *Contra lacerantem,et comburentem ſcripturam ipſam priuatam,datur iuramentum in litem.*
13 *Lacerans, ſeu comburens ſcripturam priuatam,perdit cauſam.*
14 *Ratio.*
15 *Lacerans,ſeu comburens ſcripturam priuatam, non punitur pœna falſi, niſi dolosè id egerit.*
16 *Doctrina Barbatiæ deducitur.*
17 *Laceratio in dubio præſumitur dolosè facta.*
18 *Fallit in tribus caſibus de quibus, & numer. 19.20.21. & 22.*
23 *Lacerans propriam aliquam ſcripturam, pœna falſi non punitur.*
24 *Ratio, & num.25.*
26 *Celans ſcripturam priuatam, vt nemini appareat, punitur, ſecus, ſi contra vnam perſonam tantum.*
27 *De materia occultantium publica documenta, videndi Doctores remiſſiuè.*

1 Occultantem, ſeu ſurripientem ſcripturam aliquam priuatam, vt veritas non appareat, falſum committere,& per conſequens falſi pęna teneri,firma ſit concluſio,textus eſt clarus in *l.1.§.qui in rationibus. ibi:* (vel rem amouerint) & ibidem *gl.in verſic.vel rem,ff.ad legem Corneliam de falſis,in leg.Paulus,§ primo,& in l.qui teſtamentum,ff.eodem,* ad idem quoque *text. eſt apertiſſimus in leg. damus,Cod.eod.titul.* alia iura concordantia deducit vna cum pluribus ſcribentium authoritatibus *Clariſs. Farinacc.de falſit. & ſimulatione quæſt.150. part.ſeptima, numero 154.*

2 Amplia primo propoſitam Regulam, vt eadem falſi pœna locum habeat in corrumpente, & abradente ſcripturam ipſam priuatam, ſeu in illa aliquid delente, *text. eſt clarus in d.l.Paulus,§.1.ibi,* (Quid deleuerunt) & notatur *in d.l.prima,§.is qui peruerterit, & in l.qui teſtamentum,ff.eod.Addo pulcherrimum text. in l.quid ſit falſum, ff. eodem titul.* vbi ſic legitur.Quid ſit falſum,quæritur,& videtur id eſſe falſum, ſi quis chirographum alienum imitetur, vel rationes intercidat, Hoc idem docuit apertè *Cyrillus Fulgeonus in ſua Summa criminali, p.2.titul.de publicis iudicijs §.8. num.1.*

3 Hunc confert mirum in modum doctrina *Dom.Iodoci Damhouderij, in ſua praxi criminali, cap.126.titul.de falſitate per ſilentium, numer.quarto*, dum talia verba profert.

Quiſque item vitiat,corrumpit,& falſificat libros mercatorum, aut eos comburit, aut ex ijs paginas, vel quaterniones excipit, aut quædam ſubſtantialia litura quadam, vel raſura tollit,& veritatem obſcurat,ne fides mercatoris, & veritas alijs innoteſceretis fidem falſi committit, & plectendus eſt: & falſi pœna, & reſtitutione omnium damnorum. Hactenus Iodocus. Conferunt quoque ſcripta,ac deducta per *Clariſs.Dom.Farinaccium, dict.quæſt.150.præcitata part.ſeptima, numer. 158.* vide per eum.

4 Amplia ſecondo idem iuris quoque eſſe in lacerante, ſeu comburente ſcripturam ipſam priuatam, nam adhuc is pęna falſi ordinaria punietur, ſic præcisè notatur in *d.l.1.præcitato §.qui rationibus, in d.l.qui teſtamentum, & in præcit.leg.Gratus, §.1.ff.eodem tit.* Hoc idem ſequutus eſt *Clar.Gratus,conſil.ſuo 59.vol.1.* dum in puncto conſuluit contra lacerantem apocham ſui debitoris, in illius præiudicium,vt pœna falſi plectatur, cum conſulito,nam caſus, ſuper quo conſuluit, eſt in his præciſis terminis: Adde in iiſdem terminis *D.Frãciſcum Marcum q.ſua 741. num.1.par.1.*

5 Obſeruandum tamen eruditiſſimum præſidem The-

ſaurum in ſua *Pedemont.*171.*num*.4. conari defendere, lacerantem, ſeu comburentem ipſam ſcripturam priuatam, non incidere in pœnam falſi, quia non poteſt dici commiſſa falſitas, vera enim falſitas eſt (ſecundum eum) quando ponitur in ſcriptura id, quod eſt falſum, vtputa, Mæuium eſſe debitorem de 50. cum tamen reuera nihil debeat, vel de minori ſumma ſit debitor: quid ergo? Subdit ipſe, quod ipſe lacerans tenebitur ad intereſſe erga partem prætendentem actionem in factum, ſi dolus acceſſerit, quod intereſſe per iuramentum in litem terminabitur, idque totum prudenti iudicis arbitrio relinquetur.

6 Verum hæc opinio D.Teſſauri viri alioquin in clariſſimi, non mihi ſatis probatur, fateor enim, quod falſitas propriè tunc dicitur commiſſa, quando in ſcriptura poſitum ideſt, quod eſt falſum, ſed teneo etiam, quod falſum committatur, quando vt veritas non appareat, aliquid celatur, vt ad litteram dicit *Iuriſconſultus in l.Paulus*,§.1. *ff.eod.tit.ff.ad leg.Corn.de falſ*. Iam autem lacerantem, ſeu comburentem ſcripturam ipſam priuatam id agere, vt de veritate debiti, vel crediti reſpectiuè, ſeu de alijs in eadē contentis apparere nequeat, conſtat inter omnes, & tradit *D.Maſcar.in ſpecie de probationibus concl. ſua 962.nu. 2.cum ſeq. vbi pulchrè,ergo.*

7 Præterea difinitur falſum à *Paulò Iuriſconſulto in l.quid ſit falſum,ff.ad leg.Corn.de falſ*. vt ſi, ſi quis chirographum alienum imitetur libellum, vel rationes intercidat, ideſt laceret, ſunt enim ſynonyma, ergo patet intercidentem, ſeu lacerantem rationes, & ſic ſcripturam priuatam (librum enim rationum ſpeciem eſſe ſcripturę priuatæ ſatis autem eſt) pęna falſi ordinaria plectendum eſſe, contra opinionem *D.Teſſauri.*

8 Et ideò non eſt mirum ſi iſthæc *D.Teſſauri* opinio, (licet de ſupradictis nullum verbum) diſplacuerit etiā Monarchæ Iuriſtarum *D.Farinaccio d.qu.*150.*præcitata parte* 8.*num.*165.in fin. quando tamen laceratio, ſeu combuſtio dolo, & in præiudiciū alterius (quod & nos ſupponimus) commiſſa fuit.

9 Sed adhuc ſupereſſe videtur pulchra difficultas, & eſt. Nam eo caſu videtur eſſe locus pęna falſi, quando quis celat, lacerat, ſeu amouet teſtamentum, tunc enim, quia accuſatio eſt publica, (teſtamentum enim publici iuris eſſe conſtat, *l.3.tit.eod.*) videtur, quod dicta pęna locum habere debeat, ſecus autem dicendum ſit, ſi occultetur, ſeu comburatur, quælibet alia ſcriptura, nam tunc cum accuſatio non videatur eſſe publica, nō intrat pęna falſi, ſed furti, *tex.eſt de hoc ad litteram in l.Paulus, ff.eodem ad l.Corn.de falſ*. vbi ſic legitur (Paulus reſpondit inſtrumētorum ſurreptorum crimen non eſſe publici iudicij, niſi teſtamentum alicuius ſurreptum videatur.) Quid clarius? & huius opinionis extitere etiam quamplurimi relati per *D.Farinac.d.q.*150.*num.*171.*&* 172.

10 Huic obiectioni facile reſponderi poſſe exiſtimo, & dico eam procedere poſſe, niſi ſubreptio, ſeu, laceratio fiat animo occultandi ipſam ſcripturam, & vt veritas nō appareat, (quod in caſu noſtro ſupponimus:) tunc enim cum crimen ſit publicum, locum habet pęna falſi, etiamſi non teſtamentum, ſed alia quælibet ſcriptura occultata fuerit, ſic magiſtraliter interpratata eſt, *gl.in d.l.Paul.in d.leg.fin.in verſic.ſurripuerunt*. Eam infiniti ſequuti ſunt, quos retulit, ac ſequutus eſt *Cl.Farinac.d.q.*150.*num.*174. vbi inter cæteros adducit *Ang.in l.*1.*numer.*2.*&* 3.de publicis iudicijs, atteſtantem, ita fuiſſe practicatum Peruſij ipſo auidente.

11 Subamplia principalem iſtam ampliationem, vt etiam torqueri poſſit is, qui confeſſus eſt ſe combuſſiſſe ſcripturam ipſam priuatam, vt dicat cauſam quare eam combuſſerit. Sic eleganter poſt infinitos relatos, *Cl.Farinac.præcit.q.& parte,num.*162.

12 Subamplia Secundo, vt contra lacerantem, & comburentem ſcripturam ipſam, detur etiam iuramentum in litem, ſtatur enim iuramento patris de eo, quod continebat eadem ſcriptura lacerata, & contra eumdemmet lacerantem datur ipſum iuramentum in litem, ad probandum intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis intrinſecum, & extrinſecum. Sic pulchre poſt quamplures concordantes adductos docuit idem *Cl.Farinac. d.q.*150.*p.*2. *num.*51.*& dict.p.*7.*num.*163.*tangit quoque. D.Maſcard.d. concl.*962.

13 Subamplia tertio, nam ſic lacerans, & comburens ſcripturam ipſam, priuatam: perdit etiam cauſam, ad latè tradita per eumdem *Dom.Farinaccium,dict.quæſt.*150.*nu.* 33.*&* 168. Nec ſanè mirum: nam qui ſubtrahit, ſeu lacerat inſtrumenta, ſeu quaslibet alias ſcripturas, pręſumitur habere malam cauſam, pulchrè *Barbatia conſ.ſuo* 54.*num.* 4.*in tertio.*

15 Declaratur autem regula principalis ſuperius firmata, vt locum quidem habeat, dummodo in laceratione, ſeu combuſtione ipſius ſcripturæ interuenerit, fraus, & dolus, aliter ſecus. Ceſſante enim dolo, non ſolum ceſſat pœna leg.Corneliæ de Falſis ordinaria, ſed etiam alia extraordinaria Stellionatus; ad traditam per *Corneum, concl.*182. *num.*5.*lib.*4.*Cepolam, Socinum iuniorem, Beccium,*ac plures alios, quos retulit, ac ſequutus eſt *D.Honded.conſ.ſuo* 105. *numer.*86.*in primo*. Sic eleganter poſt infinitos concordantes adductos animaduertit *D.Farinac.dict.quæſt.*150. *num.*165.

16 Confert hic mirum in modum, quod ſcribit ſubtiliſſimus *Barbatia.conſ.ſuo præcit.*54.*numer.*4.*verſ. vnde Bald.* dum docuit eum qui per ſuperbiam vel indignationem lacerauit ſcripturam coram iudice productam, non pęna falſi, prout ſi dolosè, ac fraudulenter laceraſſet, ſed extra ordinem arbitrio iudicis puniendum eſſe. Hanc eamdem traditionem *Barbatiæ*, ſequuti ſunt nonnulli alij, quos retulit, ac ſequutus eſt *D.Maſcard.ſupracit.concluſ.ſua* 962. *num.*5.

17 Obſeruandum eſt tamen, quod laceratio in dubio pręſumitur dolosè facta: ipſa enim falſitatem commiſſam proculdubio arguere ſolet, vt docuit *Crau.conſil.*6 *numer.* 8.*& in conſ.*28.*num.*8. *Illi addo Curtium ſen.conſ.*56.*in fin.* Falſum autem ſine dolo non committi, adeo clarum eſt, quam quod clariſſimum, ad lege, nec exemplum *& leg. ſi quis Decurio, & ibi Doctores ad leg. Cornelia, de Falſis.*

18 Limitatur autem iſta præſumptio, videlicet, quod laceratio præſumatur dolosè facta, & propterea ſit ordinaria pœna falſi punibilis, tribus in caſibus principalibus.

19 Primus quidem eſt, reſpectu mulieris, quæ non præſumitur falſum committere, ob præſumptam ignorantiam, ſic in ſpecie *Cl.Menoch.conſ.ſuo* 48.*num.*19. *Sequuti ſunt Cl.Maſcard.concluſione ſua* 962.*numer.*7.*& Farinacc.d.q.* 150.*præcit.part.*7.*nu.*166.& in tract. de pęnis temperandis, *qu.*89.*inſpectione* 3.*num.*50.*cum tribus ſeqq.* vbi docet, quod neque dolus, neque lata culpa in ipſa muliere præſumitur, ſed bene fides: & quod hanc coniecturam induxit naturalis ratio & ſexus imbecillitas, & latius vt ibi per eum, quem omnino conſulas.

20 Idem iuris eſſe concludas reſpectu ruſtici ob ſupradicta rationes. Sic præcisè *Menochius, & Maſcard. prænotatis locis. Sequutus eſt Cl.Farinacc.dict.ſuo tractat.de pęnis temperandis, præcitata quæſt.*89. *inſpect.*3. *numero* 45. *cum tribus ſeqq.* vbi omnium latiſſimè, ac pulcherrimè inſiſtit.

21 Aliter principalis caſus eſt, quando perſona lacerans eſſet nobilis, ac bonæ famæ, quia tunc in ea ceſſaret, & ſuſpitio, & præſumptio falſi. Sic poſt *Baldus. Cranett. & Socin.iun.tradit eleganter Menoch.d.conſ.*48.*numer.*20.

*ſequuti*

*ſequuti ſunt idem Clar.viri Maſcard.d.concl.ſua 962. num. 8.& Farinacc.dicta quæſt.*150. *num.*166. *& infra ; quæſt.* 153.*num.*147.vbi infinitos propè concordantes deducit.

22 Poſtremus vero caſus eſt,quando ex laceratione,ſiue combuſtione , lacerans ipſe nullum perciperet commodum,ſiue lucrum,quinimo potius damnum,quia tunc ceſſat in eo præſumptio falſitatis , ac per conſequens in eodem ordinaria pœna falſi minimè locum habet. Sic in ſpecie poſt *Corneum,Rubeum,Crauett. & Rol. D.Menoc d. conſ.*48.*num.*21.*inſequuti ſunt D.Maſcard.d.concl.ſua* 962. *n.*9.*Farinaccius,d.q.*150.*num.*166.*& infra q.ſua* 153.*num.* 205.*cum pluribus ſeq.* quem omnino conſulas.

23 Declaratur ſecundo principaliter regula ſuperius firmata, vt minimè procedat , quando quis propriam aliquam ſcripturam priuatim laceraret, quæ tantum in ipſius lacerantis commodum producta redundaſſet , tunc ob dictam lacerationem pœna falſi minimè puniretur, nec mirum . Non enim poteſt dici commiſſa falſitas, nec res illicita,aut dolus;tum quia de re propria actum eſt, in qua quilibet eſt moderator,& arbiter,ad *l.in re mandata,*
24 *Cod.mandati,* tunc etiam , quia iſta laceratio tamquam nulli nocibilis, minimè punitur , ſic eleganter, ſed longè latius *Cl.præſes D.Theſſaur.deciſ.ſua Pedem.*171.*n.*1. *&* 2. Conferunt mirum in modum ſcripta per nos, ſupra præcedenti quæſt. in primis numeris , ibi dicta lector conſulat.

25 Adde, quod magis eſt ; Nam qui occultat etiam proprium inſtrumentum,non dicitur eſſe in dolo . *Bal. Salic. & Dec.in l.qui accuſare,C.de edendo, & ſequutus eſt poſt D. Alex.Trentacinq.Variarum reſolutionum , lib.*2. *tit.de fid. inſtrumentor. reſol.*1.*num.*1. & per conſequens pęna falſi puniri nequit.

26 Declaratur tertio principaliter ſupradicta regula , vt locum habeat , quando quis celat ipſam ſcripturam ſimpliciter,vt nemini appareat; ſecus ſi celat contra vnam perſonam tantum,alijs autem palam ipſam oſtendit , ſic per pulchrè *Cl. Dom. Menoch.de arbit.lib.*2.*centur.*4.*caſu* 311. *n.*5. Sequutus eſt poſt infinitos concordantes deductos magni nominis *I.C.Cl.Farin.d.q.*150.*n.*170.

Et hæc quoad ſubtractionem,lacerationem,ac ſcripturæ priuatæ dixiſſet ſat ſit.

27 De occultatione vero , ac laceratione facta de inſtrumento publico,videndi *D.Menoch.dic.caſu* 351. *Maſcard. d.concl.*962.*Alex.Trentacinquius d.reſolut. prima per totum,& Farinac.d.q.*150.*dicta parte* 1.*Theſſaur.deciſ.*171.*& Illuſtr.D.Card.Tuſchum concl.ſua* 3. *in littera L.*

---

## Falſitas an , & quando præſumatur ex Apoſtilla,ſeu additione reperta in ſcriptura priuata.

## QVÆST. VI. PRINCIPALIS.

Dubitatio Quinta.

*SVMMARIVM.*

1 *Falſitas præſumptionibus ſatis ſuperque probatur.*
2 *Ex Apoſtillis, ſeu additionibus in margine ipſius ſcripturæ priuatæ repertis arguitur falſitas.*
3 *Idem diſpoſitum eſt,reſpectu publici documenti.*
4 *Apoſtilla,ſeu additio in margine ſcripturæ priuatæ quando continet aliquid magni præiudicij , tunc præcipuè falſitatem arguit.*
5 *Item , quando reperitur in loco ſuſpecto.*
6 *Item,quando in parte ſubſtantiali.*
7 *Quando autem dicatur appoſita in loco ſubſtantiali , edocet author,& n* 8.
9 *Item quando apoſtilla , ſeu additio reperitur ſcripta diuerſa manu ab ea,quæ eſt ſcriptum corpus ipſius ſcripturæ.*
10 *Secus eſt autem ſi eadem manu.*
11 *Sublimita, vt ibi.*
12 *Apoſtilla , & additio ſcriptura priuata falſitatem arguit , maximè quando eſt ſcripta diuerſo atramento a corpore ſcripturæ.*
13 *Nonnulli rati ſunt ſolam diuerſitatem attramenti in apoſtilla,ſeu additione falſitatem minimè arguere , niſi etiam concurrat diuerſitas manus.*
14 *Doctrina Maſcardi.*
15 *Contrarium verius.*
16 *Apoſtilla,ſeu additio inſerta in ſcriptura priuata an falſitatem arguat, quando eſt confecta eodem attramento , quo ſcriptum eſt corpus ipſius ſcripturæ, dubitatur.*
17 *Dominus Menoch.& Achill.Perſonalis ſentiunt pro negatiua.*
18 *Contrarium Vulpellus,& Farinacius.*
19 *Doctrina Menochij deducitur.*
20 *Additio, ſeu apoſtilla in ſcriptura priuate tribus, in caſibus falſitatem minimè arguit, de quibus & n* 21. *&* 22.
23 *Additio in dubio præſumitur facta eodem tempore , & de conſenſu partium, non autem ex interuallo.*
24 *Contrarium multi.*
25 *Cogita.*
26 *Licet ex apoſtilla inſerta in ſcriptura priuata falſitatis ſuſpitio oriatur,oritur tamen dicta ſuſpitio ad affectum , vt ipſi ſcripturæ , fides denegetur, non tamen vt contra ſcribentem ipſum criminaliter agi poſſit.*

1 FIrma eſt iuris concluſ. falſitatem præſumptionibus ſatis ſuperque probari, vt poſt alios omnium latiſſimè docuit *Clar.ac eternæ memoriæ vir D. Farinac. in ſuo aureo tractat.de falſitate,q.*152 *num... per totam ; ac D. Menoch. de præſumpt.lib.*1.*q* 58. *num.*8. ſuccedit autem,nunc videre,quænam ſint iſtæ præſumptiones, falſitatem ipſam arguentes,& primo quidem loco occurrit præſumptio illa, quæ præmanat ex apoſtilla , ſeu additione facta in ipſa ſcriptura priuata.

2 In hac autem propoſita dubitatione Regulam propono affirmatiuam, quod ſcilicet ex Apoſtillis , ſeu Addition.in margine ipſius ſcripturæ priuatæ repertis, arguitur falſitas,ſic notatur in *l.falſas, C.ad leg.Corn.de falſ. & eſt tex.apertus in l.Paulus* , §.1. ſub illis verbis ( qui in rationib.) & ibi, ſubiecerunt,*ff.eod.tit.*

Hoc tradidit quoque *Franc.Marc.q.ſua* 699. *num.*5. *p.* 1.vbi docuit , quod quando aliquis addit , vel apoſtillat, ſeu interlineat ſcripturam alienam committit furtum, idque etiam ſequutus eſt idem *Marcus q.ſua* 743.*n.*4. *ead.p.* 1.*& D.Baiard.in addit.ad Clarum in* §.*falſum, n* 197. *verſ. item ſi ſcripturæ.*

3 Hoc idem dicemus quoque diſpoſitum reſpectu publici inſtrumenti,ipſum enim ex Apoſtillis,ſeu additionibus in eo appoſitis adhuc de falſo redarguitur , poſt alios firmauit pro Regula *Cl.vir D.Farinac.d.ſuo tract.de falſit.q.* 153.*n.*2.

4 Ampliatur præmiſſa concl. vt potiſſimum procedat, quando additio, ſeu apoſtilla in margine ipſius ſcripturæ priuatæ reperta,continet aliquid magni præiudicij , nam eo magis ſcriptura ipſa de falſo redargui poteſt. Sic in ſimili de publico inſtrumento docuit *Clar.Farinac.d.quæſt.* 153.*num.*3.

5 Declaratur autem ipſamet ſupradicta concl.varijs modis,primo,vt procedat,quando talis apoſtilla,ſeu additio reperitur appoſita in loco ſuſpecto ipſius ſcripturæ,ſecus in loco non ſuſpecto: quia tunc nullam arguit falſitatem . Sic videtur eſſe de communi mente omnium Scribētium

dum

dum falſitatem arguunt ex additione, & apoſtilla reperta in loco ſuſpecto, quaſi ſentiunt ſecus in loco non ſuſpecto.

Et ſic in ſpecie poſt quamplures relatos, declarat (loquendo de publico inſtrumento) *Cl.Farinac.d.q.*153.*p.*1. *num.*4.

6 Secundo declaratur principaliter; vt locum habeat, quando ipſamet apoſtilla, ſeu additio reperitur in parte ſubſtantiali ipſius ſcripturæ, tunc enim falſitatem arguit, ſecus, in loco non ſubſtantiali: ſic præcisè poſt *Ruin.Pariſ.Dec.ac alios,D.Farin.d.q.*153.*n.*6.

7 Tunc autem dicitur eſſe appoſita in loco ſubſtantiali, (ne termini ignorentur) quando eſt appoſita in ea parte, in qua rei pondus conſiſtit, ad tradita in ſimili per Ioannem *Sichard.in l.ſi vnus,num.*8. *C.de teſtib.* vel quando rei ſubſtantia commutatur, prout dicitur *Baiard. in addit. ad Clar.in d.§.falſum, n.*198. Vel quando eſt appoſita in ea parte, quæ pertinet ad ſolemnitatem ſcripturæ, non autem in ea, in qua facti narratio contineretur, ad tradita per *Caſtr.in d.l.ſi vnus,num.*4. Vel quando eſt appoſita ſuper re, de qua litigator prout animaduertit *Card.Pariſ. conſil.ſuo* 28.*num.*44.*in* 2. vel ſuper id, de quo quæritur, vt docuit *Gramm.deciſ.*166.*num.*17. Vel tandem, quando eſt inſerta in loco, in quo ſtat tota ſubſtantia quæſtionis, ad tradita per *Ancharan.conſilio ſuo* 431.*poſt numerum* 4. Latius in hoc propoſito vide *Cl.Farinaccium differentem d.q.* 153.*n.*6.38.53.*&* 75.

8 Adde pro coronide, quod ſi quis abradit in aliqua ſcriptura nomen alienum, & ponat nomen ſuum illa abraſio dicetur ſubſtantialis, & ſic abradens tenebitur pęna falſi. Doctrina eſt *Bart.in l.Titio,n.*4.*Ad Municipal.*

9 Tertio declaratur principaliter, vt præcipuè procedat, quando Apoſtilla, ſeu additio reperitur ſcripta diuerſa manu ab ea, qua eſt ſcriptum corpus ipſius ſcripturę, tunc enim ſine dubio talis Apoſtilla, ſeu additio falſitatem arguit. Sic præcisè plurimi relati per *Clariſ.Farinaccium,qui & ipſe huic eidem opinioni adhæſit,d.q.*153.*num.*7.*&* 8. vbi poſt Ruinum ampliat, etiam quod ſit dubium, cuius manu Apoſtilla fuerit ſcripta. Adde tradita in ſimili de inſtrumento per *Dom.Maſcard.de probat.Concluſ.*740.*num.* 11.*& num.*40.*verſic. & eo magis, & per Clariſs.Menoch. de arbitr.lib.*2.*Centuria* 2.*caſu* 187.*num.*39.*adiungas Dom. Purpurat.conſ.ſuo* 297.*n.*2.

10 Secus eſt autem, ſi apoſtilla, ſeu additio ſcripta reperiatur eadem manu, quia tunc ex ea non arguitur falſitas, & ſic, vt falſitas arguatur, neceſſe videtur, vt concurrat diuerſitas manus. Sic plurimi, quos retulit, ac ſequutus eſt *Dom.Farin.d.q.*153.*n.*10.

11 Sublimitatur tamen hoc: nam etiam ex Apoſtilla, ſeu additione ſcripta eadem manu, falſitas arguitur, quando in loco ſuſpecto, & ſubſtantiali reperitur inſerta, niſi a partib. fuerit approbata. Ad tradita in ſimili poſt quamplures concordantes adductos, per *Cl.Farinacc.d.qu.*153. *num.*12.

12 Quarto declaratur principaliter ſupradicta Regula, vt maximè locum habeat, quando additio, & apoſtilla ſcripta ex diuerſo attramento à corpore ſcripturæ: nam tunc falſitatem arguit, ſic præcisè in terminis Apochæ priuatæ diuerſo atramento ſcriptæ, docuit *Cl.D.Menoch. conſil.ſuo* 199.*num.*8.*lib.*2. & in terminis libri Parochialis Eccleſiæ *conſ.ſuo* 222.*n.*35 *Conferunt ſcripta per Clariſ.Farin.d.q.*153.*n.*15.

13 Obſeruandum tamen nonnullos extare, qui arbitrantur, quod ſola diuerſitas atramenti in Apoſtilla, ſeu additione, non arguat ipſius falſitatem niſi etiam concurrat diuerſitas manus, atque ita ſenſerunt *Socin.ſenior, Crauett. Curt.iun.ac plerique alij,quos retulit,* ac ſequutus eſt idem *Do.Menoch.de præſumptionib.lib.*5.*cap.*20.*n.*9. *& d.conſil. ſuo* 221.*præfato n.*35.

14 Hinc *D.Maſcard.concl.ſua* 113.*in fin.* poſt nonnullos relatos docuit, quod Apoſtilla ſcripta diuerſo atramento, facit dumtaxat de per ſe leuem præſumptionem.

15 Contrarium tamen eſſe verius, quod ſcilicet diuerſitas atramenti reddat apoſtillam, & additionem ſuſpectam, etiam quod ſit facta eadem manu, voluit *Ruin.conſil.*68. *num.*5.*lib.*4.*& ſequutus eſt Cl.Farinac.d.q.*153.*n.*20. vbi pro ratione conſiderat, quod Apoſtilla etiam ſcripta eadem manu, arguit ſuſpitione falſitatis, quando reperitur inſerta in loco ſuſpecto, & ſubſtantiali, ad tradita ſupra numero... quod in caſu quoq; noſtro contingere ſupponimus; ergo multo magis id tenendum eſt, ſi concurrat diuerſitas atramenti.

16 Sed pulchra hic inſurgit dubitatio, & talis eſt. Finge Apoſtillam, ſeu additionem inſertam in ſcriptura priuata, confectam fuiſſe eodem atramento, quo ſcriptum eſt corpus ipſius ſcripturæ; Dubitatur modò, an iam dicta ſcriptura de falſitate adhuc redargui poſſit?

17 *Cl.Menoch.conſil.ſuo præcitato* 221.*n.*35. *& D.Achill. Perſonal.de Adipiſcend.poſſeſſion.*141. in fine ſentiunt pro negatiua.

18 Contrariæ tamen ſententiæ vti veriori poſt *Vulpel. conſ.ſuo* 129.*adhæſit Illuſt.Do.Farinac.d.q.*153.*n.*18. Quinimo tenet, quod magis ſuſpecta ſit apoſtilla ſcripta eodem atramento, quam diuerſo, vide per eum.

19 Hic obiter nota, *Clariſs.Menoch.d.caſu* 187.*n.*42. docere, quod apoſtilla inducit ſuſpitionem, etiam quod ſit eiſdem atramenti; Limitatur autem ſupradicta Regula principalis, varijs etiam modis.

20 Et primo, vt non habeat locum in apoſtilla inutili, & quæ non ſit de contextu, & corpore ſcripturæ: nam tunc ex dicta apoſtilla, ſcriptura ipſa priuata de falſitate minimè redargui poteſt. Sic eleganter *Vulpellus d. conſil.*129. *n.*17.*&* 21. vbi pulchrè diſcurrit. Sequutus eſt *Clariſs. Farin.d.q.*153.*n.*22.

21 Secundo coarctatur, quando extaret conſuetudo, quo crederetur additionibus, & apoſtillis factis in ipſa ſcriptura; talis enim conſuetudo valeret dummodò concludenter eſſet probata, & per conſequens apoſtilla ipſa falſitatem minimè argueret. Sic in ſimili poſt *Decian.conſ. ſuo* 99 *num.*7.*&* 51.*lib.*2. vbi declarat, quando conſuetudo ipſa dicatur concludenter probata: docuit *Clariſ.Farin.d.quæſt.*153.*num.*23. vbi quoq. ſubdit, hoc procedere, dummodo in contrarium non adſint aliæ falſitatis præſumptiones, quia tunc talis conſuetudo non operaretur.

22 Tertio, & poſtremò fallit, quando additio, ſeu apoſtilla ipſa inſerta eſſet in ſcriptura aliqua priuata, quæ nullius eſſet fidei, nullamque faceret probationem, & maximè in præiudicium alicuius; tunc enim ex dicta apoſtilla ipſamet ſcriptura priuata tanquam negatoria, nullo pacto de falſitate redargui poſſet; ſic in puncto pluribus rationibus motus reſpondit eleganter *D.Vulpellus præcitato conſil.ſuo* 129.*per totum*: cui etiam quamplures Cl.viri ſubſcripſere; vide per eum.

23 Sed pro coronide huiuſce quæſtionis, duo adhuc obſeruanda ſunt.

Alterum eſt, quod in dubio Apoſtilla, ſeu additio præſumitur facta eodem tempore, & de conſenſu partium, non autem ex interuallo; Sic eleganter *Clariſs. Decianus: conſilio ſuo* 99.*num.*3 *in ſecundo, ſequuti ſunt Zucchardus, Nonius, ac plures alij, relati per Illuſt.I.C. Farinac.d.q.*153. *num.*4.

24 Contrarium tamen, quod apoſtilla, ſeu additio non præſumatur incontinenti facta, tenuere Ruin. Perſonalis, *Crauet, ac alij relati per eumdem Farinac. d.q.*153.*n.*25.

25 Cogita.

26 Alterum vero eſt, quod licet ex apoſtilla, ſeu additione inſerta in ſcriptura priuata, falſitatis ſuſpicio oriatur, oritur tamen dicta ſuſpicio ad effectum, vt ipſi Scripturæ fides

des

des denegetur, non tamen, vt contra ſcribentem ipſum criminaliter agi poſſit.Sic eleganter poſt Achil.Perſonalem,ac alios,docuit *D.meus Farinac.d.qu.*153.*n.29. Addo Do.Maſcard.de probat.concl.ſua* 1260 *n.5.6.&* 7.vbi relatis opinionibus hinc inde,ſic tandem diſtinguit,ac conciliat,eum conſulas.

Et hæc in hoc propoſito ſufficiant.

## Falſitatis præſumptio,an;& quando oriatur,ex cancellatione reperta in ſcriptura priuata.

## QVÆST. VI. PRINCIPALIS.

### Dubitatio Secunda.

*SVMMARIVM.*

1 *Cancellare quomodo dicatur in ſtricta ſignificatione.*
2 *Differt à verbo circumducere, inducere, vel abolere.*
3 *In larga ſignificatione nulla adeſt differentia inter ſupradicta verba.*
4 *Ex cancellatione in ſcriptura priuata reperta præſumitur falſitas.*
5 *Videndi Maſcard.& Farinaccius.*
6 *Cancellatio reperta in ſcriptura priuata, tunc falſitatem arguit,quando reperitur in loco ſuſpecto.*
7 *Quando autem in eo reperiatur,declarat Author, & n.*8.
9 *Item quando reperitur in loco ſubſtantiali.*
10 *Quando autem dicatur eſſe in loco ſubſtantiali, videndus Farinacius, & docet ibi Author.*
11 *Amplia hoc procedere, etſi cancellatio facta in loco ſubſtantiali eſſe modica.*
12 *Declara.*
13 *Locus ſuſpectus, & ſubſtantialis parificantur.*
14 *Cancellatio facta inconſulto,ſine dolo,bona fide,et per errorem,non arguit falſitatem in ſcriptura priuata.*
15 *Quando autem præſumatur facta inconſultè, & per errorem,vide DD.remiſſiuè.*
16 *Item non arguit falſitatem, quando ex præcedentibus, & ſequentibus verbis colligitur clare verus;ac proprius ſenſus ipſius ſcripturæ.*
17 *Item quando extaret conſuetudo adhibendi fidem ipſi ſcripturæ priuatæ etiam cancellatæ.*
18 *Cancellatio reperta in ſcriptura priuata falſitatem minimè arguit, quando ipſa reperiretur incorporata in ipſo contractu.*
19 *Cancellatio reperta in ſcriptura priuata, in dubio præſumitur facta tempore ipſius ſcripturæ, & de voluntate partium.*
20 *Quod procedit, niſi contrarium adſint aliquæ coniecturæ ſuadentes oppoſitum.*
21 *Cancellatio in ſcriptura priuata tunc demum falſitatem arguit,& tollit fidem ſcripturæ, quando eſt talis, vt id quod ſcriptum prius erat,intelligi nequeat, aliter ſecus.*
22 *Intellige tamen, vt ſcriptura præſumatur falſa, et ſuſpecta in ea parte,in qua adeſt cancellatio,ſeu in alijs.*
23 *Declara procedere in capitulis ſeparatis, ſecus autem in connexis.*
24 *Inſtrumentum in vna parte falſum an præſumatur eſſe falſum in totum? videndi DD.remiſſiuè.*
25 *De materia Cancellationis adeundus Card.Tuſch.*

1 PRo intelligentia dicendorum, antequam quæſtionem aggrediar, præſciendum eſt, quod Cancellare, ſeu Cancellatio in ſtricta eius ſignific.dicitur, quando calamus ducitur per medium litteræ ad modum Crucis.

2 Differt a verbo,circumcidere, inducere, vel abolere, quia circumducere eſt, quando extra litteras ducta eſt penna in circuitu chartæ.Inducere, cum calamus ducitur per medias litteras:Abolere, quando abraditur littera, vel aboletur ita, quod legi non poſſit.

3 In larga vero ſignificatione, inter ſupradicta verba nulla eſt differentia.Sic precisè poſt *Oldofr.in l.fin.num.*3. *C.de edicto Diui Adr.toll.* ac plures alios,docuit *Cl.Farin. d.q.*153.*p.*2.*n.*30.*D.Maſcar.de probationib.concl.*256.*num.* 2.*&* 3.

4 Hoc ſic præmiſſo,Regulam modo propono affirmatiuam,quod ſcilicet ex cancellatione in ſcriptura priuata reperta (in ipſam enim quoq.cadit proprie cancellatio, *ad text.in l.ſi chirographum cancellatum,ff.de probationib.*) præſumitur falſitas, & propterea eadem ſcriptura vti ſuſpecta fidem non facit.*Sic præcisè notatur in cap.inter dilectos,in §.inſtrumentum extra de fide inſtrument.*Sic etiam docuit eleganter *Cl.D.Menoch.lib.*1.*præſumpt.*99.*n.*3. & licet ibi loquatur de ſcriptura publica, attamen ſub num. 20. idem quoque iuris eſſe reſpectu priuatæ concludit. Publica enim ſcriptura, ac priuata ad paria iudicantur, cum tractatur de præſumptione,ſeu ſuſpitione falſi, prout poſt Alexandrum,Decium, ac Curtium iuniorem animaduertit idem D.Menoc.loco iam admonito.

5 Conferunt mirum in modum ſcripta per Illuſtres iureſconſultos *D.Maſcard.de probationibus concl.ſua* 255.*n.* 2.*Card.Tuſchum d.concluſ.ſua* 26. *nu.*78.*in littera S, Nattam conſil.ſuo* 633.*num.*8.*& Farinaccium, d.qu.*153.*n.*31. vide per eos.

6 Declaratur ante iſta concl. vt procedat, quando cancellatio ipſa reperta eſſet in loco ſuſpecto ipſius ſcripturæ priuatæ, ſecus ſi in loco ſeu parte eiuſdemmet ſcripturæ non ſuſpecto, quia tunc de falſitate dicta ſcriptura minimè redargui poſſet:niſi tamen in loco ipſo non ſuſpecto aliquid falſi contineretur, ſic præcisè poſt infinitos relatos tradidit in ſimili de inſtrumento publico *Cl. Farinaccium dicta q.*153.*n.*33.*&* 34.

7 Tunc autem dicitur cancellatio facta in loco ſuſpecto, quando adeſt in eo capitulo,de quo quæritur, alias ſecus, & reſpectu teſtamenti tunc dicitur facta in loco ſuſpecto, quando eſt facta circa inſtitutionem hæredis,ſubſcriptionem teſtium,ſigilla,& annos Domini: In loco autem non ſuſpecto,quando eſt facta circa legata, vel in præfatione: de qua quidem re omnium latiſſimè diſceptat D. meus, ac æterna memoria dignus *D. Menoch. de adipiſcend. remed.*4.*ſub num.*713.*cum pluribus ſeqq.* Sic eleganter docet hęc omnia poſt plures relatos idem *Dom.Farinaccius, dict.quæſt.*153.*numer.*35.*videndus idem ſub num.*55.*&* 80. *dict.quæſt.*

8 Adde tu cancellationis vitium tunc ſtare in loco non ſuſpecto, quando ſtat in eo, in quo non eſt vis exemplum eſt;quando aliquod verbum per errorem eſt iteratum, & caſſatur vnum ex dictis verbis.Sic clarè colligitur ex ſcriptis per *Oddofred.in l.fin.num.*13. *C.eod. de edicto D.Adr. toll verſ.* Sed denuò quæro. Pone teſtamentum, & ſecundum Albericum ibidem,*num.*6. Locus ſuſpectus dicitur is,de quo eſt quæſtio,vel alias eſt præiudicialis. Et ſecundum *Angel. num.* 2. quando in eo conſiſtit vis quæſtionis. Secundum Corneum autem,*num.*5.Locus ſuſpectus dici poteſt,quando cancellatio ipſa reperitur circa locum celebratæ ſcripturæ, vel circa alias ſolemnitates; non ſuſpectus autem,quando in narratione, vel in aliqua præfatione;idque totum arbitrio iudicis relinquendum eſſe concludit.

9 Declaratur ſecundò principaliter ſupradicta regula, vt procedat, quando cancellatio reperitur in loco ſubſtantiali ipſius ſcripturæ priuatæ, ſecus ſi in parte non ſubſtantiali,quia tunc cancellatio ipſa falſitatem non arguit, ſic

ſic eleganter declarat inter cæteros *D. Barnabas Cornaz. deciſion.ſua* 163.*& D.Maſcard.concluſ.ſua* 256. *num.*4. *&* 5. Et cuius quidem ſcriptis hoc etiam clarè colligitur, quòd huiuſmodi cancellatio adeò eſt efficax, vt ipſa ſcriptura nullam faciat probationem, nec plenam, nec ſemiplenam, niſi illud cancellatum per id, quod in ipſa ſcriptura continetur non deletum, conſtet eſſe verum, & eadem manus ſcriptum, alioquin ſecus eſt, nam præſumitur falsũ ex eo, quod deprehenditur varietas, cum primò eſſet ſcriptum aliquid, & poſtea illud cancellatum, & aliud ſcriptum, argumento *leg.ſcripturæ,ff.de fide inſtrument.& leg. qui falſa, ff.de teſtibus*, & latius, vt ex eodem Maſcardo. Hoc idem tradidit in ſimili de publico inſtrumento *Clar. Menoch.lib.*5. *præſumpt.*20. *num.*10. vbi quamplures alios concordantes adducit, *& Illuſtr.Dom.Farinac. d.q.*153.*n.* 36.*&* 37. vbi omnium pulcherrimè.

10 Quando autem cancellatio dicatur facta in parte ſubſtantiali, vel non ſubſtantiali, progreditur ipſemet *Farinaccius, ſub num.*38. & nos ſupra ſatis abundè docuimus, *num.*.... ad ibi dicta lectorem remitto. Hoc vnum in præſentiarum addo, quod cancellatio tunc dicitur facta in parte ſubſtantiali, quando ipſius rei ſubſtantia commutata eſt. Sic poſt *Bald.& Cæphal.D.Baiard.in Addit.ad Cl. in §.falſum,n.*198.

11 Ampliatur iſta declaratio, vt etiam locum habeat, quando cancellatio facta in loco ſubſtantiali eſſet quoq; modica, ad tradita per *Afflictum deciſ.ſua vlt.n.*11.*&* 12.

12 Hoc tamen intellige, quando cancellatio ipſa modica facta eſſet in re multi ponderis, ſecus in re leuis momenti. Sic præcisè poſt *Socinum ſenior in conſil.* 15. *num.*51. *lib.*1. *animaduertit Cl. D. Menoch.d. præſump.*20.*præcitato n.*10.

13 Obſeruandum volo pro coronide huiuſce declarationis, quod locus ſuſpectus, & ſubſtantialis parificantur, & idem ferè ſunt. Sic præcisè *Paul.de Caſtro.in d.l. finali, poſt n.6.C.eod.de edicto Diui Adr.tollendo,& ibi Corneus n.*8. *in fin.Curt.iun.n.*6.*& Sichard.n.*11.*Addo D.Maſcard.d.concl.* 256.*d.n.*4.*in princ.*

14 Limitatur autem iſta principalis concluſio varijs etiã modis; & Primò, vt non procedat, quando probaretur cancellationem ipſam factam eſſe inconſulto, ſine dolo, bona fide, & per errorem; neque enim dicta ſcriptura per dictam cancellationem de falſitate redargui poſſet. Sic omnium elegantiſſimè coarctauit. *Clariſs.Dom.Farin.dict. quæſtione ſua* 153.*num.*43. vbi poſt nonnullos relatos, plura quoque meminit iura, in quibus fit mentio cancellatione inconſulto, & per errorem facta, vide per eum.

15 An autem, & quando cancellatio præſumatur facta inconſultè, & per errorem, videndi DD. omnes in lege ſi vnus, Codice de Teſtamentis, & in lege prima *ff. de his* quę in teſtamento delentur.

16 Coarctatur ſecundo principaliter, vt locum minimè habeat, quando ex præcedentibus, & ſequentibus verbis colligitur clarè verus, ac proprius ſenſus ipſius ſcripturę: Tunc enim cancallatio ipſa falſitatem non arguit, nec vitiat ipſam ſcripturam ſic eleganter inter cæteros *Cl.Farinac.d.q.*153.*n.*46.

17 Coarctatur tertio, quando in contrarium extaret aliqua conſuetudo adhibendi finem ipſi ſcripturæ priuatæ etiam cancellatæ: vt pariter tetigi ſupra in materia Apoſtillæ, & additionis, ſic præcisè idem *D.Farinac. d. q.n.*48.

18 Limitatur quarto principaliter, vt minimè procedat, quando cancellatio ipſa repeririretur incorporata ipſo contractui, nam tunc falſitatem minimè argueret, ex quo præſumeretur facta tempore contractus: ſic poſt Follerium *Cl.Farin.d.q.n.*45.

19 Hic obiter nota, quod cancellatio reperta in ſcriptura priuata, quemadmodum, & in qualibet alia, in dubio pręſumitur facta tempore ipſius ſcripturæ, & de voluntate partium, antequam abſoluta fuerit eleganter poſt alios *D.Maſcard.concl.ſua* 1260.*n.*18. Sequutus eſt poſt plures alios adductos *Clariſſ.Farin.d.q.*153. *n.*39.

20 Sublimita tamen hanc limitationem, niſi in contrariũ vbiq; adſint coniecturæ ſuadentes oppoſitum. Sic præcisè inter alios eruditiſſimus *Bertaz. conſ.ſuo crimin.*411. *fere per totum*, vbi etiam plures contexuit coniecturas, quibus cancellatio præſumitur facta poſt ipſam ſcripturam confectam, & ſic per falſitatem, ipſum conſulas: ſat enim eſt locum demonſtraſſe. Huic eidem ſublimitationi ſubſcripſit quoque *Cl.Farin.d.q.*153.*n.*40.

21 Quinto coarctatur, tunc demum cancellatio arguat falſitatem, & tollat fidem ſcripturæ, quando eſt talis, vt id, quod ſcriptum prius erat, intelligi nequeat, aliter ſecus. Sic præcisè *Cl.Farin.d.q.*153.*n.*42. & inferius dicetur.

22 Sexto limitatur, vt ipſamet ſcriptura dumtaxat præſumatur falſa, & ſuſpecta in ea parte, in quam adeſt cancellatio, ſecus in alijs. Sic omnium elegantiſſimè docuit in ſimili de inſtrumento pubiico poſt plures relatos *Clar. D. Menoc.lib.*4 *præſump.ſua* 21.*n.*12.*et* 13. vbi tamen ſubdit, ſecus eſſe quando falſum fuiſſet verè in vna parte ipſius inſtrumenti commiſſum.

23 Hanc tamen limitationem veram eſſe intelligerem in capitulis ſeparatis ſecus in connexis, & hæc ſufficiant.

24 An autem, & quando inſtrumentum in vna parte falſum præſumatur, eſſe in totum falſum latiſſimè more ſuo diſceptatur per Clariſſimum virum *Menoch. d. præſumpt.* 21.*per totam,& per Clar.Maſc. de probat.concl.*742. *addas Clariſſimum Farin.dicto tract.de falſitate, qu.*152.*n.*12 vbi infinitos remiſſiuè concordantes deducit, eos conſulas. Stat enim eſt loca in hoc propoſito tetigiſſe. His omnib. adiugas eruditiſs. *D.Alex. Trentacinquium, variarum reſ. lib.*2.*reſ.*11.*tit.de fide inſtr. per totum*, vbi elegantiſſimè.

25 De materia cancellationis, videlicet quotuplex ſit, & quando attendenda, & quid operetur, vide *Card.Tuſch. concl.ſua* 20.*&* 21.*in litt. C. vbi latiſſimè, & D.Trentacinquium d.reſol.*11.

---

## De præſumptione falſitatis oriente ex interlineatione facta in ſcriptura priuata.

## QVÆST. VI. PRINCIPALIS.

### Dubitatio Tertia.

*S V M M A R I V M.*

1 *Per interlineationem, ſeu per ſuperlinearem ſcripturam arguitur falſitas ex ipſa ſcriptura, quæ vti ſuſpecta, fidem non facit.*

2 *Procedit autem hoc, quando interlineatio reperitur in loco ſubſtantiali ipſius ſcripturæ.*

3 *Quando interlineatio dicatur eſſe in parte ſubſtantiali, docet Farinaccius.*

4 *Item quando reperitur in loco ſuſpecto, alias ſecus.*

5 *Item quando interlienatio ipſa reperitur facta diuerſa manu ſcripturæ, ſecus quando eadem manu.*

6 *Contrarium, quod etiam interlineatione facta eadem manu non tollat ſuſpitionem falſitatis, tenuerunt plurimi alij.*

7 *Declara, prout ibi.*

8 *Interlineatio non arguit falſitatem, quando ex præcedentibus, & ſequentibus colligitur verus ſenſus verborum ipſius ſcripturæ.*

9 *Item quando vigeret conſuetudo, quod etiam ſcripturæ, priuatæ, qua interlienatio poſita eſſet, plena fides eſſet adhibenda.*

In

1 IN propoſito capite ſtatuas regulam quod per interlineationem,ſeu vt alij dicunt,de ſuperlinearem ſcripturam,vel (& generalias) per additionem inter vnam,& alteram lineam arguit falſitas ex ipſa ſcriptura, quæ vti ſuſpecta, fidem non facit.Sic præciſè notatur in c. cum Venerabilis, de religioſis domibus ſub illis verbis.

Inſtrumento prædicto nullam fidem penitus adhibendam propter ſuperlinearem ſcripturam.Hoc idem ſequutus eſt per illum *tex.Goffred.in ſua ſumma, tit.de crimine falſi,num.2.verſ.item qui ſuperlinearem.* Sic etiam notatur communiter per Scribentes *in d.l.qui teſtamentum,& in l. Paul.§.1. ff. eod.ad leg.Cornel.de falſ.* per quæ iura hanc eamdem. Regulam firmauit *Ruin.conſil.*15. *num.*1.*in* 5. quem poſt plures alios etiam adductos inſequutus eſt *Clar.Maſcard.concl.ſua* 1260.*n.*8. addo *Franciſc.Marc.dec. ſua* 699.*n.*5.*p.*1.

2 Conferunt pro ſupra dicta Regula firmanda ſcripta elegantiſſimè per *D.Farinac.d.quæſt.ſua* 153.*p.*3.*n.*49.

3 Declaratur autem primò iſthæc Concluſio, vt procedat, quando interlineatio reperitur in loco ſubſtantiali ipſius ſcripturæ, ſecus in loco non ſubſtantiali pulchrè *Clar.Menoch.de Arbitr.lib.*2.*Centur.*2.*caſu* 187.*n.*40.*Addo Marcum d.deciſ.*699.*n.*1.*Clar.Farinaccium,d.q.& parte, num.*51.*&* 52.

Quando autem interlineatio dicatur eſſe in parte ſubſtantiali proſequitur idem *Farinac.ſub num.*53.& nos alibi diximus.

4 Declaratur ſecundò principaliter, vt maximè locum habeat, quando interlineatio ipſa reperitur in loco ſuſpecto,aliàs ſecus eſt.Sic præciſè notatur in d.cap. cum Venerabilis,ſequutus eſt *Franc.Marcus in d. deciſ.*699.*n.* 2.*verſ.Tertia coniectura*, & poſt plures alios relatos *Clar. Farin.d.quæſt.*153.*n.*54.*&* 55.vbi etiam declarat quiſnam locus dicatur ſuſpectus. De qua quidem res non quoque ſupra diſſeruimus.

5 Declaratur vltimo, vt præcipuè procedatur, quando interlineatio ipſa reperitur facta diuerſa manu à corpore ſcripturæ,ſecus quando eadem manu;ſic præciſè *Franciſ.Marcus d.deciſ.ſua* 699.*num.*2.*verſ.* Secunda coniectura,vbi adducit *text.in §.& quod ſæpe,in Auth. de triente, & ſemiſſe, columna* 1. *& eſt de mente DD.Allegatos ſupra num....*

6 Contrarium autem,quod etiam interlineatio facta eadem manu, non tollat ſuſpitionem falſitatis, tenuerunt plurimi alij relati per *Clariſſ.Farinaccium,dicta quæſt.*153. *num.*57.*&* 58. *vbi ſubdit Achill.Perſonal.* inter cæteros hanc opinionem vti veriorem defendere, ad effectum tamen vt ex tali interlineatione tollatur fides ipſi ſcripturæ, non ſic ad effectum, vt criminaliter contra ipſummet ſcribentem agi poſſit, id quod etiam docuit ipſemmet *Farinac.d.concluſ.num.*62.

7 Intellige tamen hanc poſtremam ſententiam, quando interlineatio ipſa eadem manu facta, appoſita eſt in loco ſuſpecto,& ſubſtantiali,ad tradita *ſupra num....*

Fallit autem hæc eadem principalis varijs quoque modis.

8 Primus quidem eſt, quando ex præcedentibus, & ſequentibus colligitur verus ſenſus verborum ipſius ſcripturæ,tunc enim interlineatio non arguit falſitatem, nec etiam eiuſdemmet ſcripturæ fidem minuit;ſic præciſè inter alios *Clar.Farinaccius d.q.*153.*num.*59.& ſupra tetigimus in materia cancellationis.

9 Secundus modus principalis eſt, quando in contrarium vigeret conſuetudo, quod etiam ſcripturæ priuatæ, in qua interlineatio poſita eſſe,plena fides eſſet adhibenda.Sic præcise *Farin.d.q.n.*61.& nos ſupra tetigimus in materia Apoſtillæ,& additionis dubitatione n....nec non cancellationis,dubitatione... n.... & hæc ſatis.

## De præſumptione falſitatis oriente ex abraſione ſcripturæ priuatæ.

## QVÆST. VI. PRINCIPALIS.

### Dubitatio Quarta.

### SVMMARIVM.

1 *Abraſio reperta in ſcriptura priuata falſitatem arguit, & per conſequens ipſi fidem adimit.*
2 *Eſt veriſſima Concluſio,& n.*3.
4 *Ampliatur,nam dicta ſcriptura priuata nihil penitus probat.*
5 *Item dicta præſumptio,et ſuſpitio falſi ipſo iure falſam ſcripturam reddit.*
6 *Amplia, vt iſta præſumptio falſi habeatur etiam pro plena probatione,quoad condemnationem.*
7 *Contrarium multi.*
8 *Concilia.*
9 *Abraſio in ſcriptura priuata falſitatem arguit, etiam quod ſit tenuis,& ſubtilis,& talis,vt diſcerni non poſſit, niſi ad ſolem eleuata, & interpoſita.*
10 *Abraſio in ſcriptura priuata falſitatem non arguit,quando non adeſt in loco ſubſtantiali,& ſuſpecto.*
11 *Abraſio quando dicatur facta parte ſubſtantiali, & loco ſuſpecto vide remiſſiuè,& docet Author ſub num.*12.
13 *Raſura modica etiam vnius ſyllabæ, falſitatem arguit, quando per eam mutatur ſenſus verborum reperiturque facta in parte ſubſtantiali, & loco ſuſpecto.*
14 *Raſura in ſcriptura priuata falſitatem non arguit, quando ex præcedentibus, vel ſequentibus colligitur verus ſenſus verborum,& quod ſic, vt raſum & cancellatum eſt, ſcriptura debet ſtare.*
15 *Ratio,& n.*16.*&* 17. *necnon n.*18.
19 *Abraſio falſitatem arguit,quando reperitur facta in aliqua parte alicuius ſcripturæ, ſecus ſi tota charta fuiſſet raſa, & ſuper ea fuiſſet extenſa alia ſcriptura.*
20 *Si ſcriptura raſa reperitur penes aduerſarium, & Iudex cum cogat ad ipſam edendam in iudicio,quamuis ſit abraſa in parte ſubſtantiali,tamen non vitiatur, nec falſa redditur contra me,& in mei præiudicium,immo ei præſtatur fides in omnibus,in quibus ex illa poteſt ſummi ſenſus.*
21 *Ratio.*
22 *Scriptura abraſa falſitatem non arguit,quando aliunde corroborari poteſt.*
23 *Item quando per aliquam aliam ſcripturam apparet illam abraſam eſſe bene factam.*
24 *Contrarium multi.*
25 *Prior opinio retinetur.*
26 *Concorda,& n.*27.
28 *Scriptura abraſa falſitatem arguit,quando abraſio talis eſt, vt id, quod prius ſcriptum erat intelligi nequeat, ſecus quando raſura non obſtante poteſt legi quod prius erat ſcriptum.*
29 *Opinio Authoris contra iſtud Axioma.*
30 *Scriptura abraſa falſitatem minimè arguit, quando adeſſe conſuetudo, quod & ipſi ſcripturæ raſæ adhibenda eſſet fides.*
31 *Scriptura abraſa falſitatem arguit,quando ciuiliter agitur, ſecus ſi criminaliter.*
32 *Scriptura abraſa in multis alijs caſibus falſitatem non arguit,de quibus remiſſiuè per Maſcardus,& Farinaccius.*

1 Abra-

1 Abraſionem repertam in ſcriptura priuata, falſitatem arguere, ac per conſequens illi tanquam ſuſpectæ fidem adimere, communi omnium Scribentium voto receptum eſt. Sic præcisè notatur *in cap. inter dilectos*, §. *inſtrumentum extra de fide inſtrum. & in l. Paul.* §. 1. *ff. eod. ad l. Corn. de falſ.* & in terminis de epiſtola raſa, quæ quidem eſt ſpecies ſcripturæ priuatæ, docuit *Franc. Marcus, deciſ.* 151. *num.* 1. *p.* 1. & 613. *num.* 1. in ſecundo ſpecie autem, de ſcriptura priuata in genere, tradit *Clariſs. Menoch. lib.* 1. *præſumpt. quæſt.* 99. *num.* 20. & *D. Camill. Borel. conſil. ſuo* 23. *num.* 6. *cum ſeq.* In terminis libri mercatorum, hoc idem ſequutus eſt *D. Octau. Vulp. conſil. ſuo* 48. *per totum*.

2 Et hæc quidem eſt veriſſima concluſio pro qua etiam facit, nam falſitas committitur quoque abradendo, & delendo verum, *d. c. inter dilectos*, & *ſequitur Vulpel. d. conſil.* 48. *n.* 8. *ferè in fine*.

3 Conferunt mirum in modum ſcripta per *Cl. Menoch. d. concl. ſua* 1260. *n.* 1. *D. Farinac. dict. q.* 153. *p.* 4. *n.* 63. vbi generalem firmant regulam, quod abraſio reperta in aliqua ſcriptura falſitatem arguit, illique tamquam ſuſpectæ fidem detrahit, eos conſulas.

4 Ampliatur primo iſthæc concluſio, vt adeo procedat, vt huiuſmodi ſcriptura, in qua talis abraſio reperitur nihil penitus probet. Sic in ſimili poſt infinitos relatos docuit *Cl. Maſcar. d. concl.* 1260. *n.* 2. & 3. vbi ſubdit hoc eo magis procedere, quando raſura eſt facta per eum, qui vtitur ipſamet ſcriptura raſa.

5 Ampliatur ſecundo, nam iſthæc præſumptio, & ſuſpitio falſi, ipſo iure falſam ſcripturam reddit, ſic in ſimili docuit quoq. D. Maſcar. poſtquam plures concordantes adductos *d. concl.* 1260. *n.* 4. *Sequutus eſt Cl. Farinac. præcit. n.* 8. *in fine*.

6 Ampliatur tertio, vt iſta præſumptio, & ſuſpitio falſi habeatur etiam pro plena probatione quoad condemnationem. Sic præcisè notatur *in l. iubemus, C. de probat.* Sequuti ſunt infiniti relati per *D. Maſcard. concluſ.* 1260. *num.* 5.

7 Contrarium autem ſenſerunt plurimi alij relati per eumdem *D. Maſc. d. concl. num.* 6.

8 Concilia has diſſidentes inter ſe Doctor. opiniones, vt iſta ſecunda procedat, quando tractaretur in iudicio criminali, & criminaliter, & depuniendo ipſo ſcriptore de falſo, Prima autem, quando ciuiliter ageretur ad derogãdum tantummodo fidei ipſiuſmet ſcripturæ, tunc enim nullo pacto eſſet locus pęnæ ordinariæ impoſitæ pro criminæ falſi. Sic in ſimili diſtinxit *Cl. Decian. poſt alios conſil. ſuo* 91. *n.* 9. *in tertio*, & *ſequutus eſt D. Maſc. dict. concl.* 1260. *num.* 7.

9 Ampliatur quarto, vt dicta abraſio falſitatem arguat, etiam quod ſit tenuis, & ſubtilis, & talis vt diſcerni non poſſit, niſi ad Solem eleuata, & interpoſita. Sic præcisè poſt infinitos relatos docuit in ſimili *Cl. Farinac. d. q.* 153. *n.* 68. Hic obiter nota, raſuram deprehendi ſolere ex eleuatione chartę in Solem, ac interpoſitione inter Solem, & oculos, pulchrè poſt alios Sola in conſuetud. Sabaudiæ, *pag.* 280. *n.* 8.

Hæc tamen concluſio non vſquequaque locum habet, ſed aliquas limitationes recipit.

10 Limitatur enim Primo, ſi raſura non ſit in loco ſubſtantiali, & ſuſpecto; optimus eſt text. de hoc, & ibi notant Canoniſtæ, *in c. ex litteris, de fid. inſtrumentorum*: vbi Alexander III. Pontifex Maximus reſcripſit, quod per raſuram factam in ſimplici narratione facti, ſcriptura non vitiatur; Sequutus eſt hanc eamdem limitationem inter ceteros *Cl. D. Maſc. d. concl. ſua* 740. *num.* 43. & 1260. *n.* 9. Addo Iuriſprudentum Monarcham *Dom. Farinaccium d. concl.* 153. *num.* 71. cum pluribus ſeqq. vbi de vtroque loco tam ſubſtantiali, quam ſuſpecto, omnium, quotquot ſcripſerint, latiſſimè, ac elegantiſſimè.

11 Quando autem abraſio dicatur facta in parte ſubſtantiali ipſius ſcripturæ, & quando non: item quando dicatur facta in loco ſuſpecto, vel non ſuperius loco ſuo ſatis abunde docuimus. Nunc autem adeas *Dom. Farinaccium dict. concl.* 153. *num.* 75. & 80. vbi de hoc latiori folio diſceptatur.

12 Adde tu in præſentiarum in hac materia. Sic exemplificari poſſe tenore cuiuſdam ſcripturæ priuatæ cautum legimus, quod Mæuius vendidit Seio 11. perticas terræ, ſed illud 11. erat ſcriptum in loco abraſo, vbi poterat per prius eſſe ſcriptum 10. vel 100. hoc caſu iſthæc ſcriptura in loco abraſo ſuſpecta eſt, quia eſt in loco ſubſtantiali ad *l. triticum, de verb. oblig.*

Idem iuris, ſi in ipſamet ſcriptura dicatur, quod Mæuius promiſit centum Caio ex cauſa depoſiti, & illud verbum depoſiti adſit ſcriptum in loco abraſo, vbi per prius poterat eſſe ſcriptum Mutui, vel Commoditati, nam ex his variatur effectus, & ideo officit ipſi ſcripturæ, mirum, quia ponitur pro ſubſtantia in obligationibus, & in contractibus, vt notatur ſingulariter in l. iuſgentium, §. quod ferè de pactis.

13 Ampliatur iſta limitatio, vt etiam raſura modica, & vnius ſyllabæ, necnon paucarum litterarum falſitatem inducat, quando per eam mutatur ſenſus verum, reperiturque facta in parte ſubſtantiali, & loco ſuſpecto, aliter ſecus: ſic prçcisè poſt quamplures concordantes adductos tradidit *Cl. Farin. d. q.* 253. *n.* 69. *Addo Maſc. dicta concluſ.* 1260. *num.* 10 vbi certam proponit concluſionem, quod modica raſura non vitiat ſcripturam.

14 Coarctatur ſecundo principaliter, quando ex præcedentibus, vel ſequentibus colligitur verus ſenſus verborum, & quod ſic raſum, & cancellatum eſt, ſcriptura debet ſtare; nam tunc ipſamet raſura falſitatem non arguit, nec vitiat ſcripturam; ſic præcisè notatur *in c. cum venerabilis, de religioſ.* domibus ſequutus eſt poſt infinitos propè deductos *Cl. Farin. d. concl.* 152. *n.* 82.

15 Ratio autem huiuſce limitationis ea poteſt eſſe; nam ſi quando aliquid ommittitur, illud ſuppletur, & habetur propoſito, ſi ex præcedentibus, & ſubſequentibus benè percipitur quod omiſſum fuit: *ad l. verbum volo, C. de fidei. com.* & *in l. cum pater*, §. *cum imperfecta, de leg.* 2. multo magis poteſt ſuppleri, & coadiuuari id, quod aliquo modo eſt cancellatum, ſeu abraſum.

16 Addo *Cl. D. Maſcard.* hanc eamdem limitationem inſectantem concluſione ſua præcitata 1260. *num.* 11. 20. & 21. vbi ampliat hoc adeo verum eſſe, vt etiamſi per alias ſcripturas pars abraſa declarari poſſit, quidque in ea ſcriptum fuerit ex eis conijci, ipſamet ſcriptura nullo modo vitietur, falſaque reddatur, ibique de hoc plures concordantes deducit.

17 Adnectendus quoq; *Cl. D. Menoc. de Arbit. præcitato c.* 187. *n.* 41. vbi dicit, quod abraſio non vitiat ſcripturam, ſi ſenſus rectus ipſius percipi poteſt, & ideo hoc arbitrio iudicis relinquendum eſſe, qui ex qualitatæ abraſionis, & interlineationis id dijudicare poterit.

18 Confert hic etiam mirum in modum pulchra concluſ. Doctorum, volentium, quod raſura falſitatem arguat, quando ex ea mutatur ſubſtantia orationis, & ſenſus verborum, aliter ſecus, quàm quidem concluſionè poſt quàplures relatos firmauit *Cl. Farin. d. q.* 153. *n.* 83. Addo *Viuium deciſ. ſua* 81. *n.* 4. vbi etiam docet non ſufficere, quod ex raſura cuiuslibet animus in dubitationem inducatur, niſi fuerit animus ſapiendi.

19 Limitatur tertio principaliter, vt abraſio arguat falſitatem, quando reperitur facta in aliqua parte alicuius ſcripturæ, ſecus ſi tota charta fuiſſet raſa, & ſuper ea fuiſſet extenſa alia ſcriptura: ſic eleganter docuit in ſimili *Cl. Farin. præcitata q. n.* 84.

20 Fallit

Fallit quarto, ſupradicta regula principalis, ſi ipſamet
20 ſcriptura reperiatur penes aduerſarium, & iudex eum cogat ad ipſam edendam in iudicio, quamuis enim eo caſu ſcriptura ſit abraſa in parte ſubſtantiali, tamen non vitiatur nec falſa redditur contra me, & in mei præiudicium, immo ei præſtatur fides in omnib. in quibus ex illa poteſt ſumi ſenſus, preſumitur enim aduerſarium dolo abraſiſſe.

21 Nec mirum: Abraſio enim ſemper præſumitur facta ab eo, penes quem ipſa ſcriptura reperitur, ſic eleganter tradidit inter alios *Clar. Maſcard. d. concl. 1260. num. 22. & 23.* Sequutus eſt poſt infinitos concordantes adductos magni nominis *I.C. D. Farinacc. d. quæſt. 153. nu. 86. & 87.* vbi declarat in ſimili hoc procedere, dummodo abraſio ipſa ſcriptura, alias ſecus.

22 Coarctatur quinto principalitet, vt locum non habeat, quando ſcriptura ipſamet priuata, in qua abraſio reperiretur, aliunde corroborari poſſet, vt puta per viam vocem teſtium, illud, quod abraſum eſt, comprobantium, tunc enim abraſio non vitiaret ipſam ſcripturam, nec falſitatem argueret.

23 Idem iuris eſſet, quando per aliquam aliam ſcripturam publicam, vel priuatam appareret illam raſam eſſe bene factam, vel illius veritas detegeretur tunc enim ſcripturæ illi raſæ fides nõ diminueretur: ſic eleganter quamplurimi relati per *Cl. Maſcard. d. concl. 1260. numer. 11. & 21. per D. Farinacc. dict. quæſt. 153. numer. 90.* vbi omnium pulcherrimè: *Addo P. Aemil. Verral. deciſ. ſua Rotæ Romanæ tertia parte ſecundæ, numero nono*, vbi ſubdit etiam hoc caſu depoſitionem vnius teſtis ſufficere.

24 Et licet contrarium nonnulli per eoſdem *Maſcard. & Farinac. ſub num. ſeq.* deducti, verius eſſe opinentur, attamen à priori ſententia vti veriori, ac Communiori minimè recedendum iudico, fauore enim publico introductum, & conſtitutum eſt, vt diuerſæ probationes iun-
25 gantur, vt veritas facilius eluceſcat, vt dicit *Bald. poſt Dyn. in leg. ſpadonem, §. qui iure. ff. de excuſat. tutel.*

26 Adde, vt nil intactum relinquam) poſteriorem hanc ſententiam locum habere poſſe in caſu, in quo ſummaria cognitio requireretur, eo enim caſu ſecundum aliquos, ſcriptura raſa non poteſt comprobari viua voce teſtium, etſi diſſentiant *Achil. perſonalis, & alij per D. Farinac. relati d. q. 153. num. 93.* priorem autem procedere in cauſa ordinaria, in qua non proceditur ſummariè, ſed D. Iudex
27 cauſæ cognitionem adhibet; ſi eleganter colligitur ex ſcriptis per *D. Maſcard. d. concl. 1260. numer. 13. & per Cattell. Cottam in ſuis Memorabilibus, in verſ. Inſtrumentum raſum, & per Illuſtrem Farinaccium d. q. 153. num. 92.* eos conſulas.

28 Limitatur ſexto principaliter, vt tunc demum abraſio arguat falſitatem, & tollat fidem ſcripturæ priuatæ, quando abraſio eſt talis, vt id, quod prius ſcriptum erat, intelligi nequeat, ſecus quando raſura non obſtante poteſt legi, quod prius erat ſcriptum. Sic præcisè termini, ſcripturę priuatæ eleganter conſuluit *Crauet. conſil. 73 numero 15. Addo Baiard. in additionib. ad Clarum in §. falſum, numero* 200. vbi nonnullos alios concordantes deducit.

29 Verum quomodo hæc limitatio locum habere poſſit. non intelligo. Si enim quod ſcriptum eſt legi poteſt, vtique non poteſt dici propriè abraſum, ſi vero legi poteſt ex eo, quod ſuper abraſione aliquid ſcriptum fuerit, & tunc aut illud eſt ſcriptum eadem manu, aut diuerſa. Sic primo tunc ſcriptura redditur ſuſpècta, ad tradita per *Bald. & alios, in leg. fin. Cod. de edict. Diui Adr. tollend.* Si vero diuerſa manu, tunc prorſus eſt falſa. Videndus *Cl. Farinac. d. q. 153. num. 64.* vbi latè.

Conferunt mirum in modum ſcripta per *D. Bertaz. in conſ. ſuo criminal. 543. num. 7. & 8.* vbi conſuluit, quod abraſio eo magis arguit falſitatem, quando ſuper litteris raſis aliquid eſt ſcriptum, ideo conſidera, & iſte quoque fuit ſenſus *Clariſs. Farinacc. in propoſito precitata q. numer. 95.*

30 Fallit ſeptimo ſupradicta regula principalis quando in coutrarium adeſſet conſuetudo, quod & ipſi ſcripturę raſæ adhibenda eſſet fides, ſic eleganter *Cl. Farinacc. d. q. num. 99.* & nos alias docuimus.

31 Coarctatur octauo, ac poſtremò, vt ex abraſione oriatur ſuſpicio falſitatis, quando ciuiliter agitur, & ſic ad tollendam fidem ipſi ſcripturæ, ſecus ſi criminaliter, prout dici ſupra n..... ideo hic non repeto. Sic quoq; animaduertit. *D. Farinac. d. q. 153. n. 100.*

32 Nonnullas alias limitationes ad ſupradictam Regulam elicere poteris ex ſcriptis per *Maſcard. d. concl. 1260. & ex Cl. Farinac. d. q. 153. præcitata p. 4.* ipſos conſulas. Sat enim nobis potiores, & ad rem magis pertinentes retuliſſe. Ad eas quoq; *Ludou. Schuuartzmaier. Miſcellan. lib. 1. c. 2.* vbi de materia.

---

## De præſumptione falſitatis oriente ex diuerſitate manus in ſcriptura priuata.

## QVÆST. VI. PRINCIPALIS.

### Dubitatio Quinta.

### *SVMMARIVM.*

1 *Diuerſitas manus in ſcriptura priuata falſitatem arguit, & numer. 2.*

3 *Fallit iſthæc regula, quando talis manus diuerſitas perueniret, vel ex mutatione calami, vel ex mutatione attramenti.*

4 *Item quando proueniret propter mutationem ſtatus perſonæ ipſius ſcribentis.*

5 *Item, quando ipſemet ſcribens in ſubſcriptione fidem faceret ſcripturam illam fuiſſe diuerſorum manibus confectam.*

6 *Sola diuerſitas manus litterarum, ſeu characterum, non reddit adeo ſuſpectam ſcripturam, vt illi fides aliqua adhibenda non ſit, niſi alia concurrant adminicula.*

8 *Comparatio litterarum non probat diuerſitatem manus quoad effectum condemnandi in criminalibus, & num. 8. nec non num. 9.*

10 *Qualiter ſcriptura eadem manu, vel diuerſa ſcripta probetur docet Card. Tuſcus.*

Proſequendo alias falſitatis pręſumptiones, ex quibus quidem ſcriptura priuata de falſo vti ſuſpecta redargui poteſt, ea potiſſimum ſuccedit pręſumptio, quę ex manus diuerſitate elicitur in qua.

1 REgulam conſtituo affirmatiuam, quod ſcilicet diuerſitas manus in ipſa ſcriptura priuata falſitatem arguit ſic præcisè *gloſſ.* loquens in terminis ſcripturæ priuatæ (loquitur enim de epiſtola, quæ eſt illius ſpecies) in *c. in memoriã in verb. falſam verſ. Itẽ dicitur*

falſa,quæ habet ſubſcriptiones diſtinction 19.vbi etiam *Præpoſitus num.9. Sequutus Clar. Menoch. conſ.ſuo 199. n.7. verſ.tertio,*vbi conſuluit in terminis apochæ priuatæ cuiuſdam matrimonij, id quod etiam repetijt *de præſumptionibus libr. 5.præſumptio.vigeſima , numero* 18. vbi loquitur , quando characteres ſunt inſoliti , & diuerſi ab ijs quibus vti ſolet ſcriptor illius apochæ,de cuius falſitate agitur.

2 Conferunt mirum in modum tradita per *Cl. Farinac. d.q.*153 *part.6.nu.*122. *quem conſulas, & per D. Petr.Surdum conſ.ſuo* 187. *n.*17.

Limitatur autem iſthæc Communis,ac ab omnibus recepta concluſio varijs modis.

3 Primus quidem,ac principalis eſt, quando talis manus diuerſitas foret cauſata,vel ex mutatione calamis,vel mutatione atramēti,ita *gl.in d.c.in memoriam,in loco præcitato,*Sequutus eſt in ſimili poſt infinitos relatos *Cl.Farinac. d.q.*153.*n.*114.

4 Limitatur ſecundo principaliter , quando diuerſitas manus proueniret propter mutationem ſtatus perſonæ ipſius ſcribentis:ſcimus enim, quod non ita ſcribit ſenex, ſicut iuuenis,& robuſtus,& quod ita non ſcribit languens, & tremens. Sicut ſanus,& fortis, ſic poſt *Hoſtienſ.docuit eleganter Cl. Farin.d.q.n.*115.

5 Coarctatur tertio, quando ipſemet ſcribens in ſubſcriptione fidem faceret ſcripturam illam fuiſse diuerſorum manibus confectum:ſic pulchrè animaduertit poſt plures relatos idem *D. Farin.n.* 116. *præcitata quæſt.*

6 Fallit quarto,quia ſola diuerſitas manus, litterarum, ſeu caracterem, non reddit adeo ſuſpectam ſcripturam, vt illi fides aliqua adhibenda non ſit,niſi alia cōcurrant adminicula: ſic clarè colligitur ex ſcriptis per *Cl.Maſcar. qui ſic* diſtinguendo contrarias opiniones concordat. *concl.ſua* 740.*num.*20. Sequutus eſt *Dom.meus Farinac.d. concl.n.* 117.

7 Fallit quinto & vltimo principaliter, quia ad effectum condemnandi in criminalibus, comparatio litterarum non probat diuerſitatem manus;quia ſæpiſſimè fallax eſt, cum multi reperiantur, qui alienas manus imitari ſolent, & quandoque(vt ſupra dixi)mutatio calami, vel atramenti,ætas,ſeu infirmitas,diuerſitatem manus inducat,& propterea in hoc peritorum iudicio non concludat de neceſſitate , ſed credulitate , & veriſſimilitudine: imo de ſe ſola adminiculis minimè concurrentibus , nec etiam faciet iudicium ad torturam ; ſic præciſè poſt *Ripam, Curtium, Crau.Decium,Franciſc. Marc.Vulpel. Maſcard.Baiard.*ac alios,docuit eleganter *Cl.D.Farinacc.d.q.* 153.*num.* 18.

8 Conferunt mirum in modum ſcripta per *D. Maſcard. concl.ſua* 740. *num.*10.*cum ſeq.* vbi propoſita difficultate, an falſitas probetur per comparationem litterarum, arguit pro, & contra, & deinde diſtinguit, vt opinio affirmatiua procedat,quando ciuiliter,ſecunda autem, quando agitur criminaliter.

9 Conferunt quoq;maximopere ſcripta per nos ſupra *libr.*2.*tit.de apocha manu debitoris conſcripta, nu.*108.*cum plurib.ſeqq.* ea elector conſultat.

10 Qualiter autem ſcriptura eadem manu, vel diuerſa ſcripta probetur, pulchrè docet *Card. Tuſc. concl.ſua* 86. *in littera S,*

## De præſumptione falſitatis oriente ex contrarietate , & repugnantia ſcripturarum priuatarum.

## QVÆST. IV. PRINCIPALIS.

Dubitatio Sexta.

*SVMMARIVM.*

1 *Falſitas arguitur ex contrarietate,ſeu repugnantia apparente in eadem ſcriptura, aut etiam inter vnam , & alteram & numer.* 2.

3 *De materia Scripturarum contradictoriarum , ſeu inter ſe repugnantium, videndus Alexander Trentacinquius variarum reſolutionum.*

1 IN propoſita difficultate ſtatuenda eſt Regula, vt falſitas maximè arguatur ex contrarietate, ſeu repugnantiam apparente in eadem ſcriptura, aut etiam inter vnam , & alteram. Sic præciſè, *gloſſ.in dict. capitul. in memoriam , in verſicul,* item dicitur falſa in tertio , *diſtinct.* 19. *& notatur in leg. ſcripturæ , Cod. de fide inſtrumen.* Sequutus eſt in præciſis terminis ſcripturæ priuatæ. *Clariſs. Menoch. conſil. ſuo* 199. *numer.* 16. *& D. Camill. Borell.* poſt plures alios relatos *conſil. ſuo* 23. *num.* 5. *Addo Grammat. conſ. ſuo* 24. *numer.* 4. *& ſequentib.* vbi docuit , quod diuerſitate,ſeu contrarietate ſcripturarum, præſumitur falſitas & per vnam ſcripturam eſt derogatum fidei alterius , & neutri creditur,& quod reuera neutri credetur, textus eſt apertiſſimus in dicta lege ſcripturæ.

Conferunt mirum in modum ſcripta in ſimili de in-

2 ſtrumento publico per Iuriſtarum Monarcham *D. Fariaccium,d.quæſt.*153.*part.*7.*numer.*121.*&* 122. *cum ſeqq.* cum lector conſulat adeundus quoque. *D. Cephal conſil. ſuo* 287. *numer.*12. *&* 13. vbi conſiderat in ſimili , quod quando vnus teſtis contradicit alteri nemini eſt credendum , *ad not. per Canoniſt. in capite noſtra, extra de teſtibus , Adnectendus etiam D. Menoch. libr.quinto.præſumptione* 20. *numero* 24. vbi nonnullos concordantes deducit.

3 Et hæc breuiter tetigiſſe ſat ſit , De materia autem ſcripturarum contradictoriarum, ſeu inter ſe repugnantium, & tam ab eadem parte, quam a diuerſis productarum an ſcilicet, & quando probent, omnium exactiſſimè diſceptat inter cæteros nouiſſimè *D. Alex. Trentacinq. variar. reſolut. libr.*2. *tit.de fide inſtrument. reſolut. quinto per totam,* vide per eum: videndi communiter ſcribentes *l.ſcripturæ C.de fid.inſtrumentorum, & D.Hercul.*Mareſcot*tus variarum reſolutionum, libr.*1.*cap.*82. vbi ſi duo inſtrumenta, ſeu ſcripturæ diuerſæ productæ reperiantur, cui magis ſtandum ſit,omnium elegantiſſimè edocet,atque declarat eum omnino conſulas.nam ſub num. 13. cum ſequentibus , præcipuè tractat , quando concurrunt duæ ſcripturæ contrariæ vna,ſcilicet publica,& alia priuata, quid iuris ſcilicet exiſtat.

De plu-

# De pluribus alijs, ac diuerſis præſumptionibus falſitatis reſultantibus ex ſcriptura priuata.

## QVÆST. VI. PRINCIPALIS.

Dubitatio Septima.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio falſitatis oritur ex ſcriptura priuata ex mala qualitate ipſius ſcribentis, ac producentis ſcripturam, de cuius falſitate agitur.*
2 *Eſt bene verum, quod vltra malam qualitatem ipſius ſcribentis, requiritur etiam vitium viſibile in ipſamet ſcriptura, & numer. 3.*
4 *Falſitatis ſuſpitio oritur in ſcriptura priuata ex diuerſitate attramenti.*
5 *Item quando reperitur conſcripta diuerſa manu.*
6 *Nonnulli opinati ſunt diuerſitatem attramenti inducere dumtaxat leuem falſitatis præſumptionem in ipſa ſcriptura priuata.*
7 *Opinio Authoris.*
8 *Falſitatis ſuſpitio oritur ex diuerſitate ſtyli, & n. 11.*
9 *Exemplum, & n. 18.*
12 *Opinio Authoris circa dictum axioma.*
13 *Diſſimilitudo, & varietas dictaminis, falſitatem arguit in ſcriptura priuata.*
14 *Oritur præſumptio falſitatis ex actu, ſiue modo inſolito, ſiue ex appoſitione Clauſulæ non conſuetæ.*
15 *Quenam autem dicantur Clauſulæ inſolitæ, videndus Maſcard. remiſſiuè.*
16 *Item oritur ex clauſula non habente rectam, aut perfectam conſtructionem.*
17 *Vel quando in ipſa ſcriptura priuata adeſſet falſa Grammatica, vel Latinitas, quod declara, vt ibi.*
18 *Latinitas falſa, an, & quando viciet diſpoſitionem? adeundus Card. Tuſch.*
19 *Oritur falſitatis præſumptio in ſcriptura priuata ex diuerſitate Papiri, ſeu chartæ, & ſigni, & n. 20.*
21 *Opinio Authoris circa iſtud Axioma.*
22 *Oritur falſitatis coniectura ex eo, quod in vno libro plures reperiantur quinterni ligati, quorum vnus non ſit ſimili alteri, & n. 23.*
24 *Oritur falſitatis præſumptio in charta recenti reperiatur ſcripta apocha aliqua antiqua, & conſtaret, quod tempore, quo ipſamet apocha confecta fuit, charta illius ſpeciei non fabricaretur, & è conuerſo.*
25 *Hæc ſola præſumptio, quod recens ſcriptura reperiatur in charta antiqua, ex Communiori non concludit falſitatem Ratio ibidem.*
26 *Oritur falſitatis preſumptio in ſcriptura priuata ex in veriſimilitudine.*
27 *Oritur quoque dicta præſumptio, quod deficiente ſpacio in charta, carmina reſtricta reperiuntur cum à principio potuiſſet latiori ſpacio ſcribi.*
28 *Exemplum.*
29 *Item oritur dicta preſumptio, quando in ſcriptura priuata de recenti ſtipulatione vallata conteſtes in ipſa nominati ex hac vita ſubtracti reperiuntur.*
30 *Oritur quoq; dicta preſumptio ex tarditate in producendo ipſam ſcripturam priuatam, & n. 31.*
32 *Et eſt veriſſima concluſione quidquid dixerint Dom. Surdus*
33 *Item oritur dicta præſumptio, quando charta, in qua ipſa ſcripta eſt, reperitur inciſa.*
34 *Idem iuris, quando ordo ſubſtantialis præpoſitus eſt.*
35 *Item, quando charta, in qua ipſa ſcripta eſt, eſt immunda, maculata, & vituperata, & n. 36.*
37 *Hæc tamen Regula, recipit tres declarationes, de quibus, n. 38. & 39.*
40 *Item oritur dicta falſitatis præſumptio, quando dicta ſcriptura priuata facta eſt ſiue debita ſolemnitate.*
41 *Item oritur dicta præſumptio, quando quis aſſerit in iudicio, ſe nolle vti ipſamet ſcriptura priuata ea de re confecta, ſed in eadem contenta velle comprobare teſtibus.*
42 *Oriente pariter, quando ex pluribus teſtibus ipſamet ſcriptura deſcriptis, aliqui tantum producerentur examinandi.*
43 *Oritur etiam dicta ſuſpitio falſitatis ex immodica diligentia, & ſolicita cura, quod ſcriptura ipſa priuata admittatur, & recipiatur.*
44 *Item emanat dicta præſumptio, quando Pamphilius puta in chirographo aſſerit pecuniam fuiſſe à Meuio debitorem datam Sempronio creditori, & ab ipſomet Sempronio receptam, vel è contra, & tamen verè coram ipſo pecunia non adfuit.*
46 *Notarius, qui in inſtrumento teſtatur pecuniam numeratam, quæ numerata non fuit, an de falſo puniri poſſit? vide Farinac. remiſſiuè.*
46 *Oritur quoque dicta præſumptio, quando is, qui produxit ipſam ſcripturam, fuit ſæpius interrogatus, an eadem vti vellet, & is reſponderit ſemper ſuboſcurè, & dubitatiuè.*
47 *Item, quando ipſamet ſcriptura continet renunciationem immenſi iuris, & aliqua cauſa ipſius renunciationis minus vera fuit narrata.*
48 *Oriatur etiam præſumptio falſitatis ex qualitate perſonæ contrahentis, quæ cognoſci non potuit tempore celebrati contractus, cuius eſſet ætatis, & qualitatis.*
49 *Item, quando ipſamet ſcriptura fuit clam, & in loco abdito, & obſcuro confecta.*
50 *Item oritur, quando ille, qui per ſcripturam aliquam priuatam ius ſuum renunciauit, ſtetit ſemper in poſſeſſione eiuſdem met iuris renunciati, donec vixit.*
51 *Oritur quoque dicta præſumptio, quando conſtat eum, qui aſſeritur falſificaſſe ſcripturam illam priuatam, de qua eſt contentio, perquiſiuiſſe antea illi ſimilem, vt forte inde exemplum ſumeret.*
52 *Item emanat, quando ſcriptura ipſa fuit confecta inter ignotos.*
53 *Item, quando falsa cauſa fuit in ipsamet ſcriptura priuata expreſſa.*
55 *Pariter dicta præſumptio falſitatis oritur, quando quis ſcripturam aliquam priuatam, quæ intereſſe commune ſeu alienum complectatur, celat, atq; occultat, & n. 55.*
56 *Item oritur, quando quis exhibet libros, & codices rationum mancos mutilatos.*
57 *Aliæ coniecturæ falſitatis referuntur per Barbatiam, Menoch. Pereg. & Card. Tuſchum remiſſiuè.*
58 *Sola ſuſpitio falſi an habeatur pro falſitate in ipſo crimine falſi, videndi Doct. remiſſiuè.*
59 *Supradictæ falſitatis præſumptiones ex quibuſnam cauſis extenuari poſſent, videndi Menochius, & Farinacius.*

Proſequendo alias falſitatis præſumptiones, quæ quidem ex ſcriptura mere priuata reſultare poſſunt.

1 PRima ſuccedit generalis illa præſumptio, quo oritur ex mala qualitate ipſius ſcribentis, ac producentis ſcripturam de cuius falſitate agitur, præſertim ſi alias fuerit ſolitus falſum ſcribere, ſeu falſa

ſcripturas producere, & ſit ſuſpectus de falſitatibus Sic præcisè præſumptionem iſtam probauerunt infiniti, quos pulchro quidem ordinem retulit, ac ſequutus eſt *Clariſs. D. meus Farinacc. dict. quæſtione 283. parte 11. numer. 146. & 147.* vbi docet, quod falſitatis præſumptio è contra repellitur, quando inquiſitus eſt bone conditionis, & famæ: ibique circa hoc latiſſimè inſiſtit.

2 Aduerte tamen, quia ad hoc vt ſcuiptura ipſa priuata reddatur ſuſpecta ex mala qualitate perſonæ, eam producentis, videtur etiam requiri vitium viſibile in ipſamet ſcriptura, ad tradita in ſimili per *Baiard. in additionib. ad Clar. in d. §. falſum, n. 113.*

3 Et quod ſcriptura non redditur ſuſpecta ex eo, quod perſona ipſius ſcriptoris, vel producentis illam ſit ſolita facere, vel producere alias ſcripturas ſuſpectas, vel falſas, niſi appareant aliqua alia vitia, vel ſuſpiciones, poſt Albericum, tradidit idem *Dom. Farinaccius, dict. quæſtione numer. 148.*

4 Secundo ſuccedit præſumptio falſitatis ea, quæ ex diuerſitate attramenti colligitur ſecundum *gl. in c. in memoriam, in verbo falſam, in verſic. item dicitur falſa, diſtinc. 19.* Sequutus eſt in præciſis terminis ſcripturæ priuatæ *Clariſs. Menoch. dict. conſil. 199. numer. 8. Addo in ſimili Clar. Farinaccium dict. quæſtione 153. nnmer. 155.* vbi infinitos propemodum concordantes deducit, & Illuſtriſſimum *Cardin. Tuſch. concluſ. infra citanda 44. n. 29.*

5 Idem iuris eſſe concludito, quando ipſamet ſcriptura diuerſa manu reperitur conſcripta, tunc enim redditur ſuſpecta, pulchrè *Card. Tuſc. concl. ſua 44. numar. 10 in litt. F,*

6 Nota tamen aliquos opinatos eſſe, diuerſitatem ipſius attramenti inducere dumtaxat leuem falſitatis præſumptione huiuſq; opinionis exiſtere *Soc. & Pariſ. relati per Farinaccium d. q. n. 156.*

7 Sed tu dicas, quod an leuis, an probabilis oriatur ſuſpitio, multum eſſe arbitrio iudicis tribuendum. Sic eleganter *Cl. Menoch. de arbitr. libr. 2. centuria ſecunda, caſ. 187. numer. 36. & 38. in fine, & ſequutus eſt D. Farinaccium d. q. 153. numer. 157. & 158.* vbi ſubdit aduertendum eſſe, quod poteſt diuerſitas attramenti quandoque apparere propter mutationem calami, ſeu attramenti, quæ ſi probetur tollitur ſuſpitio inde reſultans, allegat *gl. in dict. capit. in memoriam, in verſic. falſam, in verſ. item dicitur falſa, & Præpoſitum ibi*, ac alios, cum conſulas.

8 Tertia falſitatis præſumptio principalis eſt illa, quę oritur diuerſitate ſtyli, varietas enim ſtyli falſitatem vtique arguit ſic pręcisè in terminis ſcripturæ priuatæ docuit eleganter *Clariſs. Menochius conſ. ſuo 190. num. 7. cum duobus ſeqq.*

9 Exemplum autem de facili poteſt eſſe conſueuit quidam puta Hieronymus ſemper ſubſcribere nomen ſuum cum aſpiratione illa; in quadam autem aphoca appoſitum eſt nomen abſq; illa aſpiratione, autumant communiter DD. in hoc caſu, apocham illam de falſo redargui poſſe, propter diuerſitatem illam ſtyli. Sic eleganter in his pręciſis terminis Hieronymi pro inualiditate, ſeu falſitate poblici teſtamenti, quod magis eſt, reſpondit *D. Socinus iunior, conſ. 189. n. 56. & 57. in ſecundo, quem ſequutus eſt Cl. Menoch. d. conſ. 199. n. 10. & lib. 5. pręſumpt. 20. numer. 18. & 19.*

10 Sic quoque celeberimus Decian. conſ. ſuo 108. nu. 62. in ſecundo, ob ſupradictam diuerſitatem ſtyli, pro inualiditate, ſeu falſitate nonnullarum litterarum Cambij reſpondit, ex quo quidem nomine Ioannes illarum ſcriptor ſolitus erat ſemper ſcribere nomen ſuum Ioan. cum littera I, in ſubſcriptione vero illarundem extabat illius ſubſcriptio cum littera G.

11 Conferunt mirum in modum ſcripta per *Cl. Farinaccium d. q. 153. n.. 159.* vbi proponit præſumptionem iſtam falſitatis reſultantem ex diuerſitate ſtyli reſpectu litterarum Apoſtolicarum, & publicorum, & inſtrumentorum, ibique plures de hoc concordantes deducit ipſum conſulas.

12 Mihi tamen (vt verum fatear) iſthæc DD. opinio quod ſupradictam præſumptionem, non ſatis probatur, arbitror enim nimis leuem eſſe ſuſpicionem illam fraudis promanantem ex diuerſitate illa ſtyli, quando ſcilicet ſcribitur Hieronymus cum aſpiratione, & quando ſine; & propterea ſcripturam illam priuatam non adeo facile ſuſpicionem falſi laborare dicerem: iam enim conſtat de clara mente ſcribentis, quæ ante omnia eſt attendenda; Quid ergo? opinor ego tunc dictæ præſumptioni locum eſſe, concurrentibus alijs circumſtantijs, & coniecturis falſitatem ipſam iudicantibus, prout contingit in caſibus, ſuper quibus reſponderunt *Soc. ac Decian. ſupra relati, Cogita.*

13 Quarto principaliter præſumitur, & oritur ſuſpitio falſitatis ex diſſimilitudine, ſeu varietate dictaminis infectione ipſiuſmet ſcripturę priuatę Sic in ſimili poſt Speculatorem, *& Iaſonem. probauit Clariſs. Maſcard. concl. ſua 741. numero 39. Addo Decian. conſil. 99. numero 19. in ſecundo.* Conferunt etiam ſcripta ſupra præſumptione præcedenti.

14 Quinto oritur præſumptio falſitatis ex actu, ſiue modo inſolito, ſiue ex appoſitione Clauſulæ non conſuetæ in ipſamet ſcriptura priuata. Nec ſanè mirum; Actus enim inſoliti ſine dubio ſuſpicionem arguunt, & generaliter, qui recedit à ſolito, ſuſpecto eſt. Sic eleganter docuit in ſimili poſt plures relatos *D. Maſcard. dict. concluſ. 741. numero 37. & D. Menoch. libr. quinto præſumptione 20. numero 20.* Sequutus eſt *Clariſſimus Vir Dominus Farinac. dicta quæſtion. 153. numer. 162. cum duobus ſequentibus*, vbi tamen ſubdit præſumptionem iſtam non præcedere, quando ex aliqua iuſta cauſa particulari fuit in ipſamet ſcriptura appoſita aliqua clauſula inſolita, & quando modus ipſe inſolitus eſt bonus, & laudabilis, & latius vt per eum, quem etiam in hoc propoſito conſulas ſua Praxi, & Theorica criminal. titul. de pœnis temperandis, *quęſt. 89. numero 121. cum quatuor ſequentibus*, vbi pulchrè, adeundus quoque *Card. Tuſchus dict. concluſ. 44. numer. 26.*

15 Quænam autem Clauſulæ dicantur inſolitæ, inconſuetæ, congerit *Clariſs. Maſcard. concluſ. ſua 299.* vide per eum.

16 Sexto principaliter oritur ſuſpitio falſitatis ex Clauſula non habente rectam, aut perfectam conſtructionem. Sic præcisè poſt nonnullos relatos *Dominus Menoch. libr. quinto de præſumptionbus capitulo vigeſimo, numero vigeſimoquinto*, Sequutus eſt *Clariſs. Farinaccius dicta quęſtion. 153. numer. 153.*

17 Idem iuris eſſe concludito, quando in ipſamet ſcriptura priuata ineſſet falſa Grammat. vel Latinitas, quod tamen intellige, ſi propter dictam Latinitatem falſam, alteraretur ſenſus ipſius diſpoſitionis, ſeu per eam veritas occultaretur, aliter ſecus: tunc enim veritas, & ſubſtantia non autem qualitas verum inſpiceretur. Sic eleganter, & pulchrè colligitur ex ſcriptis per *D. Farinac. d. q. 153. num. 151. 152. & 154.*

18 An autem, & quando Latinitas falſa vitiet diſpoſitionem, diſcutit *Card. Tuſch. concl. ſua 11. in littera L.* vide per eum.

19 Septima oritur præſumptio falſitatis in ipſamet ſcriptura priuata ex diuerſitate papyri, ſeu chartę, & ſigni. Sic in terminis ipſius ſcripturæ priuatæ, docuit *Cl. Menoch. dict. conſ. 199. numer. 8. & de præſumptionib. libr. 5. præſumpt. 20. numer. 40.*

Confe-

Conferunt mirum in modum ſcripta in ſimili de pu-
blico inſtumento pro *D. Maſcar. dicta concl.*740. *numer.*
*vigeſimoprimo,& per D.Farinaccium dicta concl.*153.*num.*
166. *vide per eos. Addo quo Card. Tuſchum d.concl.*44.*nu-*
*mer.*13.*&* 14.

21 Mihi tamen iſthæc Scribentium opinio in hac præſũ-
ptione non ſatis arridet ; arbitror enim ego ex eo nullo
pacto falſitatem in ipſamet ſcriptura probari poſſe,
quod vnum folium ſit diuerſi papyri, aut ſigni , & quod
vna charta ſit longior altera , dummodo in ea aliud vi-
tium viſibile minime contineatur,& ſic ſenſerunt etiam
Addentes ad *Albam,in conſ.ſuo 99. in litt.E.* moti autho-
ritate *Caſtren.in ſuo conſ.*371.*lib.*1.

Octaua falſitatis coniectura oritur ex eo , quod in vno
22 libro plures reperiantur quinterni ligati , quorum vnus
non eſt ſimilis alteri , vt puta , quia vnus continet plures
chartas , quam alter . Sic præcisè in terminis cuiuſdam
libri rationum à priuato confecti, docuit ſubtiliſ. *Barbat.*
*omnino videndus* , *conſ.ſuo* 54. *numero tertio verſ. appa-*
*ret* etiam falſificatus in tertio. Sequutus eſt in ſimili
poſt plus concordantes adductos *Clar. Farinac.dict.quæſt.*
153. *numero* 168. *&* 169. vbi ſubdit etiam ex eo falſi-
23 tatem argui in ipſomet libro , quod foramina repe-
riantur vacua in cooperta ipſius , tunc enim , quia
ſignum eſt , quod inde folia iam conſuta fuerunt extra-
cta , propterea ipſamet falſitas arguitur , adde *Card.*
*Tuſch. dict. concluſ.ſua* 44.*numer.*54. vbi tradit in ſimili
folium repertum de per ſe , non affoliatum , neque com-
paginatum cum alijs , falſitatis ſuſpitionem inducere , &
propterea concludo ego , ſi apocha aliqua in ipſo folio
deſcripta reperiatur ,eamdem ſuſpitionem falſi minime
vitare .

24 Nona falſitatis præſumptio principalis oritur , ſi in
charta recenti reperiatur ſcripta apocha aliqua antiqua,
& conſtaret , quod tempore quo ipſamet apocha confe-
ctu fuit , charta illius ſpecies non fabricabatur , & è con-
uerſo , ſi in charta antiqua reperiatur ſcripta recens ali-
qua ſcriptura . Sic in ſimili de inſtrumento publico om-
nium elegantiſſimè tradidit poſt plures concordantes
deductos *Cl.Farinac.d.concl.*153.*num.*170. cum tribus ſe-
quent. quem conſulas Adeundus quoque D. Maſcardus ,
concluſ.ſua 740. num.21.& 22.& D. Menoch.lib.5. præ-
ſumpt.20. num.1. adde etiam Dom. Card. Tuſchum, d.
concl.44. num.28. vbi in ſimili tradit poſt alios,quod at-
tramentum recens in charta antiqua reddit ipſam ſuſpe-
ctam de falſo .

25 Aduertere tamen , quod hæc ſola præſumptio in eo
caſu,in quo recens ſcriptura reperitur in charta antiquà,
ex communiori non concludit falſitatem , quoniam in
pagina etiam antiqua quis recenter ſcribere poteſt , vt
poſt nonnullos relatos meminit idem *D.Farinacc.d.q.*153
*n.*174.*&* 175. vbi ſubdit hanc præſumptionem bene ſuf-
ficere ad transferendum onus probandi contrarium in
aduerſarium , & latius vt per eum .

26 Decima falſitatis præſumptio generaliter ſumitur ab
inuerisimilitudine , quæ ex communi omnium ſcriben-
tium cõſenſu falſitatem ipſam prẹſefert,& in ſpecie,quod
ad probandam falſitatem in ſcriptura priuata maximè
attendatur inuerisimilitudo tradidit *Clar. Menoch. dict.*
*conſil.ſuo* 199. *n.*11. *verſ.quinto arguetur , & num.*12. vbi
loquitur in præciſis terminis Apochæ ; Sequutus eſt *Cra-*
*uett.conſ.ſuo* 28. *n.*1.*in fine* , vbi loquitur in ſpecie de libro
rationum,quem *Crauet.* inſequutus eſt etiam *C. Maſcard.*
*d.concl.ſua* 740. *n.*3.

Conferunt mirabiliter in hoc propoſito ſcripta de
inſtrumento publico per *D.Maſcardum præcitata concluſ.*
*num.*35. *& per D. Farinacc.dicta quæſtione* 153. *num.*176.
*&* 177.eos conſulas. *Adde Clar. Menoch.de præſumptio-*
*nibus lib.* 5. *c.*20. *n.*12. *cum duobus ſeqq.* vbi varijs modis
exemplificat, vt per eum, & ſubdit in fine, quod in mate-
ria falſi veriſimilitudo eſt multum ſpectanda , adeundus
quoq;*Card. Tuſch.d.concl.*44.*n.*18.

27 Vndecima coniectura principalis falſitatem redolens
in ſcriptura priuata,deducitur,quando defficiente ſpacio
in charta,carmina reſtricta reperiuntur,cum à principio
potuiſſent latiori ſpacio ſcribi.

28 Exemplum pro faciliori intelligentia . Ponas in apo-
cha,in qua quinque, aut ſex poſteriores lineæ præceden-
tes ſuſcriptionem ipſius ſcripturis , ſcriptæ fuerint augu-
ſtiſſimo quodammodo,& diuerſiſsimo ſtylo, ſeu ordine
ordine ab alijs lineis ; quia deficiebus ſpacium chartæ ,
& tamen poſt ſubſcriptionem eiuſdemmet ſcriptoris ſu-
pereſſet ſpatium chartæ , quod ſufficeret lineis quinde-
cim aut viginti. Sic eleganter in ſimili de inſtrumento
publico exemplificauit *D. Alba conſilio ſuo 99. numer.fin.*
vbi ſubdit hanc falſitatis coniecturam ſibi videri admo-
dum efficacem. Hoc idem tradidit quoque reſpectu
cuiuſdam teſtamenti *Dom. Socinus iun. conſilio ſuo qua-*
*drageſimoprimo , numero* 7.*verſ.tertio ſuadetur.volum.pri-*
*mo*, & ſequutus eſt hæc omnia *Clar. Farinacc.dict.q.*153.
*numer.* 188.

29 Duodecima , & non modica falſitatis præſumptio eſt
illa , quando in ſcriptura priuata de recenti ſtipulatione
vallata teſtes in ipſa nominati, ex hac vita ſubtracti repe-
riuntur , cum enim veriſimila memini videatur , quod
omnes mortui ſint tam cito propterea ex hoc oritur
ſuſpitio quædam, & efficax ipſius falſitatis . Sic omnium
elegantiſſimè in terminis cuiuſdam apochæ priuatæ tra-
didit *Clar.vir,& nunquam ſatis laudatus D.* Menoch.*conſ.*
*ſuo prẹcitato* 199. *n.*13. Sic etiam in ſimili de publico in-
ſtrumento de recenti ſtipulato , docuit *Dom.* Maſcardus
*dict.concluſione* 740.*num.*8. *&* 9. & ſequutus eſt poſt plu-
res alios relatos *Clar.Farinac.d.concluſ.*153.*num.*179. *&*
180. vbi etiam ſubdit , hoc idem procedere quando ex
duobus teſtibus in ipſamet ſcriptura nominatis vnus eſt
mortuus,& alter dicit ſe non interueniſſe,& latius,vt per
eum,quem conſulas.

Addo eumdem *Dominum Menochium de præſumptio-*
*nib.libr.*5. *c.*20. *numer.*7. vbi plures concordantes dedu-
cit,adeundus,quoque *Card.Tuſchus dict.concl.*44. *numer.*
23.*& prius ſub num.*22. vbi idem iuris ſubdit,quando te-
ſtes nominati erant incogniti;& forenſes , & ſcriptura
confecta fuit in loco , in quo frequentia teſtium cogni-
torum aderat , & latius , vt per eum, quem omnino con-
ſulas .

30 Tertiadecima falſitatis præſumptio oritur ex tardita-
te in producendo ipſam ſcripturam priuatam , ad notata
*in l.ſi quis forte,§.primo de pænis* , & ſic poſt plures con-
cordantes adductos docuit in ſimili *Clariſs.* Maſcardus *d.*
*concluſione ſua* 740. *numer.* 17. vbi ſubdit , id eſſet in
cauſa,quoniam ex interuallo, & tarditate arguitur ſuſpi-
tio , id quod etiam ſequutus eſt nomenclator egregius
31 *Dominus Farinaccius dic. quæſtione* 153. *numer* 182. Con-
fert hic mirum in modum illud Axioma , quod reus con-
uentus præſumitur fouere malam cauſam,quando diù di-
ſtulit opponere ecceptiones ſua prout poſt *Ancharan.*
*Caſtrenſem Crauett. ac alios* , tradit elegenter *Dominus*
*Menochius de prẹſumptionibus lib.*2. *cap.*91. *numer.* 8. *Vi-*
*dendus idem* Menochius *de hac materia lib.*5.*præſumpt.*20.
*num.*39.

32 Et hæc eſt receptiſſima Concluſio,quidquid titubaue-
rit *D.Surd.conſ.ſuo* 142.*n.*83. ea ratione motus, quod ne-
mo inuitus cogitur de iurib.ſuis experiri .

33 Quartadecima præſumptio falſitatis in ipſametſcri-
ptura priuata,deducitur,quando charta, in qua ipſa ſcri-
pta eſt,reperitur inciſa . Sic eleganter in ſimili poſt non-
nullos concordantes deductos, docuit Dom.Farinaccius
*d. concl.*153. *n.*184.

Idem iuris eſt, quando ordo ſubſtantialis præpoſitus
34 eſt pulchrè *Card.Tuſch.d.concl.44.n.77.*

35 Quintadecima præſumptio falſitatis in ipſamet ſcriptura priuata oritur ex charta immunda, maculata,& vituperata, ex allegatis per *Præpoſitum in capitulo in memoriam, num.decimo, verſic.quia charta eſt immunda, vel vituperata, dict. 19. Sequutus eſt Bald.in leg. contractus, numero 22. Cod. de fide inſtrument.* (dum protulit hæc verba.)

36 Et adde, quod non ſolum ſcriptura debet eſſe munda, ſed etiam charta in qua ſcribitur vnde propter viliſſimam, & immundam chartam, ſcriptura eſt ſuſpecta, & ideo ſi in Curia Romana charta eſt perforata, & reperiretur ibi Bulla, reputaretur Bulla falſa, & non daretur ei fides, & idem in Romana Curia in literis Papæ, in quibus decet eſſe omne mundum. Hactenus *Bald.qui & hoc idem docuit in capitulo ex litteris,num.8.extra de fide inſtrumentorum, titulo eodem*, vbi etiam ſubdit, quod veritas omnem vituperationem abhorret; item, quod veritas vituperationem non recipit,item,quod veritas ſine macula eſſe debet. *Addo Alex.conſil.ſuo* 175.*nu.*2. *in ſeptimo*, vbi tradit,quod vituperatio ſcripturę tollit fidem,& transfert onus probandi illius veritatem in producentem. *Monticellus Regulla ſua criminali* 15. *num.*128.*cum ſeq.* vbi de charta maculata, aut fumo infecta, *Gamill.Borell.conſ.ſuo* 23.*num.*5.vbi de pagina attramento conſperta,& maculata, *& D.Decian.conſ.ſuo 99.num.18.verſic.quibus additur, in ſecundo*, vbi de charta infecta ſudore, & manum ſordibus. Addas etiam *Cl. Maſcard.concl.ſua* 284. *numer.*1. & 2. & eminentiſſimi ingenij virum *D.Farin.dict. concl.*183. *num.*185.

Verum hæc præſumptio recipit tres declarationes.

37 Prima quidem eſt, vt procedat, quando vituperatio & macula adeſt in loco ſuſpecto, & ſubſtantiali, alias ſecus.

38 Secunda, ſi ipſamet ſcriptura fuit producta in iudicio, penes Notarium actorum, ſine aliqua macula, & poſtea reperiatur maculata, non per hoc ipſius fides imminueretur.

39 Poſtrema vero eſt, nam licèt iſto caſu ipſamet ſcriptura ſit ſuſpcta,& aliqualiter ei de fide detrahatur propter vituperationem, aut maculam ipſius chartæ, non tamen per hoc dicitur falſa, Sic eleganter docuit hæc omniam *Cl.D. Maſcard.d. concl.ſua* 284. ad quem ſe retulit *Card. Tuſchus concl.ſua* 106. *in litt. C.* & repetijt longe latius per *Illuſtr. Farinac. dict.quæſt.*153. *numer.*186. *cum duobus ſeqq. eos conſulas.*

40 Sextadecima principalis falſitatis pręſumptio oritur ex ipſa ſcriptura priuata facta ſine debita ſolemnitate. Sic in ſimili poſt infinitos relatos docuit *Cl.Farinac.d.conſil.*153. *numero* 191. eum conſulas. *Addo Veral.deciſione 3.part. ſecunda, & D.Menoc.libr.quinto præſumptione* 20. *numero* 43. vbi ſubdit, idem iuris, quamdiu fuit obſeruatum contrarium eius, quod ipſamet ſcriptura expreſſum erat.

41 Septimadecima coniectura, quando quis aſſerit in iudicio ſe nolle vti ipſamet ſcriptura priuata ea de re confecta, ſed in eadem contenta velle comprobare teſtib. Sic præcisè poſt Corneum, Curtium iuniorem,& *Crauett.docuit in ſimili Clar. Menoch. libr. quinto præſumpt.* 20. *numero* 22.

42 Octauadecima eſt coniectura, quando ex pluribus teſtibus in ipſamet ſcriptura deſcriptis, aliqui tantum producerentur examinandi. Sic poſt *Aret.& Crauet.D. Menoch.it ſimili d.præſumpt.* 20. *n.*23.

43 Nonadecima coniectura falſitatis oritur ex immodica diligentia,& ſolicita cura,quod ſcriptura ipſa priuata admittatur, & recipiatur, ſic præcisè in terminis ſcripturæ priuatæ docuit eleganter *Cl.Menoch.conſ.ſuo* 199. *numer.* 7.& repetijt de præſumptionibus *d.præſumpt.*20. *lib.*5.*nu.*28. *Addo Card.Tuſch.d.concl.*44.*n.*79.vbi poſt *Menoc.dict conſ.*199. *nu.*7. tradit, quod diligentia nimis accelerata arguit ſuſpicionem falſi.

44 Vigeſima falſitatis præſumptio deducitur, quando Pāphilius puta in chirographo aſſeruit pecuniam fuiſſe a Meuio debitore datam Sempronio creditori, & ab ipſomet Sempronio receptam, vel è contra, & tamen vere coram ipſo pecunia non adfuit; nam tunc proculdubio arguitur falſitas. Sic in ſimili poſt nonnullos relatos tradidit *Cl. D. Menoc.libr.*5. *de præſumption.d. præſumpt.*20. *numer.* 29.

45 An autem, & quando Notarius, qui in inſtrumento teſtatur pecuniam numeratam,quæ numerata non fuit, de falſo puniri poſſit,non eſt præſentis ſpeculationis, ſed beneuolum lectorem remitto ad ſcripta per *Cl. Farin. d. ſuo trac.de ſimulatione & falſitat.q.*154.*p.*4.*per totam*,vbi omnium elegantiſſimè.

46 Vigeſimaprima falſitatis ſuſpitio oritur,quando is, qui produxit ipſam ſcripturam priuatam, fuit ſæpe, & ſepius interrogatus,an eadem vti vellet,& is reſponderit ſemper ſuboſcurè, & dubitatiue;nam tunc inſurgit aliqua ſuſpitio falſi. Sic eleganter poſt lapum; *Felmum, & Neuizanum, animaduertit in ſimili D.Menoc.d. pręſumpt.*20. *numer.*33.

47 Vigeſimaſecunda coniectura eſt, quando ipſamet ſcriptura continet renunciationem immenſi iuris,& aliqua cauſa ipſius renunciationis minus vera fuit narrata; nam tunc falſi ſuſpitio reſultat; Sic pręcisè docuit in ſimili *D. Menoc.d.præſumpt.*20. *n.*34.

48 Vigeſimatertia coniectura eſt,quæ ſumitur ex qualitate perſonæ contrahentis, quæ cognoſci non potuit tempore celebrati contractus,cuius eſſet ætatis qualitatis;ita poſt Ruin. animaduertit *Dom. Menoch.d. præſumpt.* 20. *numero* 35.

49 Vigeſimaquarta coniectura eſt, quando ipſamet ſcriptura fuit clam;& in loco abdito, & obſcuro confecta. Sic poſt *Ruin.& Crauet.D.*Menoc.*d.præſumpt.*20.*num.*36. *Addo Card.Tuſc.d.concl.*44.*n.*19. *& n.*61. vbi docet,quod tempus noctis arguit ſuſpitionem, quando de die actus fieri potuit.

50 Vigeſimaquinta falſitatis coniectura ea poteſt eſſe, quando ille, qui per ſcripturam aliquam priuatam ius ſuum renunciauit, ſtetit ſemper in poſſeſſione eiuſdemmet iuris renunciati, donec vixit: nam tunc fraudis ac coniectura falſitatis ſumitur. Sic præcisè *Dom. Menoch. dicta præſumptione* 20. *num.*37. *& n.*56. vbi è contra docuit, quod tunc ceſſat coniectura ipſius falſi, quando is, pro quo confecta fuit ipſa ſcriptura,iamdiu ſtetit in poſſeſſione rei ſibi renunciatæ, vel donatæ, & latius, vt per eum,quem conſulas. *Videndus idem libro 3 præſumptione* 122.*n.*110.*&* 112. *& de arbitrarys lib.*2. *centuria prima, caſu* 39. vbi omnium elegantiſſimè. Addas hac materia *Clar.Maſcar.concluſione ſua* 439. *de probationibus, & ſtatutum noſtrum Patauinum ſub Rubr. de Alienationibus.& obligationibus,c.ſi aliquis emit.*

51 Vigeſimaſexta præſumptio falſitatis oritur, quando conſtat eum, qui aſſeritur falſificaſſe ſcripturam illam priuatam, de qua eſt contentio, perquiſiuiſſe antea ſcripturam illi ſimilem, vt ſortem inde exemplum ſumeret. Sic pręcisè in terminis ſcripturæ priuatæ tradidit *Clariſs. Menoch.dict.conſilio ſuo* 199.*num.*6. *id quod etiam repetijt d.præſump.* 20.*nu.*38. *Addo Card.Tuſcum Concluſ.ſua* 44. *numero* 9. *in littera F*, vbi etiam tradit, quod litterarum imitatio, quæ non ſit calamo currenti ſcripta arguit falſitatem.

Vigeſimaſeptima coniectura eſt,quando ipſamet ſcriptura fuit confecta inter ignotos. Sic in ſimili de inſtru-

mento

mento publico, poſt *Crauettam docuit Clariſ. Menoch. d. præſumption.* 20. *n.*41.

53 Vigeſimaoctaua coniectura eſt, quando falſa ipſamet ſcriptura priuata fuit expreſſa, tunc enim oritur præſumptio falſitatis. Sic præcisè idem *Dom. Menoch. dicta præſumption.* 20. *n.*42.

54 Vigeſimanona præſumptio falſitatis reſultat, quando quis ſcripturam aliquam priuatam, quæ intereſſe commune, ſeu alienum complectatur, celat, atque occultat, tunc enim quia ipſemet occultans dicitur in dolo; ideo falſum committit. Sic præcisè notatur *in l, Paulus, ff. ad leg. Cornel de falſis;* ſequutus eſt poſt infinitos relatos, *Clariſs. vir. Do. Alex. Trentacinquius, Variarum reſolution. lib.* 2. *tit. de fide inſtrumentorum reſolutione prima, n.*2.

55 Iure merito autem dixi (quæ intereſſe commune, ſeu alienum complectatur,) quia ſi occultans propriam aliquam ſcripttram, in qua de nullius intereſſe ageretur occultaret, non diceretur in dolo, & per conſequens falſum non committeret. Sic eleganter poſt alios animaduertit idem *Dom. Trentacinquius, dicta Reſolutione prima, num.*1.

Et videndus per totum, vbi, an, & quando occultans proprium inſtrumentum, dicatur in dolo, & falſum committat; omnium exactiſſimè diſceptatur.

56 Trigeſima coniectura eſt, quando quis exhibet libros, & codices rationum mancos, & mutilatos, tunc enim, quia id doloſè facere preſumitur, oritur etiam ſuſpicio falſitatis, quæ ſine dolo non committitur. Sic eleganter in terminis de dictis libris tradidit *Clariſ. Menoch. conſilio ſuo* 506. *num.*108.

57 Aliam quoque falſitatis præſumptionem in terminis cuiuſdem libri rationum, & ſic ſcripturæ priuatæ conſiderat adhuc ſubtil. *Barbat. conſ. ſuo* 55. *in tertio, nu.*3. *vide per eum.*

Nonnullas alias quoq, adinuenies penes *Dom. Menoch. d. præſumptione* 20. *per totam*, eum conſulas. Adeas quoque in hac materia *Cl. Peregr. conſ.*108. *in quinto, & nouiſſimè, Illuſt. Car. Tuſchum d. concl.*44. vbi omnium latiſſimè, eum omnino conſulas.

58 Differuimus hucuſque de quamplurimis falſitatis præſumptionibus, ſeu ſuſpicionibus ex ſcriptura merè priuata varijs ex cauſis reſultantibus: nunc autem ſupereſt videre, an in ipſo crimine falſi ſola ſuſpicio habeatur pro falſitate, & ſic an falſitatis præſumptiones faciant in eodem crimine concludentem probationem. Pro cuius quidem articuli exactiſſima cognitione, ac intelligenda, videndi *Clariſs. viri Gabriel. libro* 7. *ſuarum concluſ. tit. de Maleficijs, concluſ.*6. *Menoch. libro* 1. *præſumpt.*99. *& D. Farinac. dict. ſuo tract. de Falſitate, & ſimulatione, quæſtione ſua* 152. *per totum*, vbi latiſſimè, ſat enim mihi in hoc propoſito eſt loca indicaſſe. *Adde Viuium deciſ.*81. *lib.*1. *& Card. Tuſchum concluſion.*45. *in littera F.*

59 Si quis autem pro perfecta huiuſce materiæ cognitione non ignorare cuperet, ex quibuſnam cauſis ſupradictæ coniecturæ, & falſitatis præſumptiones dilui, vel ſaltem extenuari poſſint, adeat *Clariſſ. Menoch. d. præſumpt.* 20. *a num.*44. *vſque in finem*, *& Clariſſ Monarcham. Iuriſtarum D. Farinaccium d. ſuo tract. de Falſitate, & ſimulatione, quæſt.*153. *parte* 10. *per totam. Satis.*

## Diuiſio bonorum an per ſcripturam priuatam probari poſſit.

### QVÆSTIO II.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio in dubio non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Diuiſio bonorum probatur per ſcripturam priuatam.*
3 *Amplia, ac limita, vt per Card. Tuſchum.*

DIuiſionem in dubio non præſumi, niſi probetur, colligere eſt ex reſcripto Imperatorum Diocletiani, & Maximiani, in *l penultima, C. communi diuidundo*, vbi Do-
1 ctores omnes. Et ſequutus eſt inter alios *Cl. Maſcardus concl. ſua* 527. *nu.*1. Videndum eſt modo, An per ſcripturam priuatam ipſa probari poſſit?

2 Et reſolutiuè procedendo, conclude pro affirmatiua. Sic præcisè inter alios *Illuſtriſſ. Card. Tuſcus concl. ſua....in littera D, num* 1. vbi docet, quod ipſamet diuiſio non requirit regulariter de ſubſtantia ſcripturarum, ſed dumtaxat ad probationem, quæ quidem poteſt fieri ſiue per publicam, ſiue priuatam, ſiue per teſtes.

3 Amplia, extende ac limita ſupradictam concluſionem varijs modis, de quibus ſigillatim diſceptatur. Idem *Card. Tuſchus prædicata concluſione.* eum conſulas. Non enim ex ſcriptis ſcripta abſque lectoris vtilitate conficienda ſunt.

## Dominium an per ſcripturam priuatam probari poſſit.

### QVÆSTIO VIII.

1 BReuiter conclude pro negatiua. Sic eleganter notatur in *l. cum res, C. de probationibus.*

2 Amplia vt nec etiam per inſtrumentum publicum, quod magis eſt, dominium ipſum probari poſſit, vt pulchrè poſt alios firmauit pro regula *Clar. Maſcard. concluſ. ſua* 541. *n.*1. quem conſulas. Adeundus ipſemet *Maſcar. d. concl. per totam*, ibi enim, an, & quando, in quibus caſibus dominium ipſum per inſtrumentum probari poſſit, eleganter ediſſerit, conſulendus quoque *Illuſtr. Card. Tuſcus concl. ſua* 611. *in littera D, per totam*, vbi omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè de materia.

## Emancipatio an probari poſſit per ſcripturam priuatam.

### QVÆSTIO IX.

SVMMARIVM.

1 *Emancipatio regulariter probatur per ſcripturam.*
2 *Et ſic per ſcripturam priuatam.*

1 CVm emancipatio probari principaliter debeat per ſcripturam cum omnino in ſcriptis fieri debeat, vt notant communiter *Doct. in lege emancipatione, C. de fide inſtru-*

*inſtru-*

*inſtrumentorum*, & tradit poſt plures alios relatos *Cl. Maſcar.concl.ſua* 598.*num.*1.*quem ſequutus eſt Card.Tuſc. concluſ.ſua* 115.*in littera E.*

Dubitari hoc loco commodè contingit, an id per ſcripturam priuatam fieri poſſit.

2 In qua quidem difficultate concluſio ſit pro affirmatiua,dummodo ipſa ſcriptura ſit confeſſata,ac per partes recognita,& maxime,quanda trium teſtium ſubſcriptiones ſuas recognoſcentium ſubſcriptione munita ſit,latius de eiuſdem materia per *Maſcardum loco admonito*.

## Hypotheca an oriatur ex ſcriptura priuata veluti apodiſſa.

### QVÆSTIO X.

1 HVic quidem difficultati ſatisfaciendo,conclude breuiter pro negatiua. Sic præcisè, & ex profeſſo pluribus rationibus motus, docuit ſubtiliſ. *Anton. Faber de erroribus pragmaticorum, p.*1. *decad.*1. *errore primo*, vbi quoque *Cæpol.Boetij*, ac aliorum opinionem improbauit,dum rati ſunt, debitorum omnium bona omnia tacito pignoris iure creditoribus hoc ipſo eſſe ideo obligata, licet de pignore nullo modo conuenerit,eum omnino conſulas.

Fallit autem iſthec concluſio, dummodo conſtet de mente contrahentium ipſam hypothecam volentium conſtituere; nam tunc ſine dubio ipſa per Scripturam

2 priuatam poteſt conſtitui, ad tradita per nos infra ad interpretationem *l.ſcripturas C. qui potior.n.*2.

3 Nec ſane mirum. Simplici enim voluntate hypotheca ipſa conſtitui poteſt,pulchrè *Cephalus.conſ.*41.*n.*19.*in* 1. & ſequutus eſt poſt plures relatos *Illuſt. d. Card. Tuſch. concl.ſua* 79.*n.*77. *in litt. S*, Nota tamen, quod ad præiudicium inſtrumenti publici hypotheca non competit ex-

4 apodiſſa, ſeu ſcriptura Priuata, niſi ipſa ſit trino teſte ſubſcripta, & ſic ſit ſcriptura ſolemnis. Sic præciſè voluit dicere idem *d.Card. Tuſcus concl.ſua* 116.*num.*1.*in littera H.*Et nos latius infra ad interpretatione dictæ legis.

5 An autem & quando recognitio chirographi cũ hypotheca bonorum retrotrahatur, necne, diſſerit inter alios Ioannes *Baptiſta Coſta, in ſuo tract. de retrotract.caſ.* 6.*c.*8. *per totum*, vide per eum adeas quoq. *D.Ioan.Guttier.pract.quæſt.lib.*1.*q.*125.

---

## An ſcriptura priuata manu presbyteri conſcripta fidem faciat.

### QVÆSTIO XI.

*SVMMARIVM.*

1 *Scriptura priuata manu præsbyteri ſcripta minimè probas.*
2 *Ratio,& n.*3.
4 *Scriptura presbyteri non Notarij, nec ad pias cauſas probationem inducit.*
5 *Ratio.*
6 *Scriptura priuata præsbyteri etiam parochi minimè probat.*
7 *Idem eſt in ſcriptura Fratris.*
8 *Limita hoc, quando frater in ſeculo exiſtens ipſo Tabellionatus officio functus eſſet,& n.*9.
10 *Contraria opinio verior eſt.*
11 *Clericus in ſacris conſtitutus regulariter tabellionatus officium exercere prohibetur.*
12 *Poteſt bene multis in caſibus, de quibus per Marcum remiſſiuè.*
13 *In ciuitate Venetiarum plena fides ſcripturis præsbyterorum,ac ſacerdotum adhibetur.*

An ſcriptura priuata manu presbyteri confecta fidem faciat? Dubitatur.

1 IN huiuſmodi difficultate (ne diutius lectorem morer) conclude pro negatiua,ſic præcisè poſt *Card.Zabarell. conſil.ſuo* 73.*Ioannem Dilectum, de arte teſtandi, & alios docet Camill. Borell.conſil.ſuo* 37.*num.*4. *Addo Proſperum Paſſetum conſ.ſuo* 162.*num.*21.

2 Et ratio (mea ſententia)ea poteſt eſſe; quia ſi ſe immiſcerent indifferenter in tabulis officijs,poſſent ſe de facili in genere in actibus penę ſanguinis,quod prohibitum eſſe clericis in ſacris cōſtitutis adeo notum eſt,quam quod notiſſimum, text.expreſſus in c.clericis, iuncto c.ſententiam ſanguinis, ne Clericis,vel Monachi.

3 Adde, quod ſcripturas priuatas conficere, genus eſt, quoddam negotiationis,quod clericis vetitum eſſe apertiſſimum eſt.

4 Ampliatur, vt nec etiam ad pias cauſas ſcriptura preſbiteri non Notarij probationem inducat. Sic præciſe inter alios *Benedictus Capra conſil.ſuo* 57.*Dec.conſ.ſuo* 56.*&* 120.*num.*1.*Borell.d.conſ.numer.*5.*& Preteus conſil.ſuo* 80. *num.* 36.

5 Nec mirum: Priuilegium enim piæ cauſæ non ſupplet defectum, & inhabilitatum ſcribentis, prout ſingulariter docuit *Bald. per illum text.in l.fraudem,§. ſi quis, ff.de milit. teſtam.*

6 Ampliatur ſecundo, etiamſi præsbyter ille eſſet Parochus,ſic poſt *Card.Pariſ.conſ.ſuo* 146.*num.*2.*&* 3.*in quarto, Borell.d.conſ.ſub num.*6.

7 Ampliatur tertio idem iuris eſſe in Fratre, nam ideò minus ſcriptura priuata per eum confecta minimè probat, ſic ſuper quadam ſchedula confecta per quemdam fratrem *Paulum Priorem Conuentus D.Auguſtini,Reſpondit Dec.conſil.ſuo* 612.*num.*4.vbi ampliat,etiamſi præfata ſcriptura fuiſſet à partibus approbata.

8 Claudicat autem ſupradicta enunciatio,& primo,quādo Frater ipſe in ſeculo exiſtens, ipſo tabellionatus officio functus eſſet, adhuc enim poſſet. *tex. eſt rotundus in c. vt officium,ad conſcribendas,de hæret.in* 6.

9 Hinc poſt Durantem, docet *Maſcar.concl.ſua* 1293.*n.* 5.Præsbyterum Parochialem, qui in villis, ac caſtris ad ſcribendum teſtamentum adhiberi ſolet, non rectè ad id peragendum admitti,niſi Notarius antea extiterit.

10 Aduertendum eſt tamen, contrariam opinionem veriorem eſſe.

11 Regulariter enim clerici in ſacris conſtitutis tabellionatus officium exercere prohibentur. tex.eſt clariſſimus in c.ſicut,ne clerici,vel monachi.

12 Eſt bene verum, quod iſta propoſitio fallit in multis caſibus,veluti, quando ipſe clericus eſſet Notarius Papę, vel epiſcopi,item,quando eſſet in minoribus conſtitutis: item in criminæ Hæreſis, & in alijs quamplurib.de quibus miro ordine *Franc. Marc.deciſ.ſua* 194.*p.*2. ad quem breuitatis gratia lectorem remitto.

13 Limitatur ſecundo ſupradicta principalis enunciatio; nam in Alma Ciuitate Venetiarum plena fides ſcripturis *Præsbyterorum, & Sacerdotum adhibetur. Sic poſt Iaſ.& Laurent.a Pinu, teſtatur Monal. conſ.ſuo* 154. *nu.*11.*vol.*2. *Addo Bal.in l.comparationes, num.*17.*C.de fide inſtrumentorum.*

An

## An ſcripturæ priuatæ defuncti magis credatur, quam viuentis.

### QVÆSTIO XII.

*SVMMARIVM.*

1 *Scriptura priuata defuncti magis creditur, quam viuentis.*
2 *Ratio.*
3 *Nemo cum mendicatio præſumitur mori, & in peccato.*
4 *Scriptura priuata licet pro ſcribente nullam fidem faciat, tamen vbi facta eſt a mortuo, facit præſumptionem.*
5 *Et facta a reputato bono, ſemiplene poſt eius mortem probat.*
6 *Opinio Pretei deducitur.*
7 *Reſoluitur, ac explicatur.*
8 *Pulchra quæſtio proponitur.*

An ſcripturæ defuncti magis credatur, quam viuentis? dubitatur.

1 Breuiter conclude maiorem adhiberi fidem ſcripturæ defuncti, ſic inter alios *Panciroll. conſilio* 112. *numer. quadrageſimoquarto poſt Bald. Alex. & alios, Leonar. a lege. conſilio ſuo feud.* 53. *numero* 37. *Flaminius de Rubeis conſ. ſuo octauo, numero vndecimo, in primo, & Botta conſilio ſuo ſexageſimoquinto, numero vigeſimoſexto. & vigeſimoſeptimo, vbi poſt Riminald. ſen.* vult, ſcripturam mortui ſemiplene probare, quando fuit vir legalis, ſtante, quod mors illius, qui ſcripſit, æquipollet, ac ſi viuius iuraſſet. Hanc eandem ſententiam ſequitur quoque *Riminald. iun. conſilio ſuo* 752. *numer.* 43. *&* 44. *in* 7. *Crauett. conſilio ſuo* 158. *num.* 7. *conſilio* 274. *num. quarto, &* 247. *numer. ſexto. Surdus conſilio ſuo* 245. *numero vigeſimo, in ſecundo, Domim. Purpuratus conſ. ſuo* 462. *n.* 23. *& Menoch. poſt plures relatos conſil. ſuo* 402. *n.* 49. *&* 422 *num.* 18.

Sic etiam tenuit *Afſl. deciſ. ſua* 40. *num.* 20. *Stephan. Gratian. deciſ. ſua Marchiæ* 94. *n.* 13. *& nouiſſimè Adrian. Gylman. rerum iudicat Cameræ Imperial. lib.* 2. *deciſ.* 30. *n.* 22. *&* 23. *Addo Rota Rom. deciſ. ſua* 813. *num.* 13. *vol.* 1. *& Ioannem Gulierm. Guidobon. Aduoc. ſua* 68. *n.* 1. *vbi ſubdit DD. communiter ita tenere.*

2 Ratio autem ea communiter affertur, quia non eſt veriſimile, quod moriens talem ſcripturam dimiſiſſet, ſi vera non eſſet. Nemo enim cum mendatio præſumitur mori, & in peccato, *Bal. conſ.* 479. *volum.* 5. vbi ex hac ratione concludit, quod confeſſio damnati ad mortem, ſuper extorſione vſurarum, fiſco præiudicat, pulchrè ſequitur *Hippol. Rimin. conſ. ſuo* 58. *num.* 30. *cum ſeq. et omnium elegantiſſime Maſcar. concl. ſua* 179. *per totam.*

3 Addo *Cl. D. Men. libr.* 5. *præſumpt.* 5. *per totam,* vbi non ſolum conclnſionem iſtam pluribus ſimilibus comprobat verum etiam qualiter intelligatur, ac procedatur regula illa, quod nemo moriens præſumatur eſſe S. Ioannes Baptiſta, quæ quidem ex aduerſo obijci ſolet, eleganter explicat, atque declarat: ipſum conſulas.

4 Hinc videmus, quod licet ſcriptura ipſa priuata regulariter pro ſcribente nullam fidem faciat tamen vbi facta eſt a mortuo, pro eius hærede facit præſumptionem. Sic præciſè *Natta conſ.* 120. *num.* 13. *in* 3.

5 Et quando eſt confecta a reputato bono, & præcellenti, poſt eius mortem, non ſolum dictam præſumptionem inducit, id quod etiam ſequutus eſt nouiſſimè *D. Hector Felicius Allegat. ſua iuris* 44. *num.* 5. *libr.* 3. verum etiam ſemiplenam: ad tradita per *Soc. conſ. ſuo* 14. *num.* 3. in primo, ac nonnullos alios adductos per *d. Felicium, num.* 9. Vnde concurrentibus alijs præſumptionibus, & adminiculis, pro dicto ſuo hærede plene reſultare probationem ſcripſere quamplurimi, quos retulit, ac ſequutus eſt *D. Hector. Felicius d. allegat. ſua* 44. *n.* 8.

6 Eſt bene verum, quod *Simon de Peet. conſ. ſuo* 138. *nu.* 33. *in primo,* tenent, quod ſoli ſcripturæ priuatę defuncti minimè credatur, abſque teſtibus adducendo, *tex. in leg. rationes, C. de probat.*

7 Sed eius authoritas minimè officit, cum intelligatur de plena probatione, quam abſque alijs adminiculis ex dicto libro minime oriri, & noſmetipſi confitemur. Satis.

De materia huiuſcemet quæſtiones differt quoque *Illuſtr. D. Card. Tuſch. concl. ſua* 398. *in litt. M, Vide per eum, & concluſ.* 80. *in litt. S.*

8 Sed pulchram quæſtionem, quam a ſcribentibus excitari vidi hic prætereundam haud cenſeo, & eſt, Quid ſi fideiuſſor in articulo mortis conſtitutus, ſcripturam confici curet, & in ea ſe pro principali ſuo pecuniam debitam ſoluiſſe inſertum ſit, an per eam ſolutio partis probata cenſeatur? ambiguitur, & *Dom. Hiering. Oldemburgic. de Fideiuſſ. c.* 20. *§.* 1. *num.* 74. *cum ſeq.* diſcuſſo ad partes articulo, concludit. tandem pro negatiua, quod limita, prout ibi, ipſum conſulito.

## Quid ſi laudimium fuerit promiſſum in ſcriptura priuata, veluti apodiſſa qualiter agatur.

### QVÆSTIO XIII.

1 Hvic difficultati adeo doctè, & eleganter ſatisfacit *Maurus Burgius in ſuo tract. de Laudimio, inſpect.* 38. *p.* 3. vt nil addi poſſe proculdubio videatur. Ad eum beneuolum lectorem remitto.

## Qualiter recognitio priuatæ ſcripturæ fieri debeat.

### QVÆSTIO XIV.

*SVMMARIVM.*

1 *Publico inſtrumento fides adhibetur etiam mortuo tabellione, ac teſtibus.*
2 *Secus eſt in priuata ſcriptura, niſi fuerit recognita.*
3 *Qualiter autem ipſius fiat recognitio.*
4 *Author diſtinguit & n.* 5.
6 *Tria notabilia deducit idem Author. et nu.* 7. 8. *et* 9.
10 *Recognitio ſcripturæ priuatæ fit octo modis, de quibus remiſſiuè per D. Scacciam, et n.* 11.
12 *An per procuratorem priuatæ ſcripturæ recognitio fieri poſſit, dubitatur.*
13 *Pro affirmatiua concludit Author.*
14 *Quid iuris ſi procurator ipſe neget? ſubnectit ibidem Author.*
15 *An ſcriptura priuata recognita habeat executionem paratam, Videndas Velaſc. remiſſiuè.*

16 *Recognitio ſcripturarum priuatarum, quæ producuntur an ſit neceſſaria? videndus Scaccia remiſſiuè, & nu.17.*

1 QVamuis publico inſtrumento fides ſit omnino adhibenda etiam mortuo tabellione, qui illud confecit, ac mortuis teſtibus, qui illius confectioni præſentes fuerint, *c.vlt. & penult. de fid. inſtrument. & c.2. vbi quoque Dec. eod. tit.*

2 Scriptura tamen priuata non probat, nec fidem facit, niſi recognoſcatur, *l. inſtrumenta, & l. rationes, iuncta leg. exemplo, C. de probat.*

3 Qualiter autem ipſius fiat recognitio, contingit hoc in loco commodè dubitari.

4 In huiuſcemodi difficultate, vt rem paucis complectatur, ita diſtingue. Aut teſtes deponunt de tenore ipſius priuatæ ſcripturæ, ac de contentis in ea, Aſſerentes eam rem geſtam fuiſſe ac cõtigiſſe eo pacto, quo ipſa enarrat, & hoc caſu non dicitur fieri recognitio; ſed ordinaria probatio, & legitima per teſtes.

5 Aut vero non deponunt de contentis in ipſa, ſed quod viderint illam ſcriptam, vel ſubſcriptam à partibus; aut ab eo, cõtra quem producitur, & hæc eſt propria teſtium recognitio, de qua tamen latius in ſequenti libro, & per *Cou. pract. q. c.22. nu.1. cum ſeq. Addo Colerum de proceſſib. p.3. c.1. à n.18. vſque ad 27. & Cl. Menoc. conſ. ſuo 260. n.2.*

6 Multa autem obſeruetis velim.

7 Et primo requiri, vt ipſa recognitio fiat in iudicio, *Rebuff. in tract. de chirogr. recogn. num.68.* Non tamen refert, an iudex ſedeat pro tribunali, vel non. *Iaſ. in leg. fin & ibi Caſtr. numer.5. C. de edicto Diu. Adr. tol.* Coram quo iudice autem clericus præcipue teneatur ſuam apocham recognoſcere, in præſentiarum non diſcutio, ſed videndi *Boer. deciſ. ſua 123. num.8. & Illuſtr. D. Card. Tuſc. concl. ſua 386. num.41. in litt. C. & concl.452. num.21. in litt. I.*

8 Secundo, quod ipſa recognitio fiat bona fide, & non præiudicium creditorum, vel tertij, *Bart. in l. poſt contractum, num.17. de donation. Coler. de proceſſibus, par.3. cap.1. num.102. addas D. Ioannem Guttierez. practicar. quæſt. lib.1. q.125.* vbi an, & quando recognitio ſcripturæ priuatæ facta à parte in iudicio præiudicet alijs creditoribus, & à quo tempore incipiat ipſius prælatio, elegantiſſimè diſceptatur, vide per eum.

9 Tertio ac vltimo, quod ſubſcriptio, & ſigillatio teſtificetur eſſe facta cauſa inducendæ obligationis, & non teſtimonij. ita *Fel. in cap. quoniam contra, num.47. de probat.* Sequitur poſt multos relatos, & docet hęc omnia *Ioannes Koppen, deciſ. ſua 46. num.27.*

10 Sed hic pulchre oriuntur difficultates.

Prima quidem eſt, quotnam modis ipſius ſcripturæ priuatę recognitio fieri poſſit.

Ad hoc autem reſpondeo vna cum eruditiſſimo *D. Sigiſmundus Scaccia, de iudicijs cauſ. ciuil. lib.2. cap.11. n.933.* eam octo modis fieri poſſe.

Primo per confeſſionem aduerſarij, contra quem ipſa ſcriptura facit.

Secundo, per recognitionem eiuſdemmet, qui illam ſcripſit.

Tertio, per examen teſtium, qui fuerunt præſentes ſcripturæ, & viderunt illam ſcribi.

Quarto, per examen teſtium, qui habent notam manum eius qui ſcripſit.

Quinto per examen teſtium, qui ſe ſubſcripſerunt illi ſcripturæ.

Sexto, per comparationem litterarum.

Septimo, per comparationem, & examen teſtium.

Poſtremo, per contumaciam partis non recognoſcentis.

11 De hiſce autem octo modis videndus ipſemet *Scaccia, adeo enim dote, & eleganter à dict. num.933. vſq. ad 1055.* incluſiuè, de iiſdem per eum diſceptatur, vt nil amplius addi poſſe, vnuſquiſque etiam peritiſſimus, vt fateatur neceſſe eſt: ipſum igitur lector conſulat; Nos quoque de ipſorum ſingulis per diſcurſum materiæ, (vt ipſemet lector videbit) ſatis abunde diſceptauimus; ideo circa eos in præſentiarum particulariter diſſerendo minime inſiſtemus.

Addo nunc *Rebuff. de chirographorum recognitione, numer.75. cum duobus ſeqq. & Illuſtriſs. D. Cardin. Tuſchum concl. ſua 50. in littera R,* vbi latiſſimè. Oritur ſecundo lo-

12 co difficultas, an per procuratorem ipſius priuatæ ſcripturæ recognitio in iudicio fieri poſſit.

13 In qua quidem difficultate, concluſio ſit affirmatiua, per Regulam; Quod quid per alium, &c. Et nota, quod ipſe procurator recognoſcens, domino præiudicat: ſi ta-

14 men ipſe neget ſe ſcripturam, aut ſigillum productum noſſe, aut non eſſe eius, cuius pars aduerſa eſſe affirmet, tunc eius dicto non ſtatur, ſed dominus ipſe aut recognoſcere, aut iuramento id quod productum eſt, diffiteri cogitur. Sic præciſè *Daniel Moller. lib.4. Semeſtrium, cap.43. num.3. & per tot.* vbi pulchrè de hac materia. An autem poſtquam ipſamet ſcriptura priuata in iudicio fuit recognita, habeat contra debitorem obligatum exequutionem paratam, necne, diſcutit ex profeſſo *Aluar. Velaſcus, conſultatione ſua Luſitaniæ, 170. volum.2.* vbi & quid iuris reſpectu publici inſtrumenti, omnium elegantiſſimè diſceptatur.

16 Tertio loco alia non minus pulchra, quam difficilis ſuccedit hic dubitatio, & eſt. Numquid recognitio ſcripturarum priuatarum, quæ producuntur, ſint præciſe neceſſaria, necne.

17 *Scaccia eruditiſſimus, d. cap.11. à num.869. vſque ad 932.* duos diſtinguendo caſus videlicet, quando pars, contra quam producuntur, opponit, vel non opponit, adeo docte, & eleganter totam hanc materiam ampliando, declarando, ac limitando pertractat, ac proſequitur, vt vniuſcuiuſque alteriusoperam hac in re ſuperuacaneam fore abſque dubio confitendum ſit ad ipſum igitur lectorem beneuolum remitto. Sed de his ſatis.

---

## An per ſcripturam priuatam probetur delictum.

## QVÆSTIO XV.

*SVMMARIVM.*

1 *Delictum non probatur per ſcripturam priuatam.*
2 *Rationes.*
3 *Amplia, vt nec etiam per inſtrumenta publica.*
4 *Delictum, quod committitur ſcribendo, paciſcendo, ſeu contrahendo, de quo pacto, ſeu contractu delictum ipſum cõtinentes fiat per paciſcentes, & contrahentes ſcriptura, probatur per ſcripturam priuatam.*
5 *Exempla, & num.6. et 7.*
8 *Intellige, ac declara prout ibi, et num.9.*
10 *Delictum quod fit promittendo, vel contrahendo, probatur etiam contra ſcribentem per ſimplicem eius litteram, vel epiſtolam.*
11 *Delictum, quod committitur ſcribendo, paciſcendo, ſeu contrahendo, multo magis probatur, quando de eo confectum eſt publicum inſtrumentum.*
12 *Quædam opinio Baldi, ac Farinacij deducitur.*
13 *Damnatur autem per Authorem, et num.14.*
15 *Delictum probatur per ſcripturam priuatam, quando ciuiliter*

*liter agitur de crimine, & ipſa confecta eſt delinquente, vel ipſo volente, & n.16.*

17 *Scriptura priuata facit aliquam præſumptionem, ſeu aliquod adminiculum circa materiam delictorum.*

18 *An & quando delictum per inſtrumentum publicum probetur remiſſiuè videndus D. Maſcard.*

An per ſcripturam priuatam probetur delictum pulchra, & vt illis eſt dubitatio.

1 IN huiuſmodi autem difficultate, concluſiuè procedendo, conclude pro negatiua. Sic communiter notatur in c. cum in Eccleſijs, de maiorate, & obedientia, & *l. ſciant cuncti, Codic. de probationibus.*

2 Plurimæ autem rationes communiter a Doctoribus afferunt, & ſunt.

Prima, quia nemo abſens condemnari poteſt, *l. abſentem, ff. de pœnis*, ergo multo minus conuinci, *l. 2. C. de requirendis reis, & l. fin. C. de accuſationibus.*

Secunda, quia teſtes in criminalibus debent coram iudice venire, *l. iudices, cum Auth. ibi poſita, C. de fide inſtrument.*

Tertia, quia teſtibus, & non teſtimonijs credendum eſt, *leg. teſtium, §. item, Diuus, ff. de teſtibus.*

Quarta, quia in criminalibus ad condemnandum teſtes debent eſſe omni exceptione maiore, *l. fin. C. de probat.* in ſcripturis autem priuatis poſſunt recipi teſtes minores, infames, ſeu alias inhabiles ideo, &c.

Quinta, quia teſtes, vt reum conuincat, debent ipſo citato, aut præſente iurare, *c. 2. de teſtib.* & teſtificari viua voce, non autem per ſcripturam, vt habemus *in c. teſtes, 3. q. 9. & in c. primates, 2. q. 2. cum concordantibus.*

3 Amplia, vt nec etiam per publica inſtrumenta crimen, ſeu delictum ipſum probetur. Sic per ſupradictas omnes rationes veterum ſcribentium authoritatibus omiſſis, & firmando pro regula, docuit inter alios, *Cl. d. Maſcar. concl. ſua 360. in primis numeris, & concl. ſua 500. nu. 1. 2. 3. 4. & 5.* vbi ampliat, etſi inſtrumentum ipſum repertum eſſet in archiuio publico. Ante ipſum hoc idem docuit *Iulius Clar. ſummus practicus, in ſua praxi criminali, q. 54. n. 1. vbi poſt Dyn. & Gandinum de maleficijs*, ſubdit, quod hęc opinio tenetur, & ſeruatur pro Euangelio, & nouiſſimè ſequutus eſt Monarcha iuris, ac decus iuriſprudentiæ *Cl. D. Meus Farinacc. in ſua Aurea praxi criminali, tit. de reo confeſſo, & conuicto, q. 84. num. 1. & 2.* vbi triginta, & plures Scribentium noſtrorum authoritates hoc idem aſſeuerantium concordantes deducit, adde *d. Didacum a Cantera in ſuis quæſtionib. crimin. pag. mihi 353.*

4 Limitatur autem iſtæc Regula principalis, & Primo, vt minimè procedat in delicto, quod committitur ſcribendo, paciſcendo, ſeu contrahendo, de quo pacto, ſeu contractu delictum continente fiat per paciſcente, & contrahentes ſcriptura, tunc enim cum ipſa ſcriptura ſit de ſe delictum, ipſumque intrinſecum in ſe contineat; hoc ideo quoniam iſtis caſibus, ſeu alias quandocunque per ipſam ſcripturam committitur delictum, ſine dubio per ipſam ſcripturam delictum ipſum probatur. Sic præciſè docuit *Bart. in l. non intelligitur, §. tacite, ff. de iure fiſci, nu. 2.* vbi in ſpecie loquitur de ſcriptura priuata: ſequutus eſt in terminis *Fel. in d. c. cum in Eccleſiis, num. 5. verſ. amplia de maioritate, & obedientia*, vbi exemplificat in ſcribente ſe recepiſſe vſuras: *Adde Maſcar. d. concl. 460. num. 10. Cl. Farinac. d. q. 74. n. 19.* vbi nonnullos alios concordantes deducit: hi enim omnes loquuntur in ſpecie de ſcriptura priuata.

5 Exempla autem huiuſce limitationis poſſunt eſſe varia. Primum enim adduci ſolet de illis, qui faciunt aliquam coniurationem aduerſus Principem per ſcripturam priuatam ipſi ſeſe ſubſcribendo, tunc enim talis coniuratio probatur per illam ſcripturam. Sic in ſpecie coniurationis factæ per ſcripturam priuatam docuit inter alios *Cl. Maſc. concl. ſua 420. num. 6. & ſequutus eſt Farin. d. n. 19. in fi. Addo Ill. Card. Tuſch. concl. ſua 780. n. 3. in litt. C. vbi pulchrè.*

6 Aliud exemplum poteſt eſſe, ſi quid hæreticum ſcriberetur, iuxta *tex. in l ſi quis, C. ad leg. Iuliam Maieſtatis, & in c. finali. 24. q. 2.*

7 Vel famoſum carmen fabricaretur, iuxta terminos, *l. vnicæ, C. de famoſis libellis*, tunc enim per ſcripturam ipſam talia delicta probarentur, Sic in ſpecie de Hæreſis tradidit idem *Cl. Maſc. concl. ſua 858. n. 1.*

8 Intellige tamen hæc omnia, dummodo ipſamet ſcriptura recognoſcatur, ad not. in Auth. Qui propriam, *C. de non num. pecun.* & tradit in exemplo Hæreſis *Maſcar. d. concl. 858. nu. finali.*

9 Item dummodo ſit celebrata de voluntate partium, aliter enim nullam fidem faceret, etiam quod in ſe delictum contineret. Sic in ſpecie animaduertit *Cl. Farinac. d. q. 84. num. 10. Conferunt quoque ſcripta per eum in ſuo conſ. 25. n 64.*

10 Amplia, vt etiam delictum, quod ſit promittendo vel contrahendo probetur etiam contra ſcribentem per ſimplicem eius literam, vel apoſtila m. Sic in terminis *Ioan. de Anan. in d. c. cum in Eccleſijs, n. 6.* vbi exemplificat in eo, qui alteri ſcribit literam, vt Titium accuſet, nam illi ſoluet pecuniam. Sequutus eſt præciſè *Franc. Marcus, deciſ. ſua 910. per totam, vol. 2.* & rogo, vt videatur per lectorem, quia certè eſt mirabilis deciſio in hac materia. Addo *Farinacc. d. q. 84. præcitato n. 19.*

11 Amplia ſecundo, vt hoc eo magis procedat, quando publicum de ipſo delicto confecto eſſet inſtrumentum. Sic præciſè poſt infinitos relatos *D. Farinac. dict. concluſ. 84. numer. 7. cum ſeq.* vbi pulchrè id declarat, quem vide.

12 Obſeruandum tamen, quod ſupradicta principalis limitatio ſub declaratur, vt procedat in iis, tantum, quæ ad ſcribentis officium pertinent, tunc enim delictum probatur per eius ſcripturam, vtputa in publico exactore, cuius ſcriptura probat indebitam, ac illicitam exactionem ſecus autem in ijs, quæ ad ipſius ſcribentis officium minimè ſpectant, prout eſt, ſi ego ſcriberem me commiſiſſe adulterium, quia nec talis ſcriptura probat contra me niſi tantum, quantum probat extraiudicialis confeſſio. Sic præciſè *Bal. in l 1. numer. 6. C. de apochis publicis lib. 10.* ſequutus eſt præciſè *Clar. Farinac. d. q. 84. n. 20. & addentes ad idem conſilium in littera C.*

13 Verum ego, vt quid ſententiam libere loquar, valde dubito de opinione tantorum patrum: repugnant enim exempla fere omnia ſuperius allata. Finge enim me quid hæreticum ſcribere, vel famoſum libellum conficere, vel conſpirare aduerſus Principem, de hiſque omnibus, vel quolibet eorum, priuatam conficere apocham, nonne ex iam dicta apocha vnumquodque ex his delictis vere probabitur, etſi non verſemur ad præſens in ijs, quæ ad ſcribentis officium, & minus minimè ſpectent? certe ſic, ergo.

14 Nec officit exemplum allatum ab ipſomet Bal. quod ſi ego ſcribam me commiſiſſe adulterium, non ob id per ipſam ſcripturam probatur crimen ipſum adulterij commiſſum. Reſpondetur enim, quod ea, quæ facto committuntur, vt eſt furtum, adulterium, & ſimilia, nec per apochas nec etiam per publica inſtrumenta probantur, ſecus eſt autem in ijs, quæ committuntur dicto, pactione, vel contrahendo, vt ſupra deduximus; ita pulchrè *Iul. Clar. d. q. 54 in ſua Praxi, num. 1.* & poſt infinitos relatos *D. Cæſar. Lucianus inter reſponſa Cl. Farinaccij, in conſ. 25. num. 40. vol. 1. Addo præfatum D. Bald. in leg. fin. num. 13. C. de probat. & tangit etiam l. 2. num. 12. C.*

*12.C.quorum appellationes non recipiuntur.*

15 Limitatur ſecundo principaliter Regula ſupra firmata, videlicet, quod per ſcripturam priuatam minimè probetur delictum, vt non procedat, quando ciuiliter agitur de crimine, tunc enim crimen ipſum per ſcripturam ipſam, quando eſt ſcripta ab ipſo delinquente, vel ipſo volente rectè probatur, ſic infiniti relati per *Farinaccium,d.q.84.num.17.addo Maſcard.concl.460.num.20. 499.& num.ſeptimo, & 902. numero ſecundo, & tertio,* vbi inferendo ad crimen iniuriarum, dixit illud per ſcripturam & inſtrumentum probari, quando ciuiliter agitur,ſecus ſi criminaliter.

16 Et licet ipſemet *Farinac. d.q.n.*18. de hac eadem limitatione titubare videatur, eam tamen ſequitur, quando ſcriptura ipſa fata fuit de volutate, & conſenſu partium, prout & nos ſupponimus.

17 Coarctatur tertio,vt non procedat ſupradicta Regula principalis, quoad aliqualem præſumptionem, & adminiculum, vt poſt infinitos relatos docet in ſimili *Cl. Farinac.d.q.84.num.*35.& hæc breuiter docuiſſe ſufficiat.

18 Videndi *Cl. Farinac.d.q.84.per totam, & Maſcar.præcit.concl.*460.& 500. vbi an, & quando & in quib. caſib. crimen ipſum, ſeu delictum per publicum inſtrumentum probari poſſit,adeo doctè,& eleganter edocent,atq.pertractant, vt vniuſcuiuſq. alterius opera ſuperuacanea iudicetur, ad ipſos lectorem remitto: videndus quoq. *Illuſtriſ Card.Tuſc.concl.ſua 1082. in lit.C. vbi pulchre & concl.174.in littera D.*

---

## Exemplum priuatæ ſcriptur an probet?

## QVÆSTIO XVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Exemplum ſcripturæ priuatæ minimè probat, & n.2.3.4. 5.6.7.8.9.10.& 11.*
12 *Amplia, vt nec exemplum publici inſtrumenti probet.*
13 *Amplia vt nec etiam ſummus Pontifex efficere queat, vt tale exempler probet,& illi credatur.*
14 *Declara.*
15 *Amplia, & ſi iuuans ſe tali exemplo eſſet perſona valde priuilegiata,vtputa Fiſcus.*
16 *Limitatur Concluſio contra illum,qui dedit exemplum,nam contra eum plene probat,& n.19.*
17 *Amplia.*
18 *Opinio Moderni Pariſienſis.*
20 *Limitatur ſecundo quoad aliqualem præſumpt.*
21 *Contrarium Bald.*
22 *Supradicta opinio retinetur,& n.23.*
24 *Sublimita,& n.25.*
26 *Limitatur tertio, quando ſcriptui a ipſa priuata fuiſſet regiſtrata in actis per notarium actorum, & exemplum ibi relictum, extractum eſſet de verbo ad verbum per modum regiſtri.*
27 *Ampliatur iſta limitatio,& n.28.*
29 *Sublimita,& n.30.31.32.*
33 *Exemplum ſcripturæ priuatæ probat, quando aduerſarius contra quem producitur exemplum, habet originale,quod nolit exhibere.*
34 *Sublimita.*
35 *Opinio authoris.*
36 *Item probat,quando pars non opponeret.*
37 *Item quando exemplatio eſſet antiqua.*
38 *Sublimita,& n.39.& 40.*
41 *Item probat,quando ſcriptura ipſa origiualis non poſſet haberi.*
42 *Item ſi exemplum ipſius ſcripturæ priuatæ fuerit ſæpius in iudicio productum.*
43 *Idem iuris,quando ſuper eodem fuiſſet iudicatum.*
44 *Item quando apparerent plura exempla.*
45 *Item accedentibus pluribus alijs coniecturis.*
46 *Exemplum publici inſtrumenti an probet? vide DD. remiſſiuè ſcripturam priuatam originalem exhibitam, regulariter minimè probare, ſupra loco ſuo ſatis abunde concludimus.Nunc quid iuris ſi ipſius producatur exemplum dubitari contingit.*

1 IN huiuſmodi autem difficultate concluſiuè procedendo firma regulam pro negatiue,nec ſane mirum: non plus enim exemplum, tranſumptum, ſiue copia (hi enim termini in iure noſtro confunduntur, vt recte poſt alios animaduertit *Maſcardus de probationibus concluſion.ſua 711.num.1.*) operari poſſunt, quam originale ad notata in c.cum dilectæ, vbi *Canoniſte, de confirmatione vtil.vel inutil.& in c.fin. de fide inſtrumentorum,ergo.*

2 Adde exemplum cuiuſlibet ſcripturæ originali minime exhibito; haud probare, nec fidem facere, vt inter cæteros pro Regula, latiſſimè firmauit. *Cl.Maſcard.d.concl. 711.in primis numeris*, vbi etiam de hoc varias,& ſubtiles quidem rationes deducit,quem conſulas.

3 Et in terminis, quod exemplum ſcripturæ priuatę minimè probet, docuit *Moder.Parienſ.in ſuis conſuetudinibus Pariſienſ.tit.1.gl.1.§.in verſ. Denonbrement.num.33.*& ſequutus eſt poſt *gl. in c.Abbate, de verb.ſignif. Pirrum Alfan. Maſcar. ac alios D. Carolus Iallon.in ſua Racemat. Iuris ciuil 85.n.3.*

4 Hinc infertur, quod copia alicuius partitæ, ſeu poſtæ, extracta à mercatore ex ſuo proprio libro rationum ſua manu conſcripto, non probat; quia eſt copia, ſeu tranſumptum,& mercatoris fides eſt approbata dumtaxat in ſcriptura originali ipſius libri. Sic eleganter animaduertit *Cl. D.Sigiſmundus Scaccia, de iudic. cauſ.ciuil.ac crimin. lib.2.cap.11. numero 593.cumſeq.* vbi non ſolum ſubdit ita in iudicijs ſeruari, verum etiam traditionem quãdam *Socini in authencica, ſi quis in aliquo ſub nu.8.C. de edend.* quæ in contrarium adduci poſſet, acutiſſime enodat, atque reſoluit vide per eum.

5 Amplia præmiſſam illationem ex ſententia eiuſdem Scaccia, vt ſit vera, etiamſi eſſet copia plurium partitarum.

6 Amplia ſecundo, vt itidem locum habeat,etſi eſſet copia totius integri libri, quia adhuc non probaret,ex quo eſſet copia, iure enim cautum non reperitur,quod copiæ ſumptæ a mercatoribus, ex ſuis libris habeantur, & ſint ſcripturæ originales, ſic præciſè *D.Scaccia præcitato num.* 594.

7 Infero ſecundo, quod copia alicuius partitæ extractæ a habellario,ſeu alio officiali publico,non probat,eadem ratione, quia eſt copia, & in iure non reperitur cautum, quod copiæ iſtorum ſint originalia; id enim ſolummodo in notorijs conſtitutum eſt. Sic in terminis *D. Scaccia.d.c. 11.num.595.*vbi ſubdit illationem iſtam ampliandam eſſe duob.illis modis,quibus prima extenſa fuit.

8 Infertur tertio, quod ſi aliquis de commiſſione partium ſcripſerit apocham cum ſua ac teſtium ſubſcriptione, iuxta materiam *l.ſcripturas,C.qui potior.*eaque apocha de earumdem partium cõſenſu remanſerit apud ipſum ſcriptorem iſq. poſtea copiam eius dederit,illa copia non probabit,quia eſt copia.

9 Amplia primo iſtam illationem, vt ſit vera, etiamſi iſte,qui eam ſcripſit, eſſet Notarius,& ratio eſt;quia Notarius ipſe non ſcripſit eam vti Notarius, ſed vti priuata perſona.

10 Am-

10 Amplia ſecundo,vt ſit vera, etiamſi in ipſamet copia ſe ſubſcriberent ijdem teſtes, quia adhuc non probaret: & ratio eſt: quia quamuis habeat eaſdem ſolemnitates, quæ ſunt in originali, tamen eſt copia, quæ retinet ſemper naturam cuiuſdam depoſitionis, ſeu atteſtationis teſtium factæ extraiudicialiter. Ita pulchrè docet hæc omnia *Cl.Scacc.præcit.c.11.n.596. cum duobus ſeqq.*

11 Alias illationes deducit idem Scaccia, ſub numeris ſequentibus, vide per eum, ſat enim nobis eſt potiores retuliſſe.

12 Ampliatur autem ſupradicta principalis,concl vt idem ius quoque exiſtat reſpectu publici inſtrumenti,exemplis enim inſtrumentorum fidem non adhiberi, originali minimè exhibito,adeo notum eſt,quam quod notiſſimum, *ad tex.in l.2.ff.de fid.inſtrum. & in l.procurator, C.de eden. in l.ſi quæ,& in l.Pomponius,ff. famil.herciſc. cum concordantibus, Sequutus eſt hoc Axioma ex nouiſſimis Carol. Iul. Iallon racematione ſua Iuris Ciuil.74. & d. P. Auguſtinus Morla,in ſuo Emporio iuris ciuil.p.1.tit.de fide inſtr.q.1. per totam,& præcipuè ſub n.7.&* 8.

13 Ampliatur ſecundo principaliter , vt etiam Summus Pontifex efficere nequeat,vt tale exemplar probet,& ipſi credatur.Sic præcisè docuit *Roman.ſing.ſuo 716.* qui, ait eſſe caſum ſingularem , *in c.1.de fid.inſtrum.* ſequuti ſunt hoc idem plurimi alij,quos retulit,ac ſequutus eſt *Cl.Maſcar.d.concl.711.n.14.*

14 Hoc tamen limitabis, ac intelliges procædere de poteſtat. Summi Pontificis ordinaria ſecus de abſoluta , vel etiam ordinaria,ſed ex cauſa. Sic præcisè animaduerterunt addentes ad *Roman.in præcit. notabili 716.* vbi ſubdunt,nimirum, cum etiam valeat ſtatutum, vel conſuetudo;quod priuatæ ſcriptutæ authoritatem tribuit, ad *cap. cum dilectus,extra de re iud.& docuit Alex.in l.1. §.fin. & ibi ſcribentes cæteri,ff.de verb.oblig.et retulere,DD.de prob. in c.2.*Sequutus eſt hoc idem *Cl.Maſcar.poſt alios præcitat. concl.15.& 16.*

15 Ampliatur tertio, ſupradicta regula principalis, videlicet,exemplum ſcripturæ priuatæ minimè probare, vt locum etiam habeat, etſi iuuans ſe tali exemplo eſſet perſona valdè priuilegiata,vtputa Fiſcus,vel Eccleſia: Sic præcisè *d.Maſcar.d.concl.n.13.*

Ampliatur quarto, vt eo magis regula ſupradicta procedat, ſe produceretur exemplum exempli, & ſic copia copiæ? ſic præcisè poſt infinitos relatos *d. Borgn. Caualc. lib.5.deciſ.ſua 34.n.10.*

16 Limitatur autem ſupradicta eadem concl.varijs modis, Primo, vt non procedat contra ipſum, qui dedit exemplum,nam contra eum plenè probat, dando enim exempla,videtur fateri contenta in ipſis eſſe vera: per *text.in l. in fraudem,§.neque, ff.de iur. fiſci,* ſic in terminis ſcripturæ priuatæ poſt Aquenſem,ac *Purpur.docuit præcisè Cl. Maſcard.d.concl.711.n.30.& videndus eſt,ſub n.80.*

17 Amplia,vt id etiam locum habeat contra omnes tacitè approbantes illud exemplum. Sic in ſpecie ampliat poſt alios *D.Maſcar.d.concl.711.n.33.& videndus,ſub n.34.* vbi hanc tamen limitationem procedere intelligit , quando per confeſſionem ipſius exemplaris , vel aliter conſtaret quidem de veritate originalis,alias ſecus.

18 Nota tamen *Modernum Pariſien.in dictis conſuetudinibus ſuis tit.1.§.8.gl.1.n.37.*hanc quidem fallentiam improbare,inquit enim,quod talis probatio non oritur ex exẽplo producto,ſeu ex confeſſione producentis,qui eo ipſo cenſetur confiteri omnia contenta in ſcriptura , quam producit,etiamſi eſſet mere priuata. Cogita.

19 De hac eadem limitatione videndus *Carol. Iallong. in ſua Racemat.Iur.ciuil.88.per totam,* vbi pulchrè.

20 Coarctatur ſecundo ſupradicta Regula principalis, quod præſumptionem aliqualem , quoad ipſam enim inducendum vtiq;probat exemplum ipſius ſcripturę priuatæ,quemadmodum, & ipſam dictam præſumptionem inducere,ſupra hoc eodem lib.*q.4.n.255.*latè firmauimus.

21 Obſeruandum tamen in contrarium obſtare videri doctr.*Bal.in l.in bonæ fidei,num.24 C.de rebus credit.* ſenſit enim is exemplum etiam publici inſtrumenti originali minimè exhibito, nullam ſidem facere, nec etiam quoad præſumptionem , mouetur:nam ſicut teſtis de auditu deponens nihil probat,ad *leg.teſtium,& ibi gl. de teſtis,* ita nec iſtud exemplum.

22 A ſupradicta tamen limitationem firmata , haud recedendum iudico,neque officit,quod teſti de auditu nullam fidem faciat. Reſpondetur enim,dictam Regulam fallere, quoad dictam pręſumptionẽ inducendam pulchrè *Alex. poſt alios,conſ.ſuo 77.num.4.vol.1.ſequuti ſunt plurimi Addentes,ibi in lit.N, & nouiſſimè , C.Iallon.Racemat.ſua I. Ciu.91.n.4.*

23 Adde ex aliquorum ſententia præſumptionem promanentem ex depoſitione teſtis de auditu , adeo efficacẽ eſſe,vt etiam transferat onus probandi contrarium in ipſummet aduerſarium.Sic pręcisè poſt *Rom.Alex.ac alios: Mynſing.cent.6.obſeru.58.n.3.* ſequuti ſunt plurimi alios relati per eumdem *Iallon.d.n.4.*

24 Sublimitatur tamen iſthæc limitatio, vt minimè procedat , ſi quis dumtaxat exemplum ipſiuſmet ſcripturæ priuatæ producere vellet, originali doloſè celato , tunc enim ex dicta productione exẽpli ſupradicta pręſumptio minimè promanaret.Sic pręcisè nonnulli relati per eumdem *Iallong.d.Racem.91.n.3.*qui(quod magis eſt)loquuntur etiam reſpectu publici inſtrum.

25 Sed de hac limitatione ſatis. Videndi *Clariſs.Maſcard. d.concl.711.num.56.cum tribus ſeqq.& Iallong.dict.Racemat.91.per totam,*vbi de exemplo inſtrumenti publici,an ſcilicet ipſum dictam præſumptionem inducat, latiſſimè diſceptatur , vide aliqua etiam penes Modernum *Pariſ. præcitat.titulo primo, §.octauo , num.35.& D.P.Gilken.in Auth.ſi quis in aliquo,n.20.C.de edend.*

26 Limitatur tertio principaliter ſupradicta concluſione, quando ſcriptura ipſa priuata fuiſſet regiſtrata in actis per Notarium actorum, & exemplum ibi relictum extractum eſſet de verborum per modum regiſtri,nam tunc illud exemplum plenam faceret probationem. Sic præcisè in terminis ſcripturæ priuatæ in actis regiſtratæ, docuit *Cl.Maſcard.d.concl.711.num.70.* poſt nonnullos concordantes ibi relatos.Sequutus eſt in ſimili per *Illuſtr.Menoc. conſ.ſuo 924.n.31.& D.P.Gilben. in d.Auth. Si quis in aliquo,n.19.C.de edendo.*

27 Ampliatur autem iſta limitatio,vt locum habeat,etiãſi poſtea ipſamet ſcriptura , quæ fuit ſemel in actis regiſtrata, reperiatur poſtea maculata, vel abraſa in aliqua parte; nam nihilominus illud exemplum, quod reperitur in actis,probat,Sic poſt *Bart.Bald.Alex. ac alios, tradidit in ſimili,D.Maſc.d. concl.711.n.68.*

28 Ampliatur ſecundo,vt itidem procedat, etiamſi ſcriptura ipſa originalis non fuerit regiſtrata, ſed data copia parti, quæ nil oppoſuit, nam perdita dicta originali ſcriptura,cogetur pars copiam exhibere,quæ regiſtrata probabit.Sic poſt *Caſtr.Felin.ac alios,idem D.Maſcar.d.concl. 711.n.69.*

29 Sublimitatur tamen ſupradicta principalis limitatio, quod exemplum regiſtratum probat, quando apud acta ſcriptura ipſa originalis producta fuit, aduerſario petente, vel citato, alias non probat. Sic poſt alios declarauit præcisè dictus *D. Maſc. præcitata concl. n.72.* vbi ſubdit, neceſſe quoque eſſe, quod dicta pars citata, contra dictã ſcripturam productam nil oppoſuerit , & latius vt per eum;addo *Cl.Menoc.conſil.ſuo 924. n.28.*

30 Sublimitatur ſecundo,procedere,dummodo iudex authorizauerit ipſam exemplationem:nec ſanè mirũ: generale eſt .n. id in omni productione,quia non ſufficit facta

coram ſolo Notario. Sic eleganter animaduertit poſt alios *Maſcard.d.concl.n.37.*

31 Alijs etiam modis dictam limitationem ampliat,ac ſublimitat *D.Maſc.præcit.concl.711.n.71.74.& 75. vide per eum.*

Videndus quoque de materia huiuſce limitationis *D. Carol.Iallong.Racemat.ſua iuris ciuil.94.per totam*,vbi latè licet loquar de exemplo inſtrumenti in actis relato.

32 Obſeruandum eſt tamen pro coronide huiuſcemet limitationis, quod ad hoc vt ipſa locum habeat, integrum ipſius ſcripturæ priuatæ exemplum in actis producendum eſt;neque enim ſat erit, ſi forte finis, initumque deſcribantur, ſed integra tota ſcriptura ad verbum deſcribenda eſt.Sic præcisè *D.Maſc.d.concl.711.n.71. & Cl.Iallong.d.Racemat.Iuris ciuil.94.n.2.&* 3. vbi ſubdit,id eſſe in cauſa, quia tunc ipſius priuatæ ſcripturæ tenor de actis minimè eſſet,ſed productio dumtaxat, & latius, vt per eum.

33 .Quarta principalis occurrit limitatio, & eſt, quando aduerſarius, contra quem producitur exemplum, habet originale quod nolit exhibere, tunc enim dictum exemplum, quia aduerſus eum maxima præſumptio viget plenè probat:ſic in ſimili de inſtrumento publico coarctatur poſt alios *Cl.Maſc.d concl.711. n.77. ac nouiſſimè, d.Cl. Iallong.Racem.iuris ciuil.97.* vbi plures concordantes deducit.Addo *D.P.Gilken.in Authent.Si quis in aliquo,n.17. C.de edend.*

34 Sublimita tamen prædictam limitationem minimè procedere,ſi ille,qui habet originale,opponat exemplum falſum eſſe,tunc enim licet nolit producere originale, tamen illud exemplum non probat. Sic præcisè ſublimitat poſt alios *D.Maſc.d.concl.711.num.78.Sequutus eſt D.Carol.Iallong.d.Racemat,ſua Iur.Ciuilis 97. n.5,*

35 Hæc tamen tantorum patrum opinio mihi parum probatur arbitror enim ego exemplum illud maximè probare,ſi ille, qui habet originale aſſerens exemplum illud falſitatem continere,requiſitus originale ipſum edere nolit, vt de falſitate allegata conſtare poſſit; ſtat enim præſumptio pro producente, quod exemplum ipſum veritatem contineat,niſi de contrario doceatur Cogita.

Latius de materia dictæ quartæ limitationis *D. Iallon. d.Racemat.97.vide per eum.*

36 Coarctatur quinto principaliter, quando pars non opponeret, tunc enim ex exemplo in iudicio producto maxima oriretur probatio, quando quidem tacito ipſius non opponentis conſenſu approbatum cenſeretur. Sic in ſimili de publico inſtrumento docuit *Maſc.d.concl.711. n. 10.ſequutus eſt Cl.Menoch.conſ.ſuo 924.n.34. & D.P.Gilken.in d. Authent.ſi quis in aliquo.C.de edendo,num.18.* vbi ſubdit, hoc tum demum procedere, ſi aduerſa citata fuerit,& nil oppoſuerit.

Videndus tamen de hac eadem limitatione *D.Carl.Iallong.Racemat.ſua Iuris Ciuil.95.per tot.* ibi enim poſt articulum ad partes optimis hinc inde rationibus propoſitis, diſcuſſum,tandem proponit, ac diſtinguit, vt per eum, quem conſulas, non enim ex ſcriptis ſcripta conficere, & aliena mihi vſurpare abſq; lectoris vtilitate ſtatuti; adeas quoque *D.Herculem Mareſcottum Variar. reſol. lib.2.cap. 81.n 9.cum ſeqq.vbi latè.*

37 Fallit ſexto principaliter, quando ipſemet exemplatio eſt antiqua, nam tunc probat, quamuis non appareat de commiſſione Iudicis, præſumitur enim facta commiſſione ipſius,& parte citata. Sic præcisè licet in terminis inſtrumenti,docuit poſt plures relatos *D.Maſcard. d. concl. 711.num.81.& 82. ſequuti ſunt D.Carol. Iallon.Racemat. ſua Iuris Ciuilis 93.in primis numeris,Clar.Menoch.d.conſil. ſuo 924.n.29.&* 30.vbi ſubdit, tempus triginta annorum in hac hypotheſi antiquum iudicari.

38 Sublimitatur tamen iſthæc limitatio quando clarè appareret exemplum illud non fuiſſe factum authoritate Iudicis, ac citata parte: nam ex hoc defectu tolleretur præſumptio illa antiquitatis, ac per conſequens nec plena,nec ſemiplena ex dicto exemplo oriretur probatio,ſic præcisè,poſt alios *D.Maſcard.d.concl.711. n.83.*

39 Oriretur tamen ex eo aliqua præſumptio Iudici arbitraria ex qualitate facti, vt poſt alios monet *D.Iallon.d. Racemat.93.n.finali.*

40 Obſeruat tamen, quod nihilominus ſemper opponi poterit de nullitate, & falſitate ipſius exempli, & peti, quod exhibeatur originale, ſic eleganter *D.Maſcard.d. concl.n.85.*

41 Limitatur ſeptimo ſupradicta Regula principalis non procedere, quando ſcriptura ipſa originalis non poteſt haberi,veluti ſi iactura facta ſit, vel penes ſit aliquem, qui cogi non poſſit ad eius exhibitionem, nam tunc ipſius exemplum ſumptum a Notario bonæ famæ,& vocis, ſemiplene ſaltem probat.Sic præcisè poſt plures relatos *D. Maſc.d.concl.711.n.87.*

42 Coarctatur octauo,ſi per partes exemplum ipſius ſcripturæ priuatæ fuerit ſæpius in iudicio productum, & approbatum,licet tacitè, quia tunc tale exemplum probat. Sic præcisè poſt Pariſium,ac plures alios,idem *D.Maſc.d. concl.711.num.88.*

43 Idem iuris, quando ſuper eodem exemplo extitiſſe iudicatum,tunc enim ſemper ei fides præſtanda eſt.Sic præcisè poſt alios docuit eleganter idem *D.Maſcard. d.concl. 711.num.89.ſequutus eſt Carl.vir. D.Menoch.d.conſil.924. num.33.*

44 Fallit nono principaliter, quando ipſiuſmet ſcripturæ priuatæ apparent plura exempla, nam cum ſingula aliqualiter probent prout ſupra vidimus, dicendum eſt, quod ſimul iuncta ſemiplenam ſaltem probationem faciant,videndus in ſimili *D.Menoc.d.conſ.924.n.32.*

45 Limitatur decimo,quando exemplum ipſius ſcripturæ in archiuio reperitur: nam tunc illi ſtandum eſt;etiam ſi ſcriptura ipſamet originalis minimè inueniatur, ſic præcisè poſt plures adductos,idem *D.Mareſcott.d.c.81. n.15. cum ſequent.*vbi etiam qualiter iſta limitatio procedat,ac intelligatur omnium elegantiſſimè diſceptatur eum omnino conſulas.

46 Coarctatur poſtremò, concurrentibus alijs adminiculis:nam tunc exemplo ipſius ſcripturæ plene creditur. Sic eleganter animaduertit præfatus *Cl D.Menoc.d.conſ.924. n.35.& poſt infinitos propè relatos D Mareſc.d.c.81.num.5. cum ſeq.*vbi pulchre.

Et hæc de materia exempli ſcripturæ priuatæ dixiſſet ſat ſit.

Latius de materia videas penes præfatum *Mareſcott. d.c.81.per totum, vide per eum.*

47 De exemplari autem inſtrumenti publici, (cum de eo in præſentiarum diſſerere ad nos minimè pertineat, videndi *Modern.Pariſ.in dictis conſuetudinibus ſuis, titulo 1. §.8.ſub num.37.cum ſeqq.Clar.Maſcardus, dicta concl.711. per totam,& concl ſua,q.28.Carol.Iallong. in Racemationibus ſuis iuris Ciuilis ſupra allegatis.P.Auguſtinus Morla, in ſuo emporio iuris ciuilis,parte prima,titulo de fide inſtrumentorum,quæſt.1. ac Scribentes omnes, in Authent. Si quis in aliquo,C.de edend. Adeundus quoque D. Sigiſmundus Scaccia,de iudicijs cauſarum ciuilium,& criminal.libr.2. c.11.n. 524.cum infinitis ſequentibus,*vbi omnium latiſſimè,& *Cquar.pract.q.c.21.per totum*, perlegendum quoque Statutum noſtrum Patauinum,ſub Rubrica de fide inſtrumentorum emplatorum,per totum.

# Ex l.ſcripturas, C. qui potiores in pignoribus habeantur.

Diſcuſſuri materiam *l.ſcripturas, C.qui potior. ſequendo ordinem Gabriel.cit.de probationibus concl.9.10.& 11.*tres dumtaxat ex ea concluſiones eliciemus, quas ex veteri noſtro inſtituto mira quadam facilitate ad lectoris vtilitatem (pro viribus tamen) omnium elegantiſſimè enodabimus.

## PRIMA CONCLVSIO.

*SVMMARIVM.*

1 *Priuata ſcriptura a partibus ſubſcripta,etiam abſque teſtibus vim publicæ obtinet quoad perſonalem actionem contra ipſum debitorem exercendam.*
2 *Amplia idem iuris eſſe, licet nec a partibus ſubſcripta, quando tamen debitor actione ipſa perſonali conuentus fateretur quidem,quæ in ea continentur,vera eſſe.*
3 *Amplia ſecundo, idem quoque iuris eſſe, ſi de reali actione intendenda contra ipſummet debitorem tractetur.*
4 *Subamplia,vt hoc procedat etiam contra fiſcum.*
5 *Amplia tertio regulam procedere, licet ſcriptura ipſa eſſet ſcripta manu vnius dumtaxat partis, & non ſubſcripta a teſtibus,ſi tamen illa approbetur per tres teſtes,qui dicant ſe vidiſſe cædulam prædictam ſcribi per partem.*
6 *Contra tenuerunt multi.*
7 *Diſtinctio Alex.in difficultate propoſita.*
8 *Improbatur a multis.*
9 *Authoris ſententia cum eius declarationibus,remiſſiuè per Gabrielium.*
10 *Variæ limitationes ad ſupradictam Regulam, & num. 11. & 12.*

Concluſio prima deſumpta ex dict. l. ſcripturas.

1 PRiuata ſcriptura à partibus ſubſcripta etiam abſque teſtibus, vim publicæ obtinet quo ad perſonalem actionem contra ipſum debitorem exercendam, ita *text. in d.l.ſcripturas,& in Auth.de inſtrumentorum cautela, & fide, §.ſed & ſi quis.*

2 Ampliatur Primo,idem iuris eſſe, licet nec à partibus ſit ſubſcripta, quando tamen debitor actione ipſa perſonali conuentus, fateretur quidem quæ in ea continentur vera eſſe.Sic præcisè poſt alios *D.Cæſar. Barzius deciſ. ſua Bononienſi 21.n.1.*

3 Ampliatur ſecundo, idem iuris pariter eſſe, ſi de reali quoque actione contra ipſum debitorem exercenda tractetur,in hoc enim etiam caſu, locum habet diſpoſitio d. l.ſcripturas. Sic poſt *Cinum,& alios,Gabrielius,de probationibus concluſ.9.num.2.ſequitur Petrus Auguſtinus Morla, in ſuo empor.lib.1.titul.de fide inſtrumentor. quæſt.3. numer.15.*

4 Subamplia, vt hoc procedat etiam contra Fiſcum, ſi bona ipſius debitoris propter delictum veniant publicanda,ita *Gab.d.loco,n.3.& Morla præcitato loco.*

5 Ampliatur tertio, hanc eamdem regulam procedere, licet ſcriptura ipſa eſſet ſcripta manu vnius dumtaxat partis,& non ſubſcripta a teſtibus, tamen illa approbetur per tres teſtes, qui dicant ſe vidiſſe cædulam prædictã ſcribi per partem,ita *Cynus, & Angelus, in lege comparationes,C.de fide inſtrumentorum,Felinus, & Imola, in capitulo ſecundo:eodem titulo. Iaſon in lege Admonendi, numer. 44.verſic.* Tu attende, vbi dicit hanc eſſe magis veram, ac communem opinionem, *ff. de iur erand. & plerumque alij.*

6 Contrarium tamen, vt in hoc caſu nedum requiratur, quod teſtes dicant ſe vidiſſe apocham illam ſcribi, ſed etiam neceſſe ſit,vt comparationis litterarum intercedat adminiculum,tenet *gl.in Authent.de inſtrum.cautela,et fide,§.& ſi quis igitur,in verſ.faciamus,ſequitur Bart. & alij quamplurimi per Gabr.relati,d.concl.9.n.4.5. & 6.*

7 Pro Conciliatione, *Alex.conſil.ſuo 181. in 2. ita diſtinguebat.*

Aut incipitur à teſtium recognitione, & tunc ſola, ſufficit recognitio, aut a comparatione, & tunc vtrumque requiritur.

8 Sed contrarium tenent *Soc. Abb. & nonnulli alij relati per Gabr.d.loco,n.6.verſ.contrarium.*

9 In hac difficultate ab hac poſtrema ſententia minime recedendum iudico,quam tamen tribus modis declarat; prout per *Gabr.dict.concl.9.ſub n.7.8.& 9.* ad quem breuitatis cauſa lectorem remitto.

Limitatur autem principalis iſta concluſio.

10 Et Primo, vt ſufficiat cædulam ſubſcriptam eſſe, manu vnius partis tantum, videlicet, creditoris, dummodo tamen ſubſcriptionem habeat trium teſtium, Sic præcisè poſt *Ananiam,Crau.& alios,Gabr. d.q.n.10.*

11 Coarctatur Secundo, nam ſubſcriptio ſoliuſmet debitoris, ſufficit, quando agitur de contractu, ex quo ipſe tantum obligetur,ſi modo tres teſtes ſe ſubſcripſerint.Sic præcisè poſt *Purpuratum,& alios,idem Gabr. citata concl. 9.num.11.*

12 Amplia præterea,ſublimita,& declara;vt per eumdem *Gab.d.concl.9.a n.12.* vſque in finem, ad quem ex ſcriptis ſcripta conficiam,ſtudioſum beneuolum remitto.

## Secunda Concluſio ex d. l. ſcripturas.

*SVMMARIVM.*

1 *Scriptura priuata a partibus non ſubſcripta, ac trino teſte bonæ opinion.ac famæ, non munita, non operatur quo ad hypothecam in præiudicium poſteriorum creditorem hypothecam ipſam habentium ex publico inſtrumento.*
2 *Ratio.*
3 *Ampliatur iſta concluſio, vt procedat, etiamſi præcederet mandatum per inſtrumentum publicum ad obligandum, nam ideo minus obligatio ſequens per priuatam ſcripturam non præiudicat in hypotheca habenti publicum inſtrumentum,poſterius,& ratio ibidem ex Tiraquello.*
4 *Concluſio ſupra poſita, non ſolum locum habet in creditore publicum inſtrumentum habente, ſed etiam in emptore.*
5 *Ratio.*
6 *Contrarium multi.*
7 *Prior retinetur.*
8 *Item habet locum in habente titulum lucratiuum, vtputa donationis.*
9 *Et in ſumma contra omnes habentes cauſam a debitore, & in omni caſu, in quo eadem vigeat ratio.*
10 *Ampliatur multis alijs modis, de quibus remiſſiuè per Gabriel.*
11 *Creditor priuatam habens ſcripturam creditori poſteriori publicum etiam habenti inſtrumentum quo ad hypothecam præferretur, ſi duo teſtes bonæ opinionis, ac famæ, de veritate contentorum in ipſa ſcriptura priuata quoad ſubſtantiam obligationis, aperte depoſuerint.*
12 *Ampliatur hoc procedere, etiamſi alio modo, quam per teſtes de veritate ipſiuſmet ſcripturæ priuatæ conſtare poſſet.*

13 *Ratio.*
14 *Varia afferuntur exempla, quibus de ipſius priuatæ ſcripturæ veritate alio modo, quam per teſtes conſtare poteſt, & n.15. & 16.*
17 *Priuatam habens ſcripturam anteriorem, an præferatur poſteriori creditori publicum inſtrumentum habenti poſtea celebratum, ſi tamen ſuſpitio fraudis in caſu dictę l.ſcripturas ceſſet, etſi in ea non ſit appoſita eiuſdem legis? Dubitatur.*
18 *Author concludit pro affirmatiua.*
19 *Fundamentum eius, & n.20.*
21 *Reſoluit contraria, quæ obijci poſſent, & num.22.23.24. & 25.*
26 *Scriptura priuata operatur etiam in præiudrcium poſterioris creditoris publicum pro ſe habentis inſtrumentum, quando duo teſtes eſſent in ea ſubſcripti, & alia adminicula maioris ponderis, & authoritatis, quam ſit tertius ille teſtis, intercederent.*
27 *Item, ſi confeſſio ipſius debitoris probatur emiſſa tribus tantum teſtibus præſentibus, licet non in ſcriptis.*
28 *Item, ſi ipſa ſcriptura priuata ex forma ſtatuti vim publici haberet documenti.*
29 *Quam ſententiam author ſequitur, & confirmat, & n.30. 31. & 32. vſque ad 37. incluſiuè.*
38 *Eamdem quoque ſequitur Cl. Decian.*
39 *Contrarium tenuit poſt Ripam Tiraquel.*
40 *Fundamentum eius.*
41 *Priori vti veriori retinetur.*
42 *Soluitur ratio Tiraquelli, & n.43.*

Sequitur ſecunda Concludo deſumpta ex d. leg. ſcripturas, C. qui potior. & talis eſt.

1 SCriptura à partibus non ſubſcripta, ac trino teſte bonæ opin. ac famæ non munita, non operatur quoad hypothecam in præiudicium poſteriorum creditorum hypothecam ipſam habentium ex publico inſtrumento, *tex. eſt Clariſſ. in d.l. ſcripturas, C. qui potior. ſequitur poſt infinitos relatos Gabr. de probationibus concl.* 10. *num.* 1. *Tiraquel. de retractu conuent.* §.1. *gloſſa* 7. *numer.* 43. *& plurimi alij.*

2 Ratio autem ſecundum *Gabriel. citato loco, n.2.* eſt ſatis euidens, quoniam ſcriptura ipſa priuata, eſt valde ſuſpecta de antidatione, ideſt, quod debitor præponat poſteriorem creditorem anteriori, ac proinde quoad hypothecam præiudicium minimè infert ipſi poſteriori creditori. Sequutus eſt ſupradicta omnia *Illuſtriſſ. D. Card. Mantica de Tacitis lib.* 11. *tit.* 24. *n.*1 *&* 2. *vbi pulchrè.*

3 Ampliatur Primo iſta Concluſio, vt procedat, etiamſi præcederet mandatum per inſtrumentum publicum ad obligandum; nam ideo minus obligatio ſequens per priuatam ſcripturam non præiudicat in hypotheca habenti publicum inſtrumentum poſterius, ſic præcisè poſt *Ancharanum Felin. Ripam, & alios. Gabr. dict. concl.* 10. *n.*3. *& Tiraquel. n.*43. vbi quoq; rationem adducit, dicens: (Neque enim tollitur ob id ſuſpitio illa fraudis de prælato die.) Sequutus eſt quoque *Cl. D. Stephan. Gratianus diſcep. ſua* 28. *n.*29. vbi pulchrè diſcurrit, *& Illuſtr. Mantica d. tit.* 24. *n.*3. *Cogita.*

4 Ampliatur Secundo, vt idem ſit, nedum quando ſcriptura priuata anterior adducitur contra creditorem habentem publicum inſtrumentum, ſed etiam contra emptorem, qui publici pariter inſtrumenti minimè ſit tutus, ſic poſt relatos *Gabr. d. concl.* 20. *n.*4. *Tiraq. d.* §.1. *gl.*7. *n.*44. *Bertaz. conſilio ſuo crimin.* 295. *n.*9. *in* 2. *et nouiſſimè P. Auguſtinus Morla, in* 1. *par. ſui emptor. tit. de fide inſtr. q.*3. *n.*15. *verſ. quæ quidem concluſio.*

5 Nec ſanè mirum alicui de hoc videri debet, ſi enim creditor prætendes hypothecam anteriorem, virtute priuatæ ſcripturæ non præfertur poſteriori habenti publicum inſtrumentum, d.l. ſcripturas; a fortiori multo minus præferri debet emptori, quem meliori, ac potiori munitum eſſe iure neminem præterit.

6 Contrarium tamen tenuerunt *Bal Soc. et alij relati per Gabr. d. q.* 10. *n.*4. *in fine.*

7 Sed a priori non eſt recedendum, quam hodie veriorem eſſe æquiorem tutiorem, & in praxi receptiorem teſtatur benè eruditus vir *D. Caroc. in ſuo tractat. de excuſ. bonor. q.*65. *p.*2. *n.*11. *et Cl. vir D. Petr. de Cabal. conſ ſuo* 121. *n.*3. *Addo D. Alexandrum Trentacinquium: variar. reſ. lib.* 2. *tit. de fide inſtrum. reſol.* 12. *n.*20.

Et *D. Vincent. de Franchis deciſ. ſua* 95. *n.*4. *quem retulit, ac ſequutus eſt Cl. D. Marta in tit.* 1. *q.*2. *num.* 14. *ff. ſolut. matrim. His adiugas Illuſtr. D C. Manticam d. tit.* 24. *n.*14. *vſq; in finem*, vbi pluribus rationibus comprobat, cum omninò conſulas.

8 Ampliatur tertio, idem iuris eſſe, etſi priuatam habens ſcripturam, contenderet ſuper hypotheca cum habente titulum lucratiuum, vtputa donationis; Sic poſt *Caſtr. Gabriel. d. concl.* 10. *n.*5. *Tiraq. d. n.*44. *et Mala, præcitato n.*25. *Adde Dom. Borgninum Caualc. lib.* 2. *deciſ. ſua* 27. *n.*17. vbi infinitos propè concordantes deducit.

9 Et in ſumma, amplia hanc eandem concluſionem procedere in omni caſu, in quo eadem vigeat ratio, & per conſequens conclude diſpoſitionem d.l. ſcripturas, locum ſibi vendicare quoad omnes habentes cauſam a debitore, ita *Gabr. iam citata concl.* 10. *n.*6. *et Tiraqu. n.*45. *et* 46. *Addo Magon. Deciſ. ſua Florent.* 122. *num.*9. *verſic. quia d.l. ſcripturas.*

10 Amplia quoque alijs modis, vt per *Gabr. n.*7. *et* 8. *vide per eum.*

Limitatur autem hæc eadem regula pluribus modis.

11 Et Primo, ſi duo teſtes bonæ opinionis ac famæ, de veritate contentorum ipſa ſcriptura priuata quoad ſubſtantiam obligationis apertè deponerent, tunc enim creditor priuatam habens ſcripturam, creditori poſteriori publicũ etiam habenti inſtrumentum quo ad hypothecã abſq; alio præponeretur, ſic poſt infinitos relatos *Gabr. d. concl.* 10. *n.*9. Et ratio eſt, quia hypotheca, cum non requirat de neceſſitate ſcripturam, ſed ſolo conſenſu contrahatur, teſtibus proinde plenè probari poteſt *leg.*1. *ff. de pign. act. et l. contrahitur, de pign.* cum concordantibus deductis per *Pet. de Cabal. conſil. ſuo* 121. *n.*2. *Addo Ioannem Gulielmum Guidobonum, aduoc. ſua* 29. *n.*22.

12 Ampliatur iſta limitatio, vt procedat, etiamſi modo, quam per teſtes, de veritate ipſiuſmet priuatæ ſcripturæ conſtare poſſet, adhuc enim diſpoſitio *d l. ſcriptuuas in ſecundo*, in præiudicium tertij effectum ſuum ſortiretur.

13 Nec ſanè mirum, paria enim ſunt, vel probationem ſcripturæ fieri per teſtes ſubſcriptos, vel aliunde, dummodo conſtet de ipſius voluntate. Sic expreſsè *Bald. in d. l. ſcripturas, n.*15. *verſ. tu dic plenius.* Sequitur per pulchrè poſt plures relatos, ſed longe latius eruditiſ. *Vincent. de Franc. deciſ. ſua* 95. *num.*6.7. *et* 8. vbi ſubdit, ita quoque de anno D. 1568. in Regio Collaterali Conſilio fuiſſe deciſum. Addas *D. Alex. Trentacinquium, d. reſolut.* 12. *num.* 21. *vbi pulchrè, et D. Herculem Mareſcottum Variar. reſol. lib.* 1. *c.*29. *n.*12. *His adiugas Illuſtriſſ. D. Card. Manticam d. t. t.* 24. *n.*4.

Varia autem a ſcribentibus paſſim afferuntur exempla, quibus de ipſius ſcripturæ priuatæ veritate alio modo, quam per teſtes conſtare poteſt.

14 Primum quidem eſt, ſi ipſe debitor confeſſus eſſet in iudicio anteà hypothecaſſe, prout in ſcriptura priuata cõtinetur, quam per publicum poſtea obligaretur inſtrumentum, ſic precisè poſt *Bald. et Angelum Gabr. d. concl.* 10. *n.*10. *Addo Petr. de Caball. conſ. ſuo* 121. *n.*6.

15 Alterum eſt, ſi publicum habens pro ſe inſtrumentum, fate-

fateretur,quidem priuatam illam ſcripturam anteriorem confectam fuiſſe à parte tempore illo,cuius ipſa ſcriptura meminit, & de hoc dubium nemini videri poteſt, ita pulchrè aduertit *Caccialup.in d.l.amonendi,n.64.* ſequi quoque videtur *Burſat.conſil.ſuo 103.num.3.& Ludouic.Marſius in ſecunda q. de ſecundo creditore offerente inſerta poſt eius conſ.pag.mihi 542.n.49. His addas D. Gutierez practicarum concluſionum, lib.1. quæſt.125. num.quinto, vbi pulchrè.*

16 Aliud tertio loco eſt, quoties ipſa priuata ſcriptura ante confeſſionem publici inſtrumenti fuiſſet lecta, recognita, & intellecta per illos tres teſtes, qui in ea ſunt deſcripti, licet non ſubſcripti, in hoc enim caſu priuata illa ſcriptura præponeretur quoad hypothecam publico documento; ſic poſt *Bal.Ioannem Baptiſtam de Sancto Seuerino Couar.pract.quæſt.c.22.num.5.verſ. poterit tamen Gabriel.d.concl.10.num.11.& Caccialup.in dict.leg.admonendi, num.65.*

Addo *D.Menoc.conſ.ſuo 787.n.12.& 13.Gutierez, pract. quæſt.lib.5.q.111.num.6.Adiungas pariter Illuſtr. D.Manticam d.tit.24.num.6.vbi ſubdit,ita in Rota reſcriptum teſte Caputaq. deciſ.112. lib. 3.* Sed ex ſupradictis pulchra hic elicitur dubitatio,& eſt.

17 An in caſu d.l.ſcripturas, priuatam habens apocham anteriorem, præferatur poſteriori creditori publicum inſtrumentum habenti poſteà celebratum, ſi tamen ſuſpitio illa fraudis de antidatione ceſſet, etſi in ea non ſint appoſita requiſita d.l.ſcripturas.

18 In huiuſmodi difficultate ſentio ego & intrepide teneo affirmatiuam opinionem proculdubio veriorem eſſe. Eam enim ſequi quoque videtur *Vincenc.de Franchis, dicta deciſione ſua nona, numero ſeptimo Magonius deciſ. ſua Florentina 122.num.11.& 12.& omnium pulcherrimè Hieronymus Papponius conſ.ſuo 48 num.25.eum ſequent. Addo Menochium conſilio ſuo 787.num.6.& 7. & Cl. Petrum de Cabal.conſ.ſuo 121. ferè per totum. Adeundus quoque Dominus Guttierez.d.quæſt.111.nu.7. & eruditiſſimus Scaccia,lib.2.de iudic.cauſ.ciuil.cap.11.n.1128.vbi pulchrè. His adde Clariſſ. D.Farinacc. in ſuis deciſionibus Rotæ Romanæ nouiſſimis.deciſ.100. per totam, & deciſ.102.* vbi docet ad huiuſmodi probationem admitti adminicula, ac coniecturas, & latius, vt per eum, qui etiam nonnullas ibi ſubnectit.aduertendum quoque *Cl.Marc.Scottus d.c.79.n.13. cum ſeq.vbi late,& D.Stephanum Gratianum,diſceptatione ſua 391.n.7. & 8.* vbi ſubdit etiam ſic fuiſſe deciſum per *Rotam Romanam coram Card.Seraphino 25.Maij,anno Domini 1500.*

19 Moueor vulgatiſſima illa iuris Regula, quod ceſſante fraudis ſuſpicione debet quoq; ceſſare diſpoſitio illius legis, quæ ſuper tali præſumptione fundata eſt ad tradita per *Bal.in l.ſi certis annis,C.de pactis, in leg. ſi qui adulterij C.de adulterijs, & in c.cum ceſſante,de appell.*

20 Vnde cum in caſu noſtro clarè de veritate ipſius priuatæ ſcripturæ conſtare, omniſque fraudis ſuſpitionem remotam eſſe ſupponatur, ceſſare quoque debere diſpoſitionem *d.l.ſcripturas,*quæ in iam dicta ſuſpitione fraudis ſe fundat, & per conſequens priorem creditorem præferendum eſſe poſteriori,*ad l.aſſiduis,C.qui potior.*cùm concordantibus,apertè conſequitur.

21 Non officit ſi diceretur, quod modus conficiendi ſcripturam priuatam traditus per Imperatorem in *dict.l.ſcripturas,*ſit de forma ipſius legis,& per conſequens; quod ceſſante etiam ratione legis non debeat ipſius forma ceſſare,ad tradita per *Bar.& alios in l.cum hi, §. ea autem, ff. de tranſactionibus,& Tiraq.in ſuo tractat. ceſſante cauſa limit.37.*

22 Reſpondetur enim cum Papponio,*d.conſ.48.n.27.*nullo modo verum eſſe, quod modus conficiendi ipſam ſcripturam traditus per *d.l.ſcripturas,* verè inducat formam.

23 Et ratio eſt quia in ipſa lege poſt illum traditum, non ſubijcitur Clauſula ipſius actus annullatiua, in caſu, quo aliter fieret,prout expreſsè requiri tradidere *Bal.Imol.& Communiter Doct.in l.1.ff.de liber.& poſthum.*

24 Aliter etiam fuit reſponſum,ad ibi dicta, ne bis idem repetamus lectorem remitto.

25 Duobus alijs modis ampliatur iſta. Prima principalis limitatio,& declaratur per *Gabriel in d.concl.10. n.12.13. & 14.*vide per eum.

26 Limitatur ſecundo loco principaliter iam dict. Concluſio, quando duo teſtes tantum eſſent ſubſcripti, & adminicula alia maioris ponderis, & authoritatis, quam ſit tertius ille teſtis intercederent, tunc enim ſcriptura illa priuata operaretur etiam in præiudicium illius,qui publicum haberet inſtrumentum poſterius,*ſic Gabr.d.concl.10. n.15.et poſt Fulgoſ.conſil.ſuo 132.Tiraq.d.gl.7.n.59.His addas Illuſtr.D.Mantica d.tit.24.n.8.vbi pulchrè.*

27 Coarctatur tertio, etiamſi confeſſio ipſius debitoris probaretur omiſſa tribus tantum teſtibus præſentibus,licet non in ſcriptis, ita *Fulg.præcit.concl.et Gabr.d.concl. 10.n.17.*

28 Limitatur quarto, ſi ipſa priuata ſcriptura ex forma ſtatuti in vim publici obtineret documenti, tunc enim præualeret habenti publicum inſtrumentum poſterius, ſic præcisè poſt *Soc.conſil.ſuo 240.in 2.Bald. et alios Gabr. d.concl.10.n.18.*

29 Quæ ſententia mihi quoque ſummopere probatur, eamque pluribus modis confirmo, & Primò ſic.

30 Vbicumq.ſcriptura priuata minus ſolemnis,ideſt, quæ non habeat ſolemnitates *d.l.ſcripturas,*habetur per ſtatutum,vel conſuetudinem,vt publica ſcriptura,tunc ſemper venit,& comprehenditur in quacumque lege, vel ſtatuto loquente de publica ſcriptura,ſic notatur in *cap.cum dilectus,de fid.inſtrum.ita Abb.in Rubr. eodem tit. Socin.conſil. 63.col.fin.vol.1.*

31 Sed ſic eſt,quod duabus publicis,ſcripturis exhibitis illa ſemper præualet,quæ prior eſt in tempore, vt Regula, qui prior;cum materia,de reg. iuris, in ſexto, ergo.

Scriptura priuata ex forma ſtatuti, vel ex conſuetudine pro publica habita,creditori,poſterius inſtrumentum habenti, abſque dubio præferretur, & ſic valida limitatio.

32 Secundo, & fortius ſic arguo, & conſidero, quod ſicut d.l.ſcripturas, vult, quod vbi ſcriptura priuata eſt trino teſte notata habeat vim publici inſtrumenti, & ſic quod vti publicum inſtrumentum prius in tempore præferatur alij poſteriori,ita & quando ſtatutum,vel conſuetudo vult, quod ipſa priuata ſcriptura cum minori ſolemnitate,quam ea,quæ in dicta l.ſcripturas,exigitur, habeat vim publici inſtrumenti, debeat, & in hoc caſu eundem effectum producere, iſta enim minor ſolemnitas ſubrogata eſt in locum eius, quæ a lege requiritur.

33 Sicut dicimus de præſcriptione, quæ licet à lege requirat tempus triginta, vel quadraginta annorum, ſi ſtatutum minuat illud tempus, & velit quod præſcribatur, puta,ſpatio decenni illud tempus diminutum à ſtatuto ſubrogatur in loco temporis requiſiti à iure communi, & eoſdem parit effectus ita *Bal.in l.ſuperuacuam, C.de temp. in integ.reſtit.et in l.in contractib.C.de non num.pecun.in ſecundo notab.*

34 Tertio ſuffragatur nam in d.l.ſcripturas, §.*fin.* ponitur pro conſtanti Regula,quod priuata ſcriptura non proferatur,etiam ratione temporis,publico inſtrumento.

Ab hac autem Regula excipitur vnus caſus, quando videlicet ſcriptura ipſa ſit vallata ſubſcriptione trium teſtium, tunc enim vult Iuſtinianus huiuſcemodi ſcripturā quaſi publicè confectam,præferri debere; ergo iſta limitatio debet extendi ad omnem ſimilem caſum, in quo
35 ſcriptura ipſa priuata habetur quaſi publicè confecta.Limitatio

mitatio nam in aliquibus caſibus facta, extenditur etiam ad alios caſus ſimiles, vt ex illo tex, colligit Abb. in c. cum dilecta, de confirmatione vtili, vel inutili, & *Bal. per illum text. in cap. poſt tranſlationem, verſ. quamquam, de renunciation.*

36 Quod procedit, etiamſi talis limitatio facta fuiſſet per taxatiuam, tantum, vt dicit ibi *Abb. & Dec. in d. c. cum dilecta, & Ang. in l. ſi hominem, §. in delictis, ff. de ædil. edicto, Addo Dec. conſ. ſuo 699. n. 7. ergò & in caſu noſtro.*

37 Cum conſuetudo, velit ſcripturam haberi pro publico inſtrumento, hic caſus ſimilis eſt limitationi, de qua in d. l. ſcripturas, quo ad effectum, quia vtroque caſu ſcriptura ipſa priuata habetur pro inſtrumento publice confecto, ergo idem ius per prædicta.

38 Hanc eamdem ſententiam omnium pulcherrimè, & latiſſimè defendit *Cl. vir. D. Decian. conſ ſuo 11. n. 143. cum infinitis ſeq. in 1.*

39 Obſeruandum eſt tamen non defuiſſe, qui contrarium verius eſſet ſunt opinati. Inter cæteros autem eſt *Tiraqu. poſt Ripam. in l. priuileg. de priuilegijs creditorum, de retra-*
40 *ctu conuent. gl. 7. n. 57. verſ. nec mihi*, inquit enim ipſe huiuſmodi ſtatutum eſſe intelligendum, vt ſcilicet habeat talis ſcriptura vim publici inſtrumenti aduerſus debitorem, qui eam confecit, nec etiam aduerſus tertium, & hoc ex ſententia *Baldi in l. vlt. C. ſi aduerſ. creditor. & in l. 1. C. commun. de leg.* vbi docuit ſtatutum volens inſtrumenta guarentigiata exequutioni demandari habere locum tantum contra debitorem, non contra tertium.

41 Sed a priori ſententia vti veriori, minimè recedendum arbitror. Nec officit fundamentum ex aduerſo deductum ex ſententia Baldi.

42 Reſpondetur enim cum *Socin. d. conſ. 240. & Dec. d. conſ. 11. num. 145.* quod dictum Baldi procedit in actione perſonali, quæ non poteſt exerceri niſi contra debitorē, vel eius hæredes, & non contra tertium ideo nil mirum, ſi non extenditur contra tertium, contra quem agitur hypothecaria.

43 Sed vbi in ſcriptura priuata quæ habet vim publicæ, ex forma ſtatuti, extat hypotheca, vt in caſu noſtro, tunc nō procedit dictum Baldi, & latius vt per eumdem Decian. qui vlterius quæcunque obijci poſſunt, acutiſſimè reſoluit. Hanc eamdem ſententiam vti veriorem amplexus eſt quoque *Illuſtr. D. Card. Mant. d. tit. 24. n. 7.*

44 Sed quid iuris ſit ſciſcitaberis, ſi fortes conuenerit, & priuata ipſa ſcriptura vim habeat publici inſtrumenti: an per hoc præferetur inſtrumento publico poſteriori, *Illuſtriſſ. Mantica d. tit. 24. n. 6. in fin.* concludit pro negatiua conſiderat enim, quod rate pactum vim habebit tantummodo in preiudicium ipſorum partium ſcribentium, non autem quoad præiudicium alterius; ibiq; nonnullos concordantes deducit.

---

## Subſequitur vltimo loco tertia concluſio deſumpta ex *d. l. ſcripturas, C. qui potiores.*

### SVMMARIVM.

1 *Habens priuatam ſcripturam trino teſte bona opinionis ac famæ munitam, præfertur habenti publicum inſtrumentum poſterius quoad pignus, & hipothecam. Ratio n. 3.*

2 *Hypotheca etiam per chirographum poteſt conſtitui, dummodo conſtet de mente contrahentium ipſam conſtituere volentium.*

4 *Ad hoc vt concluſio ſupra firmata n. 1. locum habeat, multa requiruntur.*

5 *Primo, quod a tribus teſtibus ſcriptura ipſa priuata ad minus ſit ſubſcripta.*

6 *Amplia, vt dictus numerus requiratur etiam de iure Canonico.*

7 *Amplia, vt non ſufficiunt, ſi ſint duo, & vnus eorum Notarius.*

*Ratio ibidem.*

8 *Item, vt nec ſcribens inter ipſoſmet teſtes debeat connumerari.*

9 *Prout nec etiam mediator, licet nec pretium, aut mercedem aliquam receperit.*

10 *Amplia, vt id procedat, non ſolum quando ageretur contra tertium verum etiam contrà principalem debitorem.*

11 *Requiritur ſecundo, quod illi tres teſtes ſint bonæ, ac probatæ opinionis.*

12 *Et iſta qualitas proculdubio erit articulanda, & probanda.*

13 *Ratio.*

14 *Angeli.*
15 *Cæpollæ, &* } *dicta afferuntur.*
16 *Parij.*

17 *Exigitur tertio, quod ipſi tres teſtes partes agnoſcant, & notitiam ipſarum habeant, & n. 18.*

19 *Item quod illi ſcripturæ ſe ſubſcribant, vel ſaltem ſuis ſigillis eam obſignent.*

20 *Signum habet vim ſubſcriptionis.*

21 *Requiritur quarto, quod teſtes ipſi ſint maſculi, & non fœminæ.*

22 *Contrarium multi.*

23 *Prior tamen vti verior, ac communior retinetur.*

24 *Exigitur quinto, quod vltra ipſorum teſtium interuentum, ambarum quoque partium intercedat ſubſcriptio.*

25 *Contrarium quamplurimi, & n. 26.*

27 *Eorum fundamentum.*

28 *Ampliatur, vt quando debitor ſcripturam illam priuatam manu ſua ſcripſerit, idque in ipſa ſcriptura aſſeruit alias ipſius poſtea ſubſcriptio non requiratur, & n. 29.*

30 *Ratio.*

31 *Et ita de conſuetudine obſeruari teſtatur Caccialuppus.*

32 *Tex. in d. l. ſcripturas enucleatur.*

33 *Subampliant, idem iuris quoque eſſe, quando ſigillum illius, cuius manu tota ſcriptura reperitur ſcripta, eſſet appoſitum: alia enim ipſius ſubſcriptione minimè eſſet opus.*

34 *Ratio.*

35 *Declara.*

36 *Diſtinctio communis ſcribentium in huiuſmodi difficultate deducitur, & n. 37.*

38 *Quod plures tangit ab omnibus debet approbari.*

39 *Superflua, & aluſoria ex Crauett. videtur ſubſcriptio illius partis, de cuius fauore tantum agitur.*

40 *P. Bimius conſ. ſuo 172. n. 1. in 2. improbatur.*

41 *Alias diſtinctio Ripæ in iam dicta difficultate deducitur, & n. 42. 43. & 44.*

45 *Oddus conſ. ſuo 100. num. 79. refellitur.*

46 *Communis illa diſtinctio, de qua ſupra n. 34. approbatur ab authore.*

47 *Requiritur ſexto, quod d. priuata ſcriptura contineat diem, menſem, annum, & locum, in quo facta eſt.*

48 *Item, quod teſtes in recognoſcendo dicant ſe ſubſcriptiones ſuas recognoſcere, quia manu ſua fuerunt ſcriptæ.*

49 *Item, quod fuerunt præſentes, quando ipſamet ſcriptura per partes fuit ſcripta, & ſubſcripta, & quod de ea reminiſcuntur, & alia multa, de quibus ibi, & n. 50. 51.*

52 *Requiritur octauo, quod ipſimet teſtes deponant ſe vidiſſe partes ipſas ſcribere, adeo quod non ſufficiat ſi depoſuerint, ſe habere characterem ipſarum partium familiarem, ac cognitum.*

53 *Si aliquis ex illis tribus teſtibus in priuata ſcriptura ſubſcriptis, in facta conceſſerit, cæterique duo ipſam ſcripturam dumtaxat recognouerit, an id ſufficiat quoad proban-*

dum

*dum debitum, & hypothecam in præcium tertij, in materia dicta lege ſcripturas? dubitatur.*

54 *Negatiuam multi tenuerunt.*

55 *Fundamenta pro hac opinione, & num. 56. 57. 58. 59. 60. & 61.*

62 *Affirmatiuam quamplurimi ſequuti ſunt.*

63 *Media, quibus hæc opinio ſuſtinetur, & num. 64. 65. 66. 67. 68. 69. & 70. vſque ad 78. incluſiuè.*

79 *Et hanc vti veriorem, & Communiorem ſequitur Author, & num. 93.*

80 *Reſpondetur ad fundamenta contrariæ partis, & nu. 81. & 82. vſque ad 92. incluſiuè.*

94 *Multa notatu digna deducit author, & num. 95. 96. & 97. cum ſeqq. vſque ad 112.*

113 *Quæritur ſi tres omnes teſtes ſubſcripti in ſcriptura priuata, ante eorum recognitionem in facta conceſſerint, an ipſamet ſcriptura probet?*

114 *Diſtingue duos caſus, de quibus, & numer. 115. 116. 117. & 118.*

119 *Alias difficultas quid ſi ipſemet ſcriptura habeat ſubſcriptionem dumtaxat teſtium, & non partium, an probet, ſi fiat ſola teſtium recognitio.*

120 *Vide Trentacinquium remiſſiuè.*

121 *De materia d. l. ſcripturas, vide plures DD. relatos ibi, remiſſiuè.*

Tertia, & vltima concluſio deſumpta ex d. l. ſcripturas, talis eſt.

1 HAbentem priuatam ſcripturam trino teſte bonæ opinionis, ac famæ, munitam, pręferri habenti publicum inſtrumentum poſterius quoad pignus, & hypothecam, clariſſime deducitur *in d. l. ſcripturas*, in ſecundo reſponſo. Sequitur *Gabriel libr. 1. concl. tit. de probationibus, concl. 11. Bellon. deciſ. ſua Genuæ 13. num. 31. Ioachim. Beuſt. in d. l. admonendi, num. 693. licet ſub num. 694.* ſubdat aliter per conſtitutionem Ducis Auguſti Electoris Saxoniæ, nuper conſtitutum fuiſſe, & plurimi alij: Addo poſt hæc edita viſum *Clar. Doctorem Martam, Voto ſuo Rotæ Piſanæ 53. num. 1.* vbi infinitos cōcordantes adducit, & *Cl. D. Herculem Mareſcottum variar. reſol. lib. 1. c. 29. num. 11.* ad iugas etiam *adiungas etiam d. Polydorum Ripam obſeru. ſua 261. num. 1.*

2 (Hic obiter nota, hypothecam etiam per chirographum poſſe conſtitui, dummodo conſtet de mente contrahentium ipſam dolentium conſtituere, veluti; ſi debitor promittat ſub obligatione bonorum, *tex. eſt in leg. fin. C. que res pignor. & in l. penul. C. qui potior, & leg. penult. §.*

3 *item, ff. de pignor.*) Nec ſanè mirum: illa enim ſcriptura priuata tunc æquiparatur publicæ, *d. l.* ſcripturas, in fin. & tantam vim habet, quantam publicum documentum. *Rol. à Valle, conſil. ſuo 84. num. 2. in 3.* dicit nomen priuatæ adhuc retineat: pulchre, & late *Thom. Triuiſ. lib. 1. deciſ. 4. num. 9.* quinimò inſtrumentum publicum vocatur, ad tradita per *D. Gomez Leonium, deciſion. ſua 12.* Hinc illud notiſſimum Carmen.

*Cautio priuata cum tirino teſte notata.*
*Hoc ius eſt nacta, quod cautio publicè facta.*

4 Obſeruandum eſt tamen, multa de neceſſitate requiri, ad hoc vt illius textus deciſio locum habeat.

5 Exigitur enim Primo, quod ipſa priuata ſcripturas, *in fin. & §. ſi quis igitur, iuncto §. ſed & c. quis in Auth. de fide inſtrum.* per quæ iura ita quoque concludit *Aretin. conſil. ſuo 64. num. 4. & Scaccia lib. 2. de iudic. cauſarum ciuil. cap. 11. num. 990.*

6 Et adeo eſt de eſſentia hic numerus trium teſtium in ſcriptura priuata, ad excludendum creditorum inſtrumenti poſterioris, vt duo teſtes non ſufficiant etiam de iure Canonico, & in hoc nulla eſt differentia cum ciuili. Sic poſt *Abbat. Fel. Couar. ac alios, Excell. Marta dic. Voto ſuo 53. num. 2.*

7 Et hoc quoque adeò verum eſt, vt non ſufficiat ſi ſint duo, & vnus eorum' ſit Notarius. Sic poſt *Felin. Gabr. d. ſua concl. 11. num. 3.* & poſt plures alios relatos *Maſcard. concl. ſua 285. num. 4.* Non enim propter hoc plus operaretur, quam alius ſimplex teſtis, quia non ſubſcriberet vt tabellio.

8 Amplia, vt nec ſcribens inter ipſoſmet teſtes debeat connumerari pulchrè *D. Triuiſ. libr. 1. deciſione ſua 40. numero ſeptimo.*

9 Amplia, vt nec mediator, licet nec pretium, aut mercedem aliquam receperit, ad late tradita per eumdem *Triuiſ. d. deciſ 40. num. 4. & 5.*

10 Amplia vltimo, vt hoc procedat, non ſolum quando ageretur coram tertium tantum, ſed etiam quando ageretur contra ipſum debitorem principalem. Sic poſt alios præcisè *Scacc. d. cap. 11. num. 992.*

Nota tamen ipſorum trium teſtium ſubſcriptione minimè opus eſſet in ipſomet ſcriptura priuata, ſi tamen ab eis viua voce cum iuramento recognoſcatur ante confectionem inſtrumenti publici, ſic præcisè poſt plures relatos tradidit *Cl. D. Gutier. pract. concl. libr. 1. q. 125. num. 6. & 7.* vbi tandem ſubdit, quod quoties priuata ſcriptura ante confectionem inſtrumenti publici fuerit lecta, recognita, & intellectu per teſtes in ea ſcriptos, etiamſi ſubſcripti non fuerint, admittitur, præfertur contra inſtrumentum publicum poſterius, & latios, vt per eum, quem omnino conſulas.

11 Requiritur ſecundo, quod hi tres teſtes ſint bonæ, ac probatæ opinionis, ſinceræque fidei, d. l. ſcripturas, & d. §. ſi quis igitur. ibi: (Tres teſtes honeſtos, ac fide dignos) ſequitur *Cl. Oddo. conſil. ſuo 100. numer. 61. Addo D. Martam Voto ſuo 53. num. 4.*

12 Quæ quidem qualitas proculdubio articulanda eſſe, & probanda, prout aduertunt *Soc. conſil. ſuo 174. num. 10. in 2. Purpurat. in d. l. admonendi, nu. 165. verſic. & debent eſſe Ripa, ibid. num. 104. verſic. 4. intelligitur. Q. Mandoſius, cōſ. ſuo 97. num. 3. & 4. Hippolyt. Riminaldus, conſil. ſuo 103. nu. 18. in 5. & omnium latiſſimè, & elegantiſſimè Crauet. de antiquit. temporum, 1. part. verſic. quæritur etiam, numer. 39. cum duobus ſequentibus.*

Sic quoque iudicauit *Hieronym. Marilian. deciſ. ſua 22. num. 5. & Sacrum Conſilium Neapolitanum, teſte Vincentio de Franchis, deciſ. ſua 644. parte 4. Addo Maſcard. conclnſ. ſua 285. num. 6. & Polydor. Ripam, obſeruat. sua 261. nu. 5. cum ſeqq. Videndus quoque Gutierez. Pract. quæſtionum lib. 5. quæſt. 111. numer. 5. & Illuſtriſſ. D. Card. Mantica d. tit. 24. num. 13. vbi latè.*

13 Nec mirum: Regulare eſt enim, vt quotieſcumque diſpoſitio requirat aliquid probandum eſſe per teſtes bonæ opinionis, ac famæ, tunc ſemper illa qualitas bonæ opinionis, debeat articulari, ac probari. Sit poſt infinitos relatos *Gabriel dict. concl. 11. de probationibus, num final.* Sic quoque poſt quamplures deductos *Gallia; conſil. ſuo 91. numer. 6.* vbi quoque in praxi admonet cauſarum patronos, vt debeant eſſe cauti ad hanc qualitatem probandam.

14 Hinc meritò dicebat *Angel. in leg. 2. §. ſi quis neget, ff. quemad. teſt.* aperiantur, quod ſtatuto Bononiæ diſponente, quod ad probationem mortis, alicuius, qui extra territorium dicatur deceſſiſſe, interueniat probatio per tres teſtes optimæ opinionis, ac famæ, quod inquam non erit probata mors, niſi probetur illos deponentes eſſe optimæ opinionis, ac famæ.

15 Sic etiam *Cæpol. conſil. ſuo 57. nu. 7. in 3.* concludit, quod ſtatuto puniente abducentem mulierem honeſtæ vitæ, bonæ cōditionis, & famæ, quod iſtæ qualitates erunt probandæ, ad hoc vt abducens mulierem pęna ipſius ſtatuti

punia-

puniatur. Sequitur hæc omnia poſt infinitos relatos *D. Rol.à Valle conſil.84.num.8. cum ſeq.in 3.*

16 Sic quoque vrgente conſuetudine in territorio Mantuano, quod creditum cuiuſcumque ſummæ & quantitatis debeat ad minus per duos teſtes, omni exceptione maiores probari, qualitas iſta à dicta conſuetudine requiſita de neceſſitate probãda erit. Sic pulchrè poſt alios *Pariſ.conſil.ſuo 83.num.20. cum duobus ſequentibus in primo.* Et quod iſta qualitas regulariter ſit probanda, tradit *Clar.Eques D.Peregrinus, conſil.ſuo 75.nu.17. volum.primo pluribus alijs ſimilibus comprobat id Crauet.citat.loco, vide per eum; Videndus quoque Maſcard.concl.ſua 1253. per totam, & 1254. & 1366.num.7. Addo D.Martam, dicto voto ſuo 53.numer.6. & D.Trentacinquium, reſolut.12.inferius alleganda, nu.*10. vbi teſtatur de veriori, & Communiori; quamuis nonnullos tenentes contrarium deducat.

17 Requiritur tertio principaliter, quod ipſi tres teſtes partes agnoſcant, & notitiam ipſarum habeant, §.*oportet, in Auth.de inſtrumentorum Caut (ibi non ignotos) ſequitur Ripa, in d.l.admonendi, cit.num.104.verſic.5. requiritur, & Proſper Paſethus, concluſ.ſuo 145.numer.3.verſic.tertio requiritur. Addo Scacciam, d.cap.11.nu.997.* vbi ſubdit, hanc cognitionem eſſe neceſſariam ad excludendas fraudes, ac falſitates ibique & ſub *numer.*1305.exemplificando talia verba profert.

18 Nam alioquin poſſent plures vocari eodem nomine; & cognomine, quo vocatur debitor, qui ſcripſiſſet, vel ſubſcripſiſſet apocham, & deinde hæredes creditoris poſſent ignorare agere contra vnum ex ipſi habẽtibus idem nomen, & cognomen, qui tamen nõ eſſet ille debitor, qui ſcripſit, & tamen teſtes poſſent recognoſcere ſuas ſubſcriptiones, & conuentus poſſet oſtendere per comparationem litterarum illam non eſſe manum ſuam, & quod reperiantur alij eiuſdem nominis, & cognominis in illo eodem loco. Item poſſet euenire, quod Titius in apochæ ſcriptura ſe vocauerit Seium, ſeque iſte nomine Seij conſtituerit debitorem Caio, & quod in ea apocha ſe ſubſcripſerint teſtes, qui etiam recognoſcerent ſuas ſubſcriptiones contra, qui tamen eſſet omnium inſcius, & tamen teſtes vere recognoſcerent ſuas ſubſcriptiones, & diſſimilitudo litterarum facta comparatione vere probaret illam
19 non eſſe manum Seij. Quare, ad tollendam ęquiuocationem, & errorem in primo caſu, & falſitatem in ſecundo, neceſſe eſt, vt teſtes cognoſcant contrahentes, ſcribentes, ſeu ſubſcribentes Hactenus *Scacc.d.num.*1035.

20 Item, quod illi chirographo ſe ſubſcribant, vel ſaltem ſuis ſigillis obſignent. Signum enim habet vim ſubſcriptionis. *Maſcar.d.concl.285.num.7.*

21 Exigitur quarto, quod teſtes ipſi ſint maſculi non fœminæ, ſecundum *Bald.in d.l.ſcripturas*, ponderando verbum (virorum) ſequitur *Soc.deciſ.ſuo 274.num.10.in 2.in prin.Purpur.in d.l.admonendi, num.164. Gabr.poſt infinitos relatos d.concl.11.nu.5. Couar.Pract.qu.c.22.num.5.verſic. primum illud. Roland.à Valle poſt alios conſil. ſuo 84.nu.3.in 3. & infiniti alij. Addo Schuuartzenthaler. in l.magnum, C. de contrah.num.19.vbi de communi pag. mihi 750.*

22 Obſeruandum tamen dictum iſtud *Baldi reprobari per Felin.in d.c.2.de fide inſtrum.ſub num.4.Iaſ.in repetit.d.leg. admonendi, num.107. & 108. & per Ripam ibid. d.nu.104. verſic.tertio* intelligitur, ibi (Mihi placet.)

23 Sed à priori ſententia minimè recedendum arbitror, quam pluribus rationibus firmat bene eruditus *Crau.de antiq.temp.in verſ.quæritur etiam num.35.36.& 37.& ſequitur etiam Decian.in dict.c.2.num.11.& 12. & Maſcar. concl.285.d.num.5.*vbi de communi, & *concl.ſua 1300.nu. 23. Addo quoque Laurentium Teninum, Caut.ſua 241.vbi Cremenſem, Cottam, Duennam, & plures, alios deducit*, cauendumque eſſe hoc in caſu à fęminis pro cautela docet. *Videndus quoque Ioan.Gutienez. Pract. quæſtionum libr.5. quæſt.111.numer.2.*vbi concordantem adducit *Viuium, & alios.* Adeundus quoque hac de re *D.Sigiſmund.Scacc.lib. 2.de iudic.cauſar.ciuil.cap.11.nu.984.cum ſeq.* vbi omnium pulcherrime, & *D.Alex.Trentacinq.variarum reſol.lib.2. tit.de fide inſtrumentorum, reſol.12.numer.9.* vbi nonnullos concordante deducit. His omnibus adiungas *Illuſtriſſ.D. Mantic.tit.24.inferius allegando, nu.*10. vbi infinitos alios concordantes deducit.

24 Quinto principaliter requiritur, quod vltra ipſorum teſtium interuentum, ambarum quoque partium intercedat ſubſcriptio, ita *Bart. in d.l.admonendi, ſub numer.26.* quem ſequitur quoque ibidem *Salic. idque per text. in d.l. ſcripturas*, ibi (ipſorum tamen contrahentium ſubſcriptiones habeant.) Hoc idem docet ipſemet *Bart.in Auth. Etſi contractus, C.de fid.inſtrum.& in d.l.ſcripturas.* Sequitur poſt quam plures *relatos Roland.à Vale, conſil.ſuo 84. num.13.verſ. ad ſecundum in 3.Gabriel.lib.1. concluſ.tit.de probat.concl.10.nu.19.Thomas Triuiſan.deciſ.40.lib.1.n.1.* & nouiſſimè infinitos adductos *Cl.Oddus, conſil.ſuo 100. num.59.& 70.addas Illuſtr. D.Manticam de Tacitis lib.11. tit.24.num.9.* vbi poſt plures alios adductos atteſtatur dè veriori, ac Communiori.

25 Contrariam tamen hanc in re ſententiam tenuerunt infiniti alij, inter ceteros autem *Cato Sach.in d.l.admonendi, num.46. Ioan.Baptiſt. Caccialup.num.55. Roman.nu.52. verſ.item adde ſecundò, & plurimi alij per Rol.à Val.relati conſil. ſuo 84.n.6.in 3.* Ita quoque Romæ iudicatum fuiſſe teſtatur *Curt.ſenior, in d.l.admonendi num.122.*

26 Hi enim omnes, vno communi ore docent, ad plenam probationem inducendam ſufficere, ſi vna pars, videlicet debitor, ſubſcripſerit, aſſerendo eſſe ſuam ſcripturam, & ſuum debitum, licet non adſit ſubſcriptio alterius partis.

27 Et pro eorum opinionis corroboratione conſiderant, ſufficere in ſimili ad validitatem inſtrumenti, Tabellionẽ ſolum rogatum eſſe ab ea parte, qua mandante conficitur inſtrumentum principaliter, licet alia pars non rogauerit, prout notatur, *in §.nos autem, in Authent.de Tabellionib.*

28 Ampliatur, & ipſorum ſententia, vt quando debitor ſcripturam illam priuatam manu ſua propria ſcripſerit, idque in ipſa ſcriptura aſſeruerit, alias ipſius poſtea ſubſcriptio non requiratur. Sic *Communiter Doct.in præcit.l. admonendi, & in ſpecie Rom.nu.52.Curt.iun.num.111. Purpurat.num.166.& 167.& alij.*

29 Nec mirum, vbi enim requiritur ſubſcriptio alicuius, ſufficit ſcripturam eſſe factam manu illius, ſine alia ſubſcriptione, per *text.in l.cum antiquitas, §.fin.C.de teſtam. arguendo de vltimis voluntatib.ad contractus ad l.quæ delegato, delegat.1.* Addo ego meliorem tex. à nemine perpẽſum, nec excogitatum, in §.*Inſt.de empt.& vend.*ibi (Niſi & inſtrumenta fuerint conſcripta, vel manu propria cõtrahentium, vel ab alio quidem ſcripta, a contrahentibus autem ſubſcripta.)

30 Hanc eandem ſententiam ſequutus eſt quoq; *Maſcard. conſil.ſua 110.nu.7. & 8.& concl.1300.nu.25.* vbi adducit concordantes *Roman.conſil.ſuo 303.Aretinum & Crauet. Addo Clar.Menoch.de arbit.libr.2.Cent.2.caſu 114.num.4. & 5.*vbi poſt alios ibi relatos ſubdit, ideo ſubſcriptionem illius, qui iam ſcripſit, minimè opus eſſe, quia vna ſemper eſt ſcriptura, & litterarum forma, & quia periculum falſitatis, ſi quod ineſt, non magis tollitur, quando adeſt ſubſcriptio, quam cum deficit.

Sequitur id etiam nouiſſima *D.Polydor. Ripa obſeruat. ſua 190.per totam.*

31 Et ita de communi conſuetudine obſeruari teſtatur *Caccialup.in præcitato n.55. verſic.de communi tamen.*

32 Nec officit textus ex aduerſo adductus in *d.l.*ſcripturas. Intelligitur enim, & loquitur ille tex.quando ſcriptura eſt manu tertij confecta, quo caſu ambarum partium

ſubſcri-

ſubſcriptio deſideratur. Sic præciſè tex. illum interpretatur *Rom. Cato Sachus, & alij in prænotatis locis.*

33 Subamplia idem iuris ſecundum eos eſſe, quando ſigillum illius, cuius manu tota ſcriptura reperitur ſcripta, eſſet appoſitum: eo enim caſu ad plenam probationem inducendā, alias ipſius ſubſcriptione minimè eſſet opus.

34 Sigillum enim conſenſum, & ratihabitionem denotat, & habet vim ſubſcriptionis, *leg diſtrahente, C. de reb. alien. non alienand. l. fideiuſſ. §. pater Seij, ff. de pignoribus, Roman. conſil. 303. & omnium latiſſimè Menoch. de arbit. lib. 2. Centur. 2. caſu* 113. *num.* 10 *cum ſeqq.*

35 Quod tamen intellige, dummodo dolus in appoſitione ipſius ſigillis adhibitus non fuerit, ita pulchre idem *Maſcard. d. concl.* 1300. *n.* 26. *et* 27. *et latius concl. ſua* 1308. *Idem Menoch. d. caſu* 113. *n.* 12. Videndus tamen hac de re *Crau. de antiq. temp.* 1. *p. verſic. quæritur, etiam nu.* 44. *cum quique ſeq. vbi pulchre, et D. Car. Tuſchus concl. ſua* 239. *per totam, in lit. S, vbi elegantiſſimè.*

36 Pro reſolutione vera huiuſce difficultatis Doct. communiter ita diſtinguunt.

Aut verſamur in contractu vltro, citroque obligatorio, in quo per ſcripturam agitur de probando in præiudicium vtriuſque. Aut tantum in ſcriptura, in qua vnius dumtaxat obligatio contineatur.

37 Si primò, requiritur ſubſcriptio vtriuſque partis, quod enim plures tangit, ab omnibus debeat approbari: ſequitur *Felin. in d. c.* 2. *nu.* 7. *verſic.* 9. *decl. de fide inſtr. Add. Tob. Nonium, conſil. ſuo* 79. *num.* 2.

38 Si verò ſecundo ſufficit ſubſcriptio ſolius obligati, ſiue debitoris. Sic expreſſè. *Corraſius in d. l. admonendi, nu.* 57. *Sequitur poſt multos relatos Gabr. de prob. concl.* 9. *num.* 11.

39 Superflua enim (inquit *Crau. de antiq. temp. in verſic. quæritur etiam, n.* 66.) & eluſoria videtur ſubſcriptio illius partis, de cuius fauore tantum agitur puta creditoris. Videtur enim (ſubdit idem *Crauetta*) quaſi ridiculum dicere, quod aliquid pluſculum fidei datur tali ſcripturæ ex ſubſcriptione creditoris in facto ſuo proprio, & in cauſa propria *arg. l. omnibus, C. de teſtib.*

40 Et licet *P. Bimius conſil. ſuo* 172. *num.* 1. *in* 2. ſenſerit in hoc etiam ſecundo caſu requiri vtriuſque partis ſubſcriptionem, eum tamen ob ſupradicta falli, vnuſquiſque conijcere poteſt.

41 *Ripa, ſecundo loco in d. l. admonendi, numer.* 104. *in fine*, ita diſtinguit.

42 Aut agitur de præiudicio tantum ipſius ſcribentis, & tunc procedat opinio *Bart.* Quotieſcumque enim agitur de actione perſonali, contra debitorem per illam obligatum, intendenda, vel ſcriptura ſit ſubſcripta à partibus, vel à teſtibus, vel non, parum quidē refert. Quando enim ipſe debitor fatetur ſcripturam eſſe manu ſua ſcriptam, vel ſubſcriptam, vel quæ in ea continentur, eſſe vera, tunc ſcriptura illa contra eum ſemper plene probat; ita Bar. & omnes alij, in *d. l. admonendi, ſequitur Crau. de antiq. temp. in verſic. quarto limitatur, numer.* 62. *cum ſeq. Addo plures, quos refert Triuiſ. d, deciſ.* 40. *num.* 1.

43 Aut vero agitur de præiudicio tertij propter anterioritatem in perſonali, vel hypothecaria, de quibus non conſtat niſi per dictam ſcripturam priuatam, & tūc procedat altera opinio, videlicet, quod ipſa ſcriptura priuata debeat eſſe ſubſcripta ab ambabus partibus, creditore, videlicet, ac debitore.

Sic in terminis etiam poſt *Ripam, & alios, Proſper Paſethus, d. conſ* 145. *n.* 3. *in fine*, & omnium latiſſimè *Odd. d. conſ.* 100. *nu.* 56. 57. 58. *&* 59. vbi præterea conſiderat, non
44 eſſe in hoc ſecundo caſu in poteſtate debitor, ita de facili præiudicare creditori inſtrumentario faciendo antedatam. Hac eamdem diſtinctionem ſequitur quoque ipſemet *Odd. d. conſ.* 100. *nu.* 71. *&* 72. *Addo D. Martam, d. Voto ſuo* 53. *nu.* 3.

45 Sed hoc, pace tanti viri dixerim non videtur tutum, quis enim non videt in poteſtate ipſiuſmet debitoris eſſe, præiudicare creditori inſtrumentum publicum pro ſe habenti, faciendo antedatam etiamſi ipſa ſcriptura priuata ab vtraque parte fuerit ſubſcripta?

46 A communi itaque diſtinctione minimè recedendum iudico: quam ſequutus eſt quoque *D. Steph. Grat. diſcept. ſua* 391. *n.* 92. *cum ſeqq.* vbi ſubdit hanc opinionem ſequutam quoque fuiſſe *Rotam Romanam coram Card. Pamph.* 3. *Decembr.* 1593.

47 Ex igitur texto, quod dicta priuata ſcriptura cōtineat diem, menſem, annum, & locum, in quo facta fuit. Sic præciſè *Doct. omnes in d. l. ſcripturas, & Canoniſtæ in d. c.* 2. *de fide inſtrumentorum.* Sequitur poſt infinitos relatos *Clar. Odd. d. conſil.* 100. *num.* 62.

48 Septimum principale requiſitum eſt, quod omnes teſtes, qui ſe ſubſcripſerint iſti ſcripturæ priuatæ ſubſcriptæ etiam debitore, & creditore, recognoſcant proprias ſubſcriptiones. Sic præciſè poſt alios *D. Marta d. voto ſuo* 53. *nu.* 7. *et* 8. vbi ſubdit, quod teſtes requiruntur in actu pro ſolemnitate, totidē deponere debere de illo actu, quando debent teſtificari, ſequutus eſt quoq; *Illuſtr. D. Mantic. d. tit.* 24. *num.* 11. & aduerte opus eſſe quod dicti tres teſtes in ſcriptura illa recognoſcenda dicāt ſe ideò ſubſcriptiones ſuas recognoſcere, quia manu ſua fuerunt ſcriptæ.

49 Item, quod fuerunt præſentes, quando ipſamet ſcriptura per partes fuit ſcripta, vel ſubſcripta. Itē quod de ipſa ſcriptura reuera reminiſcuntur. ideſt eam fuiſſe confectā ab eo, qui aſſerit in cauſa ſe illam ſcripſiſſe. illa eadem die, de qua in ipſa facta eſt mentio, & per ipſos ſubſcriptam, pulchrè *D. Scaccia d. c* 11. *num.* 994. *cum ſeqq.*

Et hoc ſanè, vt præiudicium inferri poſſit tertio in iure hypothecæ, etiam contra publicum inſtrumentum; alias ſi probarent tantum ea, quæ continentur in ſcriptura eſſe vera, probarent quidem factum in præiudicium debitoris, ſed non prioritatem hypothecæ in præiudicium tertij.

50 Et ratio eſt in promptu; quia bene poteſt eſſe, quod factum illud in corpore ſcripturæ contentum ſit verum, ſed non, quod ſcriptura fuerit confecta ea quidem die, quæ ipſi ſcripturæ eſt appoſita.

51 Eſt ergo neceſſarium in recognitione, aut dixi, quod ipſiuſmet teſtes deponant ſcripturam illam confectam fuiſſe illa eadem die, quæ in ipſa eſt appoſita, quo caſu ſuſpitio quoq; illa fraudis, qua habet lex, quod debitor colludat cum poſteriori creditore, & faciendo ſcripturam priuatam cum antedata, priorem creditorem inſtrumentarium faciat poſteriorem, quę eſt ratio viua, & finalis deciſionis, *d. l. ſcripturas*, omnino elidi videtur, nec aliter quidem poteſt. Sic præciſè inter alios, ſed longè latius, & elegantius docet *Odd. d. conſ. ſuo* 100. *n.* 64. *&* 65. *cum trib. ſeq.*

52 Exigitur præterea, quod ipſimet teſtes deponant ſe vidiſſe partes ipſas ſcripſiſſe, adeo quod non ſufficiat, ſi depoſuerint ſe habere characterem ipſarum partium familiarem, ac cognitum. Sic poſt multos relatos *Paſeth. d. conſ. ſuo* 145. *n.* 3. *verſic.* 4. eſt neceſſarium. *Addo D. Trentacinq. d. reſol.* 12. *numer.* 12. vbi poſtquam docuit à ſuprafirmata concluſione minime recedendum eſſe, eam tamen declarat procedere, quando negatur debitum licet non ſcriptura: ac ſecus eſt, ſi ſcriptura eſſet propria cōfitentis: nā tunc enim debiti probatio per teſtes recognoſcentes non eſſet neceſſaria quia ſatis probatur debitum dum recognoſcit ſcripturam à ſe factam ex propria eius confeſſione; Item non eſt neceſſaria recognitio ipſorum teſtium ſubſcriptorū, quando eorum ſubſcriptiones pars recognoſceret; & fateretur, & latius, vt per eum, quem conſulas. De hoc tamē latius loco ſuo diſſeretur. An autē recognitio ſubſcripturis ipſorū contrahentiū requiratur non ſatis liquet. Videndus idem *d. Mantica d. tit.* 24. *n.* 12.

*Sed non minus vtilis, quam pulchra ſuboritur hic alia dubitatio.*

53 Fingamus enim aliquem ex illis tribus teſtibus in illa priuata ſcriptura ſubſcriptis in facta conceſſiſſe, alioſque duos ſuperſtites dumtaxat ipſam ſcripturam recognouiſſe. Dubitatur an id ſufficiat quoad probandum debitũ, & hypothecã in præiudiciũ tertij, in materia *d.l.ſcripturas*?

54 In huiuſmodi difficultate mirum in modũ ſe torſerunt interpretes. *Bart. enim in d.l.ſcripturas*, fere in fine, *Socin. ſen. conſ. ſuo* 274. *num.* 7. *in* 2. *& Franc. de Aretio conſil. ſuo* 64. *num.* 4. pro negatiua ſenſerunt. Eos infiniti alij ſequuti ſunt *Gabr. de probat. concl.* 20. *num.* 22. *&* 27. *Crauett. de antiq. temp. in verſic. quæritur etiam nu.* 51. *cum ſeqq. Carp. ſupra Statut. Mediol. c.* 96. *nu.* 85. *poſt plures relatos Maſcar. concl. ſua* 110. *num.* 18. *Menoch. concl. ſua* 199. *num.* 26. vbi de magis communi, & nouiſſimè ex profeſſo, *Lancel. Gallia, poſt infinitos adductos, conſ. ſuo* 91. *per tot.* Hanc eamdem ſequitur quoque. *P. Surdus, dec. ſua* 71. *in primis numeris.*

Et pro hac opinione, quæ communis videtur, vrgent infraſcripta.

55 Adducitur priori loco per *Socin. & Aret. tex. in Auth. de inſtrumentorum caut. & fide, in §. ſi quis igitur*, ibi (Quod ſi inuenti fuerint tales teſtes non minus, quam tres, &c.) & inferius, ibi: (Si venerint, & proprijs ſubſcriptionibus atteſtentur, &c.) ex quibus quidem verbis ſatis aperte colligitur. Iuſtin. loqui de illis teſtibus, qui eorummet ſubſcriptiones debent recognoſcere, & tamen vult eos tres eſſe debere: ergo, &c.

56 Secundo ſic arguitur. Vbi certus numerus teſtium exigitur pro ſolemnitate alicuius actus, idem abſque dubio, & non minor requiritur in ipſius probatione. Sic notatur in *l.* 2. *C. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabul. et in l. hæredes palam, §.* 1. *ff. de teſtament.*

57 Sed pro ſolemnitate ſcripturæ priuatæ, vt vim habeat contra tertium, trium ad minus requiritur ſubſcriptio teſtium, *d.l.ſcripturas*: ergo in ipſius probatione trium quoque recognitio eſt neceſſaria.

58 Suffragatur tertio talis ratio. Vbicumque aliquid eſt de forma legis, proculdubio eo præcisè, & vnguem non ſeruato, actus ille eſt nullus latiſſima poſt infinitos relatos *Gallia, conſil. ſuo* 31. *num.* 11. *cum plurib. ſeq.*

59 Quinimò ipſius formæ defectus, licet exiguus actuum ipſum vitiat. *Bald. in l. ordo, col.* 2. *C. de exequutione rei iud. Dec. in conſ.* 532. *num.* 5. *in l. etſi num.* 2 *ff. de reg. iuris.*

Sed ipſa trium teſtium recognitio in caſu *d.l.*ſcripturas, eſt de forma ipſius legis, ergo, &c.

60 Vrgere etiam quarto loco videtur *text. in d.c.* 2. *de fide inſtrument.* vbi ſic legitur.

(Scriptura vero authentica, ſi teſtes inſcripti deceſſerint, niſi per manum publicam facta fuerit, ita quod appareant publica, aut authenticum ſigillum habuerint, per quod poſſint probari, non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere, ergo, &c.

61 Nonnulla alia fundamenta adducuntur per Surdum præcitato loco, ſed quia leuia, vide per eum; nobis enim potiora tetigiſſe ſufficiat.

62 Contrariam autem ſententiam vti veriorem, ac magis æquitati conſonam, alij multi defendere non ſunt veriti, inter ceros autem ex Neothericis *Burſat. conſil. ſuo* 103. *numer.* 8. *in* 1. *Ceph. ex profeſſo conſil. ſuo* 270. *per totam, & Stephanus Grat. deciſ. sua Marchiana* 94. *vbi late. Tangit quoque Gayl. lib.* 2. *obſeruat.* 43. *num.* 4. *verſ. Hinc eſt, & Ill. D. Mantica d. tit.* 24. *num.* 11.

Suadetur autem hæc opinio infraſcriptis iuris rationibus.

63 Et primo ſic arguitur. Publico inſtrumento abſque dubio fides adhibetur etiam mortuo tabellione, qui illud confecit, ac mortuis inſuper teſtibus, qui illius confectioni præſentes extitere, *tex. in c. vlt. & pen. extra, de fide inſtrum. Dec. per tex. ibi, in c.* 2. *n.* 3. *eod. illo tit. cum cõcordant.*

Ergo illud diem dicendum eſt de ſcriptura illa priuata, de qua loquitur *text. in d.l.ſcripturas*, probatur conſe-
64 quentia. Eam enim vim publici habere documenti, ac publicæ æquiparari ſcripturæ, conſtat inter omnes, *d. leg. ſcripturas, in fin. Caſtr. conſ.* 134. *in* 1. Si ſic eſt, ergo, &c.

65 Secundo loco mirum in modum vrgere videtur *tex. in l. comparationes, C. de fide inſtrum. vbi text.* eſt expreſſus, quod ad probandam ſcripturam, ex qua fit comparatio, ſufficit, quod duo ex tribus teſtibus iam ſubſcriptis, eorũ ſubſcriptiones recognoſcant, & tamẽ illam eamdem ſcripturam præcisè trium teſtium ſubſcriptionibus debere eſſe munitam, clariſſimè ibi deciditur, ergo illud idem concludendum eſt in caſu noſtro.

66 Nec dicatur prout communiter excitatur, lege illam loqui de ſcriptura, ex qua fit comparatio, non autem de ſcriptura ad quam, de qua præſertim nos loquimur, nil enim facit ad rhombum.

67 Nullam enim ſolidam diuerſitatis rationem inuenio inter vnum caſum, & alterum.

Quinimo maior ratio recognitionis teſtium militare videtur in ipſa ſcriptura, ex qua fit comparatio, quam in ea, ad quam, in ea enim maiorem requiri ſolemnitatem, cum ex ipſa ad aliam fiat comparatio, communi omnium ſcribentium calculo receptum eſt.

68 Si igitur in primo caſu duorum ex tribus teſtibus ſufficit recognitio, d. lege comparitiones, ergo multo magis debet ſufficere in hoc ſecundo.

69 Suadetur tertio hæc opinio: nam ratio, ob quam tot requiſita in ipſa ſcriptura priuata conficiẽda, & recognoſcenda, ad hoc vt publicis actis, ſiue documentis præferri poſſit, ad *tex. in d.l.ſcripturas*, debeant intercedere, nulla alia eſt, niſi quia lex cõiectat, ac dubitat, quod facile fraus in tempore committeretur, & quilibet ad libitum in fraudem alterius tempus contractus fingeret. Hæc eſt vera & finalis ratio, ſecundum communiter DD. *in d.l.ſcripturas* quam quoque ſequitur poſt infinitos relatos *Gabr. d. cõcl. ſua* 10. *de prob. n.* 2. *& Andr. Gayl. lib.* 2. *obſer.* 25. *n.* 9. *Addo nouiſſimè P. Caball. conſil. ſuo* 121. *num.* 1.

70 Hæc autem ratio, & ſuſpitio fraudis tollitur omnino, quando vltra confeſſionem partium, teſtes duo ex tribus bonæ opinionis, ac famæ, eorum ſua ſcriptiones in illa priuata ſcriptura exiſtentes recognoſcendo, de omnibus illis requiſitis, de quibus *ſupr. num.* 47. *cum ſeq.* aperte deponunt ergo, &c.

Quarto, quod duorum ex tribus teſtibus recognitio proculdubio ſufficiat in caſu *d.l.ſcripturas*, ſic euidentiſſime demonſtratur.

71 Si nulla priuata ſcriptura fuerit confecta, & hypothecę anterioris conſtitutio, & quo tempore facta ſit, teſtibus ſaltem probari potuerit, creditor tempore prior abſque dubio præferendus erit creditori poſteriori habenti hypothecam publicam.

72 Nec ſanè mirum, non enim minor probatio oritur ex teſtibus, quam ex inſtrumento publico, ad *tex. in l. in exercendis, C. de fide inſtrumentorum. Sic poſt Calcaneum conſ. ſuo* 29. *docet bene eruditus Gayl. de obſeru.* 25. *num.* 10. *Sic quoq; in Rot. Roman. de anno Domini* 1552. 22. *Martij iudicatum fuiſſe teſtatur Verral, deciſ. ſua* 112. *p.* 3. *Addo Grat. d. deciſ. ſua* 94. *nu.* 5. *& Surd. d. deciſ.* 71. *n.* 4. vbi quoque ſubdit rationem, dicens, quod cum in hypotheca non requiratur ſcriptura, teſtibus ita probari poterit, ſicut inſtrumento.

73 Sed in iſto caſu nemini dubium: quin duorum depoſitio teſtium eſſet ſufficiens, in ore enim duorum, vel trium ſtat omne verborum, vulgatis iuribus, ergo, &c.

74 Quinto principaliter accedit, maiorem, ac pleniorem per illius tertij teſtis obitum fidem hoc in caſu reſultare: nam (prout conſiderat Hipolytus Rimin. qui hanc eamdem ſequi videtur *conſil. ſuo* 503. *num.* 11. *in* 5.) ſcripturæ

defuncti

defuncti maior fides adhibetur quam viuentis. *Diximus nos ſup.q.*12. ſi ſic eſt,ergo,&c.

75 Sexto loco ita arguit *Ceph.præcit.conſ.ſuo* 270.*nu.*2. Vbicumque publicum confectum eſt documentum, ſufficiunt teſtes eſſe annotatos abſque eo, quod demum id fateantur,*ad l.cum precibus, C.de probat.l.deſiderium,C. depoſit.& §.item verborum, inſtit.de inutil.ſtipul.*

76 Sed ſcriptura priuata trium virorum integræ opinionis,ac famæ,ſubſcriptionibus munita, quaſi publicè confecta exiſtimatur,*d.l.in ſcripturas,in fine.*

Ergo alia pariter ipſorum teſtium recognitione non videtur opus, ſi ſic eſt,ergo, &c.

77 Vltimo ſuffragari videtur vulgata illa iuris regula,quod facultas probationum non eſt coanguſtanda, d.verſ.nam ſi inuenerimus, ibi: neque enim vt abbreuiemus probationes ponimus leges, &c.d.Auth.de inſtr.caut.

78 Sed ſi duorum ex tribus teſtibus recognitio minimè ſufficeret, facultas probandi ſcripturam illam priuatam coanguſtaretur, conſequens non eſt dicendum, ergo nec antecedens.

79 Ex his igitur patet hanc opinionem veriorem,ac probabiliorem eſſe,qua retenta non officiunt contraria.

80 Ad primum enim deſumptum ex *d.§.ſi quis igitur, Reſpond.*verum quidem eſſe,legem ibi requirere, quod adſit recognitio trium teſtium,ſed hoc procedit,& intelligitur ſi ſit poſſibile, vt quia omnes viuant, alias, ſecus, argum. text.in l.cum facile,ff.ſi cui plus,quam per *l.Falc.* vbi etiā illa ſatiſdatio legatarij, vel fideicommiſſarij licet eſſlagitetur, intelligitur tamen in caſu poſſibili, & illa cenſetur proculdubio remiſſa,vbicunque eam præſtare nequeunt; ita *Caſtr.in Authent.cui relictum,col.fin.C.de induit.viduit. tollen.* & generaliter in quacumq; alia diſpoſitione idem tradit *Crauet.conſ.*203.*num.*12.*Marſil.& plurimi alij quos refert.& ſequitur Ceph.d.conſ.*170.*num.*4.

81 Sic quoque ſi ſtatutum exigat authoritatem propinquorum in contractibus minorum, (prout hoc noſtro Patauino cautum eſt) intelligitur,ſi extes propinqui alias ſecus, vnde ſi ex hac luce nigraſſent, ſine huiuſmodi ſolénitate abſque alio minores ipſi poſſent contrahere, ita *Bal.in l.*1.*C.de legat.in l.*1.*C.vnde vir.& vxor, & in l.conuentione,C.de nupt.*cum concordantibus deductis per*Corneum conſ.ſuo* 242.*num.*1.*lib.*4.

82 Quamobrem cum in propoſito caſu ille teſtis qui ſubſcriptionem ſuam non recognouit, vita ſit functus, ſine dubio talis recognitio,quoad ipſum fuit remiſſa.

83 Quinimmo, vlterius procedendo,dicas ipſius mortem pro recognitione haberi.

84 Sic in ſimili videmus, quod inſtrumentum Notarij viuentis carens ſubſcriptione,& ſigno, licet fidem non faciat,tamen ſi Notarius eſt mortuus poteſt ex eius imbreuiatura, aut protocollo etiam tali ſolemnitate carente, leuari inſtrumentum publicum,& ſic mors Notarij habet vim ſigni,& ſubſcriptionis, ſic *Alexand.conſil.*14 *libr.*6. *Curt.iun.conſil.*162.*col.*2.*& Iaſon in l.*1.*col.*3.*verſic.ex his eſſet videndum,ff.ſi cert.petat.* infinitos referri,& ſequitur *Gayl.obſeru.*43.*num.*3.*&* 4.

85 Hoc idem procedit in libro alicuius priuati, qui maiorem fidem facit,quod ſcribens eſt mortuus, quam quando viuit,ita *Bald.in l.comparationes, num.*14.*C.de fid.inſtr. & in l.inter cartulas, C.de conuenient. fiſc.debitor, libr.*10. *ſequitur Afflict.deciſ.ſua* 40.*numer.*20. & nos alibi latius. Pluribus alijs ſimilibus improbat id *D.Gratian.* vide per eum. Sic etiam præcisè reſpondet *Honded.conſil ſuo* 97. *num.*8.*cum duob.ſeqq.*

86 Ad ſecundum pariter reſpondetur, vt ſupra, vt tunc demum trium recognitio ſit neceſſaria ſi poſſibile ſit, alia ſecus.

87 Vel ſecundo reſpondeas, negando cōſequentiam, licet enim trium ad minus requiratur ſubſcriptio teſtium in caſu dicta lege ſcripturas, non tamē ſequitur, ergo trium quoque recognitio eſt neceſſaria: patet hoc apertè per *tex.in d.l.comparationes,de fide inſtrumentorum,*vbi trium teſtium ſubſcriptionem debere intercedere, duorum autem recognitionem ſufficere clariſs.teſtatus eſt ibi Imperator.

88 Minus officit tertium,Reſpond.enim, negando minorem, quod videlicet trium teſtium recognitio ſit de forma ipſius, *l.ſcripturas*. Quinimo contrarium ita clarè probatur.

89 Quando aliquid eſt de forma alicuius actus, tunc illud præcisè, & ad vnguem eſt ſeruandum ita vt nihil omittatur,vel fiat contra,aut pręter,citraue ipſius formam alias corruit ipſe actus.

90 Et hoc adeò verum eſt, vt nec etiam per æquipollens adimpleri poſſit. *Alexan.poſt Bal.& alios, in l.*1.*ante nu.* 9.*& ibi quoque Iaſ.atteſtans de communi,num.*8.*et* 10.*cum ſeq.ff.de liber.et poſthum.Soc.ſen.conſil.*24.*nu.*21.*lib.*1.cum mille concordantibus. Hoc præmiſſo ſic arguo.

91 Si de forma præciſa, *d.l.ſcripturas*, eſſet trium teſtium recognitio ſequeretur hoc præcisè, quod ſi alio modo, quam per ipſoſmet teſtes de veritate ipſius priuatæ ſcripturæ conſtare poſſet diſpoſitio, *d.l.in ſcriptur. in* 2.*reſp.* quo ad præiudicium tertij effectum ſuum minimè ſortiretur, per ſupradictam regulam.

92 Sed conſequens eſt falſum, vt patet ex ſcriptis ſupra *concl.*2.*numer.*12.*cum ſeq.* Ergo falſum eſt etiam antecedens, quod ipſa teſtium recognitio ſit de forma præcisè, *d.l.ſcripturas*,ſi ſic eſt,ergo, &c.

93 *Ad tex.vltimo loco deductum in d.c.*2. *Reſp.cum Nonio d.conſ.*79.*numer.*11. quod loquitur,quando omnes teſtes mortui ſunt, cum indefinite loquatur, *arg.l.ſi pluribus, ff. de leg.*2.*et l.ſi plures, ff.de legat.*3. caſu autem noſtro aliqui ſuperſunt, ergo,&c.

94 Et ſic ſublatis omnibus hiſce contrarijs,remanet vera, & indubitabilis opinio noſtra à qua in iudicando,& conſulendo minimè arbitror recedendum,quemadmodum etiam ratus eſt *Cl.Trentacin.d.reſol.*12.*n.*11.*vbi pulchrè.*

95 Multa tamen notetis velim,& primo neceſſe eſſe,vt alleganS mortem illius tertij teſtis,de quo in illa ſcriptura, veluti fundamentum ſuæ intentionis probationibus clariſſimis id probet.

96 Mors enim non præſumitur,ſed eſt probanda,ex quolibet præſumitur viuere,*l.fin.cum ibi notat,C.de Sacr.Eccl.*

97 Et quidem mors ipſius probanda venit ante tempus recognitionis faciendæ, fundans ſe in morte alicuius tēpore præciſi,tale in ſpecie tempus ſit probandū, ita clare colligitur ex ſcriptis per *Gallia,d.conſ.*91.*nu.*7.8.9.*et* 10.

98 Secundo obſeruandum volo poſteriorem hanc noſtrā ſententiam eo magis procedere,& habere locum, quādo illi duo teſtes ſuperſtites in recognitionibus ſatis aſſerent ſe quoque recognoſcere ſubſcriptionem illius tertij defuncti, qui fuit præſens tali ſcripturæ,& ille ſe ſubſcripſit.

99 Quidquid poſt multos relatos dixerit *Rol. à Val. d.cōſ. ſuo* 84.*num.*11.*in* 3.*Scaccia d.c.*11.*numer.*993. ſic præcisè inter alios *Ceph.d.conſil. ſuo* 720 *num.*9. *cum duobus ſeqq.* vbi quoque in ſimilibus comprobat *Addo Nonium d.coſ. ſuo* 79.*num.*5.*vbi pulchrè, et Gratian.d.ſua deciſ.*94.*num.* 16.*cum ſeq.*

100 Aduertendum tertio, hanc eamdem tunc præcipuè procedere, quando per illoſmet duos teſtes ſuperſtites deponeretur veritas contentorum in ipſa ſcriptura priuata quoad ſubſtantiam obligationis, & tenorem ipſius contractus,aſſerendo rem geſtam fuiſſe, & contigiſſe eo pacto,quo in ipſa ſcriptura narratur, tunc enim ipſorum duorum recognitio abſque dubio ſufficeret etiam contra tertium. Sic præcisè poſt plures relatos *Burſat.d.conſil.* 103.*num.*2. *et Grat.d.decis.*94. *num.*3.*et* 4. vbi poſt alios ſubdit, id procedere præſertim de iure Canonico.

Notan-

101 Notandum quarto,tunc præcipuè duorum ex tribus teſtibus recognitionem ſufficere,& per conſequens opinionem noſtram ſibi locum vendicare, quando alia concurrent adminicula. Sic præciſè *Fulgoſ.conſ.*133.*col.*2.

102 Obſeruandum quinto, hanc eamdem noſtram ſententiam multo magis ſibi locum vendicare,quando ageretur contra ipſum debitorem principalem ſcripturam ipſam inficientem.

103 Nec ſane mirum maior enim ſolemnitas,& probatio ſcripturæ priuatę requiritur,quando diſputatur cum tertio de prioritate hypothecæ, quam quando cum debitore,*d.l.ſcripturas:* & tamen contra tertium eam locum habere ſuperius ſatis abunde fuit concluſum.

104 Subampliа,vt hoc præcipuè procedat, quãdo illi duo teſtes ſuperſtites in eorum ſubſcriptionibus recognoſcẽdis apertiſſimè deponerent ſuper veritate negotij geſti, aut contentorum in ipſa ſcriptura. Sic poſt alios,ſed longè latius *Crau.de antiq.temp. p.*1.*in verſic.quæritur etiam, num.*58.

105 Aduertendum ſexto,minimè neceſſe eſſe,vt vltra ſubſcriptionem partium, & depoſitionem teſtiũ ſubſcriptorum,qui ſcripturam ipſam priuatam recognoſcant, concurrat etiam ipſa litterarum comparatio, ſatis ſuperque enim per ipſorummet teſtium,qui præcipue optimæ ſint opinionis,ac famæ, recognitionem, & ſubſcriptionem partium,ipſius ſcripturæ tenorem,ac veritatem probari, nemini dubium eſt. Sic præciſe poſt multos relatos *Gab. de probat.concl.*10.*num.*28.

106 Et licet ibidem nonnullos tenẽtes contrarium dedu-
107 cat,à priori tamen,& veriori, ac receptiori minime recedendum teneor,quam etiam ſequitur *Cl.vir.D.Maſcar. concl.ſua* 285.*nu.*2.*& D.Gutierez.d.q.*111.*n.*3.*in fin.*

108 Non ignorandum vltimo :(pro coronide huius materiæ) diſpoſitionem, *d.l.ſcripturas*, locum ſibi minime vendicare,quando duæ priuatæ ſcripturę concurrunt,tũc enim procedit illa regula,quod qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure,ita *gl.& Doct.omnes in eadem lege.*

109 Id autem intelligas procedere, quando vtraque ſcripturas eſt ſimplex,nõ habens ſolemnitates requiſitas per diſpoſitionem *d.l.ſcripturas*, nec eſt aliter verificata quoad datam,ſeu diem in ea appoſitam: tunc enim benè poteſt attendi regula,quod prior in tempore, potior eſt in
110 iure:ſecus autem,ſi vna ex ipſis ſit ſolemnizata ſecundũ terminos *d.l.ſcripturas*, vel aliter indubitata reſpectu datæ,ſeu diei,quia tunc non procedit dicta regula, ſed ſcriptura ſolemnizata,vel verificata,& indubitata,vt ſupra, quamuis poſterior in tempore præfertur ſcripturæ ſimplici non ſolemnizatæ, nec verificatæ quoad datam, licet appareat anterior ex die in ea appoſito, ob ſuſpitionem fraudis, & antidatæ.

111 Nec ſanè mirum, ſi enim talis ſcriptura priuata ſolemnizata,vel verificata,quoad datam præfertur publico inſtrumento poſteriori,vt probat *tex.in d.leg.ſcripturas*, & ſupra dictum fuit,vtique præferenda,& eo magis anteriori ſcripturæ priuatæ non ſolemnizatæ, nec verificatæ, vt ſuprà,cui publicum inſtrumentum poſterius præfertur
112 ex eadem *l.ſcripturas*,idque ob vulgatam illam iuris regulam, vnico vincentem, te,multo magis vnicam te, de qua eſt *text.ad litteram,in l.de acceſſionibus, in fin.ff.de diuerſ.& temporal.præſcript.*

Sic mirabiliter,& pulchre animaduertit *Clariſs. vir.D. Petr.Caball.conſil.ſuo* 121.*num.*8.*&* 9.Nota tamen,quod ſi ſcripturæ ipſæ ſunt diuerſæ,& contrariæ credendum eſt habenti meliores coniecturas,pulchre poſt alios *Mandel. Albenſis conſil.ſuo* 224.*num.*8.*Adde Clar.Seraph.deciſ.ſua* 529.*num.*3.vbi tradit,quod priori ſcripturæ ſtandum eſt, non poſteriori,quando in prima concurrunt plures veriſimiliores coniecturæ,& magis adminiculatam ; ad iugas pariter *Illuſt.D.Card.Tuſchum concl.ſua* 83.*in litt.S*, vbi ſi ſcripturæ plures in concurſu producantur, quæ præferatur, eleganter diſcurrit.

Adnectendum quoq; *Cl.D.Alexander Trentacinquius variarum reſolut.lib.*2.*tit.de fide inſtrumentorum reſolut.*5. vbi ſcripturarum contradictoriarum, ac ad inuicem pugnantium materiam omnium quotquot ſcripſerint, elegantiſſime diſcutit,atque pertractat,ipſum omnino conſulas.

113 Sed alia ſecundo loco non minus pulchra, quam ardua ſuccedit hic difficultas,& eſt;quid ſi tres omnes teſtes ſubſcripti in ipſa ſcriptura priuata, ante eorum recognitionem in fata conceſſerint,an ipſamet ſcriptura probet?

Pro huius quidem hæſitationis clara reſolutione, duo caſus apprime diſtinguendi ſunt.

114 Primus eſt, quando eſt facta litterarum comparatio.

115 Secundus autem,quando ipſa minime facta eſt.

In primo caſu faciendæ ſunt duæ concluſiones.

116 Altera eſt,quando ſcriptura ipſa haberet ſubſcriptionem teſtium,& partium ; tunc enim facta litterarum cõparationem,ipſamet plene probaret.

117 Altera verò eſt, quando ipſamet ſcriptura haberet ſubſcriptionem teſtium dumtaxat, non autem partium, & tunc ſi teſtes ſint mortui ante eorum recognitionem, etſi comparationis litterarum adminiculum interceſſerit ex ipſa tamen ſcriptura non oritur probatio,ex quo in ipſa minime adeſt ipſarum partium ſubſcriptio. Sic eleganter poſt *Calcaneum,Corneum,Soccin. Aret.Crauet.*ac alios, docuit hæc omnia *Clar.Trentacinq.d.reſolutione ſua* 12.*num.*14.

118 In ſecundo autem caſu, vera reſolutio eſt, quod ipſamet ſcriptura nullam fidem facit,quando mortui ſunt ipſimet teſtes, & non eſt facta ipſa litterarum comparatio. Sic præciſe poſt *Soccin. & Crauet.* docuit etiam idemmet *Trentacinquius dict.reſol.*12.*num.*15.

119 Alia etiam tertio loco ſuccedit hic difficultas & eſt, an ſi ipſamet ſcriptura habeat ſubſcriptionem dumtaxat teſtium,& non partium, probet ſi fiat ſola teſtium recognitio.

120 Huic autem difficultati adeo docte,& eleganter duos caſus diſtinguendo, ac ſubdiſtinguendo,ſatisfacit *Clar.D. Trentacinquius d.reſolut.*12.*num.*16.17. *&* 18.vt nil aliud ſuperaddi poſſe,vt vnuſquiſque fateatur, neceſſe ſit,eum conſulas. Non enim ex ſcriptis ſcripta conficienda ſunt.

121 Infinitos ex Scribentibus de materia huiuſce leg.ſcripturas,differentes refert,ac deducit *Bernardus Greuæus libro ſecundo.Practicarum concluſionum,concluſ.*25.*conſiderat.*1. vide per eum. *Addo Herman. Meyerum de Pignoribus,& Hypothec.titulo decimotertio,per totum, & Trentacinquium dicta reſolut.duodecima.*Adeundus quoque *Illuſtriſs.Dom.Cardin.Tuſch.concl.ſua* 79.*in littera S*, vbi omnium latiſſimè, & elegantiſſimè. Sat nobis potiora retuliſſe.

*Finis Primi Libri.*

# DE SCRIPTVRA PRIVATA TRACTATVS D. NICOLAI DE PASSERIBVS A IANVA I. C. PATAVINI

## LIBER SECVNDVS.

### De Apocha manu Debitoris conſcripta.

*SVMMARIVM.*

1 *Apocha manu debitoris conſcripta, tunc plene probat, quando vltra ipſam adeſſent duo, vel teſtes deponentes de veritate contentorum in ea.*

2 *Apocha manu debitoris confecta, ſi non habet cauſam debiti obligatoria, contra ipſum efficaciter non probat.*

3 *Idem eſt in ſcriptura publica.*

4 *Partita facta ſine cauſa in libro creditoris, cui ex forma ſtatuti fides adhiberi ſolet, non probat.*

5 *Scriptura ſaldi in qua cauſa non ſit expreſſa, minimè probat.*

6 *Si quis pro recto, & ſaldo, vt vulgo dicitur, rationum factarum confiteatur ſe debitorem, licet cauſa non exprimatur, attamen apocha illa de reſiduo ſuum obtinet robur.*

*Idem eſt in libro campſoris, ibid.*

7 *Pulchra quæſtio ibi proponitur, & dicitur.*

8 *Apocha manu debitoris conſcripta, & quam eſſe manu ſua confectam ipſemet fatetur, contra ipſum plene probat, licet ſe minime debitorem eſſe oppoſuerit.*

9 *Ratio.*

10 *Et eſt vera concluſio, quidquid nonnulli dixerint.*

11 *Et præcipue procedit in contractu depoſiti.*

12 *Exceptio contractus mutui, & dotis, in quibus intra præſtita a iure tempora non noceret confeſſio confitenti.*

13 *Priuata ſcriptura debitore confeſſata, an noceat, & præiudicet tertio? Dubitatur.*

15 *Author diſtinguit duos caſus, & n. 15. 16. 17. vſque ad 22. incluſiuè.*

23 *Apocha, quæ non habeat teſtes inſcriptos, vel ſubſcriptos & a debitore negata, nec plenam, nec ſemiplenam probationem inducit.*

24 *Aliqualem tamen in fauorem ipſius creditoris producentis præſumptionem operatur.*

25 *In comparatione facienda duplex ſcriptura habetur in cōſideratione, ſcriptura videlicet, ex qua, et ſcriptura ad quam.*

26 *Scriptura ad quam quid ſit.* } *Declaratur.*

27 *Et quid ſcriptura ex qua.* } *Declaratur.*

28 *Scriptura, ex qua crmparatio deſumenda eſt, debet eſſe certa, vera, & indubitata illius, qui eam ſcripſiſſe aſſeritur.*

29 *Ex omni ſcriptura, quam ſcriptam fuiſſe conſtat manu debitoris, ſeu aduerſarii, fit comparatio ad ſcripturam contentioſam.*

30 *Iudex pro comparatione habenda poteſt cogere aduerſarium negantem ſcribere, et exinde ex illa ſcriptura comparationem habere ad ſcripturam ipſam contentioſam.*

31 *Producens apocham poteſt a iudice petere, vt ex officio Interroget eum, contra quem fit productio, an talem apocha ſcripſerit, & huiuſmodi interrogatorio tenebitur reſpondere ante litem conteſtatam.*

32 *Debitor officio iudicis ad iudicium accedere apodiſſam a ſe conſcriptam recogniturus cogi poteſt, & a tali præcepto appellare vtique prohibetur.*

33 *Et ſi forſan citatus ad recognoſcendum negauerit, conuictus poſtea de mendacio, non ſolum in contentis in ipſa ſcriptura, ſed etiam in duplum multabitur.*

34 *De quibus particulariter ſit acturus in materia ſcripturæ, ad quam fit comparatio, breuiter docet Author.*

35 *In omnibus illis caſibus, & cauſis ad comparationem litterarum deuenitur, in quibus comparatio ipſa poteſt aliquem veritatis producere effectum.*

36 *Ad probandam quis non debet admitti, quod probatum non releuat.*



37 *Habens*

37 *Habens probationes de veritate aliunde, a comparatione facienda repellitur.*

38 *Vbi alio reſpectu ſcriptura fidem non faceret, tunc in comparatio litterarum ad illam minimè admitteretur exemplum, ibid.*

39 *Per quos litterarum fiat comporatio, multę extant Scribentium opiniones, & num. 40. & 41. cum ſeqq. vſque ad 50. incluſiuè.*

51 *Experti, qui in iudicio comparationis facienda eliguntur non aſſumuntur, nec deponuntur vt teſtes.*

52 *Ratio.*

53 *Sed aſſumuntur tamquam in arte periti.*

54 *Vnde non iurant, nec tenentur iurare de veritate, ſed tantum de credulitate.*

55 *Qualiter fiat comparatio, vide Doctoret, remiſſiuè.*

56 *Qui comparationem fieri petit, & inſtat, ſolemniter manu tactis Euangelijs debet iurare, quod non aliam idoneam habens fidem, ad ipſam comparationem venit, & quod circa eam nihil egerit, quod veritatem poſſit immutare.*

57 *Ratio, & n. 58.*

59 *Item ſecundum aliquos tenetur præſtare iuramentum de calumnia.*

60 *Periti electi pro comparationę facienda tenentur iurare, quod ad id accedunt, nec lucri cauſa, nec inimicitijs nec gratia aliqua tenti.*

61 *In omnibus cauſis, in quibus eliguntur periti: defertur illis iuramentum.*

62 *Iudex, & periti debeant ageretur pro comparatione facienda præſtitis iuramentis, de quibus ſupra declarat author.*

63 *Sat eſt, quod periti electi pro comparatione facienda, ſemel iurent ante comparationem inſtitutam.*

64 *Quidquid ſcripſerit Rol. a Valle.*

65 *Olim ex ipſa litterarum comparationę plena fides inducebatur quod poſtea fuit immutatum.*

66 *Hodie autem quanta ex ea iuducatur non eſt eadem omnium ſententia.*

67 *Nonnulli adhuc plenam reſultare concludunt.*

68 *Multi autem aliqualem dumtaxat arbitrio domini iudicis permanere arbitrantur.*

69 *Fundamentum eorum.*

70 *Non pauci vero, nec præſumptionem quidem oriri rati ſunt.*

71 *Semiplenam autem probationem, iudici communiter receptum eſt.*

72 *Ratio, & n. 73.*

74 *Et hanc tentam etiam a Baldo Author veriſſima arbitratur.*

75 *Producens ſcripturam priuatam per litterarũ comparationem comprobatam, petere poteſt ſibi deferri iuramentum in ſuplementum probationis.*

76 *Limitatio cauſis magni ponderis.*

77 *Ratio.*

78 *Aſſerens cauſam eſſe magni ponderis, & per conſequens iuramentum ſuppletorium deferri minime poſſe, tenetur id tamquam fundamentum ſuæ intentionis probare.*

79 *Quæ cauſæ ſint parui, vel magni ponderit, arbitrio iudicis relinquitur.*

80 *Iuramentum in ſupplementum probationis etiam conceditur in cauſis maximi ponderis, quando pluſquam ſemiplene actor intentionem ſuam probaſſet.*

81 *Scriptura priuata per litterarum comprobationem, comprobata, ſi vnius teſtis, qui ſe præſentem fuiſſe, & vidiſſe quando debitor ſcripſit, fuerit dicto corroborata, plenam fidem faciet.*

82 *Ratio, & n. 83.*

84 *Scriptura priuata per litterarum companationem comprobata, ſemiplenam fidem minimè inducit, cum de tertij agitur preiudicio.*

85 *Quandoque poteſt eſſe tanta vis comparatio, vt illa ſola ſufficiat ad ſollemnem, ac plenam probationem.*

86 *Et eſt veriſſima Concluſio, quidquid dixerint nonnulli.*

87 *Litterarum comparatio, quæ oſtendat ſcripturam ſimul cum illa, ad quam fit comparatio, per omnia ſimilem, plene probat.*

88 *Comparatio litterarum, quando concurrit quoque ſubſcriptio trium teſtium, qui graues, & honecti forent, & qui eorum ſubſcriptiones recognoſcerent, affirmantes illam ſcripturam, de qua controuertitur, eſſe ipſis præſentibus ſcriptam ab illo in ſcriptura commemorato, plene probat.*

89 *Amplia.*

90 *Limita, & n. 91.*

92 *Amplia ſecundo.*

93 *Pulchra Proponitur dubitatio, & ſaluitur per D. Scacciam remiſſiue.*

94 *Litterarum comparatio plenam fidem facit, & quando & ſcribentes, & ſubſcribentes omnes ex hac luce migraſſent.*

95 *Item quando conuentum eſſet inter partes, quod ex ipſa ſola litterarum comparatione plena fides apochæ priuatæ adhiberetur.*

96 *Similiter quando ipſa litterarum comparatio adminiculis alijs reperiretur adiuta.*

97 *Ratio.*

98 *Suſpitio falſitatis tollitur ex coniecturis contrarijs.*

99 *Comparationis litterarum tunc demum eſt locus, quando negotium, non excedit valorem vnius librę auri.*

100 *Et hæc eſt veriſſima ſententia, quid quid ſcripſerit Gaſper Theſſaurus.*

101 *Quot ſoliti, ſiue aurei ad libram conficiendam requirantur? Dubitatur.*

*Solidus, & aureus in iure æquiparantur, & ſepius confunduntur ibidem.*

102 *Libra ex communi Scribentium ſententia aureis, ſiue ſolidis 72. conſtat.*

103 *Et ſi de aureis legalibus intelligatur, veriſſima eſt præfata concluſio.*

104 *Libra ex quot aureis noſtri temporis conſtet, valde ſe torſerunt Scribentes.*

105 *Boer. 96. opprime requiritur teſtatur.*

106 *Ioſeph Ludouic. & Clar. Peregr. eam ex 107. conſtare reſponderunt.*

107 *Author relinquit cogitandum.*

108 *In omnibus illis caſibus, in quibus comparatio ſufficit & probat illud procedit, quando ageretur ciuiliter, ſecus ſi criminaliter, puta in crimine falſi.*

109 *Ad probandum falſitatem ſola litterarum comparatio minimè ſufficit.*

111 *Purpur. vult fieri indicium ad torturam, intellige, vt ibi.*

112 *Pulchra Proponitur per authorem dubitatio, & numer. 113.*

114 *Cuiuslibet ſcripturæ, ex qua actio, vel acuſatio inſtitui poteſt admittitur comperatio.*

115 *Comparatio litterarum famoſum libellum, ſeu cantilenam continentium, an faciat ſufficiens indicium ad torturam.*

116 *Argaitur primo aſpectu, quod ſic.*

117 *Francus Marcus cogitandum relinquit, ratio, ibidem.*

118 *Comparatio litterarum, niſi alia concurrant, nec etiam indicium facit ad torturam.*

119 *In litterarum comparationę facienda ſemper requiritur citatio partis.*

120 *Idquæ in practica aduertendum docet Viuius.*

121 *Comparatio litterarum in libro rationum plenam fidem facit ex communi.*

122 *Ratio, & num. 123.*

124 *De-*

124 *Declara,& num.125.*
126 *Comparatio literarum facta in Epiſtola, an plenè probet? Dubitatur.*
127 *Affirmatiuam Bar.& infiniti alij,& num.128.*
129 *Contrarium multi.Ratio ibid.*
130 *Prior tamen opinio vti verior, & communior retinetur.*
131 *Soluitur ratio aduerſariorum.*
132 *Limitatur ſupradicta concluſio.*
133 *An comparatione litterarum teſtamentum paternum probetur,vide Pantzsmanum remiſſiuè.*
134 *Apocha partibus ſubſcripta, & à tribus teſtibus, qui eorum ſubſcriptiones recognoſcant,plene probat.*
135 *Multa tamen requiruntur, de quibus remiſſiue per Ripam.*
136 *Apocha,quę non habet partium ſubſcriptiones,ſed teſtium dumtaxat illam recognoſcentium, an plenam fidem faciat maxima eſt quæſtio.*
137 *Affirmatiuam multi tenuerunt.*
138 *Fundamentum eorum.*
139 *Contrarium quamplurimi aſſeruere.*
140 *Author diſtinguit vna cum Corn.& num.141.142.143.& 144.*
145 *Aliter diſtinguit Alex.conſ.181. col. 2.in 2.& num.146. & 147.*
148 *Eius tamen opinio communiter reprobatur.*
149 *Quot teſtes ad priuatæ ſcripturæ comparationem requirantur?ambigitur.*
150 *Quædam communis Doctorum diſtinctio in hac difficultate deducitur, & num.151. cum quatuor ſequentibus.*
156 *Apocha priuata, quæ non habet ſubſcriptionem teſtium, vel partium, ſed tantum iuuatur per depoſitionem duorum,vel trium teſtium inſcriptorum, vel tantum nominatorum, qui dumtaxat deponant,ſe præſentes extitiſſe tunc,quando apocha ipſa fuit confecta, ſemiplenam ſolum probationem inducit.*
157 *Et ideo quo ad plenam inducendam neceſſarium comparationis adminiculum.*
158 *Pulchra ratio ex Bart.& n.159.*
160 *Contrarium tenent multi.*
161 *Caſus diuerſificantur.*
162 *Prior opinio,quæ eſt Bart. & communis retinetur.*
163 *Apocha a debitore,& tribus teſtibus,qui tamen ſint mortui vel abſentes,ſubſcripta,ſi ab ipſomet debitore,vel eius hæredib. fuerit negata, per litterarum comparationem comprobata plenam fidem faciet.*
164 *Declara,& n.165.166.167.*
168 *Contrarium multi.*
169 *Ratio eorum.*
170 *Soluitur.*
171 *Amplia,& n.172.& 173.*
174 *Scriptura priuata partium, & vnius teſtis dumtaxat ſubſcriptione munita,ſi probetur per comparationem litterarum etiam reſpectu ſubſcriptionis illius teſtis, an aliquid probationis inducat?Videndus Crauetta.*
175 *Apocha abſente creditore per debitorem conſcripta, deinde data aut tranſmiſſa ad ipſum creditorem,ſi in ſe iuſtam, & habilem contineat cauſam, ſufficiens erit ad plenam exactionem.*
176 *Ratio,& n.177.*
178 *Si antequam apocha ad creditorem deferatur, ſcribens ex hac luce migraret, apocha illa nullam probationem ad vtilitatem ipſius recipientis induceret.*
179 *Vbi propter impoſſibilitatem minime habet locum veritas, nec etiam cadit fictio.*
180 *Intellige hoc nedum quo ad obligationem,ſed etiam quoad probationem.*
181 *Ratio.*
182 *Apocha licet habeat partium, & teſtium ſubſcriptiones, diem, & Conſulem, ſi tamen per ipſome tteſtes non fuerit recognita, minuſque a partibus, nullam fidem faciet.*
183 *Ratio,& num.184.*
185 *Amplia.*
186 *Limita.*
187 *Apocha manu debitoris conſcripta, licet, nec diem,neque annum inſertum habeat,ſi tamen legitimis indicijs fuerit comprobata,plene probat.*
188 *Ratio.*
189 *Apocha confecta a debitore in publica forma,vt quia eſſet Notarius,plenam fidem facit.*
190 *Comparatione literarum facta in apocha,ſi de ipſarum quidem,ſimilitudine conſtat,teſte autem contradicant.ſtandum eſſe iudicis arbitrio,Bart.& alij docuere.*
191 *Author contra,& n.192.193.& 194.*
195 *Si in apocha litterarum comparatio fieri non poſſit, nec teſtes illi ſcripturæ in inſcripti ſint, ſed ſolummodo quidam reperiatur, qui affirment ſe vidiſſe,cum ipſamet ſcriptura a debitore conſcriberetur, hoc in caſu ſemiplenam ex ea probationem reſultare docuit Bartolus.*
196 *Authoris de eadem re opinio.*
197 *Apocha ipſius debitoris ſigillo munita, & per litterarum comparationem comprobata,plenam fidem facit s*
198 *Nota tamen probationem iſtam ad ipſius ſigilli veritatem referendam,& num.199.*
200 *Si apocha habeat teſtes ſubſcriptos, & facta litterarum comparatione, de earum maximà diſſimilitudine conſtet. Teſtes autem ſubſcriptiones ſuas recognoſcant, & fuiſſe ipſius debitoris manu confectam atteſtentur, cui magis fides ſit adhibenda,arbitrio iudicis relinquitur.*
201 *Apocha ſubſcripta,& a debitore licet negante, & a teſtibus,qui deponant ſe fuiſſe pręſentes,quando fuit ab eodem met debitore confecta, plene probat ex communi ſecundum Maſcardum.*
202 *Depoſitio teſtium dicentium ſcripturam illam fore talis, cuius manum,& characterem notum habent, & cognitum,nec ſemiplenè probat,& n.203.& 101.*
204 *Amplia ex Pariſio.*
205 *Ratio,& n.206.207.& 208.*
209 *Clariſſimi Peregrini opinio improbatur.*
211 *Depoſitio teſtium dicentium talem ſcripturam fore talis, quia eius manum, & characterem cognitum habent ſi ipſi teſtes ſint affines, & attinentes illius,cuius apocha illa eſſe contenditur,ſemiplenè probat.*
212 *Contrarium tenet author.*
213 *Item depoſitio eorumdem ex communi probat,ſi alia adminicula concurrant.*
214 *Item ſi aperte deponant ſe vidiſſe, & adfuiſſe, tunc temporis,quo ipſa ſcriptura fuit confecta.*
215 *Sed qualis probatio oriatur, an ſcilicet plena, vel ſemiplena,non eſt eadem omnium ſententia.*
216 *Opinionem,quod plena oriatur,tenuerunt multi.*
217 *Quod vero ſemiplena dumtaxat inducatur, communiter receptum eſt.*
218 *Fundamentum huius communis opinionis.*
219 *Nona opinio authoris in hac difficultate.*
220 *Rationes, quibus mouetur, & numero 221.222.223.& 224.*
225 *Depoſitio teſtium, dicentium ſcripturam illam fore talis, quia eius manum, & characterem cognitum habent,& familiarem in praxi recepta eſt,et præcipuè in Curia Romana.*
206 *Nota tamen talem conſuetudinem Curiæ Romanæ, non procedere in recognitiones apocharum.*
227 *Item talium teſtium depoſitiones in Ciuitate Venetiarum receptæ ſunt.*
228 *Item hic Patauii,& vbique,n.229.*
230 *Contra tamen ipſam conſuetudinem iudicauit Vallerius Valleria auditor Rotæ Lucenſis.*

231 *In Ciuitate Lucæ non viget talis conſuetudo.*
232 *Si cum teſtium dopoſitione comparatio litterarum concurrat, ex apocha plena reſultabit probatio.*
233 *Alius caſus deducitur.*

DE ſcriptura priuata in genere ſumpta ſuperiori libro ſatis abunde diſeruimus. Nũc autem in hoc ſecundo, de quolibet ipſius ſpecie, & priori quidem loco de apocha, præcipua tractatio eſt inſtituenda. Cum autem apocha ipſam aut manu debitoris, aut creditoris, ſiue alicuius tertij conſcriptam eſſe contingat, de omnibus hiſce ſpeciebus, ac in præſentiarum de ea, quæ ipſius debitoris manu ſcripta reperitur, particularis ſermo ſubijciendus eſt.

Sed ad faciliorem, & ſtudioſorum, ac dicendorum intelligentiam, & vt clara huiuſce rei doctrina, ac reſolutio habeatur, per nonnullos caſus dumtaxat, qui de facili in praxi contingere poſſunt totam hac materia complectemus, ſic diſcutiemus.

1 Primus quidem, ac principalis eſt, quando vltra ſcripturam ſeu apocham adeſſent duo, vel tres teſtes de veritate contentorum in ea deponentes. tunc enim plena abſq. dubio probatio de contentis in ipſa induceretur, *iuxt. regul. l. vbi numerus, ff. de teſtib. & c. in omni negotio, extra de teſt. ſic in terminis docet gl. in §. ſi quis igitur, in verſic. facias, Auth. de inſtrumentor. cautela, et fide, & Bart. in auth. Si contractus, num. 8. & ibi quoque Caſtrẽſ. num. 3. C. de fide inſtrumentorum. Idem in l. ſcriptura. colum. 2. C. qui potior. Cardinalis, Abb. & Felin. in c. 2. numer. 4. verſ. tertia declaratio, extra de fide inſtrumentorum, & ſequitur Ioannes Baptiſta Caccialup. in repetitione l. admonendi, numer. 62. verſ. decima concluſio, ff. de iureiurando, & Soc. conſ. ſuo 274. in cauſa D. Lyſæ, num. 2. cum ſeqq. in 2.* vbi quoque quando ipſimet teſtes dicant deponere de contentis in ſcriptura; an vero ſuper recognitione ſcripturæ, eleganter differit. Addo *D. Petrum Gilkenum in l. inſtrumenta, numer. ſexto, C. de probationibus*, vbi nonnullos concordantes deducit, & prius *P. Rebuffum in ſuo tractat. de chirographorum & cedularum recognitione, num. 29.* vbi quoque ſubdit rationem, dicens, quia teſtes in hoc caſu non poſſunt decipi, cum recognoſcant ſua ſigna, & poſſunt rationem exprimere, quia viderunt eam a partibus ſcribi, vel ſubſcribi, & ſic probabunt; & latius vt per eum, quem videat quoque *ſub n. 33.*

2 Secundus quidem caſus eſt, quando in ipſa apocha adſunt teſtes de veritate in ea contentorum deponentes, vel etiam in eadem ſunt de ſcripti teſtes, vel debitor illam fatetur, ita quod de virib. ſcripturæ non dubitatur, attamen apocha illa non habet cauſam obligatoriam, vt quia ſimpliciter in ea continetur, quod Titius eſt debitor Sempronij in centum, nulla tamen cauſa debiti, vtputa mutui, aut depoſiti in ea exprimitur, & iſto caſu huiuſmodi ſcriptura efficaciter non probat contra debitorẽ, *tex. ſunt clariſſimi in l cum de indebito, §. fin. ff. de probat. & in cap. ſi cautio, extra de fide inſtrument.*

3 Quæ quidem iura tam in priuata, quam publica procedere ſcriptura, notant gl. & Doct. vtrobiq. & præcipuè *Fel. in d. c. ſi cautio*, eſt etiam caſus *in l. nuda ratio, ff. de donation. qui tex. loquitur in libro rationum*, in quo quis ſcripſiſſet ſe debitorem alicuius, ſine alicuius, ſine cauſæ expreſſione, vt per *Bart. & alios Doctor. ibi*.

4 Et idem per iſta iura in libro creditoris, cui ex forma ſtatuti fides adhiberi ſolet, quod partita facta ſine cauſa non probet, tradit *Alex. conſ. 180 num. 5. vol. 2.*

Et in ſcriptura ſaldi, in qua cauſa non fuiſſet expreſſa,
5 quod non probet, tradit idem *Alex. conſ. 3. col. 2. in ſecundo*, vbi tradit generalem regulam in iſta materia, ſequitur *Io. Bapt. Coſta nouiſſime in ſuo tract. de iuris, & facti ignor. centur. 1. diſtin. 29. num. 10.*

6 Aduerte tamen, quod ſi quis pro reſto, & ſaldo, vulgo dicitur, rationum factarum, confiteretur ſe debitorem, licet cauſa non exprimeretur, apocha tamen ipſa de reſiduo ſuum robur obtineret, ſic ipſemet *Alexander conſ. ſuo 141. in fin. volum. 6.*

Idem quoque in libro campſores voluit poſt Pileam
7 Ioannes *Andreas in addition. ad Speculator. in Rubrica de depoſito, et Alex. conſ. 179. n. 2. in ſexto.*

Sed quid iuris, ſi in praxi talis contingeret facti ſpecies.

Finge produci apocham manu debitoris conſcriptam, ſequentis tenoris.

*Io Nicolò Genoa confeſſo hauer hauuto, et riceuuto dal Sereniſſimo Principe ſcudi mille, et in fede della verità hò ſcritto, & ſottoſcritto la preſente de mia propria mano.*

*Io Nicolò Gen. confeſſo quanto di ſoprà.*

In petitione ſatisfactionis iſtius chirographi ponitur defectus causæ debiti confeſſati, & defectus promiſſionis reſtituendi, quaſi quod alio non apparente dicatur informis confecto nullatenus exequenda in bonis confitentis.

Dubitatur an huiuſmodi oppoſitiones iure ſint admittende, nec ne?

*Clariſſ. D. Carolus Bardellon*, de hac præciſa facti ſpecie conſultus pulcherimis quidem, ac ſubtiliſſimis rationibus motus ex profeſſo in ſuo *conſ. 28.* in primo, pro negatiua reſpondit.

Sed ego ob ſupra dicta, de opinione tanti viri valdè dubitarem, niſi tractaretur de intereſſe Principis creditoris, cui fauendum eſt in hoc caſu, rationibus, vt per eum elegantiſſimè diſcuſſis. Cum autem ageretur cauſa alicuius priuati, in dubitanter contrarium verius eſſe contenderem ac iudicarem. Te ne menti.

Conferunt huic materiæ, quæ per Doct. ſcripta ſunt de vi, & effectu confeſſionis ſine cauſa, ideo vidẽdi *Maſcard. in concluſ. ſua 345. et D. Vincentius Mancino in ſuo eleganti tract. de confeſſione cap. 5.* vbi latiſſimè de hac eadem materia.

8 Tertius eſt caſus, quando ipſamet apocha continet in ſe cauſam obligatoriam, teſtes tamen non adſunt, nec inſcriptis, vel ſubſcripti, & debitor fatẽtur ſcripturam illam eſſe manu ſua confectam opponit tamen ſe minimè debitorem eſſe. Hoc in caſu, plena contra illum abſque du-
9 bio reſultat pretio. Non enim ipſe contra confeſſionem ſuam modo aliquo venire poteſt. Caſus eſt *in l. Publica §. fin ff. depoſit. in l. ſcripturas, in primo reſp. C. qui potior. et in l. generaliter, C. de non numer. pecun. et in terminis tradit Alexan. conſilio 191.* Viſa ſcriptura, in ſecundo. Eſt etiam caſus in *dict. l. cum de indebito, §. fi. et in dict. cap. ſi cautio*, vbi Doctores, de fide inſtrumentorum, quem ſequitur quoq. *Bartol. in d. leg. generaliter*, & poſt eum reliqui Doctores, idem *Bart. in dict. leg. admonendi*, quem ſequitur ibidem *Caccialup. ſub num. 58. verſ. tertia concluſio Addo Socin. conſil. 68. numer. 1. in quarto, Caſtrenſ. conſilio 312. num. 2. in ſecundo, et Maſcardum Concluſione ſua 109. numer. 9.* Adeundus quoque eruditiſſimus *Andr. Fachineus poſt hæc edita viſus, libro vndecimo ſuarum Iuris Controuerſ. capitulo 29.* vbi loquitur in ſpecie de, ſyngrapha recognita ab eo, qui ſcripſit negante tamen contenta in ea vera eſſe.

10 Et hæc eſt veriſſima Concluſio, quidquid dixerit *Ripa in d. l. admonendi, numer. 102. Salic. et alii per eundem Maſcard.*

*Maſcard.relati, d.Concluſ.109.nu.8.Quinimo Clar. Fachin.* præcitato c.29.nec Ripam, nec Salicetum, dicte Communi ſententie aduerſario fuiſſe acutiſſimè, ac manifeſtiſſime demonſtrat:i pſum conſulas.

11 Et in contractu depoſiti pluries pro hac opinione conſuluit *Bal. vt refert Tiraq. de retractu conuentionali,§.4.gloſ.6.n.8.& tradit Aleb.conſil.42. col.penult.in 3.*

12 Obſeruandum eſt tamen, excipiendos eſſe contractus & mutui,& dotis, in quibus intra præſtituta a iure tempora non nocet confeſſio confitenti, ſed poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, & dotis, quam materiam in præſenti non aliter attingo. Videndus tamen *Maſcar.d.concluſ.ſua 285.num.octauo.* Videndus etiam in ſimili materia *Io.Parlador.libr.2.rerum quotidianar.capit.fin.prima parte,§.5.n.12.& 13.vbi pulchrè.*

13 Sed vtrum iſta confeſſio, ſeu priuata ſcriptura debitore confeſſata noceat, ac præiudicet, tertio puta alteri creditori,non eſt eadem omnium ſententia.

14 Tu pro maiori dicendorum facilitate, ac claritate diſtingue duos caſus.

15 Primus quidem eſt, quando ſecundus creditor habet pro ſe publicum inſtrumentum, & tunc priori creditori, qui priuatæ ſcripturæ a trib. teſtibus bonæ opinionis, ac famæ minimè ſub ſcriptæ; nec de veritate contentorum comprobatę inititur, eum proculdubio præferri Caſus eſt apertus *in d.l.ſcripturas,in ſecundo reſp.* & nos ſuperius pleniori folio diſſeruimus.

16 Alter vero caſus eſt, quando creditor ipſe ſecundus, publico minimè innititur documento:in quo caſu adhuc gloſ.in d.l.ſcripturas, & ibi Bar.in ſecundo notab.videntur concludere, quod illa ſcriptura confeſſata non obſit
17 tertio.Et reddit rationem ipſemet Bart.nam ſi talis ſcriptura probaret contra extraneos, de facili debitor poſſet præponere poſteriorem creditorem priori, quod eſſet inconueniens.

18 Hoc idem clarius decidit idem *Bartol.in l.repetita,ff.de fide inſtrumentorum, ſequitur Felin.in c.2.num.12.extra de fide inſtrumentorum,* allegando notat per *Bartol.in l.ſi ſuperatus, ff. de pignoribus* ex cuius dictis colligitur, quod vbi confeſſio debitoris præceſſiſſet obligationem cōtractam cum illo tertio, quod eo caſu confeſſio ipſa illimet tertio noceret,alias ſecus.

19 Sequutus eſt etiam *Maſcardus, concluſione 372.per totam,* vbi confeſſionem debitoris in aliqua ſcriptura factam de aliquo debito, quibuſdam aſſeritis creditoribus, non probare in præiudicium aliorum creditorum, niſi aliter conſtet de ipſo debito apertiſſimè ſcriptum reliquit. Addo *Caballin.milleloq.ſuo 663.vbi pulchrè.*

20 Sed iſta opinio,licet communiter recepta,mihi tamen a veritate abhorrere quam maximè videtur ea enim attenta, creditor publico innixus inſtrumento, & qui habenti priuatam ſcripturam præfertur,nullo prorſus frueretur priuilegio, quod eſt contra caſum d.l.ſcripturas, idcirco fatendum eſt,quod ſcriptura recognita per debitorem,noceat quoque tertio habenti cauſam ab eo,præterquam in caſu d.l. ſcripturas.

21 Et hac opinione retenta, non officit conſideratio Bartoli, quod videlicet debitor poſſet de facili præponere poſteriorem creditorem priori quod eſſet abſurdum.

22 Reſpondetur enim, id non eſſe præſumendum, idq. propter timorem pænæ, ac in famiæ, qua ipſemet debitor incurreret falſitate detata.Cogita,

23 Quartus quidem principalis caſus eſt, quādo apocha, quæ producitur aſſeritur ſcripta manu debitoris,quæ tamen non habet teſtes inſcriptos, vel ſubſcriptos,& debitor illam negat.Iſto caſu tali ſcriptura nulli adminiculis ſuffulta,nec plenam,nec ſemiplenam probationem inducit, prout eſt caſus in *l.inſtrumenta, C.de probationib.& in cap.1.& 2.extra de fide inſtrumentorum. Bar. & alij, in dicta leg.admonendi, & in leg.nuda pactio. C.de probationibus.*

24 Aduerte, tamen, quod aliqualem ſaltem in fauorem inducit,ad latè tradita ſupra, *lib.1.q.4.num.255.cum ſeqq. Addo nunc Brunor. à Sole, in ſuo compendio propoſitionum iuris, in verſ.apocha priuata, & D.Gaſparem Caballinum millel.ſuo 638.per totum.*

Quintus principalis caſus eſt, quando ipſamet apocha per debitorem negata, adminiculatur tantum per comparationem litterarum iuxta *l.comparationes,C.de fid.inſtrumentorum.*

Circa quam materiam comparationis (de hac enim etiam tractare hoc in loco plenè conſtitui) Præſciendum
25 eſt duplicem ſcripturam habere conſideratione. Alteram,ex qua fit comparatio, quę quidem ſi omittatur ad ipſam minimè deueniri poteſt, vt pulchrè *Pariſ.conſ.ſuo 55.num.10.in 4.* Alteram vero, ad quam fit ipſa comparatio, vt in propoſito diſtinguit *Bart.in d.l.comparationes,* & eum ſequuntur communiter, ac paſſim Doctores. Addo *Ioan. Baptiſt.Coſtam de remed.ſubſid.cap.7.nu.7. Ioachim Beuſt.in d.l.admonend.n.979.*

26 Scriptura priori loco, ad quam fit comparatio,eſt illa,quę in indicio producitur, vt ei fides adhibeatur,continens illum ad quod debitor eſt obligatus.

27 Scriptura vero, ex qua deſcribitur, vt ſit illa,quæ in iudicio producitur, vt ex ea ſimilitudo accipiatur, ita *gloſ.in Authent. de fide inſtrumentorum caut.& fide, §.1.in in verb.ex collatione,gl.Cyn.& alij,in d.l.comparationes,C.de fid.inſtrumentor. Curt.iun.in l.admonendi, num.114. Roland.à Vall. poſt infinitos relatos conſ. ſuo 26. lib.1. Hieronymus Pantzſchman. lib.2. quæſt. ſua 2.num. 2. & Ioſeph. Ludouic.deciſ.ſua Peruſina 7.numer.1.p.1. Beuſt.in d.l.admonendi,num.980 & 981.& D.Alexand.Trentacinquium variar.reſolut.lib.2.tit.de fide inſtrumentorum, reſolution.7.n.1.vbi pulchrè.*

28 His præmiſſis ſciendum modo eſt, quod ſcriptura,ex qua comparatio deſumenda eſt,dicitur eſſe certa, vera,& indubitata illius, qui eam ſcripſiſſe aſſeritur, de quam Imp.in d.l.comparationes, ponit tria exempla,& duo in Auth. Ad hæc, quæ immediatè ſequitur. Videndus *Pantzſchman.d.q.ſua 2.num.3.& Scaccia c.11.inferius allegandus,n.1056.cum ſeq.*vbi pulchre Addas etiam *Caualcaneum lib.2.deciſ.ſua 27.num.52.vbi latè.*

Adeundus quoque *Tretacinq. d. reſol.7. num.2.* vbi latiſſimè circa dicta quinque exempla.

29 Tu verò generalem firma regulam, quod ex omni ſcriptura, quam ſcriptam fuiſſe conſtet manu debitoris, ſed aduerſarij, fit comparatio ad ſcripturam contentioſam. ſic concludunt *Bald.Paulus, Angelus,& Salicetus,in dicta l.comparationes,* & eſt communis Concluſio, quam firmat *Ripa, in d.l.admonendi, num.111.Cranetta conſilio 216.num. 18. et nouiſſimè Clariſſimus Menochius de Arbitrarijs,lib.2.Centur.1.caſu 114.num.29.* vbi etiam,quomodo hæc certitudo haberi poſſit luculentiſſimè demonſtrat,

His addas *Clar.D.Farinaccium Fragmentorum Criminal.part.1.ſub num.457. cum multis ſeq.pag.mihi 69. cum ſeq.* vbi,& ipſe varios ſubnectit modos, quibus dicta certitudo poteſt haberi, & ſubnectit quoque, quomodo comparatio ipſa literarum fieri poſſit ex ſcriptura, ad quam,eum omninò conſulas.

30 Amplia, vt iudex pro comparatione habenda cogere poſſit etiam aduerſarium negantem ſcribere, & ex illa ſcriptura comparationem habere ad ſcripturam ipſam contentioſam, ſic præfacti Doctores Comuniter, *Purpurat, in ſpecie, in dicta lege admonendi, numer.161.* vbi quoque producentem apocham poſſe a iudice petere, vt ex officio interroget eum,contra quem fit produ-

ctio, an talem apocham ſcripſerit, & interrogatorio ante litem conteſtatam, eſſe reſpondendum, eleganter ſubnectit. Sequitur hoc idem *Rebuffus in ſuo tractatu de chirographorum recognitione, num.78. Albenſis conſilio ſuo 737. numer. ſexto, in quarto, Monal. conſilio ſuo 14. numero decimoſexto, in primo, Vinius Opinione ſua 113. numero ſecundo, Magonius deciſione ſua Lucenſ. decimaſeptima, numero ſecundo, Beuſt. i n d. leg. admonendi, num.987. Clariſ. Farinacc. in ſuis Fragmentis criminal. part.1. num.449. pag. mihi 67. titul.1.* vbi infinitos propemodum concordantes deducit, & omnium elegantiſſimè Dominus *Menochius dict. caſu 114. num. duodecimo* vbi ita in foro obſeruari teſtatur, & *Angeli. ac Zaſii contrariam opinionem defendentium fundamenta reſoluit.* Sic quoque ſemper ſe vidiſſe practicatum, teſtatur *Curt. iun. in d. l. admonendi, numero 116. & Cremonæ ſe ita in praxi obtinuiſſe docuit Lanfranc. de Oriano in ſuo tract. de fide inſtrumentorum, num.64. Addo erudítiſſimum Scacciam libro 2. de Iudic. Cauſarum ciuilium, cap.11. num.939. cum duobus ſequentibus*, vbi pro hac opinione ſubdit eſſe *textum clariſſimum in §. ſi quis igitur*, ibi (& ſcribere alia coactus eſt) Auth. de inſtrumentor. cautela, & fide. Et ratio quoque huiuſcemet opinionis ſecundum eum eſſe poteſt: quia licet ipſa litterarum comparatio plenam probationem minimè deducat, facit tamen aliquod iudicium, & ex veriori ſemiplenam ad traditam per nos infra *n.71. cum ſequent.*

Addas quoque *Clar. Pacianum de probationibus, lib.1. cap.63. num.167. & 168. & D. Emanuel Roderic. Canonicarum quæſt. libro 2. quæſt.13. artic.5.*

Aduertendum quoq. *D Caualcanum, d. deciſ. ſua 27. num.55.* vbi vlterius tradit, quod Dominus tenetur recognoſcere ſcripturam ſui famuli, factoris, adminiſtrationis, & ſcribani, item quod hæres tenetur recognoſcere ſcripturam ſui defuncti, & tandem ſubdit idem iuris eſſe in patre filio, & vxore, & latius, vt per eum.

32 Amplia quoque, vt debitor officio iudicis ad iudicium accedere apodiſſam à ſe conſcriptam recogniturus cogi poſſit, & quod a tale precepto minime appellare quæat, ex quo non grauatur, cùm de facto ſuo interrogetur: ſic præcisè poſt *Roman. Rebuff. Cou. & alios, docet Maur. Burg. in ſuo tract. de Laudimio, parte 3. inſpect.38. num.23. & 24.*

Subamplia, vt etiam ſcriptura manu tertij conſcriptam de eius tamen mandato, ſicut propriam, recognoſcere teneatur: & cogi poſſit. Sic eleganter colligitur, ex ſcriptis in ſimili per *Ill. D. C. Tuſcum concl. ſua 640. in litt. S*, vbi tradidit quod ſtatutum compellens aliquem ad recognoſcendum propriam ſcripturam, habet locum etiam in ſcriptura tertij facta de mandato eius, quia pariter tenetur recognoſcere, ſicut propriam, adducit *Felin. in c. cum inter de re iudicata.*

33 Et adde, quod ſi forſan ipſe debitos citatus ad recognoſcendum fuerit inficias, conuictus poſtea de mendacio, abſque dubio condemnabitur non ſolum in contentis in ipſa ſcriptura, prout poſt Roman. docet *Burg. d. c. 38. n.13.* verum etiam in duplum, prout eſt *tex. clariſs. in authent. contra, C. de non numerata pecun. De ſupradictis omnibus, de quibus ſub num.30. cum ſeq. adeun. omnino d. Caualcan. d. deciſione 27. d. num.55. cum ſeq.* omnium enim elegantiſſimè diſcurrit, adeundus idem *ſub num.* 54. vbi tradit, quod cum ſcriptura priuata non valet, nec probat quis non cogitur illam recognoſcere an ſit ſcripta ſua manu, vel non; adducit *Purpur. & Paul. de Caſtr. & latius, vt per eum.*

Hæc de ſcriptura, ex qua ſit comparatio breuiter dicta ſint.

Circa eam autem, ad quam fit comparatio (Reiectis inutilibus, & his, quæ ad rem noſtram minime conferunt, de quibus omnibus communiter per *Doctores in dict. leg. comparationes.*) de tribus ſolummodo mihi deſerendum conſtitui.

34 Primo, in quib. caſibus, & cauſis fiat compatio. Secundo, qualiter, & per quos fiat. Tertio, ac vltimo, de effectu ipſius comparationis.

35 Quoad primum attinet, firma ſit concluſio, quod in omnibus illis caſibus, & cauſis deuenitur ad comparationem in quibus comparatio ipſa poteſt aliquem veritatis producere effectum, alias ſecus eſt.

36 Ad probandum enim quis non debet admitti, quod probatum non releuat, ſic præcisè Salic. & *Bald. in d. l. comparationes, in 5. q. Addo Scacciam. d. c. 11. n.941.*

37 Ex quo infertur ad plura. Et Primo, quod ſi quis haberet de probationes de veritate aliunde, a comparatione facienda abſque dubio arceretur, ſic voluit notabiliter *Bal. in d. l. comparationes. in §. q. in fin.* & inferius per nos comprobabitur.

38 Secundo, quod vbi alio reſpectu ſcriptura fidem non faceret, ſeu nō eſſe efficax, poſito, quod fuiſſet ſcripta manu eius, de quo contenditur, tunc etiam comparatio ipſa non adhiberetur, veluti ſi inſtrumentum publicum intrinſecis careret ſolemnitatib. vel ſcriptura priuata eſſet ſine cauſa, quo caſu efficacem ex ea probationem minimè induci docuerunt *Bal. Salicet. in d. l. comparationes, & nos latius ſup. n.21. cum ſeq.* ſic in terminis, ſed longe latius firmauit *Crau. d. conſ.216. num.9.17. & per totum, in 2.* Idem eſt, ſi ipſamet ſcriptura facta foret abſque teſtibus, & ab ipſo debitore ſcribente eſſet negata, nam tunc non potuerit recognoſci, per comparationem litterarum, vt poſt alios docuit *Borgnin. Caualc. libr.5. deciſ. ſua 34. num.9. & prius deciſ. ſua 27. num.16. lib.2.* vbi vlterius tradit, quod ſcriptura ipſa facta abſque teſtibus, poteſt dumtaxat probari per teſtes qui deponant ſe vidiſſe ſcribere dictam apodiſſam, & latius, vt per cum quem conſulas.

His adiungas *Cl. D. Farinacc. Fragmentorum crimin. p.1. a num.468 vſque ad* 475. vbi late diſſerit de ſcriptura ipſa, ad quam fit comparatio cum omnino videas.

39 Quoad ſecundum ex propoſitis attinet, videlicet, per quos, & qualiter fiat comparatio, & primo per quos fiat dic, quod in hoc diuerſæ fuerunt opiniones.

40 Nam *gl. in d. l. comparationes, verſ. ab his*, iudicem comparationem ipſam peritis ſcriptorib. qui illam facere debeant, & ſibi referre, debere committere, ipſumque poſtea ſecundum eorum relationem iudicare oportere, opinata eſt, allegat *tex. in l. ſemel, C. de re milit. libro* 12. *& in §. quod autem, Authent de non alienand. aut permut.*

41 *Gl. vero in §. ſi vero nihil, auth. de fide inſtrum. in verſ.* abſcondere præmiſſa opinione relata, ipſaque reprobata, iudicem ſolum debere inſpiceca intueri aperte concludit, adducit *text. in l. oportet, il 1. eodem tit.*

42 Bart. autem ibi, huic poſtremæ inhærendo ſententiæ concludit quidem verum eſſe, quod per iudicem ipſa litterarum comparatio ſit facienda, ſubdit tamen, quod ſecum habere debeat ſcriptorem peritum: cuius ſententiæ adhæſit quoq. *Bal. in d. l. coparationes, in 6. q num.*30. vbi inquit, comparationem rectè per iudicem faciendam, cautius tamen eum facturum, ſi duobus ſaltem ſecum aſſumptis peritis inſpectoribus, vna cum ipſis corpora ſcripturarum viderit, ac diligenter inſpexerit, allegat *tex. in d. §. quod autem, & in d. l. ſemel.*

43 Hoc tamen ſecundum *Nicolaum de Matarel.* relatum per *Bal.* eſt arbitrarium iudici, qui etiam ſolus ad ipſam litterarum comparationem deuenire poteſt, ſequitur quoque *Cl. Menoch. d. caſu* 114. *n.*26.

44 Tutius eſt tamen ſecundum ipſummet Bald. quod peritos adhibeat, quibus deferat iuramentum iux. formam d. l. comparationes, & debet adhibere duos, vel plu-

ries,

ries, ad tradita per *Trentacinq. dict. pag.276. verſicul. pro facienda*, ſi tot in ciuitate haberi poſſint, alias ſufficit vnus, *iuxt. not. per Bart. & Doct. in leg.1.§. fin.ff.de verb. oblig. & per Alex. conſil.179. numero 6. in ſecundo. ſequitur poſt Ioſeph. Ludouic. d. deciſ. ſua Peruſina 7. num.9. Menoc. dict. caſ.114. numer.27. Addo Rimin. iun. conſil. ſuo 39. numer.43.* vbi comparationem aliter factam, eſſe nullam, & irratam àperte reſpondit, Sequitur hæc omnia *D. Scaccia d.c.11. c.1061. cum duob. ſequentib.*

45 Et eſt obſeruandum, quod periti, qui eliguntur, non debent eſſe ſuſpecti partibus, ita *Baldus, pręcit. loco*, vbi allegat *gl. in §. ſepe, in verb. artificis, Auth. de trien. & ſemiſ.*

46 Sed ipſarum confidentes. *Curt ſen. in d.l. admonendi nu. 144. verſ. quinto requiritur.*

47 Et propterea ipſorum iuramentum non poſſe recipi, niſi partibus pręſentibus, aut legitime; citatis, ad hoc & poſſint opponere ſi eos habeant pro ſuſpectis, ſcripſerunt *Bart. in l. Theopompus, num.11. de dot. pręleg. & Fel. in cap. quia iudicante, n.1. de præſumption. pulchrè Farinaccius conſil. ſuo 70. n.16.*

48 In hanc etiam opinionem concordant *Ang. & Paul. in d.l. comparationes*, vbi concordando opiniones gl. concludunt, quod iudex poteſt committere peritis, non vt comparatio fiat ipſo abſente, ſed vt fiat ipſo præſente, & ſi omnes litteras eſſe ſimile ad inuicem conuenerint, approbanda erit ſcriptura negata, alias reprobanda.

49 Et iſthæc opinio, quod veriti ſint eligendi, mihi quoque probatur, & pro ea, mea ſententia, eſt caſus in *d. leg. comparationes, in ver. omnes.* Fruſtra enim ibi Imperator præberet formam iuramenti illis, qui comparationem faciunt deferendi, niſi forent eligendi iſti, à quibus comparatio ipſa facienda.

50 Nec obſtat text. in d.§. oportet; quia fateor, quod iſta eſt inſpectio iudicis, qui vna cum peritis debet diligenter aduertere, & comparare.

51 Et ex hoc, quod iudicium comparationis ſit habendũ, & per expertos faciendum, infertur, quod iſti, qui aſſumuntur, non deponunt vt teſtes, nec vt teſtes recipiuntur, quia teſtes deponit de eo, quod percipit per ſenſum cor-
52 poris, *leg. qui teſtamento, §. fin. ff. de teſtamentis. vbi Doct. notatur quoque in leg. ſolum, & in leg. teſtium: Codic. de teſtibus.*

53 Sed tamquam in arte periti aſſumuntur, *Rim. iun. conſ. 439. n.20. in 4.* & deponunt de eo, quod percipiunt per iudicium intellectus.

54 Vnde iſti periti non iurant, nec tenentur iurare de veritate, ſed tantum de credulitate, ita notantur declarando concludit *Caſtren. in d.l. comparationes, num.11.* vbi etiam *P. Gilken. num.7. & eſt veriſſima concl.* quidquid ſcripſerint *Iul. Pacius, & Donellus, reprobati per Gilkenum pręfato loco. Addo Ludou. dict. deciſ. Peruſ.7. numer.8. Menoch. de arbitr. lib.1. q.58. in vltimis numeris, & Pantzſchmanum d.q. ſua 2. nu.13.*

55 Qualiter autem fiat comparatio, declarant latiſſimè *Bald. Salicet. & Communiter Doct. in dict. leg. comparationes.* Tu vero breuitati ſtudendo, duo tantum obſeruanda dicito.

56 Primum eſt, quod qui comparationem fieri petit, ac inſtat ſolemniter manu tactis Euangelijs iuret, quod non aliam idoneam habens fidem ad ipſam comparationem confugit, & quod circa eam nihil egerit, quod poſſit veritatem immutare, vt eſt *text. in §. ſi vero nihil, in auth. de fid. inſtrumentorum.*

57 Et iure merito ſane, cum enim iudicium comparationis ſit ſubſidiarium. *Rim. iun. poſt Ang. conſil.779. numero 10. in ſeptimo, Io. Bapt. Coſta poſt plures relatos de remedijs ſubſidiar. remed.7. in princ. & D. Rutger. Rulant. de commiſſion. libr.5. cap.38. ante numerum primum*, vtique ad illud non deuenitur, niſi in defectum aliarum probationum. Sequitur hoc idem *Cæphal. conſil. ſuo 570. numero 7. & 8. Addo Scacciam dict. cap.11. numer.1057. & Gilkenum in d.l. comparationes, num. 8. Cod. de fide inſtrumentorum.*

58 Et aduerte, quod cum hoc ſit traditum pro forma, & ſit de ſubſtantia comparationis, quod ipſa comparatio aliter facta, eſt ipſo iure nulla, ita notantur ſcriptum relinquit *Bald. in d.l. comparationes, in 3. oppoſit. numer.8.* & illum ſequuntur Communiter Doct. in ſpecie autem *Rim. iun conſ. ſuo 439. num.21. in 4. & conſil.779. numer.10.11. & 12. in 7. Viuius opin. ſua 113. numer.4. Seraphin. de priuil. iuram. priu.172. numer.2. Vincent. Mancin. de iuram. part.4. effect.249. num.3. Menoch. d. caſ.114. num.34. Maſc. concl. ſua 330. num.33. Pantzſchman.* poſt plures relatos *d.q. ſua 2. num.5. & 6. Farinac. conſil. ſuo 70. numer.17. & nouiſſimè per illuſtris. Eques D. Peregr. conſil. ſuo 101. num.8. in ſecundo. Addo Cl. Aldouinum*, qui plures alios congerit. *conſil. 13. numer.14. vol.1.* vbi pulchrè, aſſentitur quoque eruditiſſimus *Scacc. d. cap.11. numer.1058. & 1059.* vbi tamen ſubdit hoc verum eſſe, ſi iuramentum iſtud à parte peritum ſit.

59 Adde ſecundum aliquos neceſſarium quoque eſſe, vt qui petit comparationem fieri præſtet etiam iuramentum de calumnia. Sic præcisè *Surd. conſil. ſuo 187. numer. 26. in ſecundo, & de vtroq. iuramento pulchrè Botta conſil. ſuo 33. num.6 & 7. & Io. Bapt. Coſta de remedijs ſubſid. d. remed.7. num 1.2. & 3. Addo d. Alex. Trentacinq. Variar. reſolut. libr.2. tit. de fid. inſtrument. reſol.6. pag.274. verſ.2. pro facienda, & pag.275. & 276. vſque ad verſiculum pro facienda*, vbi omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè, eum omnino conſulas. *Addo etiam Rulant, dict. capitul.38. numero 9.*

60 Alterum vero eſt, quod iuramentum pariter peritis electis deferatur iuxta forma d.l. comparationes, videlicet quod ad id accedant, nec lucri cauſa, nec inimicitijs, nec gratia aliqua tenti. *Sic* ad litteram in d.l. comparationes, & ſequuntur *Communiter Doct. Surd. d. conſil. conſil.187. numer.27. Botta d. conſil.33. numer.6. Vranius, conſil. ſuo 57. num.19. in 2. Rim. iun. dict. conſil.39. numer.44. & in conſil. 779. num.23. cum quinque ſequentibus, in ſeptimo*, vbi omnium pulcherrimè, & latiſſimè, Sequitur etiam *Menoc. d. Caſu 114. n.28. Pantzſchman. quæſt.2. nu.2. & Clar. Pereg. d. conſ.101. n.8. Addo Coſtam d. rem.7. n.5. & Scacciam, d.c.11. nnmer.1064.*

61 Et de hoc nemini mirum videri debet. Generale eſt enim in omnibus cauſis, in quibus eliguntur periti, quod illis deferatur iuramentum, prout eſt caſus *in l. hac edictali, §. his illud, C. de ſecundis nuptijs, & in l.1. §.1. ff. de ventr. inſpic.*

62 Quibus quidem iuramentis præſtitis, iudex, & periti poſtea coram ſe poſitis ſcripturis, litteras ſimplices, quæ vocantur inſtrumenta, item earum tractus ſtylum, modum dictaminis, & plura alie, quæ ipſiſmet ad fidem veritatis habendæ conducere videbuntur, & de quibus omnibus *per Doctor. pręcitatis locis*, & in ſpecie per *Menoch. d. caſu 114. num.31. Pantzſchman. dicta quæſt.2. num. decimoquarto, & Vranium dicto conſ.57. numer.21.* diligenter erunt inſpecturi. Addo *Gilhenum* poſt plures relatos *in d. l. comparationes n.9.*

63 Et aduerte pro Coronide ſat eſſe, quod iſti periti ſemel iurent ante comparationem inſtitutam, nec enim, poſtea neceſſe eſt, quod tempore relationis aliud præſtent iuramentum, prout artis periti alioquin, & alijs caſibus facere conſueſcunt, ſic præcisè poſt *Bartol. Iaſon. Ripam, & alios, Menoch. dicto caſu 114. numer.28. Pantzshman. dict. quæſt.2. num.12. & eſt veriſſima concluſio.*

64 Quidquid ſcripſerit *Rol. à Valle, d. conſil. ſuo 26. nu. 25. circa fin. in primo*, latius de ſupradictis omnibus Meminit *Trentacinq. dict. pagia. 276. verſ. 5. requiritur, & verſ. 7. ſatis*. Adeas quoque iuriſperitorum Monarcha *d. Farinac. Fragmentorum criminali part. 1. pagin. 70. numer. 475. vſque ad 494.* incluſiuè, vbi de ſupradictis contentis in hoc ſecundo requiſito, omnium elegantiſſimè diſcurrit.

65 Quod ſpectat ad vltimum ex propoſitis, videlicet, quam fidem litterarum comparatio faciat.

Præſciendum eſt, quod olim ex ipſa litterarum comparatione plena fides inducebatur, prout communiter notant *gloſſ. & Doctores in d. l. comparationes*, quod quidem propter literarum varietatem, fuit poſtea correctum, ac immutatum.

66 Hodie autem quantam fidem faciat, non eſt eadem omnium ſententia.

67 *Accurſ. enim in l. 3. §. 1. in verbo ſpeciem, ff. de teſtib. & Alber. in d. l. comparationes, quos refert* Maſcard. concl. ſua 330. *nu.* 8. tenent indiſtinctè, plenam adhuc probationem ex ipſa litterarum comparatione promanare. Sequuntur etiam nonnulli relati per *Riminal. iun. d. conſil. ſuo 779. numer. 4. in ſeptimo.*

68 *Gl. vero in d. l. comparatione, & in Auth.* At ſi contract. ex ipſa comparatione aliqualem dumtaxat fidem, quæ arbitrio d. iudicis, quanta ſit, relinquitur promanare concludit.

69 Et pro iſta opinione videtur caſus in §. ſi vero moriatur, ibi, (& omnino ſi putauerit) in auth. eadem, & quod hoc ſit in iudicis arbitrio poſitum, latiſſimè inter alios firmauit *Clariſs. Menoch. dict. caſu* 114. *numero 7. cum ſeqq.*

70 *Couar. 3. loco, &* Moder. *Pariſ. in Conſuetud. Pariſienſ. prout refert Pantzſchman. d. q. 2. n. 33.* tenent quod nec præſumptio quidem oriatur, id quod etiam ſenſiſſe viſus eſt. *d. Caualc. d. deciſ. 27. n. 62.* dum tradit, quod dicta comparatio facit dumtaxat fumum.

71 *Gl. autem vltimo loco in §. 1. verſ. prohibuerunt, in Auth. de inſtrumentor. cautela*, & fide, fuit in alia opinione, concludit enim ipſa, quod comparatio ſufficiat ac ſemiplenam probationem. Quam opinionem ſequutus eſt quoque. Bart. ibi, idem ſentit. gl. in l. admonendi, quam ſequuntur, ibi communiter Doct. in ſpecie. *Curt. iun. numero 117. Idem Bart. in l. nuda ratio, ff. de donat. Salic. in d. l. comparationes. colum. vlt. Felin. in cap. 2. num 14. verſ. 7. limita, de fide inſtrumentorum. Alex. conſ. 76. num. 3. in tertio, conſilio 80. numer. 4. in quarto, & 150. numer. 16. in 5.* poſt infinitos. *Rol. à Valle conſ. ſuo 26. numer. 12. 13. cum ſeqq. in primo, ſequitur quoque Couar. pract. quæſt. cap. 22. num. 6. Burſ. conſ. ſuo 123. num. 31. in primo, Petr. Surd.* poſt quamplures adducto, *conſ. ſuo 187. numer. 24. in 2. Hipp. Rim. conſ. ſuo 39. num. 6. vbi latè P. Aug. Morla. in ſuo empor. libr. 1. titul. de fide inſtrum. q. 3. numer. 21. verſ. ſed tamen ſciendum eſt* Marcus, *deciſ. ſua 935. Maſcard. d. concluſione ſua 330. num. 7. & prius concl. 12. per totam, & 110. num. 21. & nouiſſimè Ioannes Koppen. deciſ. deciſ. ſua 46. numer. 39. & Dom. Petr. Gilben. in l. inſtrumenta, numer. 13. Cod. de probationibus, vbi latè, & in l. comparationes, n. 21. C. de fid. inſtrum.* Et de hoc nullum eſſe dubium poſt plures relatos inquit *Natta cōſ. ſuo 632. numer. 1. Ade Viuium Opinione ſua 113. numero 1, & Ioannem Baptiſtam Coſtam de remed. ſubſidiar. remed. 7. num. decimoquarto.* Adeundus eſt quoque eruditiſſimus *D. Scaccia dicta capitu. vndecimo, num 999. cum ſeq.* vbi huiuſmodi difficultate ad partes diſcuſſa, reprobataque illa opinione Menochij, ac ſequacium per reſolutionem ab illis pro ſuæ ſententiæ corroboratione deductorum, tandem hanc poſtremam veriſſimam profitetur, ac eam vti talem tuetur, ac defendit, ipſum conſulas, Adeundus etiam ſub num. 1029. & 1030. vbi declarat, vt per eum. Videndus quoque *D. Gaſp. Ant. Theſaur. Quæſtionum Forenſ. lib. 1. cap. 24. num. 11.* vbi infinitos concordantes deducit *& Cl. d. Farinac. in ſuis Fragmentis Ciuilib. p. 1. à num. 495. vſque ad* 500. vbi poſt relatos omnes ſupra ſcriptis ſcribentium opiniones, hanc vltimam veriſſimam profitetur, ac ſimul amplectitur: ipſum omnino conſulas.

72 Et pro hac opinione illud ſatis, vrget, nam ſcriptura priuata ſimpliciter de per ſe abſque alijs adminiculis inducit præſumptionem ad fauorem producentis, quæ eſt minor ſemiplena probatione, vt ſupra concluſum.

73 Igitur adminiculata per comparationem, ſufficiet ad ſemiplenam probationem, debet enim ipſamet comparatio præſumptionem illam in aliquo argere.

74 Et hanc eamdem opinionem quam veriſſimam & ego arbitror ſequutus eſt etiam *Bald. in d. leg. comparationes, colum. vlt. ſub num.* 33. vbi in effectu diſtinguit, an comparatio fiat ad publicam, an vero ad priuatam ſcripturam, & in publica; quia ſatis fidei propter ſuam publicam formam habet, concludit, quod comparatio plenam faciet probationem, quemadmodum etiam concludit poſt alios *Maſcarc. d. concl. ſua 330. num. 15. & 16. & D. Scaccia d. c. 11. num. 1004. cum duob. ſeqq.* In priuata vero, quia probabiliter negari poteſt, ſi tunc per legitimam probationem augeatur eius fides, licet non reſultet plena probatio, tamen arbitrio iudicis committetur iuramenti delatio: & ſic per ea ſemiplenam probationem ſaltem induci, cum ſine ipſe regulariter ad iuramentum ſuppletorium deuenire minimè poſſit, clare ſupponit.

75 Ex quo infertur, quod producenti ipſam ſcripturam priuatam, per comparationem litterarum comprobatam deferendum ſit, & deferri debeat iuramentum in ſupplementum probationis, ita concludunt *gl. Bar. & omnes, in d. l. admonendi, in l. bonæ fidei, C. de reb. credit. & in d. leg. comparationes. Infinitos refert; & ſequitur Rol. à Valle dict. conſ. ſuo 26. num. 15. in primo. Rimin. iun. d. ſuo conſ. 779. nu. 6. in 7. Addo Emanuel. Roderic. lib. 2. Canonicarum quæſt. queſt. 13. artic 5. in fin. D. Trentacinq. d. reſolution. 7. numer. 4. vbi latiſſimè, ac elegantiſſimè.* His adiugas quoq. *Cl. d. Farinacc. d. p. 1. num.* 502. vbi infinitos alios concordantes deducit,

76 Limita tamen hoc in cauſis magni ponderis, eo enim caſu iuramentum in probationis ſupplementum denegandum eſſe, communi Scribentium ſententia receptum eſt. Sic plurimi relati per *Rolan. dict. conſil. 26. numer. 10. Sequitur Hippol. Rimin. dict. conſil. ſuo 39. numer. 36.* Maſc. poſt infinitos adductos *concl. ſua 957. numer. 30. & nouiſſimè* Mancin. *de iuramento, par. 2. art. 6. num. quinto.*

77 Et ratio eſt, propter ſuſpitionem periurij ratione magni emolumenti, vt poſt alios notat *Albenſ. conſil. ſuo* 741. *num.* 8.

78 Aduertendum tamen, aſſerentem de cauſa maximi momenti tractari, & per conſequens iuramentum ipſum ſuppletorium deferri minimè poſſe, tanquam fundamentum ſuæ intentionis teneri id probare. Sic poſt *Curt. iun. in d. leg. admonendi. Clariſs. Menoch. libro 2 centuria 5. caſu* 464. *num.* 5.

79 (Quæ aut ſint cauſæ parui, vel magni ponderis, arbitrio iudicis relinquēdum opinor,) Sic inter alios, *Albenſ. conſ. 741. n. 5. & Addentes ibi in littera D. vbi latè ſequitur Maſcar. d. concl. 957. num. 31. & Cl. Menoc. lib. 2. cent. 1. caſu 71. per tot.* vbi omnium pulcherrime, & latiſſimè. Addo *Mancin. d. art. 6. n. 7.*

80 Claudicat tamen ſupradicta limitatio, quotieſcumque aliquis pluſquam ſemiplene intentionem ſuam probaſſet, tunc enim iuramentum ipſum in prpbationis ſupplementum etiam in cauſis magui ponderis concedi receptiſſimum eſt & maximè cum honeſte perſonæ ſit deferendum,

rendum. Sic plurimi relati per eumdem *Rolan. præcitato conſil. 26. numer. 23.* Infiniti quoque, quos refert, & ſequitur *Mancin. d. loco numer. 8. Sic etiam Maſcard. d. concl. ſua 957. numer. 33. & 34. Puteus deciſ. ſua prima, de iureiurand. & nouiſſimè Marcus. Anton. Maceratenſ. Variar. reſolut. libr. 2. reſolut. vltim. capit. 32. circa finem*, vbi multos adducit.

81 Infertur principaliter ſecundo, quod ſi ſcriptura ipſa priuata per litterarum comparationem comprobata, vnius teſtis dicto fuerit ſuffulta, qui ſe fuiſſe præſentem, & vidiſſe quando debitor ſcripſit apocham, deponat; plenam inducet probationem. Sic poſt relatos multos *Rim. iun. conſil. ſuo 503. numer. 6. Nonius conſ. ſuo 79. Mala de fid. inſtrument. num. 21. & nouiſſimè Cl. Eques D. Peregr. d. conſ. 101. num. 6. Adde Coſtam de remed. ſubd. remed. 7. numer. 15. in fine, Cl. Farinaccium in ſuis Fragmentis criminalibus p. 1. num. 515. & Scacciam poſt hæc hec edita viſum d. cap. 11. num. 1028. Adeundus quoq. D. Gaſpar Ant. Theſſaur. quæſt. Forenſ. lib. 1. cap. 24. nu. 4.* vbi ſubdit ita pluries fuiſſe iudicatum.

82 Et ratio eſt in promptu, nam duę probationes ſemiplenę etiam diuerſi generis, tendentes ad vnum effectum, coniunguntur, vt plenam faciant probationem, *gl. eſt celebris in l. 3. §. idem Diuus in verſ. ſpecie, ff. de teſtib.* concordantes adducit *Mala præcitato loco. Addo Rim. Iun. poſt plures relatos dict. conſil. ſuo 39. numero tertio*, vbi rationem quoque huiuſce rationis deducit, dicens,
83 quoniam fauor eſt publicus, ne facultas probandi reſtringatur. Sequitur pulchrè *Farinacc. conſilio ſuo 70. numero 67.*

84 Obſeruandum eſt tamen Regulam ſuperius firmatam, videlicet ſcripturam priuatam ſola comparatione iuuatam, ſemiplenam fidem facere, fallere; cum de tertij agitur præiudicio, contra enim ipſum non dicam, quod ad plenam, prout ſenſit, & male *Scaccia, vir alioqum doctiſſimus, d. c. 11. num. 1027.* verum etiam quoad ſemiplenam probationem minime nocet, ſic pulchrè *Crau. conſ. ſuo 316. num. 19. in ſecundo, & de antiquit. tempor. in ver. quarto limitatur, num. 70. cum ſeq.* Sic quoque poſt *Corneum Purpurat. in d. l. admonendi, num. 180.* & alios. *Hipp. Rimin. conſ. ſuo 39. numer. 47. in primo. Addo P. Surdum. deciſ. ſua 312. n. 2.* vbi pulchrè.

85 Obſeruandum præterea, quod quandoque poſſet eſſe tanta vis comparationis, vt illa ſola ſufficeret ad ſolemnem ac plenam probationem, ita *Bart. in dicta leg. admonendi, numer. 26.* quod dictum pro notabili ſequuntur Canoniſtę omnes, *in dict. capitul. 2. de fide inſtrument.* Sequitnr poſt multos relatos *Excellen. Peregr. dict. conſ. 101. num. 7.*

86 Et eſt veriſſima Concluſio, quidquid dixerit *Coraſ. in dict. leg. admonendi, in 2. part. numer. 54.* & nonnulli alij relati per *Roland. à Vall. dict. conſil. 26. numero 9.* Probationes enim ſnnt iudici arbitrariæ ad tradita per *D. Scaccia. dict. libr. ſecundo de Iudic. cauſar. ciuil. capitul. 9. uumer. 530. & 531.*

87 Quinimo multos quidem extare caſus, in quibus comparatio ipſa litterarum plenam probationem inducit obſeruetis velim.

Primus eſt, ſi talis eſſet comparatio, quæ oſtenderet ſcripturam ſimul cum illa, ad quam fit comparatio, per omnia ſimilem, hoc enim caſu plenè probaret.

Sic expreſsè arguendo a contrario ſenſu conſtitutum eſt, in §. ſi quis igitur, *in auth. de fide inſtrument. & in §. ſi vero tale, eod. tit.* vbi habetur, ſi iudex arbitratus fuerit ex comparatione litterarum omnimodam formæ ſimilitudinem reſultare, plenam induci probationem, etiamſi teſtes ſint contrarij.

Ita chrè quoque puldocet *Rom. in d. l. admonendi, num. 50. Cato Sacch. num. 44. Cur. iun num. 118. verſ. ſecundo, & Iacob. Petr. de Ptolomeis, num. 68.* Sequitur ibidem *Ripa, num. 113. vbi exploſa, Angeli, & Curtij* contrariam ſententiam opinione, ſubdit, quod ſi non omnimoda reſultet ſimilitudo, ſemiplena tantum eo in caſu probatio orietur.

Hanc eamdem limitationem ſequuntur infiniti alij, quos refert, & ſequitur *Maſc. d. concl. ſua 330. numero 20. cum quatuor ſeq. addo Viuio, Opin. ſua 233. numero tertio, & Pantzſchman. dict. quæſt. ſua 2. numero 40.* vbi pulchrè. Videndus quoque *P. de Caball. conſilio ſuo 150. numer. 7. cum ſeq. & Clariſs. d Hercules Mareſcottus dict. capit. 29. numero 7. & 8.* vbi ſubdit ita tenuiſſe *Rotam in vna Romana de* Maluetijs *25. Maij 1587. coram Cardinale Platto.*

88 Alter principalis caſus eſt, quando vltra comparatione adeſſet quoque ſubſcriptio trium teſtium, qui graues, & honeſti forent, & qui eorum ſubſcriptiones recognoſcerent, affirmantes illam ſcripturam eſſe ipſis præſentibus ſcriptam ab illo in ſcriptura commemorato; hoc enim caſu, comparatio illa, ſeu illa ſcripturam plenam induceret probationem. Sic expreſſe *Bart. in d. l. admonendi, numer. 26. & in d. l. nuda ratio, num. 6. verſ.* aut quis, de donationibus & ſequuntur communiter *Doct. Curt. in d. l. admonendi, num. 118. verſ. tertio, & Iacob. Petr. de Ptolomeis, num. 67. Addo P Rebuffum in ſuo tractat. de chirographorum, & cedularum recognitione, num. 28. & D. Albenſem conſ. ſuo 741. numer. 2. in 4.* vbi in hoc caſu, facta litterarum comparatione, eluſorium eſſe, actorem petere ſibi iuramentum in probationis ſupplementum deferri, eleganter ſubnectit. His omnibus adiungas magni nominis *I. C. D. Farinac. in ſuis fragmentis Criminal. par. 1. numer. 504.* vbi quamplurimos concordantes deducit.

89 Amplia hanc limitationem procedere, etiamſi omnes teſtes nop recognoſcent ſcripturam, ſed aliqui eorum vt duo ex tribus, quia ſufficeret; ex quo habetur certitudo ſcripturæ. *Text. eſt apertiſſimus in d. l. comparationes, & ibi Scribentes omnes pulchrè Maſcar. d. concl. 330. num. 28. & 29. & d. Farinac. d. par. 1. n. 506. et* 507. vbi licet nonnullos contrarium aſſeuerantes deducat, tradit tamen ampliationem ipſam veram, quando duo teſtes deponerent, ſuper contentis in ipa apocha, & latius, vt per eum, quem conſulas.

90 Sublimitatur autem hoc, quando pars confiteretur ſubſcriptiones illas eſſe eorumdemmet teſtium, eo enim caſu recognitio ipſa minime expoſceretur. Sic præcisè poſt alios *Ioſeph. Ludouic. dicta deciſiou. 7. numer. ſexto.*

91 Idem inris ſubdit eſſe: ſi dicta ſcriptura alias in iudicio fuiſſet approbata, tunc enim alia teſtium recognitione minimè eſſet opus.

92 Amplia ſecundo eamdem limitationem tunc præcipuè locum habere, quando ipſamet apocha non ſolum eſſet ſubſcripta à tribus teſtibus verum etiam ab vtraque parte, tunc enim recognitio perſ ſolam comparationem litterarum plenam proculdubio probationem induceret. Sed auerte quod omnimoda ſimilitudo debet eſſe tam reſpectu apochæ, quam reſpectu ſubſcriptionum ipſorum teſtium ac partium. Sic eleganter poſt infinitos relatos *D. Scac. d. c. 11. n. 1007.*

Sed pulchra hoc in loco excitatur quæſtio. Producitur Apocha ſubſcripta ab vna parte tantum, puta à debitore, & à teſtibus. Dubitatur modò, an ſola ipſa litterarum comparatio plenam recognitionem, ac probationem inducat, vel etiam ad ipſam inducendam requiratur recognitio per teſtes?

*Scaccia eruditiſſimus, poſt articulum plenè diſcuſſum dict. capit. 11. numer. 1008. cum plurib. ſequentibus tuetur opi-*

*opinionem* , quod ſola comparatio ſufficiat , cuncta-
que , quæ ex aduerſo obijci poſſunt , accuratè reſoluit ,
ipſum conſulas , non enim ex ſcriptis ſcripta conficienda
ſunt.
Pulchra quoque alia ſubingreditur hic dubitatio , &
eſt , An comparatio ipſa litterarum ſit neceſſaria, quan-
do apocha ipſa recognoſcitur vel à teſtibus in ea ſubſcri-
ptis , vel ab alijs , qui fuerunt præſentes , quando fuit
ſcripta?
Sed pro eius plena reſolutione , addas *Clar. D. Fa-
rinaccium d. p.1. numer.* 508. *& ſeq.* vbi amplè diſcurrit
duas diuerſas ſcribentium opiniones deducendo , vt per
eum.
93 Tertius principalis caſus , in quo litterarum compa-
ratio facit plenam fidem , eſt , quando , & ſcribentes ,
ac ſubſcribentes omnes ex hac luce migraſſent . Sic aper-
te decidit , in *§. ſi verò nihil , & in §. ſi vero omnes dict.
Auth. de inſtrument. cautel. Sequitur præcisè Roman. in
dict. leg. admonendi , numer.* 50. *in pr. Cato Sacch. ibid.
numer.*44. *Curt.iun.numer.*118. *& Iacob. P.de Ptolomeis ,
numero* 67.
94 Quartus eſt caſus principalis quando conuentum eſſet
inter partes , quod ex ipſa ſola litterarum comparatione
plena fides ipſis apochæ priuatæ adhiberetur , licet enim
regulariter in ipſa apocha ſola litterarum comparatio
plenam probationem inducendam minimè ſufficiat , va-
lere tamen pactum , aut conuentionem partium , quod ex
eadem ſola , plena fides ipſi adhibeatur , modo tamen de
tali conuentione legitimè conſtet , apertiſſimè teſtatus eſt
poſt *Alex.conſil.ſuo* 76. *num.*7.*in* 3. *Crauet.d.verſ.quarto
limitatur , n.*73.
95 Quintus caſus eſt , quando vltra comparationem
adſunt teſtes , qui deponant illum vidiſſe ſcribere , li-
cet non ſe ſubſcripſerit , tunc enim plena oriatur pro-
batio . Sic præcisè tradiderunt infiniti , quos retulit ,
ac ſequutus eſt *Clariſs. D. Farinacc.in ſuis Frag. Crim.part.*
1.*num.*505.
96 Sexto in omnibus caſibus plenè probat ſola compara-
tio litterarum , in quibus admittuntur teſtes recognoſcen-
tes manum alterius , quia eam notam habeant , etiam
quod non viderint illum ſcribere . Sic præcisè poſt *P.
Granutium , tradidit Clariſs.D.Farinacc.dict.loco , numero*
512. *&* 513. vbi quoque plurimos ſcribentes deducit ,
enumerantes caſus in quibus teſtes prædicti admittuntur
ipſum conſulas.
97 Vltimus caſus , in quo ipſamet litterarum comparatio
plenam fidem facit , eſt , quando alijs adminiculis reperi-
tur adiuta , pulchrè poſt alios *P.de Cabal.conſil.ſuo* 150.
*numer.*8. Nec ſanè mirum ; ratio enim quare in apocha
priuata non ſufficit comparatio , eſt propter ſuſpicionem
falſitatis , quæ de facili in ipſa poteſt committi , vt in *Au-
th. de inſt. caut.& fide , in princ.* Hæc autem ſuſpicio ceſ-
ſat , vbi adſunt in contrarium adminicula pro veritate
apochæ.
Suſpicio enim falſitatis , ſi quæ ſit , tollitur ex coniectu-
ris contrarijs . Sic poſt *Pariſ.conſil.*28.*num.*50.*in* 2. *Fari-
nac. conſil.ſuo* 70. *numer.*65. *&* 66. *& Fragmentorum cri-
minalium part.* 1. *numer.*514. vbi infinitos concordantes
deducit.
98 Obſeruandum tertio principaliter , quod tunc demum
ipſi comparationi litterarum eſt locus , quando negotium
non excedit valorem vnius libræ auri . *Sic notatur in
auth.* At ſi contract.C. de fid.inſtrumentorum . Sic poſt
*Anchar. in queſtionibus ſuis familiaribus . Surd. conſil. ſuo*
187.*numer.*29.*& Hipp. Rimin.conſil.ſuo* 39.*numer.*45. *&*
46. vbi poſt eundem Anchar. ſubdit quod ſtatutum de
priuatis ſcripturis , de litterarum loquens compara-
tione , velut in multis correctorium , debet intelli-
gi , dummodo debitum non excedat libram auri ; Ad-
do Io.Bottam , *conſ.ſuo* 33. *n.*2.*&* 4. vbi ſubdit , quod ſi ad
ipſum comparationis remedium deuentum fuerit in cau-
99 ſa ipſam libram auri excedente , dicta comparatio vti
facta in caſu prohibito , habebitur pro nulla : fruſtra enim
fit , quod factum non releuat. *l.hęc ſtipulatio , §.Diuus.ff.vt
l.nomine cau. Cæph.conſil.ſuo* 370. *n.*109. cum concordan-
tibus . Et hæc eſt veriſſima ſententia , quidquid dixerit
*Gaſpar.Theſſaur.vir alioquin doctiſſimus. d.ſua quæſt.forenſi*
24.*num.*19.
100 Quot autem ſolidi , ſiue aurei , ( hi enim termini
in iure æquiparantur , & aureus aliquoties pro ſolido
101 accipitur , & è contra , vt amplè , & pulchrè docet
more ſuo *Gayll.libr.ſecundo Obſeruatione* 39. *numero* 1. *&*
2. *& Viuius Opinione ſua* 76. ferè per totam ) ad ipſam
auri libram conficiendam requirantur , poſſet quis de fa-
cili dubitare.
102 In qua quidem difficultate communiter ab omni-
bus in eam itum eſt ſententiam , libram ipſam ex aureis ,
ſiue ſolidis 72. dumtaxat conſtare idque per textum a-
pertum *in leg.quotieſcumque , Cod. de ſuſceptoris , & arca-
rijs , libr.* 10. Inter hos autem poſt quamplures relatos
eſt Renerus *Budellius in ſuo tract.de monetis , & re numar.
libr.primo capitul.*14.*numer.*13. *Bodin.de re numar. numer.*
33.*Boer poſt infinitos adductos deciſ.ſua* 327.*numer.ſecundo
Hippol.Rimin.dict. conſil.ſuo* 39.*numer.*45. *Viuius , dict.
Opin.*76. *numer.*4.*& Botta , conſil.ſuo* 33.*numero* 3. *Addo
Bernar. VVnymſer. Tract. Forenſ.libr.*1. *titul.*50. *Obſer-
uat.* 11.
103 Et ſi de aureis legalibus axioma propoſitum intelli-
gatur , res ob ſupradicta videtur deciſa.
104 Sin autem ad aureos noſtri temporis , quibus vti-
mur , vt ſunt Veneti , & Florentini reſpectum habeamus ,
cum ipſis legalibus longè magis diminuti , ac minoris
ponderis circumferantur , quot nam ad ipſam auri li-
bram conſtituendam requirantur , valde varij Doct.noſtri
extitere.
105 Boer.enim poſt *Ioannem de Platea , Lucam de Penna ,
Siculum , & alios , dec.ſua* 327.*num.*2.*tenet*,96. apprimè re-
quiri. Eu ſequitur inter alios *Viuius d.opinione ſua* 76. *nu.*
5.*Addo Sigiſmund. Scacciam de iudic.cauſarū ciuil.& crim.
c.*99.*num.*2.*vol.*1. *& Antonium Solam de Monetis caſu* 41.
106 *num.*4. *Ioſeph.autem Ludou.deciſ.ſua Peruſ.*7. *num.tertio
poſt Rol.à Val.de lucro dotis , quæſt.*53. *in fine ,* libram ipſam
auri ex centam , & ſeptem aureis ad minus conſtare aper-
tè reſpondit . Huius ſententiæ extitit quoque *Clar. vir.D.
Peregr.d.conſil.ſuo* 102.*n.*11.*Addo Ioan.Bap.Coſtam , de re-
med.ſubſid.rem.*7.*n.*9.*& D. Alex. Trentacinq.d.reſol.*7.*n.*
1. *verſ.scriptura ipsa priuata Videndus idem d. Peregrinus
conſil.ſuo* 136. *n.*8. *vol.*5.
107 Tu ; quenam melior ſit harum opinionum , cogita.
108 Non ignorandum quartò principaliter , quod in om-
nibus illis caſibus in quibus ſola litterarum comparatio
ſufficit , & probat , illud procedit , quando ageretur ciuili-
109 ter , ſecus ſi criminaliter , puta , in crimine falſi , ad ipſam
enim falſitatem probandam ſola litterarum comparatio
non ſufficeret . Sic pulchrè *Dec. conſil.ſuo* 615. *colum.*1.
*Maſcard. poſt alios , dict. concluſ.*330. *numero* 26. *&* 27.
*& concluſ.ſua* 627. *numer.* 29. *&* 30. *& Viuius , d. O-
pin.ſua* 113.*numer.*20. *Addo Scacciam , dict.capitul.* 11.
*numer.* 1020. vbi quoque rationem deducit , dicens :
nam in criminalibus requiritur probatio certa , & conclu-
dens , qualis non eſt illa , quæ fit per comparationem litte-
rarum . Hinc per iſtam rationem *Cl.Petr.de Caball.variar.
reſolut. cent.*3. *caſ.*151. docuit , quod ſi fuerit producta
quędam apocha contra Titium , puta , debitorem & is in
iudicio eam manu ſua fuiſſe confectam apertè negauerit.
Cognito medio litterarum comparationis apocham
110 illam eius manu fore conſcriptam ſententiaque con-
tra ipſum , & ad fauorem creditoris ſubinde ſequuta , non
poterit

poterit ipſemet debitor ac creditore criminaliter accuſari de falſo, quia negauerit ſcripſiſſe, & per ſententiam pro ſcribente habitus fuerit, & condemnatus, & latius, vt per eum, quem omninò videas, quia illa eſt pulcherima deciſio in hac materia, Adeundus quoque *Gaſpar. Antonius Theſſaur. dict. quæſtion. 24. numer. finali, & illuſtr. vir D. Farinacc. Fragment. crimin. part. 1. numero 446. pag. mihi 67.* vbi tradit, quod comparatio litterarum, quod in criminalibus non plenè probat, nullam prorſus habet difficultatem, ſed veritas eſt, quod nec etiam probet plenè, quando alias in ciuilibus faceret plenam probationem, & latius, & per eum, quem conſultas.

111 Purpurat, tamen in d. l. admonendi, voluit oriri poſſe indicium ad torturam, ſecundum qualitatem perſonarum, quod ſatis admitterem contra perſonam aliqua de decori labe notam; alias ſecus eſſet. *Coſta d. remed. 7. nu. 11 Sequitur Scacc. d. c. n. 1021.*

112 Sed pulchra hic ſuſcitatur quæſtio, & talis eſt.

Accuſatur Mæuius, quod libellum famoſum, ſeu cantinelam conſcripſerit, Mæuius ipſe dælatus ſcripturam illam negat, an hoc in caſu ad litterarum comparationem deueniendum ſit, dubitatur,

113 In huiuſmodi difficultate, rem paucis perſtringendo, conclude pro affirmatiua. Pulchrè *Coſta d. remed. ſeptimo numero 12.* poſt plures alios relatos. Nec ſanè mirum.

114 Cuiuslibet enim ſcripturę, ex quæ actio, vel accuſatio inſtitui poteſt comparationem admitti nemini dubium eſt. *Salic. in leg. comparationes, Codic. de fide inſtrument.*

115 Sed an talis comparatio in iſto caſu faciat indicium ſufficiens ad torturam; non eſt eadem omnium ſententia.

116 Primo aſpectu videretur dicendum, quod ſic nam litterarum comparatio in cauſa ciuili inducit ſemiplenam probationem, vt vidimus.

Ergò bene in iſto caſu poteſt dici, quod faciat indicium, quod eſt minus ſemiplena probatione, ſecundum *gl. in l. cum probatio, ff. de probationib.*

117 *Franc. autem Marc. q. ſua 935. p. 2.* inquit ſuper hac quęſtione cogitandum eſſe. Eamque indeciſam relinquit; litterarum enim comparatio ſecundum eum, eſt remedium multum fallax. In hanc eamdem flecti quoque videtur *Thomas Triuiſan. deciſ. ſua 52. libr. 2. per totam*, vide per eum.

118 Et quod ipſa litterarum comparatio, niſi alia concurrant, nullo pacto indicium faciat ad torturam, docet poſt plures relatos *Proſper Farinac. d. conſil. ſuo criminali 70. n. 14 Addo Triuiſan. dicta dec. ſua 52. num. 8. & nouiſſimè Clar. D. Farinacc. Fragmentorum Criminal. parte. 1. numer. 447. cum ſeqq.* vbi tradit poſt nonnullos relatos, quod veritas eſt, quod contra hominem malæ fidei comparatio litterarum faciat iudicium ad torturam, ſecus contra hominem bonæ famæ. Contra affigentes, vel mittentes cartellos, quæ pæna ſit ſtatuta, videnda pars huius Sereniſs. Dominij lata de anno Dom. 1541. 9. Aprilis in conſilio Decemuirum. De materia autem, & pæna libelli famoſi, omnium quotquot ſcripſerunt, latiſſimè, ac elegantiſſimè diſceptatur *Cl. D. Farinac. De varijs, ac diuerſis criminalibus q. 105. inſpect. 11. per totam.* vide per eum Addas quoque *d. Borgnin. Caualcanum libr. 5. dec. ſua 35. per totam.*

119 Obſeruandum principaliter vltimò, quod in ipſa litterarum comparatione facienda, ſemper requiritur citatio partis, alias nulla eſſet comparatio. *cap. 2. de teſtib. vbi eſt caſus.*

120 Et hoc aduertendum eſſe in praxi, ne error committatur, admonet *Viuius d. Opin. ſua 113. n. 12.*

Et hęc de comparatione litterarum in apocha, ſeu apodiſſa facta, dicta ſint, latius autem diſceptat *Trentacinq. d. reſol. 7. præc. n. 4.*

Vtrum autem in alijs ſcripturis priuatis, puta in libro rationum, & in epiſtolis, quæ tranſmittuntur, ipſa litterarum comparatio plenam fidem faciat, an verò ſemiplenam, prout in apochis, & apodiſſis, quæ dantur à parte parti, non eſt eadem pariter omnium Scribentium ſententia.

Et quoad librum rationum attinet, *Bart. in Auth. Et ſi*
121 *contract. col. 2. & fi. tenuit, quod l. comparationes*, ſit duntaxat correcta in apodiſſis, & apochis, non autem in ipſo rationum libro, & per conſequens, quod comparatio ipſa litterarum in libro rationum, etiam hodie plenam fidem faciat. ſequuti ſunt infiniti, quos refert, & ſequitur *Maſc. d. ſua concl. 330. num. 17. & 18. Viuius, d. Opinione ſua 113. num. 22. & nouiſſimè Cl. Eques D. Peregrinus d. conſilio 10. numer. 10. in 2. Addo D. P. Gilkenum, in l. inſtrumenta nu. 20. Cod. de probationibus*, vbi concordantes deducit, & *in l. comparationes, nu 22. & 23. C. de fide inſtrum.* Aducendus eſt etiam *Trentacinquius d. reſolut. 7. num. 5.* vbi infinitos concordantes deducit, & contraria quæque reſoluit.

122 Mouetur *Bart. nam in ipſo libro rationum* nihil reperitur immutatum, ergò ſtandum eſt diſpoſitioni legis antiquæ, *l. pręcipimus, C. de appel.*

123 Præterea poteſt quis facilius æmulari, & effingere ſimplicem quandam apodiſſam, vel apocham quę dari ſolet à parte parti, & dicere, quod fuit facta à debitore, quam librum aliquem rationum quia in eo continentur plures partitæ continuatæ, & ſucceſſiuæ: & quia ipſemet liber remanet ſemper penes ſcribentem.

Et hęc eſt veriſſima opinio, ac in praxi recepta, teſte *D. Scaccia, d. c. 11. num. 1022. cum ſequent.* vbi omnium pulcherrimè, ac latiſſimè, quidquid aliqui dixerint. Sequutus eſt quoque poſt infinitos plures alios relatos, *Cl. D. Farinacc. Fragmentorum Criminal. p. 1. num. 524. cum ſeq.* ipſum conſulas.

124 Intellige tamen prædicta habere locum in libro rationum ipſius ſcribentis, qui in eo ad alterius commodum aliquid contra ſe ſcripſit, & penes quem, vel eius ſucceſſores liber ille aſſolet, vt ſcripſit *Bart. in d. Authent. at ſi contractus. n. 5.*

125 Secus in libro rationum alicuius, vt puta Caij, in quo aliquid eſſet contra Sempronium ſcriptum ab eodem Sempronio, & eodem codice Caius ipſemet vti vellet, nam hic ſola litterarum comparatio minimè ſufficeret, quoniam in iſto caſu facile poteſt committi fraus, referēdo, & effingendo genus illud ſcribendi, ſicuti in apocha dictum eſt. Sic eleganter aduertit Dominus meus *Menoch. dict. Caſu 114. numer. 23. & Dominus Maſcard. dict. concluſ. 330. numero 19. Addo D. Gaſparum Anton. Theſſaurum leg. 1. quæſtionum forenſium, dict. q. 24. num. 23.* Intellige ſecundo ac declara idem axioma pluribus alijs modis relatis per *Dom. Trentacinquium d. numer. quinto* quem omnino videas, non enim omnia chartis committenda ſunt.

126 Quod autem ad epiſt. ſpectat. *Bartol. in dict. leg. admonendi*, dicit idem iuris eſſe in epiſtola, quod in libro rationum, & per conſequens, *leg. comparationes*, in apocha tantum eſſe correctam, Hoc idem firmat *in leg. nuda ratio, ff. de donationibus*, vbi rationem diuerſitatis inter apocham, & epiſtolam aſſignat, dicens, quod in apocha, quæ datur a parte parti, imputandum eſt ei, qui ſe ſuper ea fundat, cuique teſtes, & alias ſolemnitates minimè adhibuerit, quæ ratio culpæ non militat in epiſtola, quæ mittitur abſenti, in ea enim non ſolent adhiberi teſtes.

Hanc

Hanc Bartol.opinionem ſequitur Bald. in Auth.Sed nouo
127 iure, C.ſi cert.pet. vbi inquit vniuerſali conſuetudine re-
ceptum eſſe,quod d.l.comparationes,ſit tantum correcta
in apodiſſis, ſeu apochis,ſequitur etiam Alex.conſ.58.co-
lumna 1. & 2. in 7. Dec.conſil.ſuo 219.colum.vltima. Lan-
franc.de Oriano in repetitione dict.leg.admonendi, numero
52.Cranet.de antiquit.tempor.verſ.limitatur enim 65. Grā-
mat.dec.ſua 34.num.15.& 16.Viuius,d.ſua Opin.113.num.
23. & Maſcard. poſt infinitos relatos, dicta concluſ.330.
numer.9.10.11.12. & concluſ.ſua 627. numer.26.cum duo-
bus ſeq.

128 Addo Burſat. conſilio ſuo 39. numero 25. in primo. vbi quoque poſt quamplures adductos, ſubiicit recognitionem ipſius epiſtolæ ſufficienter fieri ex teſtibus deponentibus, videri ſibi talem epiſtolam manu talis ex Caractèribus, & figuris litterarum: quia notam habent eius manum, cum illum pluries antea viderint ſcribere.

129 Contrarium tamen ſententiam,videlicet, quod dict.l. comparationes, ſit etiam correcta in ipſa epiſtola, tenet Bart.ſibimet contrarius, in d.Auth. At ſi contractus; in fine, vbi inquit, quod etiam quis de facili poſſet epiſtolam quandam falſam conficere. Cuius ſententiæ adhæſit quoque Abb.in dict.cap.2. de fide inſtrumentorum, vbi reprobat eumdem Bartol. in alijs locis, & Iaſ.in repetitione dict.leg.admonendi,numer.139.vbi etiam Curtius iun.num. 123. Eumdem ſequuti ſunt alij quamplurimi relati per eundem Maſcard. dict. concluſ.ſua 330. numero 14. Addo Ludolph. Schrader.in repetit.dict.leg.admonendi, numero 270.colum.2.& D. Schuuartzenthaler, de ſtipulationibus, pagin. mihi 762. numer.52. cum ſequentibus, Adeundus quoque D. Gaſpar. Anton. Theſſaur libr.primo Quæſt.Forenſium,dict.cap.24.num 20.cum ſequentibus, vbi pulcherrimè, & D.Alexander Trentacinquius d.Reſol.7.numer.6. vbi latè.

130 Sed à priori, quam veriorem, ac receptiorem eſſe teſtatur Maſc.prænotato loco,haud arbitror diſcedendum. Eam enim ſequitur quoque poſt infinitos relatos Triuiſan.lib.2.deciſ.57.num.9.vbi etiam nonnullas Rotæ Romanę deciſiones pro hac eadem opinione deducit.Addo poſt hæc edita viſum eruditiſſimum Scacciam dict.cap.11.num. 10.16.cum ſeqq.vbi poſt infinitas Scribentium authoritates pro vtraque parte deductas,hanc eamdem ſententiam Communiter recipi, ac de conſuetudine obſeruari clarè teſtatur. Addas quoque Cl. Farinaccium d.tract.num.526. cum ſequentibus, vbi infinitos propè modum concordantes deducit.

131 Nec officit ratio per Bart. in contrarium deducta, quod ſcilicet quis de facili poſſet vnam falſam epiſtolam conficere,Reſpondetur enim,hoc minimè præſumendum nullus enim, propter timorem pænæ falſi ad id per agendum alliceretur.

132 Limitatur tamē iſthæc firmata concluſ.vt non habeat locum in epiſtola, quæ daretur præſenti.(Hic obiter nota quod epiſtola fieri etiam poteſt a pręſente præſenti, ad notata in l.Titius,vbi Bart.de Conſtituta pecunia)nam tunc non ſufficeret ſola litterarum comparatio, ad plenam probationem Inducendam in ipſamet epiſtola: & ratio eſt, quia in epiſtola, quam præſens dat præſenti, militat eadem ratio, quæ militat in Apocha; videlicet, quia, ſibi cui traditur imputatur cur non fecerit adhiberi teſtes.Sic eleganter limitat poſt alios D. Maſcard.d.concl.627.n.26. & D Scacc.poſt alios concordantes adductos d.c.11.num. 1019.vide per eos.

133 An autem comparatione litterarum teſtamentum paternum probetur, hic non diſcutio: late autem diſſerit Pantzſchman. dict.quæſt.ſua 2.à numer.17. vſque in finem,vide per eum.Videndus quoque Theſſaurus, dict.q. 24.num.25.& Cl. D. Peregr.conſ.ſuo 61,in 1. vbi loquitur de cędula teſtamentaria alicuius teſtatoris.

Et hæc de litterarum comparatione breuiter dicta ſufficiant, Latius autem de màteria ipſius litterarum cōparationis, diſſerunt D.Gaſpar.Theſſaurus,d.q.ſua 24. per totam.Rutgerut Rulant, dict.cap.38. Alexand.Trentacinquius dict.reſolut.7. per totam P. Gilken.in dict.leg. comparatione.C.de fide inſtrum.& omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè Illuſt. Card. Tuſcus Concl. ſua 483. cum duobus ſequentibus littera C. eos omnes conſulas. Sat enim mihi nonnullis potioribus prius de materia deductis, loca retuliſſe. Hoc vnum dumtaxat addo, quod in materia comparationis fiendæ per teſtes, & ſcripturas non examen delegari per remiſſoriales, ſed debet fieri coram iudice, qui habet iudicare. Sic poſt Bal. Felinum, & Decium Io. Baptiſta Ferretus conſilio ſuo 333. numer.2.

Addas quoque, quod ipſa litterarum comparatio tunc nullam fidem facit; quando non per omnia, ſed in aliquibus ſolum adeſt litterarum ſimilitudo. Sic præcisè Cl. D. Farinacc.loco infra allegando numero 535. & videndus ſub numer.537. cum ſeqq. vbi tradit, è contra, quod ſi ipſa litterarum comparatio in omnibus, & per omnia continet litterarum ſimilitudinem,tunc plenè probat, & iudex poteſt illi plenam fidem adhibere, & latius vt per eum.

134 Sextus principalis caſus eſt (vt ad inſtitutum noſtrum reuertamur) quando ipſamet apocha a partibus fuit ſubſcripta,& à tribus teſtibus, & teſtes ſubſcriptiones ſuas recognoſcunt.Hoc in caſu ſcriptura illa abſque alia litterarum comparatione, plenam fidem facit. Tex.eſt in dict. leg.ſcripturas,cum Auth. ibi ſeq.not. Bartol.in dict.leg.nuda ratio, col.vlt.& in dict.leg.admonendi, numero 26. vbi etiam Caccialup.numer.60. & in d. Authent. At ſi contractus,colum.2. & eſt Communis Doct. Concluſio, quam ſequitur quoque Alexand.conſilio 181. numer.quinto, in ſecundo,& conſil.114.numer.6.in quarto, Socin.dict.conſilio 274.numer.5. Gabriel.de probationibus, concluſ.10.numero 28.poſt plures ibi relatos.Addo ex recentioribus Cl.Pancirolum,conſil.57.numer.3.in 1. & P. Auguſt.Malam in ſuo Emporio,libr.1.tit.de fide inſtrumentorum, concluſ.3.numero 16.verſic. Ego tamen in princ. videndus quoque Scaccia dict.cap.11.numer.9. 81. & nouiſſimè Gilken.in dict.l.inſtrumenta, numero 7.8.Cod.de probationibus, vbi pulchre, & late His. omnibus adiungas Clariſs. Dom. Farinacium Fragmentorum Criminal.par. 1. numer. 532.cum ſeq. vbi pulchre.

135 Obſeruandam tamen, multa de neceſſitate requiri, ad hoc, vt iſta Concluſio locum ſibi vendicet, quæ quidem omnia pulchre congerit Ripa, in dict. leg. admonendi,numer.104.& nos alias ſatis abunde retulimus.Amplia vt ſupradicto caſu oriatur quoque probatio ſtante ſupradicta ſcriptura recognita contra tertium, ad latè congeſta per Cl. D. Menoch.conſil.ſuo 787.numero primo, & ſecundo.

136 Septimus eſt caſus, quando ipſamet apocha non habet partium ſubſcriptiones, ſed teſtium dumtaxat, & teſtes illam recognoſcunt, in hoc caſu, an huiuſmodi priuata ſcriptura per recognitionem teſtium comprobata, plenam fidem faciat, non eſt eadem omnium ſententia.

137 Opinionem enim, quod plena probatio inducatur, tenet Hoſt.Io.Andreas, & Imol.in c.2.de fide inſtr.Alex.in l. admonendi,n.31.cir.med.Iaſ.ibid.n.89.& in lectura 77.Cato Sacchus num.43. & Curt.iun.num.35.verſ.2.caſus.Idem Alex.conſ.ſuo 181.nu.5. in 2. quod eſt repetitum in conſ.68. in 4. & Carol.Ruinus conſ.ſuo 46. n.14.in 4. vbi vult, quod licet duo tantum teſtes ipſi apochę fuerint ſubſcripti, attamen ſufficere debeant,Sequutus eſt etiam P.Gilken.in d. l.inſtrum.vbi late,

138 Horum omnium fundamentum eſt, quoniam teſtes iſti ſubſcriptiones ſuas recognoſcentes, & apocham illam manu debitoris fuiſſe confectam deponentes, deponunt quidem per ſenſum corporis appropriatum illi actui, de quo agitur, vnde plene probant.

139 Contrariam autem ſententiam, videlicet, quod ad plenam probationem inducendam, vltra huiuſmodi teſtium depoſitionem requiratur pariter litterarum comparatio, tenuerunt omnes infraſcripti *Bart. in l. nuda ratio, in l. admonendi, in Auth. Etſi contract. C. de fide inſtrum. & in l. ſcripturas, col. fin. C. qui potior. & Canoniſtæ, fere omnes in d. c. 2. de fide inſtrumentorum*, & videtur magis communis opinio, ſecundum quam conſuluit etiam *Aretin. conſil. ſuo 64. col. 4. & 5.* vbi pro hac parte fortiter inducit *tex. in §. ſi quis igitur, & in §. ſed & ſi quis, in Auth. de inſtrumentorum caut. & fide*. Sequutus eſt quoq; hanc eamdem ſententiam *Soc. ſen. conſil. ſuo 274. num. 6. in 2. vbi Alexand. & Imol.* opinionem contrariam defendentium rationes acutiſſimè reſoluit. *Corneus etiam, Calcaneus, & alij multi, quos refert, & ſequitur Hyppolit. & Rimin. conſil. ſuo 213. num. 27. & 28. cum tribus ſequent. in 2. Addo Gabriel. lib. 1. concl. tit. de probation. concl. 9. num. 14. Clar. Menoch. d. caſu 114. num. ſecundo. Lancellot. Galliam. conſil. ſuo 51. num. 20. Burſat. conſil. 123. num. 23. Maſcard. d. concl. 330. numer. 28. & Crauet. de antiquit. tempor. in verſic. quæritur etiam, numer. 79. Sequitur Scaccia d. cap. 11. num. 976. cum ſeq.* vbi tamen limitat ſecus eſſe in recognitione epiſtolę, ac libri rationum, vbi etiam ipſam litterarum comparationem quoad ſubſcriptiones ipſorum teſtium eas recognoſcentium, minimè neceſſariam eſſe, clarè ſubiungit.

140 Ego in huiuſmodi opinionum an fructu arbitror vna cum *Corneo, conſilio ſuo 58. in 3.* ita diſtinguendum eſſe.

141 Aut teſtes ibi ſubſcriptiones ſuas recognoſcentes, deponunt tantum fuiſſe præſentes priuatæ illi apochæ, de qua controuertitur, & vidiſſe illam ſcribere, & tunc procedat opinio *Bart. & ſequacium*.

142 Aut verò deponunt etiam de tenore, & contentis in ipſa apocha, & tunc, quia ipſius certitudo habetur, procedat prior opinio.

143 Amplia hoc adeò verum eſſe vt nil referat, licet omnes teſtes non recognoſcerent ipſammet apocham, ſed aliqui dumtaxat, veluti ex tribus duo, quia ſufficeret, ex quo habetur certitudo ipſius ſcripturæ, vt eſt *tex. in d. leg. comparationes, in princ.* Sequitur inter alios præcise *Maſcard. d. ſua concluſione 330. num. 29.*

144 Hanc eamdem diſtinctionem ſequutus eſt etiam *Rim. iun. d. conſ. 213. num. 33. vbi ſic diſtinguendo enodat. text. in §. ſi quis igitur, d. Auth. de inſtr. caut.*

145 Alij, (vt in nil in hac materia, quod relatum dignum videatur, prætermittamus) ſic diſtinguendum in hac eadem difficultate arbitrantur.

146 Aut ad probationem priuatæ ſcripturæ, incipitur à teſtium recognitione, & tunc plena reſultat probatio.

147 Aut verò incipitur à comparatione, & tunc abſque dubio vtrumq; requiritur, teſtium recognitio videlicet, & ipſa litterarum comparatio. Sic præcisè *Alex. conſ. ſuo 191. col. 2. verſic. vnde concludunt, in 2.*

148 Hæc tamen tanti viri diſtinctio mihi non videtur ſatis tuta: eam enim reprobant *Soccin. Abb. & alij, quos refert, & ſequitur Gabr. libr. primo, concluſ. tit. de probationibus, concl. 9. num. 6.* vide per eos: à priori igitur minimè eſt recedendum.

149 Sed opportunè hoc in loco, quot teſtes ad ipſius priuatæ ſcripturæ comparationem regulariter requirantur ſciſcitabitur quiſpiam.

150 In qua quidem difficultate *Doct. communiter*, prout ſuperius & nos docuimus, ita diſtinguunt.

151 Aut teſtes ipſi eorum ſubſcriptiones recognoſcentes, de veritate contentorum in ipſa ſcriptura priuata clarè deponunt, & tunc duorum dumtaxat depoſitionem ſufficere, docuerunt *Abb. Imol. & alij, in d. c. 2. de fide inſtrum. Couar. pract. quæſt. c. 22. num. 1. arg. text. in l. in exercendis, C. de fide inſtrum.*

152 Aut verò deponunt ſolummodo ſe vidiſſe apocham illam ſcribi, & ſubſcribi ab eo contra quem producitur, & eo quidem caſu maxima eſt inter Doct. altercatio.

153 Speculator enim, *tit. de inſtrum. fide, § nunc dicendum.* Iure tantum Pontificio non etiam Ciuili, duorum depoſitionem ſufficere arbitratus eſt.

154 *Alex.* autem etiam iure ciuili inſpecto, niſi cõtractus excedat libram auri, *ad l. fin. C. ſi cert. pet.* duos ſufficere *conſil. ſuo 181. lib. 2.* apertè reſpondit.

155 Nonnulli verò, quorum ſententia vti cõmunior præualuit, exiſtimant vtroque iure hoc in caſu, tres teſtes ad minus requiri, ita *Abb. & Fel. in d. cap. 2 Ripa, & Iaſon. in d. leg. admonendi, & Didac. præcitato loco, numer. 3.* vide per eos. Satis.

156 Octauus principalis caſus eſt, quando ipſamet apocha non habet ſubſcriptiones teſtium, vel partium, ſed tantum iuuatur per depoſitionem duorum, vel trium teſtium inſcriptorum, vel tantum nominatorum, qui deponunt non de veritate in ea contentorum: res enim eo caſu abſque dubio careret difficultate, vt ſupra docuimus; ſed dumtaxat deponũt ſe præſentes extitiſſe tunc quãdo apocha ipſa fuit confecta; & in iſto caſu ſemiplena tantũ ex ipſorum teſtium depoſitione reſultat probatio.

157 Quò fit, vt ad plenam inducendam, neceſſarium ſit omninò comparationis adminiculum, ita *Bar. & communiter Doct.* relati in præcedenti caſu. Et iſtam opin. rationabiliorem dicit *Alex. conſ. 80. col. 2. in 4.* & veriorem, ac magis communem *Gabr. poſt infinitos relatos d. concl. 9. de probat. num. 5. & 6.* Eam ſequitur quoq; *Caccialup. in d. leg. admonendi num. 62. verſic. nona Concluſio.*

158 Rationem autem reddit ipſemet *Bart. in d. Authent. ſi contractus, colu. 2.* licet enim verum ſit, quod teſtes fuerint præſentes confectionis vnius apochæ factæ inter partes, non tamen neceſſario ſequitur, quod illa apocha priuata ſit eademmet, de qua contenditur, cum enim illi minimè ſe ſubſcripſerint, vtique in eius recognitione de facili poſſunt errare, & potiſſimum ſi litte as ignorarent.

159 Et reuera, cum huiuſmodi teſtium depoſitio circa veritatem minime verſetur, nõ poteſt ex ea modo aliquo concludens, & neceſſaria ſumi probatio etiam quod iudicio meo, in illa ſcriptura inſertus eſſet dies, vel Conſul, & de eo teſtes cõcordes eſſent adhuc enim militat præmiſſa ratio, & conſideratio Bartol. per quam hanc eamdem ſententiam firmauit quoque *Rip. in d l. admonendi, n. 107. & mala d. q. 3. præcitat. num. 16. in fin.*

160 Et licet *Imola, Roman. Alex. Iaſ. & plerique alij, relati per Gabr. d. concl. 9. num. 3.* & per nos in præcedenti caſu, tenuerint oppoſitum.

161 Caſus tamen ille eſt multum diuerſus ab iſto, & teſtes magis, ac facilius in hoc decipi poſſunt cum non adſint eorum propriæ ſubſcriptiones, quemadmodum in præcedenti.

162 Vnde ab opinione *Bart.* non eſt recedendũ, quidquid etiam dixerit alioquin *Cl. D. Menoch. de arbitr. d. caſu 114. num. 19.* qui eo loci hunc caſum eſſe iudici arbitrarium opinatus eſt, & Excellentiſſimus *D. Andr. Fachin. poſt hæc edita viſus, libr. vndecimo, ſuarum Iuris controu. cap. 30.*

163 Nonus eſt caſus; quando in ipſamet apocha adeſt debitoris ſubſcriptio, ac inſimul trium teſtium, teſtes tamen ſunt mortui, vel abſentes, adeò, quod eorum ſubſcriptiones recognoſcere minime poſſunt, & pars, vel hæredes eius negant ſcripturam continere veritatem.

Iſto caſu comparatio fidem plenam faciet . ita *Bartol.in*
*Auth.Et ſi contractus, col.2.de fide inſtrum.* Cuius tamen
164 dictum declara,& intellige,quando comparatio fit non
tantum ad ſcripturam,ſed etiam ad ipſorum teſtium ſub-
ſcriptiones, propter tot enim ſcripturas, & earum com-
165 parationes videtur, quod non poſſit ita de facili error
committi. Sequitur *P.Rebuff.in ſuo tract.de chirographo-*
*rum recognit.num.30.*vbi pulchrè.

166 Hinc videmus in ſimili , quod ex comparatione in li-
bro rationum facta , plena quidem inducitur probatio ,
quia plures ſunt ſcripturæ.

167 Ad hæc etiam mirum in modum confert, quod pul-
chrè ſcribit idem *Bar.in d.l.admonendi,num.26.*vbi inquit
quod quandoque poteſt eſſe tanta vis comparationis, vt
ipſi plena fides per iudicem adhibeatur , quoad quidem
maxime conſiderandum venit in caſu propoſito, vnde
vera videtur concluſio eiuſdemmet *Bartol.quam ſequitur*
*quoq.Butrius in d c.de fid.inſtrument.Alex.conſil.103.in 7.*
*Iaſon.conſil.129.in primo, Ripa in d.l.admonendi, nu.112.et*
*113.vbi quoque Purpurat.numer.175.et Ludouic.Alferius*
*allegat.ſua 9.num.4.*

168 Obſeruandum tamen non defuiſſe, qui contrariam
opinionem veriorem eſſe ſunt arbitrati,inter cęteros au-
tem adeſt *Caſtrenſ.in d.auth.At ſi contractus, Felin.in d.c.*
*2.Alex.Caccialup.in d.l.admonendi, num.61.*

169 Mouentur,quia litterarum comparatio eſt probatio
multum fallax, & periculoſa , & quæ regulariter ſemple-
nam tantum inducit .

170 Sed contrariam defendendo ſententiam. Reſponde-
tur rationem iſtam non concludere, quinimo potius cō-
tra eos torqueri.Sicuti enim comparatio ſcripturæ ſolius
debitoris, facit ſemiplenam probationem, vt ſupra,& fa-
tentur contrarij , ita comparatio ipſa facta ad literas te-
ſtium ſubſcriptorum fidem augebit , & ſic plenam indu-
cet probat Huic eidem opinioni adhæſit quoque *Clar.*
*vir Do.Farinacc.poſt hæc edita viſus fragmentorum Crimi-*
*nal.part.prima,num.518. cum duobus ſeqq.* ipſum omnino
conſulas.

171 Amplia ob præmiſſa,idem iuris eſſe, ideſt, vt ex ipſa
litterarum comparatione facta , & ad partis teſtium ſub-
ſcriptiones plena oriatur fides licet produceretur ſim-
plex apocha,in qua & debitoris,ac trium teſtium ſubſcri-
ptio reperiretur,& pars abnegaret ſcripturam illam con-
tinere veritatem, & teſtes quoque requiſiti, vt recogno-
ſcerent negarent ſe ſubſcripſiſſe.

172 Et licet contrarium poſt *Sal.in d.l.admonendi , nu.61,*
*verſ,7.* tenuerint *Caccialupus.*

173 A priori tamen minimè arbitror opinione receden-
dum .

Amplia ſecundo , vt ex ipſa ſcriptura ita medio com-
parationis litterarum comprobata oriatur quoque pro-
batio contra tertium ita lex profeſſo conſuluit *Clariſ.Me-*
*noch conſilio ſuo 287. numero tertio*, & per totum ipſum
omnino conſulas .

174 Sed hic pulchra ſuboritur difficultas; pone quod ſcri-
ptura illa priuata partium , & vnius teſtis dumtaxat ſub-
ſcriptione munita ſit,& probetur talis ſcriptura per com
parationem litterarum etiam reſpectu ſubſcriptionis il-
lius teſtis, an aliquid probationis ex ea inducetur ? *Cra-*
*uetta in huiuſmodi difficultate,de antiquitat.tempor.in dict.*
*verſic.quæritur etiam, numer.57.* exploſa Alexandri opi-
nione pluſquam ſemiplenam induci probationem,exiſti-
mantis,aliqualem tantummodo, quæ tamen ſit minor ſe-
miplena , promanare arbitratus eſt, rationibus , vt per
eum,ad ipſum lectorem remitto . Sequutus eſt quoque
idem *Clariſ.Dom.Farinaccius dict.part.prima, numer.534.*
vbi tradit,quod contra debitorem faciet pluſquam ſemi-
plenam probationem , & propterea erit locus delationi
iuramenti in ſupplementum , contra tertium vero nec
etiam faciet ſemiplenam probationem , & latius vt per
eum, quem conſulas .

175 Decimus caſus eſt , quando conſtat apocha fuiſſe cō-
fectam parte abſente , ſcilicet creditore conſtat tamen
manu debitoris conſcriptam , deinde datam , aut tranſ-
miſſam ad ipſum creditorem & iſto caſu , poſito , quod
ſcripturam in ſe iuſtam , & habilem contineat cauſam ,
ſufficiens erit ad plenam exactionem , ſic precisè poſt a-
lios *Maſcard.concl.ſua 342.num.117.*

176 Ratio autem eſt , quia in iſtis ſcripturis quæ dantur à
parte parti, ſufficit,quod interueniat conſenſu creditoris
eo quidem tempore, quo ſibi per debitorem dantur, aut
tranſmittuntur.

177 Cum enim ſcriptura ſemper nomine ſcribentis lo-
quatur Eques *Peregrinus poſt alios conſil. ſuo 94.numer.9.*
*in 1.*ipſa enim & præſentia ad paria iudicantur.*Maſcard.*
*inter cæteros concl.ſua 481.num.3.)* & creditor recipiens
tempore receptionis conſentiet,ſuccedit , quod conſen-
ſus vtriuſque ſit ſimultaneus, iuxta *text.cum ibi notatur in*
*l.conſenſu,in principio,ff.de actionibus, & obligationibus:* &
in ſpecie not.*Bart.in d.l.nuda,in verſ.nonobſtat,*vbi allegat
*tex.in l.Publia,§.fin.ff.depoſit.* & ibi idem aſſerit eſſe in
ſcriptura,quæ non tranſmittitur, vt in libro rationum in
quo conficiendo minimè requiritur, præſentia partis, vt
ibidem etiam aduertit Imola,pulchrè de hoc *Decian.con-*
*ſil.ſuo 108.num.16.& 17.in 2.*

178 Obſeruandum tamen,quod ſi antequam,apocha ipſa
ad creditorem referetur , ſcribens ex hac luce migraret,
quia tunc nec verè,nec fictè, loqui poſſet,(vbi enim pro-
179 pter impoſſibilitatem minime locum habet veritas,nec
etiam cadit fictio, ad *l.qui ad certum,ff.loc. & adnotata in*
*l.ſi is,qui pro emptore,ff.de vſucaption.)* proinde ſcriptura
illa poſt mortem adipſum creditorem deuoluta,ipſi qui-
dem recipienti minime prodeſſet . Ita concludit *Roman.*
*in d.l.nuda ratio,ff.de donation.*

180 Quod tu notanter declara , nedum quoad obligatio-
nem, quia deficeret ſimultaneus conſenſu partis, ſed nec
etiam quoad probationem : quia iſta ſcriptura haberet
in vim confeſſionis extraiudicialis,quæ quidem vti parte
abſente facta : minime ſortiretur effectum valide proba-
181 tionis,ita *Butr.in c.ſinali,*de confeſſis Ad quod confert,
quod notatur per *Innocentium,in c.cum dilectus,* extra de
ſucceſſione ab inteſtato,vbi inquit,quod confeſſio extra-
iudicialis nocet confitenti eo tamen viuo, ſed non mor-
tuo . Et ſequuntur alij Canoniſtæ ibi ſequitur quoque
pulchre *Maſcard.d.concl.ſua 342.numer.106. & concl.ſua*
*481.num.8.*Sic quoque præcisè tenuit *Rot.Rom.teſte Pu-*
*teo,lib.primo,deciſ.114.* Addo ex nouiſſimis *Pretenm conſ.*
*ſuo 44.num.18.cum ſeqq.in 3.Carroc.in ſuo tract.de depoſit.*
*p.1.pag.mihi 86.num.17.& 18.* vbi poſt plures adductos
in ſimili,tenuit confeſſionem depoſitarij per litteras ante
illarum receptionem morientis , hæredibus ſuis minimè
obfuturam .

182 Vndecimus caſus eſt , quando ipſamet apocha habet
partium , & teſtium ſubſcriptiones, diem,& conſulem
aliaſque ſolemnitates,non tamen per teſtes eſt recognita
vt quia abſunt, vel defuncti ſunt , nec etiam adminicula
comparationis adiuta : minuſque à partibus recognita .
183 Iſto caſu huiuſmodi ſcriptura,quoniam priuata eſt,nul-
lam fidem faciet quoad effectum exactionis . Sic *Spec.in*
*tit de inſtrumen.edit. §.nunc videndum , verſic.regulariter*
*caſus eſt apertus in d.cap.2.vbi Doct.de fide inſtrum.ſequi-*
*tur Caſtrenſ.conſil.ſuo 406.in 1.dub.in 1.*& omnium latiſſi-
mè poſt plures relatos,*Mala d.q.3.num.6.*

184 Alia quoque ratio conſiderari poteſt,quam aſſignāt
Iuſtin.in §.ſi tamen quiſquam,d.auth. de inſtrum.cautel.
dicens,quod tota fides ipſius apochæ priuatæ hoc in caſu
videretur pendere ab ipſa parte producente, cui creden-
dum non eſt, in præiudicium alterius .

Amplia

185 Ampliatur iſta concluſio, vt procedat, etiamſi eſſent plures ſcripturæ, ita *Alex.conſ.80.col.2.in 4.*

Ampliatur ſecundo, vt identidem procedat etiamſi vnus tantum ex teſtibus ſubſcriptis viueret,& ſubſcriptionem ſuam recognoſceret, eo enim caſu apocha illa abſq; alijs adminiculis plenam fidem non faceret.Sic eleganter poſt plures relatos docuit *Clar.Menoch.conſil.ſuo 260.numer.9.*vbi concordantes inter cęteros adducit, *Aretinum & Soccin.ſenior. ſequutus Ioannes Gulielmus, Guidob.poſt hæc congeſta viſus aduoc.ſua 39.numer.1.* vbi ampliat, vt per eum.

Nec ſanè mirum vox enim vnius vox nullius, iuribus vulgatis.

186 Faciet tamen aliqualem præſumptionem pro eo, qui eam produxit. Sic præcisè *Caccialup.in dict.leg. admonendi,num.62.in fin.verſic vndecima concluſio ſequitur P.Rebuff. in ſuo tractat. de chirographorum recognitionem, numer.35.*

187 Duodecimus caſus eſt,quando apocha ipſa manu debitoris conſcripta non habet,neque diem,neque annum, poteſt tamen ex alijs legitimis indicijs comprobari. Hoc
188 in caſu plena ex ipſamet apocha reſultant probatio, & ratio eſt, quia priuata ſcriptura pro ſui validitate non requirit appoſitionem temporis, aut diei, vt eſt caſus, in *l.cum tabernam,§.idem quæſijt,ne pignor. & nos latius ſupra lib.1.q.3.*

189 Decimus tertius caſus eſt, quando apocha ipſa confecta foret à debitore in publica forma, vt ipſa eſſet Notarius, & per inſtrumentum publicum & in publica forma conſcriptum, conſtituiſſet ſe debitorem alicuius;hoc caſu tale inſtrumentum contra ſe plene probaret. Sic in ſpecie conſulit *Bal.conſil.43.in primo: eſt text. quoque clariſſimus, in leg.non putauit, §.ſi quis in ſua manu, ff.de bon. poſſeſſ.contra tabul.* per quem idem tenuit *Bart. in l.filius, §.ſequens quæſtio, ff.de furt.notat Bald. in leg ſi Conſul.de ff. adoption.*

190 Decimus quartus caſus eſt, quando in apocha comparatione litterarum facta, de ipſarum quidem ſimilitudine conſtat, teſtes autem contradicunt, in quo ſtandum eſſe iudicis arbitrio, ſcripſit *Bartol. in dict.leg.admonendi, num.26.verſic.quod apparet,* quem ſequitur ibid.*Curt.iun. num.*108. *& alij.*

191 Ego autem, vt aperte hac in re meam promani ſententiam arbitror in facto, propoſitum hunc caſum accidere minimè poſſe.

192 Aut enim volumus,quod iſti teſtes, qui ſe in illa apocha ſubſcripſerint, proprias eorum ſubſcriptiones recognoſcant,& tunc nullo modo poſſunt contradicere, cum allegarent contraria.Subſcribendo enim atteſtati ſunt illius eſſe ſcripturam,de quo in ipſa fit mentio,nunc autem inficiando eſſe illius manu ſcriptam,aliter ſentirent,quod eſſet abſurdum.

193 At vero intelligimus teſtes hos non eſſe ſubſcriptos, & tunc quomodo apocham illam ab eo fuiſſe conſcriptã, (loquor de debitore) cum contrarium ipſa litterarum oſtendat ſimilitudo inficiari poſſunt.

194 Nil mirum igitur,ſi *Purpur.in d.l.admonendi, nu.*171. difficile eſſe in hoc caſu exemplificare, apertè ſcriptum reliquerit. Cogita.

195 Decimus quintus caſus eſt, quando in apocha comparatio litterarum fieri non poteſt,nec teſtes illi ſcripturæ inſcripti ſunt, ſed ſolummodo quidam reperiuntur, qui affirmant ſe vidiſſe, cum ipſamet ſcriptura à eo conſcriberetur. Hoc in caſu docuit *Bart.in d.l.admonendi,nu.26.verſic.ſi vero approbatur,& in d.l.nuda,num.6.*ſemiplenam ex ea probationem reſultare.

196 Ego autem arbitror vna cum *Cl.Menoch.d.caſ.*114. *num.20.totum* id arbitrio iudicis eſſe relinquẽdum. Conferunt, quæ ſcripſimus.

197 Decimus ſextus caſus eſt,quando ipſamet apocha eſt ipſius debitoris ſigillo dumtaxat munita, & per comparationis adminiculum,de litterarum quidem ſimilitudine conſtat.Hoc in caſu inquit *Caſtren.*plenam reſultare probationem, ſequitur *Menoch.d.caſu* 114.*num.*21.

198 Sed aduertendum cum Purpuratio in *d.l.admonendi, numer.*177.probationem iſtam,quæ ex ea oritur, non ad litteram ſimilitudinem, ſed ad ipſius ſigilli veritatem referendam eſſe. Nec ſanè mirum ſigillum enim idem operatur,quod ſubſcriptio, *Menoch.de præſumpt. lib.ſecundo, præſumptione* 57.*num.*33. quæ quidem recognita plenam fidem facit.

199 Et ob id recte infertur per eamdem *Purpurat.ſub nu.*178.quod ſupradicta animaduerſio minime locum haberet,quando ſigillum fuiſſet ab ignorante appoſitum. Sed de hoc ſatis.Latius videas penes *Clar.Dom.Farinacc.fragmentor.crimin.p.1.num.529. cum ſeqq.pag.mihi 74.tit.vbi pulchrè.* De materia enim ſigilli an videlicet, & quando præſumptionem, vel plenam fidem faciat:tam in publicis,quam in priuatis negotijs, hic minimè differendum neceſſe eſſe iudico,ſed videndi, *Anton.Gabr.lib.1.ſuarum, concl.tit.de præſumpt.concl.4. Cl.Maſcar. de probat.concl. ſua* 1308.vbi omnium latiſſime, & elegantiſſime, *& per Illuſtr.Præſes D.meus Menoch de arbitr.libr.2.Cent.2.caſu* 113.*& de præſumption.libr.2.præſumpt.*57.*&* 58.Hi enim omnes adeo docte, & eleganter quæcumque de hac materia excogitari poſſunt,coaceruarunt, ac pertractarunt, vt vniuſcuiuſque alterius,qui de eadem diſſerere peroptaret, operam ſuperuacaneam fore proculdubio iudicem Adeundus quoque *D.P.GilKen.in d.l.inſtrumenta,num.14. & 15.C.de probationibus, & D.Alex.Trentacinqu.variar. reſolut.lib.2.tit.de fide inſtrum.reſol.7.num.7.cum ſeqq.His Adde Illuſtriſſ.D.Card.Tuſcum, concl.ſua 240.in litt.S, vbi late,& Illuſtr.D.Farinac.d.loco num.*531. vbi plures alios concordantes deducit.

200 Decimus ſeptimus caſus eſt, quando apocha habet teſtes ſubſcriptos, & facta litterarum comparatione, de earum maxima diſſimilitudine conſtat,teſtes autem ſubſcriptiones ſuas recognoſcunt, & fuiſſe ipſius debitoris manu confectam atteſtantur.Hoc in caſu arbitrio iudicis referẽdum eſſe,cui magis fides adhibenda, vel litterarum diſſimilitudini,vel ipſiſmet teſtibus, docuit aperte *Iuſtin. in §.ſi vero tale,in auth.de fide inſtrumentorum.*

Sequuntur hoc communiter Doct.& præcipuè *Cl.Menoch.d.caſ.*114.*num.*17.vbi poſt multos relatos,quidquid à prudenti iudice in tali caſu ſit obſeruandum, accuratiſſimè ſubnectit. Addo *Maſcard.concl.ſua* 110. *numer.*17.*& eruditiſſimum Scacciam,d.capit.*11.*ſub num.*1033.*cum infinitis ſeqq.*vbi pro maiori elucidatione huius caſus, varias facti ſpecies proponendo, circaque ipſas extendendo, limitando,ac declarando, & latiſſimè verſando, quidquid in hac eadem materia excogitari poteſt,omnium elegantiſſime attigiſſe viſus eſt,ad ipſum,ne ibi per eum dicta abſque lectoris vtilitate in præſentiarum repetam, eumdem lectorem relego.

201 Decimus octauus caſus eſt, quando ipſamet apocha: & à debitore,licet negante ſubſcripta, & à teſtibus inſimul, qui deponant ſe fuiſſe præſentes,quando fuit ab eodemmet debitore confecta,producitur,& hoc caſu ex iſta ſcriptura priuata, licet negata plenam induci probationem,communis eſt ſcribentium ſententia,ſic poſt multos relatos omnium latiſſimè *Maſcard.concl.ſua* 110.*num.*1. *& per totam,* vbi id quoque varijs modis ampliat,ad ipſum, ne aliena mihi videar attribuere, & ex ſcriptis ſcripta conficiam,lectorem beneuolum remitto. Videndus quoque de hoc 18.caſ. *P.Rebuff. in ſuo tract. de Chirograph. Cedularum recognit. numer.32. & d.Albenſ.conſil. ſuo* 237.*num.*1.

202 Decimus nonus caſus eſt, cum ipſa apocha agitur

de comparatione litterarum, ex teſtium teſtimonio, v.g. Producitur apocha, quæ dicitur à Caio ſcripta, & teſtes plures, qui præſentes minimè fuerunt, cum ſcriberetur, examinati, deponunt illam iudicio ſuo eſſe ſcripturam manu ipſius Caij ſcriptam, cuius quidem manum,& characterem notum habent. Hoc in caſu, an huiuſcemodi comparatione plena, vel ſemiplena inducatur probatio poſſet quis de facili dubitare.

203 Negatiuam opinionem, & quod nec etiam ſemiplena oriatur,tenuit inter *Alexand conſil.ſuo 16.n.4.in tertio Dec.conſil.ſuo 615.num.3.circa fin.Crauett.conſil.854.num. 10.Bertazz.conſil.ſuo crimin.295.num.16. in 2.Hippol.Rimin.conſil.ſuo 30.num.49.cum duob. seqq.& conſil.ſuo 39. num.50.cum ſeqq.* vbi omnium pulcherrimè, & latiſſimè. *Rimin.conſil. ſuo 219.num.17. & conſil.439.num.16. in 4. Menoch. poſt plures relatos d.caſu 114.num.22. & D.Maſcar.concl.sua 110.numer.10. cum seqq. & concluſione sua 988.num.1..Addo Cardinal Paris. conſilio suo 19. num.43. & 44.in 3.* vbi pulchrè ampliat hoc quoque procedere,
204 licet ipſimet teſtes iudicantes dixerint quod notam habent illius manum, & characterem, ex quo pluries viderunt eum ſcribere, & quod id tenent pro firmo & indubitanter, nam ideo minus ipſorum depoſitio eſt penitus inconcludens.

Sic etiam præcisè in Regio Conſilio Neapolitano iudicatum fuiſſe teſtatur *Afflict.deciſ.ſua 181.nu.9. & Gramat.deciſ.ſua 84.num.93.num.fin.* & certè ſunt mirabiles deciſiones in hac materia. Addo vlterius *Rota Genuenſ. deciſ.ſua 18.numer.3. & Ioſeph.Ludou.deciſ. ſua Peruſin.7.* vbi poſt infinitos prope modum relatos, pro hac eadem ſententia ſe iudicaſſe teſtatur. Addend. eſt etiam *Valerius Vallaria inter deciſ.diuerſor. Rotæ Lucenſ.deciſ.133.& Farinac.conſil.ſuo crimin.70. num.11. & in addition.in litt.D.* vbi ita quoque fuiſſe reſolutum in cauſa Auenionenſi fideicommiſſi, 26.Iunij 1583.cor. bon.mem.D.de Rubeis, & in cauſa Bracchiarenſ. matrimonij 31. Ianuarij 1575. coram D.Epiſcopo Triolen.teſtatur.

205 Ratio autem huiuſce Concluſionis (mea ſententia) ea poteſt eſſe quoniam teſtes iſti non deponunt reſpectu ſcripturæ, de qua agitur per aliquem ſenſum corporeum vnde nil probant, ad *text.in leg.qui teſtamen.§.fin.ff.de teſtament.*

206 Præterea, ipſi teſtes in caſu præſenti non videntur teſtificari; ſed iudicare, iudicant enim ſcripturam eſſe de manu alicuius propter recognitionem, quam de ius charactere habent, ideo nil probant, ſecũdum *Innoc.& Doct. in c.cum cauſam,de teſtib.*

207 Accedit, quod ipſi in ſua opinione, ac credulitate de facili decipi poſſint, vt inquit *Imper.in Auth. de inſtrum, cautela, & fid.§.1.* Characteris enim ſimilitudo facile poteſt effingi. Adeò enim homines ſunt procliues,& propẽſi ad falſitates, vt peruerſo ſtudio aliorum manus, & ſcripturas, ad viuum, vt ita dicam, effingãt, pulchrè *Hippolyt. Rim.præcitato conſil.39.nu.55.& 439.num.16.*

208 Hinc poſtea vulgatum illud. Comparatio litterarum fallax eſt, cum facilis ſit earum imitatio: ita *Bimius conſil. ſuo 188.nu.116.in 2.* de his duobus pulchrè, & late *Cl.Aldouin.d.conſil.13.num.12.et 13.*

209 Ex his itaque aperte conſequitur, male reſpondiſſe *Clar.Equitem Peregrin.virum alioquin peritiſſimum, conſil. ſuo 101.nu.4.et 5.in 2.* dum concludit. Si vltra huiuſmodi teſtium depoſitionem concurreret comparatio legitime facta, plenam probationem reſultare, in hoc enim decipitur; qui enim litterarum comparatione accedente, vltra huiuſmodi teſtium depoſitionem: plena poteſt emanare probatio, ſi ſemiplenam dumtaxat per ipſam litterarum comparationem induci probationẽ, alias per nos fuerit concluſum.

210 Firmum igitur remanet depoſitionem huiuſmodi teſtium nullam fidem facere. Addo *D.Martam Voto ſuo Rotæ Piſanæ 45.in primis numeris, & D.Sigiſmund.Scacciam, lib.2.de iudic.cauſarum ciuil.c.11.n.967.& 968.Adeundus etiam ſub num.969.* vbi ampliat, vt hæc concluſio habeat etiam locum in libro rationum,& in epiſtola rationibus, vt per eum, quem conſulas.

His adiungas etiam *D.Ioann.Bapt.Ferretum,conſil.ſuo 333.num.3.* vbi ſubdit hoc potiſſimum procedere in materia excedente libram auri.

Limitatur autem communis iſta traditio pluribus modis.

211 Et primo, ſi iſti teſtes ſint affines, ſeu attinentes illius, cuius apocha illa eſſe contenditur, tunc enim ſemiplena ſaltem inducitur probatio. Sic præcisè poſt *Ruinum,Hip. Rim.conſil.ſuo 503.num.14. in 5.* & reddit rationem, quoniam ipſi tanto minus decipi poſſunt, cum longe magis veriſimiliter de eius charactere notitiam habeant *arg.leg. octaui,ff.vnde cognati.*

212 Sed iſta limitatio (pace tanti viri dixerim) haud mihi videtur tuta militant enim & in hoc caſu cęteræ omnes rationes, quas ſuperius ad fundandam regulam attulimus.

213 Coarctatur ſecundo, quando vltra huiuſmodi depoſitionem, alia concurrent adminicula, tunc enim probatio in iſto caſu proculdubio induceretur. Sic præciſe inter alios *Paul.Granut,Theoremat.ſuo 15. nu.19.cum ſeqq.* vbi quamplures Rotarum deciſiones deducit, & late inſiſtit. Addo *D.Herculem Mareſcottum cap.29. inferius allegando, num.6.*

214 Fallit tertio loco, quando huiuſmodi teſtes, qui deponunt ſcripturam eſſe talis, quia eius characterem cognitũ habent, aperte deponerent ſe vidiſſe, & adfuiſſe tunc temporis, quo ipſa ſcriptura fuit confecta, tunc enim abſque dubio inducitur probatio.

215 Qualis autem oriatur, an ſcilicet plena, vel ſemiplena, non eſt eadem omnium ſententia.

216 Opinionẽ enim, quod plena oriatur, tenet inter alios *Card.Pariſ.conſil.ſuo 19.num.43.in tertio. Præt.conſil.ſuo 44.num.2.etiam in tertio. Viuius, opinione ſua 889.num.4. fere in fin.Daniel Moller.poſt infinitos relatos, libr.4.Semeſt. c.43.num.4.& Thom.Triuiſan.lib.2.deciſ.52.nu.12.& 19. & alij multi.*

217 Contrarium tamen, quod videlicet ſemiplena dumtaxat inducatur. Communiter receptum eſt. Sic enim *præcisè tenuit poſt Bart.in leg.admonendi, Alciat.conſil.ſuo 14.nu.3.lib.5.& Hippol.Rim.poſt quamplures adducto præcitat.conſil.ſuo 30.nu.51.* vbi etiam ſubdit, ad plenam poſtea probationem inducendam neceſſarium eſſe comparationis litterarum adminiculum.

218 Et ad hanc communem ſententiam corroborandam adducitur ab omnibus *text.in §.ſi quis igitur,in verſic.etenim tales, in authent.de inſtrument.cautela, & fide,* vbi ſic expreſsè legitur; Etenim tales ſuſcipimus teſtificationes, quas pręſentes teſtes dicant, quia his præſentibus ſubſcripſit, qui documentum fecit,& hunc nouerunt,&c. Ex quibus quidem verbis, ſatis aperte colligitur depoſitionem horum teſtium, qui præſto fuere, cum debitor ſcriberet, fidem facere,& quidem ſemiplenam, cum Iuſtinian. poſtea ad plenam in diſcurſu exigat comparationis adminiculum. Hæc alij.

219 Mihi tamen, vt quid ſentiam in hac difficultate libere loquar, neutra harum opinionum vera videtur, arbitror enim nullo pacto ſuſtineri poſſe, vt plena, vel ſemiplena ex depoſitione illorum teſtium, hoc in caſu probatio inducatur.

220 Nec ſane mirum; licet enim ipſi teſtes præſentes extiterint,& viderint, quando debitor puta Sempronius chirographum confecit, attamen in recognitione facienda, eos facillime decipi poſſe, cum continuò hominũ malitia excre-

excreſcente,reperiantur non pauci, qui ita rectè aliorum manus,& ſcripturas,ſeu characteres effingunt,vt vix alteram ab altera peritiſſimus etiam quiſque dignoſcere poſſit, vt vnuſquiſque fateatur neceſſe eſt.

221 Adde præterea hos realiter neſciri poſſe, apocham eſſe illam,quam viderunt ſcribi, niſi per ipſam ſimilitudinem litterarum,quæ,vt,diximus, fallax eſt.

222 Accedit etiam , ipſam ſcribendi formam multis ex cauſis quotidie mutari, vt in *authen. de fide inſtrument. in princ.* aliter enim quis in iuuentute ſcribit, quam in adoleſcentia,aliter poſtea cum ſenio confectus erit, aliter ſanus,quam cum morbo laboraret, aut conualeſcere incipiat , quinimò pleroſque diuerſis ſcribentes calamis, diuerſas exarantes literas cernimus .

Quid ergo .

223 Opinor ego aliqualem dumtaxat probationem induci, quæ quanta ſit iudicis arbitrio relinquendum exiſtimo. Sic etiam præciſè tenet *Ioſeph.Ludouic. dicta deciſione ſua Peruſina 7.num.*14.

224 Nec officit *text.in dict.verſicul. etenim tales.* Reſpondeo enim, quod ibi nullo pacto colligi poteſt probationem ſemiplenam induci , ex talium teſtium teſtificantibus: ſolum enim ibi habetur, tales teſtificationes receptas eſſe, ſed quænam probatio ex ipſis inducatur . ibi non deciditur. Nos autem hoc eſſe iudici arbitrarium opinamur.

Et hæc, inſpectis iuris communis regulis dicta ſint .

225 In praxi enim , talium teſtium depoſitiones vbique ferè recipiuntur,& ex ipſis plena reſultat probatio. Sic enim in Curia Romana. obſeruari teſtatur *Octauian. Veſtrius,in ſua practic.lib.6.tit.de productione iurium in Curia, num.*8. vbi ſimiliter huiuſmodi ſtylum Romanæ Curiæ à iuris diſpoſitione minimè abhorrere , accuratiſſime demonſtrat: eum ſequitur *Viuius, d.ſua Opinion.*889.*in fine Maſcar.concl.ſua* 988.*numer.*2.*P.de Caball.conſil.ſuo* 150. *num.*9.& 10. *Et Paulus Granut.Theorem.*15.*numer.*23.& licet ad hoc plures deciſiones Rotæ Romanæ per eumdẽ *Granutium* relatæ,obſtare videantur, ipſe tamen reſoluit, & in vltimis numeris pluresquoque adducit caſus,in quibus illa ſola teſtium depoſitio,videlicet, quod notam habent manum, &c.plenè probat,prout etiam facit *Vrſil.in addit.ad Affl.deciſ.ſua* 181.

Hoc etiam probatur aperte ex *deciſ.*124. *num.*2.*part.* 2.*in nouiſſimis. Addo Scacciam,qui de hac eadem conſuetudine in Vrbe teſtatur,d.c.*11.*num.*956. & 971. & *nouiſſ.D. Hercul.Mareſcot.variar.reſolut.lib.*1.*c.*29.*num.*4.*cum ſeq.* vbi ampliat, vt per eum.

226 Non omittendum tamen volo,*Farinac.conſ.ſuo crim.* 70.*num.*12.atteſtari,talem conſuetudinem, & ſtilum Curiæ Romanæ limitari , non procedere in recognitione apocharum,ibique diuerſas *Rotarum deciſ.adducit.*

227 In inclita Ciuitate Venetiarum,quod talium teſtium depoſitiones pariter recipiantur , meminit inter alios *Cl. Decian.conſil.ſuo* 11.*num.*128.*in* 1.

228 Id quod etiã in hac celebri Ciuitate ab omnibus obſeruari,& in iudicijs pluries practicatum ab excellentiſſimis, & præclariſſimis viris ſępius audiui.

Similiter,quod contrarium malè obſeruetur, tradit *D. Moller.d.c.*43. *in fine.*

229 Et denique , quod in praxi illa tam ſtricta iuris cenſura,de qua ſupra, minimè recipiatur, teſtatur *Velaſc.deciſ.ſua Luſitaniæ* 67.*num.*14. vbi quoque ſubdit, ita ſæpiſſimè ſe vidiſſe iudicatum fuiſſe.Eſt bene verum,quod ipſe vult,vltra talium teſtiũ depoſitionem,intercedat quoque ipſa litterarum comparatio in forma conſueta .

230 Pro coronide tamen obſeruandum volo, *Valluriam, d.ſua deciſ.Lucenſi* 133.contra iſtam conſuetudinem iudicaſſe,inquit enim,quod cum in contrarium adſit ipſa iuris communis diſpoſitio, dicta conſuetudo propterea ,
licet longo vſu in Romana Curia,& alibi obſeruata, non
231 operabitur, in dicta Ciuitate Lucenſi, quæ viuit ſuis legibus, & in qua minimè adeſt talis conſuetudo.

232 Vigeſimus adducitur caſus,& eſt,quando teſtium depoſitio cum ipſacomparatione concurrit, tunc enim plenam huic apochę,fidem adhiberi,communiter receptum eſt. Sic præciſè poſt *Bar.ac alios,P.GilKen.in d.leg.inſtrumenta, num.*12.*C.de probationib.*

233 Vigeſimusprimus,ac poſtremus caſus eſt, quando ipſamet apocha manu debitoris conſcripta, & à tribus teſtibus ſubſcripta,qui cum parte eam ſcriptam à debitore negent, producitur, tunc facta bene comparatione, facit talem qualem præſumptionem, quæ minus eſt, quam ſemiplena probatio: ſi verò comparatio ipſa fama ſi tam litterarum debitoris, quam teſtium, & bene correſpondeant vndique, facerent ſemiplenam probationem,*Salicet.in leg.in bonæ fidei contractibus,C.de rebus creditis:* ratio eſt,quia ſicut comparatio contra debitorem,probat, ita contra teſtes, cum non ſit diuerſa ratio, teſte *Purpuratio, in leg.admonendi, numer.*175.*cum ſeqq.ff.de iureiurand.* Sequutus eſt hæc omnia *P.Rebuff.in dict.ſuo tractat. num.*31.

## De Apoca manu creditoris conſcripta.

*SVMMARIVM.*

1 *Apocha manu creditoris conſcripta nullam ad fauorem ipſius probationem inducit.*
2 *Ratio.*
3 *Nullus eſt idoneus teſtis, nec legitimum poteſt fere teſtimonium in cauſa propria.*
4 *Apocha manu creditoris conſcripta, ad fauorem ipſius tunc fidem facit,& quando & à debitore foret ſubſcripta.*
4 *Tantum operatur ſubſcriptio ad obligandum ſubſcribentem, quantum ſi ſcriptura tota manu illi fuiſſe ſubſcripta.*
6 *Idem dicito de ſupraſcribente, ratio ibidem.*
7 *Apocha manu creditoris conſcripta, tunc demum ad fauorẽ ipſius,ſubſcriptione debitoris intercedente,probat,quando ipſemet debitor ſe ſubſcripſit,vti principalis obligatur,vel vti fideiuſſor, ſecus autem ſi vti teſtis.*
8 *Item quando habuit notitiam contentorum in ea ſcriptura, cui ſe ſubſcripſit.*
9 *Vtrum ſubſcribens poſſit probabiliter allegare ignorantiam contentorum in ſcriptura, cui ſubſcripſit? vide per Caſtrenſ.remiſſiuè.*
10 *Item quando ſubſcriptio fuit ſpecialis, non generalis.*
11 *Contrarium verius.*
12 *Tantum operatur genu in ſuo genere,quantum ſpecies in ſua ſpecie.*
13 *Apocha manu creditoris conſcripta, tunc pro eo fidem faceret,quando in ea adeſſet ſubſcriptione trium teſtium,qui examinati,et ſubſcriptiones ſuas recognoſcentes apocham illam fuiſſe abipſo creditore conſcriptam debitore præſente, & conſentiente,ipſis etiam præſentibus,& videntibus apertè deponerent.*
14 *Amplia, & num.*15.
16 *Quid iuris,ſi teſtes in facta conceſſiſſet? docet ibi author.*
17 *An ex apocha redacta in publicam formam per creditorem Notarium, probatio aliqua, ad fauorem ipſius inducatur.*
18 *Author concludit pro negatiua.*
19 *Ratio.*
20 *Declara.*

21 *Limita, & num.22.*
23 *Apocha manu debitoris confecta,tunc plene probet, quando eſſet alterius liberatoria, & penes debitorem reperiretur.*
24 *Item probat, quando creditor poſt illam apocham à ſe confectam in fata conceſſit.*
25 *Ratio.*
26 *Liberculus rationum defuncti concurrentibus alÿ coniecturis, plenè probat.*

Hactenus de apocha manu debitoris conſcripta diſſeruimus, nunc autem de ea, quæ à creditore reperitur confecta, congruenti ordine diſſerendum eſt.

Dubitatur igitur, an ex apocha priuata manu ipſius creditoris conſcripta, ſpeciem aliquod probationis inducatur.

1 ET tamen paucis perſtringendo, nullam ad fauorem ipſius probationis fidem emanare concludito. Caſus eſt apertus in *l.inter chartulas, C.de conuen.fiſci debitoribus lib.10.in l.exemplo,in lege inſtrumenta;C.de probationibus*, & vtrobique notatur, traditur per *Bartol. & alios,in lege nuda ratio,col.vlt. & in lege admonendi, col.6.ff.de iureiurando*,quatenus concludunt, libeum rationum ad fauorem ipſius ſcribentis nullam fidem facere.

2 Et ratio quoque eſt apertiſſima, quoniam ſcriptura ipſa priuata inter ſpecies probationum connumeratur, tendit enim ad effectum probationis faciendæ,ad tradita per *Maſcard. quæſt.ſua 6.*

3 Sed ſic eſt,quod nemo in cauſa ſua non eſt idoneus teſtis, nec legitimum poteſt fere teſtimonium, *l.omnibus,C. de teſtibus l.nullus, ff.eodem, & leg.1.C.ne quis in ſua cauſa*, ergo nec etiam apocham aliquam pro ſe conficere poterit.

Limitatur tamen principalis iſta concluſio, quando
4 ipſamet apocha manu creditoris conſcripta ſubſcriptione, quoque ipſius debitoris eſſet munita, nam tunc ſubſcriptio illa recognita ſubſcribentem ipſum allegaret.

Tantum enim operatur ſubſcriptio ad obligandum
5 ſubſcribentem,quantum ſi ſcriptura tota fuiſſet illius manu conſcripta: ita eleganter notat *Bartol.in leg.emptor,§. Lucius,per illum text.ff.de pactis, & ſequuntur Doct.ibi notatur in leg ſi quis ex argentarius, ff.de eden.* tradunt etiam *Bald.Paul.Alexan.Iaſ.& alÿ in leg.cum antiquitas,§.cum autem,Codic.de teſtamentis,idem Bal.in authent.contra qui propriam, C.de non numerata pecunia, vbi inquit, quod illa auth.*locum habet contra ſubſcribentem ſcripturam,licet non ſua manu ſcriptam, & ſequitur *Iaſ.in dict.§.cum autem*, & idem de ſubſcribente latiſſime tradunt *Angel & Imola,Alexand.Aret.& Iaſ.in leg.ita ſtipulatus,§.Chryſogonus,ff.de verbor.obligation.* & eſt indubitata Concluſio, ſecundum quam conſuluit quoque *Caſtrenſ. in conſil. ſuo 216.volum.2. vbi adducit textum in l.donation. C.de donationibus,& in l.1.§.ſed ſi mandauit,ff quod iuſſu, Socin.conſ. 68.num.2.in 3.& Eques Rugerius conſ.ſuo 6.num.1. & 36, in primo.* Et ideò Notarius, qui ſubſcribit in inſtrumento,videtur ipſum inſtrumentum ſcripſiſſe, ac confeciſſe, vnde plenam idem faciet,ſecundum *Alexand.conſ.ſuo 14. col.4.num.14.& nu.24.in 6 ſequuntur Iaſ. & Dec.in auth. ſi quis in aliquo, C de edend.idem Dec.conſil. ſuo 447* addo *de hac materia Cl.Maſcard.concluſ.ſua 1347. in primis numeris*,vbi omnium elegantiſſimè.

6 Et quod dictum fuit de ſubſcribente, idem dicas de ſuprаſcribente,quia ſupraſcriptio trahit ad ſe actum, pro vt ſubſcriptio,& eoſdem operatur effectus, & concludit *Alex.conſil.247.vol.7.* ac plurimi alÿ relati per *Maſcard. d.concl.1347.num.14.*

Hoc tamen, quod dictum eſt de ſubſcribente enucleatur, ac declaratur tribus modis.

7 Et primo, dumtaxat procedat quando ipſemet ſubſcribens ſe ſubſcribit vti principalis obligatus, veluti fideiuſſor,ſecus autem ſi vti teſtis, & præſens illi actui,tunc enim ſubſcribendo non obligaretur contentis in illa ſcriptura. Eſt caſus,& ibi notatur,*in l.Titia,§.Lucius,ff.de legatis 2.notant gl.& Doct.in l.Gaius, ff.de pign.act. et in l.fideiuſſor,§.pater,ff. de pignoribus*, & tradit in terminis *Caſtrenſ.ia præallegato conſil.216.in princip.*vbi etiam,quando ſubſcribens dicatur ſubſcripſiſſe vbi principalis, an vero tanquam teſtis,& preſens illi actui,de quo etiam per *Ioan.And,poſt Innocentium in c.2.extra de fid.inſtrum.*eleganter ediſſerit. Videndus quoque *Maſcar.præcitata concl.1347.num. 24.et 25.*

8 Declaratur ſecundo,vt potiſſimum locum habeat,quãdo ſubſcribens ipſe habuiſſet notitiam contentorum in ſcriptura,cui ſe ſubſcripſit, alias enim ſibi illa ſubſcriptio minime noceret,*text.eſt apertus,in l.fin. C plus valet quod agitur,et in l.2.Cod.de rebus alienis,non alienandis*,& vtrobique notatur ampliſſimè,*Maſcar.d.concl.ſua 1347.num. 16.cum ſeqq.*

9 Vtrum autem ſubſcribens poſſit probabiliter allegare ignorantiam contentorum in ſcripturam cui ſubſcripſit, declarat eleganter *Caſtren.in d.conſil.ſuo 246.* Videndus quoque *Maſcard.præcitata concl num.19. cum ſeq.*

10 Declaratur tertio,vt præcipuè procedat,quando ſubſcriptio fuiſſet ſpecialis,generalis namque ipſi ſubſcribẽti præiudicium minimè gigneret,ita *Bartol.in leg.diuus,§. idem Senatus,ff.de falſ.*

11 Sed iſtud dictum *Bart.*communiter reprobatur, tantũ enim operatur genus in ſuo genere, quantum ſpecies in ſua ſpecie,*l.ſi duo,de adminiſtratione tutorum,et l.ſi chorus, ff.de leg.3.*vnde ſicut ſpecialis ſubſcriptio noceret ſubſcri-
12 benti quoad ea,quæ ſub illa ſpecialitate comprehenderentur, ita quoque generalis ſubſcriptio præiudicabit quoad ea,quæ ſub illa generalitate comprehẽdi poſſunt; & ita per hanc rationem cõtra *Bar.concludunt Ang.Imola,Alex.Iaſon,Arettn.et omnes in auth.Si quis in aliquo,C. de edendo,idem Iaſon,in d.l.cum antiquitas, §.cum autem, Alexand.in præcitato conſil.147. Ponderatis, col.2.et 3 in ſecundo, et infiniti alÿ.*

13 Coarctatur ſecundo principaliter præmiſſa concluſio, quando in ipſamet apocha manu creditoris conſcripta, trium quidem teſtium,qui examinati, & ſubſcriptiones ſuas recognoſcentes apocham illam fuiſſe ab ipſo creditore conſcriptam, debitore præſente, & conſentiente ipſis etiam præſentibus, & videntibus aperte deponerent, ſubſcriptio eſſet inſerta. In hoc enim caſu apocha illa abſque litterarum comparatione, ex quo clare conſtat,quod ipſiuſmet creditoris manu fuerit ſcripta, plenã probationem induceret. Caſus eſt de hoc apertiſſimus *in l.ſcripturas,C.qui potior.* quam ita etiam notanter intelligit,& ampliat *Anan.conſil.ſuo 40. Iaſ.conſil.129. col.2.in primo,et Pancir.conſil.ſuo 131.num.23.*

14 Ampliatur,vt hoc præcipuè procedat, quando teſtes ipſi ſubſcripti atteſtarentur potiſſimum de veritate ipſamet apocha contentorum, vt quia fuiſſent præſentes cõtractui,& accordio,de quo ſtipulator confeciſſet ſcripturam,& teſtes ſe ſubſcripſiſſent atteſtantes ſe fuiſſe preſentes omnibus contentis in ea.

15 Pariter ſi fuiſſet facta conuentio,& promiſſio ſine ſcriptura de re aliqua, præſentibus duobus, vel tribus teſtibus, deinde abſente promiſſore, ſtipulator confeciſſet ſcripturarum manu ſua de illa conuentione, & teſtes illi ſe ſubſcripſiſſent; in hoc etiam caſu ex tali ſcriptura à teſtibus de veritate contentorum in ea atteſtantibus recognita, plena abſque difficultate emanaret probatio. Latius autem de hac ſecunda principali limitat.diſſerit *Crauetta de antiq.temp.part.1. verſic.quæritur etiam, num.80. cum tribus ſeqq.* vide per eum.

16 Sed

16 Sed quid iuris ſi teſtes in facta conceſſiſſent? Conſilium eſt, vt ipſo debitore negante, fiat comparatio ſubſcriptionum teſtium ad alias litteras manu eorumdem teſtium conſcriptas, & facta exinde legitima comparatione, habitaque litterarum ſimilitudine, reſultabit eo in caſu ſemiplena probatio, quæ quidem, vt actori poſſit, & debeat deferri iuramentum in ſupplementum probationis, abſq; aliqua difficultate erit in cauſa, ita notanter docuit *Iaſ. in d. conſ. ſuo* 129. qui videatur quoniam ſuper pulchra facti ſpecie conſultus reſpondit, & talis eſt. Quidam puta Titius, accepit in vxorem filiam Sempronij. Sempronius autem promiſit ipſi Titio dotis nomine filiæ ſuæ duc. 1000. Accidit, quo dicti denarij nunquam fuere ſoluti, & Titius non auſus eſt etiam petere prædicta 1000. tamen quia de dicta promiſſione non fuit facta aliqua ſcriptura, idem Titius in abſentia dicti Sempronij, Scripſit apocham manu ſua continentem prædictam promiſſionem dictorum ducat. 1000. & prædictam ſchedulam ſubſcripſerunt manu propria tres teſtes, quidem fuerunt præſentes tempore dictæ promiſſionis factæ, & omnes tres affirmant dictã apocham eſſe veram. Mortuus eſt autem Sempronius, item duo ex illis tribus teſtibus, qui fuerunt præſentes dictæ promiſſioni, & qui ſe ſubſcripſerunt prædictæ apochæ. Quæritur modò; an vigore prædictæ apochæ ſcriptæ manu propria ipſius Titij in abſentia eiuſdem Sempronij, & ſubſcriptæ manu trium teſtium, quorum duo ſunt mortui, poſſit idem Titius conſequi ab hæredibus eiuſdem Sempronij promiſſos ducatos mille, promiſſos, vt ſupra? *d. Zanſon præcit. conſ.* 129. pro affirmatiua conſultus reſpondit, eum omnino conſulas.

Sed altera non minus pulchra, quam noua ſuboritur hic difficultas, & talis eſt.

17 Producitur Apocha manu creditoris conſcripta, in publicam tamen formam ab eodem, vt quia ſit Notarius, redacta, an ex ipſa ad fauorem ipſius probatio aliqua induci poſſit? Dubitatur.

18 In huiuſmodi difficultate, Rem paucis de more noſtro, per ſtringendo, conclude pro negatiua.

19 Et ratio eſt: quia adhuc locum habet trita illa iuris regula, quod nemo in cauſa propria poteſt legitimum ſibi ferre teſtimonium, *d. l. omnibus, & d l. nullus idoneus, de teſtibus*, per quam etiam ita concludit *Baldus in l. ſi Conſul. de adoptionib. Bar. in l. filius, §. ſequens, ff. de falſis*, vbi etiam inquit, quod inſtrumentum pro ſcribente nihil probabit, plurimi alij.

20 Eſt tamen verum, quod quatenus in ipſa apocha contineretur aliquid contra ſcribentem, eatenus plena de eo induceretur probatio, prout eſt *textus in l. non putauit, §. ſi quis manu, ff. de contratabul. & dictum fuit latius ſupra lib.* 1.

21 Limitatur hoc tamen dupliciter, & Primò, quando ipſemet debitor illi inſtrumento, ſeu apochæ priuata in vim publicæ redactæ, e poſtea ſubſcripſiſſet: tunc enim ad fauorem ipſius creditoris ſcribentis, plena abſque alio reſultaret probatio, ita notanter *Ang. in l. 1. §. inter filium, per illum textum, cum ibi notatis per gloſſam, & Bart. ff. de falſ. & ſequitur Alex. ibi in additionibus ad Bartolum.*

22 Secundo limita, quando Notarius confeciſſet inſtrumentum inter debitorem, & creditorem, & defuncto poſtea creditori ſucceſſiſſet, eo enim caſu ex illo inſtrumento ad fauorem ipſiuſmet Notarij plena oriretur fides, eſt caſus, & ibi notat *Bart. in l. de eo, §. 1. ff. ad l. Corn. de falſis.*

23 Limitatur tertio principaliter ſupradicta regula, quando apocha ipſa priuata manu creditoris confecta, alterius, nempè debitoris eſſet liberatoria. Tunc enim ſi penes ipſum debitorem reperiretur, plenè ex ea liberatio ipſe induceretur, ſic præciſè inter alios *Io. Bapt. Caccialup. in d. l. admonendi, n.* 56. vbi tamen debitorem ipſum probare teneri huiuſmodi apodiſſam ab ipſo creditore ſibi fuiſſe redditam, apertè ſubiungit; ſequitur hoc idem *Cato Sachus ibi. num.* 49. Conferunt ad hoc mirum in modum, quæ alias diximus *ſup. lib.* 1.

24 Coarctatur, quarto quando ipſemet creditor poſt apocham illam à ſe confectam, in facta poſtea conceſſiſſet. Tunc enim aliqualis ſaltem ex ea fides, ac probatio ad fauorem hæredum ipſius induceretur.

25 Nec ſanè mirum, non enim præſumitur, quod ipſemet creditor, veluti immemor ſalutis æternæ, falſa illa apocha poſt ſe relicta in fata voluerit concedere. Ita *Bar. in d. l. admonendi, col. 7. verſic. circa ſecundum, Socc. conſ. 161. col. 2. verſ. nec obſtat, & conſ. 295. col. item ſecunda, in ſecundo, Iaſ. in d. l. admonendi, n. 105. & Crauet. conſ ſuo 274. num. 158. n. 7. et 275. verſ. ſextò fortiter*, vbi etiam ſubdit, quod mors defuncti obtinet vim iuramenti, adducit *Caſt. conſ. ſuo 303. in 3. dubio, lib. 1. ſequitur Dec. in l. 1. in ſecundo notab. C. de edendo, & in c. 2. col. 5. extra, de fide inſtr.*

26 Et in liberculo rationum defuncti, concurrentibus aliquibus alijs coniecturis, quod plenè probet, ſcribit *Pariſ. conſ. 104. n. 75 cum ſeq.* in primo, vide quæ ſupra ſcripſimus *lib. 1. Satis.*

Latius de hac materia videndi *Maſcard. præcitata concl.* 1347. *& Dom. Menoch. de præſumptionibus, lib. 3. præſumptione* 66. vbi omnium latiſſimè ac elegantiſſimè.

---

## De Apocha manu Tertij conſcripta.

*SVMMARIVM.*

1 *An ex Apocha priuata manu Tertij confecta, probatio, aliqua induceatur, ambigitur.*
2 *Exemplum.*
3 *Author diſtinguit plures caſus.*
4 *Apocha manu Tertij confecta quando non habet neq; ſubſcriptionem partium, nec teſtium, nec etiam ab ipſo ſcribente eſt recognita, et debitor, vel eius hæredes illius irent inficias, tunc nullam probationem inducit: & eſt veriſſima concl. n. 19.*
5 *Ratio.*
6 *Amplia ex Romano, & num. 7.*
8 *Officium Notarij operatur tantum circa validitatem, & probationem ſcripturam, quas facit ſolemniter vti Notarius.*
9 *Ratio, & n. 10. 11. & 12.*
13 *Apocha priuata ſcriptura à tertio, ſiue ſrbſcriptio partium, & teſtium, non probat, etiamſi recognita eſſet ab eo, contra quem facit: Ratio ibid. & n. 14.*
15 *Fallit autem hoc, quando is, contra quem facit, aſſerit eam fuiſſe ſcriptam de ſua voluntate, quia tunc probat.*
16 *Ratio.*
17 *Extenditur fallentia, etiamſi negaret poſtea contenta in ipſa ſcriptura.*
18 *Reſtringitur Fallentia, vt non procedat quoad præiudicium contra Tertium.*
20 *Apoca manu Tertij confecta, quando non habet partium, neque teſtium ſubſcriptiones, fuit tamen per illum Tertium, qui illam ſcripſerat, & qui atteſtatur eamdem ſe ſcripſiſſe de voluntate vtriuſque partis, recognita, non inducit plenam probationem.*
21 *Ratio.*
22 *Fundamenta, quibus per Authorem firmatur iſthæc concluſio, & n. 23. cum ſeq.*
29 *Opponitur.*
30 *Solutio.*
31 *Minus tamen, quam ſemiplenè probat, & n. 32. & 33.*
34 *Opinio Mandel. Albenſ. conſil. ſuo 660. num. 1. in quarto,*

*impro-*

*improbatur , & numer. 36.*

35 *Necnon, & Decij in conſilio ſuo 56.n.4.& 650.n.9.*

37 *Accidentibus alijs coniecturis,adminiculis,ac præſumptionibus plene etiam probat.*

38 *Quales autem debeat eſſe iſtæ præſumptiones , ſiue qualia adminicula iudicis arbitrio relinquitur.*

39 *Apochæ recognitio facienda eſt in iudicio parte citata,alias nil prodeſſet.*

41 *Apocha manu tertij confecta,dummodo conſtet,quod fuerit per ipſum ſcripta de mandato debitoris , contra ipſum debitorem plenè probat.*

41 *Ratio.*

42 *Dictum Geminiani deducitur.*

43 *Licet ſtetur dicto tertij,qui Apocham conſcripſit,quoad recognitionem ſcripturæ non tamen ſtatur quoad contenta in ea.*

44 *Ratio.*

45 *Pulchra dubitatio proponitur.Producitur Apocha,quæ aſſeritur ſcripta manu tertij , puta Aloyſij . Aloyſius ipſe examinatus ſe illam ſcripſiſſe negat. Sed facta litterarum comparatione , reperitur cum charactere ipſius Apochæ magna ſimilitudo . Dubitatur, nunquid iſto caſu ſit ſtandum eius dicto , vel potius comparationi ipſarum litterarum?*

46 *D.Scaccia concludit ſtandum eſſe eius dicti.*

47 *Ratio, & num.48.*

49 *Altera excitatur quæſtio . Producitur Apocha,quæ manu Titij eſſe conſcripta,aſſeritur.Titius interrogatus eam manu ſua eſſe conſcriptam fatetur , ſed tamen facta litterarum comparatione,eius manus apparet omnino diſſimilis. Dubitatur , nunquid hoc caſu ſit ſtandum eius dicto , vel potius comparationi?*

50 *D.Scaccia concludit , quod intercedente magna varietate, et modica temporis intercapedine,ſit potius ſtandum comparationi,quam dicto.Secus autem ſit,ſi dicta duo concurrant,eum conſulas.*

51 *Apoca manu tertij confecta , quando habet duntaxat ſubſcriptiones teſtium,qui illam recognoſcunt,probat,ex gloſſa in cap.2.de fide inſtrumentorum.*

52 *Contrarium multi.Ratio.*

53 *Opinio gl.in d.c.2. in duobus duntaxat caſibus poſſet ſaluari,quos ibi deducit author, & n.54.55.& 56.*

57 *Opinio gloſſa damnatur etiam per Socinum , & per authorem.*

58 *Ad hoc vt per teſtes ſubſcriptiones ſuas recognoſcentes, approbatur illa ſcriptura,requiritur, quod ſaltem tres adſint,nec duo ſufficerent.*

59 *Sed qualis ex illorum teſtium in illa priuata Schedula manu tertij confecta deſcriptorum recognitiones fides oriatur maxima eſt inter Doctores altercatio.*

60 *Author diſtinguit duos caſus, & n.61. 62. 63. & 64.*

65 *Opinio Hieronymi Papponij , conſil.101. num.6. in primo deducitur.*

66 *Improbatur, & Viuij ſententia opinione ſua 113.aſſertur.*

67 *Quam etiam ſequitur author , licet eamdem poſtea in aliquibus damnet, & n.68.*

69 *Obiectio proponitur.*

70 *Soluitur per Scacciam, & n.71.& ſeq.*

74 *Apocha etiam publici Notarij manu confecta , non tamen in publica forma, minimè probat , niſi à parte foret recognita:aut per teſtes, quod de mandato partium fuerit conſcripta recognitionem comprobata.Subamplia & n.76.*

75 *Quando Apocha priuata diceretur in publica forma conſcripta,declarat author.*

77 *Qualis eſſe debent ipſorummet teſtium in ipſamet apocha ſubſcriptorum recognitio , ſeu depoſitio , eleganter docet author, & n.78,cum ſeq.*

83 *Si producatur apocha manu tertij confecta , in qua adſint dumtaxat ſubſcriptiones teſtium , & tam ipſi teſtes quam ſcriptor deceſſerint,ita vt ad ſuarum ſubſcriptionum recognitionem deueniri non poſſit , facta litterarum comparatione tam ad ipſam ſcripturam , quam ad ipſorum teſtium ſubſcriptiones , & omnimoda litterarum ſimilitudine reperta , plena ex ea apocha oritur probatio ex ſententia Scacciæ.*

84 *Et hanc opinionem vti æquam ſequitur quoque author rationibus,vt per eum, ibid.*

85 *Apocha manu tertij confectu, & à debitore , ac a teſtibus ſubſcripta,qui teſtes ſubſcriptiones ſuas recognoſcentes deponant tantum de confeſſione ipſius debitoris confitentis ſe ſubſcripſiſſe,non autem affirment,quod in eorum præſentia fuerit ab ipſo debitore ſubſcripta an probet, non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia.*

86 *Mattheus & Afflitis tenet pro affirmatiua.*

87 *Fundamentum eius.*

88 *Contrarium author.*

89 *Ratio eius, & num.90.*

91 *Afflicti deciſio poſſet ſaluari , vt per authorem.*

92 *Apocha manu tertij confecta ſubſcripta,tantum a partibus ſeu ab ea ſolum,contra,quam ipſa facit, non autem a teſtibus recognita plenam fidem facit.*

93 *Videndus de hoc caſu D.Scaccia remiſſiuè.*

94 *Apocha manu alicuius tertij confecta qui vir bonus , fide dignus, & amicus eius,qui ipſimet apochæ contradicit,extiterit , accedente etiam aliqua veriſimili præſumptione, quod ipſa ſchedula de conſenſu , & voluntate eiuſdemmet negantis fuerit conſcripta , plenè probat.*

95 *Apocha per tertium conſcripta, & ſubſcripta vtraque parte mandante,vltra ſubſcriptionem teſtium,plenam probationem inducit.*

96 *Ratio.*

97 *Declara.*

98 *An tertius exhibens chirographum debiti cum Clauſula* ( A chi preſenterà il preſente ſcritto ) *poſſit in iudicio agere contra debitorem, dubitatur.*

99 *Author concludit pro affirmatiua.*

100 *Adiectus ſolutioni, licet ei rectè ſoluatur , regulariter tamen nullum agendi ius habet.*

101 *Fallit,ſi per creditorem fuiſſe traditum ſibi inſtrumentum , vel chirographum ipſius debiti.*

*Ratio ibidem.*

102 *Et hæc eſt veriſſima Concluſio, & indubitabilis.*

103 *Difficultas maxima conſiſtit in eo, an ipſemet debitor obijcere poſſit exhibenti ipſummet chirographum , exceptionem ſolutionis principali creditori factæ?*

104 *Pro reſolutione author diſtinguit, & n.105.& 106.*

107 *Quæ quidem diſtinctio ſeruatur in praxi.*

108 *Pulchrum notabile in materia illorum verborum.* ( A chi preſenterà il preſente ſcritto) *deducit ibi author.*

109 *Pulchra dubitatio.*

110 *Reſoluitur per Carol.Bardelon. & numeris duobus ſequentibus.*

113 *Alius caſus præponitur per Rebuffum.*

114 *Alij etiam remiſſiuè.*

VIſo,an ex apocha priuata manu debitis, & creditoris conſcripta,probatio aliqua inducatur;ſupereſt modo,vt de ea,quæ manu tertiæ perſonæ reperitur confecta, iuxta ordinem nobis propoſitum præcipua inſtituatur tractatio.

1 Dubitatur itaque , an ex ea fides aliqua probationis
2 oriatur?exemplum pro iunioribus.Producitur chirographum ſcriptum,vt videtur manu Sempronij, in quo ipſemet Sempronius ſcripſit Titium debitorem Pamphyli in centum; quod quidem chirographum atteſtatur ſe ſcripſiſſe de voluntate ambarum partium . Quæritur de fide ipſius?

3 In cuiuſmodi difficultate , omiſſis opinionibus *gloſſæ in*

*cap.2.*

*cap.2.extra de fide inſtrument.& in §.ſi tamen quiſquam, in Authent.de inſtrumentorum,caut.& fide : nec non omiſſa Baldi ſententia,in l.inſtrumenta,C.de probationibus*,de quibus omnibus pulchrè,& latè per *Romanum, in d.l.Admonendi,num.43.& 44.et per Catonem Sacchum,num.37.* Ad faciliorem , ac veriorem huiuſce materiæ intelligentiam , nonnullos duntaxat caſus,qui de facili in praxi contingere poſſunt,eſſe diſtinguendos exiſtimo.

4 Primus quidem eſt;quando in ipſamet apocha manu tertij confecta,non adeſſe neque ſubſcriptio partium,nec teſtium, nec etiam ab ipſo ſcribente eſſet recognita , & debitor conuentus,vel eius hæredes illius irent infitias, & tunc concluſio ſit,dictam ſcripturam minimè probare. Sic præcise probatur in *d.l.ſcripturas* , *arguendo a contrario : C.qui potiores in pignore habeantur*.

5 Et ratio eſt etiam in promptu; nam alioquin eſſet in poteſtate tertij obligare alium, quod reprobant iura , eo inſcio,& inuito, cum conſenſus in obligatione debeat interuenire. *Ang.in §.1.Inſtit.de obligationibus*,quem præcisè ſequutus eſt *Dom.Petrus Rebuffus in ſuo tractatu de chirographorum recognitione,num.37.* Sic quoque docet in

6 ſpecie *Romanus in dict.leg.admonendi, n.46.* Vbi amplius voluit, quod etiamſi ſcripta fuiſſe à mercatore, cui alias fides adhiberetur,non tamen probaret, Fides enim, quæ mercatoribus adhibetur,ſolet ipſis adhiberi quoad libros rationum ſuarum,nec ad alia extenditur negotia. Ita etiã pulchrè tradit *Ioannes Andreas, in additionibus ad Speculatorem in titulo de Inſtrumentorum editione*,§. *nunc dicendum,in magna additione,& ſequitur Cato Sacchus,in dict.l. admonendi,num.39. & Caccialup. num.36. verſic.19. concluſio.*

7 Tu vero notabilius amplia,etiam quod fuiſſet illa ſchedula priuata manu Tabellionis confecta ; nam adhuc non recognita minimè probaret;ſic notatur in *dict. leg. ſcripturas*, officium enim Notarij operatur tantum circa validitatem , & probationem ſcripturarum , quas facit ſolemniter vti Notarius.

8 Ratio huiuſce rationis eſt ; quia quando Notarius facit ſcripturam,vt Notarius,& ſolemniter,conſideratur in eo iuramentum, quod præſtitit initio ſuſcepti Notarius ; iurant namque Notarij exercere fideliter ſuum officium. capit.ad audientiam,de præſcriptionibus,Pulchrè *Specu-*

9 *lator in tit.de inſtrumentorum editione*, §.*reſtat videre,ſub n.37.verſ.item quæro,& n.38.* vbi huius iuramenti præciſam formulam ponit cum ſuis concordantibus. Conſiderantur præterea omnes ſolemnitates,quæ requiruntur in ſcripturis publicis.

10 At quando facit ſcripturas priuatas,non maiorem habent fidem illæ ſcripturæ, quam ſcripturæ alterius perſonæ priuatæ, *argum.text.in leg ſcripturas,& ibi gloſ.in verſ. notarij,C.qui potiores.Sequitur Felin.in d.c.2.ſub n.5,verſic. quarta declaratio, de Fide inſtrum.* Subdens quod non plus operatur ſubſcriptio Tabellionis in Apocha , quam ſub-

11 ſcriptio alterius ſimplicis teſtis:& ratio eſt:quia ſicut authoritas,quæ competit ratione officij,ſeu exercitij,non debet operari vltra naturam officij , ad tradita per *Scac-*

12 *ciam poſt alios d.c.11.num.149.* Sic etiam fides, quæ præſtatur ſcripturis Notariorum , non debet præſtari ſcripturis, quas ipſi faciunt vti perſonæ priuatæ , & non vti Notarij , & ſic meritò poſſunt Notarij huiuſmodi redargui,ex quo ſuo officio abutuntur , vt notat *Felin. vbi ſupra.*

13 Amplia ſecundò reſpectu perſonarum recognoſcentium,vt ſit vera, etiamſi manus, & littera eſſet recognita ab aduerſario,contra quem facit apodiſſa,quia nihilominus non probaret , nam aliud eſt acceptare ſcripturam eſſe ſcriptam manu alterius, & aliud eſt acceptare contẽta in ea, quare poteſt pars confiteri, & acceptare , ſeu re-

14 cognoſcere illam ſcripturam eſſe ſcriptam de manu eius, qui eam ſcripſit,ſed negare contenta in ea ſcriptura,quia vt ſcribit *Crauetta , de Antiquitatibus Temporum Rubrica Reuocare conſilium,in verbo,quæritur etiam,ſub n.82.* ſtant ſimul, quod tertius ſcripſerit me eſſe debitorem alterius , & tamen debitor non ſim,quia potuit falſò ſcribere.

15 Hoc tamen limitatur non procedere , quando pars recognoſceret cum aſſertionem,quod illamet fuerit ſcripta de ſua voluntate.Sic poſt alios *Ripa in dict.lege admonendi n.102.ff.de iureiurando.*

16 Et ratio eſt quia paria ſunt , apocham eſſe ſcriptam a tertio de voluntate partium , vel eſſe ſcriptam ab ipſis partibus,qui enim per alium facit , per ſeipſum facere videtur,& non eſt de ſubſtantia,ſeu de forma,quod apocha ſit ſcripta,ſeu ſubſcripta de manu partis. pulchrè *D.Scaccia d.c.11.n.1102.verſ.ratio huius.*

17 Extende iſtam fallentiam,vt procedat, etiamſi negaret poſtea contenta in ipſamet apocha , quia adhuc plenè probaret,vt in apocha ſcripta propria manu, & ab ipſa parte in ea obligata recognita retulit,& ſequutus eſt poſt plures relatos *Scaccia d.c.11. n 1083.*

18 Reſtringe tamen id, vt procedat quoad actionem contra ipſum recognoſcentem , ſed non quoad præiudicium tertij Sic poſt alios *Scaccia dict.c.11. n.1084.*

19 Et iſte primus caſus,ſiue prima Concluſio, omni penitus caret difficultate , ſecundum quam conſuluit quoque *Rom.conſil.ſuo 105 & ſequitur Felin.in dict. c.2.n.5.de fide inſtrumentorum.Adde Card. Tuſcum concluſione ſua 74. n. 25.in littera S.*

Secundus caſus principalis eſt , quando ipſamet apocha non habet teſtium,& partium ſubſcriptiones, fuit tamen per illum tertium,qui illam ſcripſerat, qui atteſtatur eamdem ſe ſcripſiſſe de voluntate vtriuſque partis reco-

20 gnita. Et in hoc caſu rem paucis perſtringendo, concluſiuè teneas , ea ipſamet apocha ſic recognita nullo pacto plenam reſultare probationem ; non enim aſſerenti ſe

21 ſcripſiſſe de voluntate, & mandato alterius , plena fides adhibetur, prout tradit *Imola,in conſilio 91.In cauſa , quæ vertitur.*Quem ſequitur *Marſil.Singulari ſuo 471. & in repetitione Rubricæ,C.de probationibus, num.309. in fin. nec non & in ſua Praxi criminali,§.diligenter, num.39. His adde Caballinum Milleloquio ſuo 659.ferè in fine,part.2.Maurum Burgium de Laudimio,par. 3.inſpectione 38.n.18.Clariſſimo Menochium conſ.ſuo 98.n.17.in 1. & Dom. Lancell. Galliam,conſ.ſuo 91.n.13. vol.1.* vbi nonnullos alios concordantes adducit.

22 Iſthæc autem concluſio huiuſcemodi rationibus firmatur,& Primo,nam eiuſcemodi apocha ſic recognita , repræſentat in effectu dictum vnius teſtis non iurati, prout notatur in *l.in exercendis, C. de fide inſtrumentorum.*

23 Dictum autem vnius teſtis non iurati,nihil probat vulgata *l.iuriſiurand.C.de teſtibus.Hortamur,3.q.9. ampliſſimè Maſcard.Concluſione ſua 1168.cum concordantibus.His adde Scacciam eruditiſſimum lib.2. de Iudicijs Cauſarum Ciuilium,& Crim.c.8. n.400.*

24 Confert,& vulgatum illud,Vox vnius,Vox nullus, de quo communiter ſcribentes.

25 Secundo principaliter accedit,nam in huius tertij ſcribentis teſtimonio,ſiue examine, deficit citatio partis.

26 Clarum eſt autem,teſtes examinatos parte non citata, etiamſi eſſent mille nullam probationem facere,*l.ſi quando,C.de teſtib.Auth.Sed ſi quis ab aliquo,Cod.cod. titul.cum infinitis concordantibus deductis per Maſc. concl.ſua 1372. Vnde,&c.*

27 Suffragari quoque videtur poſſe tertio loco ratio con-

28 ſiderata ſupra, *n.5.* Sic per iſtas,& ſimiles alias rationes hanc eandem ſententiam tutatus eſt quoque erudit.*Scaccia d.c.11.n.1071.cum ſeqq.*

29 Nec dicatur receptiſſimam eſſe ſcribentium ſententiã corroboratam *ex textu in l.quæro , §.vltimo , ff.de edilitio edict.*

*edict.& ex l.ſeruos,C.de probat.cum concordantibus*, quod cum teſtis perſona honeſta deponit de geſtis a ſeipſo,nec agitur de eius commodo,vel incommodo, (prout in caſu propoſito ſupponitur, ) quod plenè eius teſtimonio ſit credendum,Vnde.

30 Quoniam reſpondetur, contrariam opinionem longè veriorem eſſe , ac communiorem Videndus de huiuſcemodi difficultate *Clar.Menochius de arbit.libr.2.centur.1. caſu 99.à num.12. vſque in fin.* vt poſt infinitos hanc eandem opinionem ſectantes adductos, eamdem rationibus communis,textuſque ex aduerſo adductos in quibus con. traria opinio fundatur,acutiſſimè enodat,ac reſoluit, ipſum conſulas Videndus quoque *Gabriel.ſuarum Concluſionum lib.1.tit.de teſtib.concluſ.1.num.18. & 21. & Clariſs. Farinacc.de oppoſitionibus,contra perſonas teſtium qu.63.c. 4.n.207.cum duobus ſeq.& deciſ. ſua nouiter nouiſſima 25. n.2.& vidend.pariter num.4.* vbi tradit,quod ex eo,quod eius apocham omni conatu . Etiam auxilio armatorum, recuperare tentat,cauſa ſubſcripſiſſe cenſetur, & latius,& per eum.

31 Quid ergo? Reſpondendum hoc in caſu per iſtam recognitionem factam a tertio minorem ſemiplena dumtaxat probationem inducit, Probatur.

Non enim primo ire quis poteſt inficias, quin ex ipſa apocha oriatur ſaltem aliquam præſumptio pro ipſo cre-
32 ditore,abſque alio adminiculo,vt enim inquit *Bar.in d.l. admonendi,& ſequuntur communiter Doct.in d. c.2. de fide inſtrum.* Nemo ad falſam apocham conficiendam propter timorem pœnæ,ac infamiæ in caſu falſitatis detectæ, ita de facili allicietur.

33 Accedit exinde depoſitio , ſeu recognitio ipſius ſcriptoris, de cuius intereſſe minimè agitur, quæ quidem, & ipſa aliquid operari debet;verumtamen hæ duæ præſumptiones,quæ oriuntur,non ſunt tanti roboris,ac momenti,vt pro ſemiplena probatione ſufficere.

34 Ex hac concluſione ſic firmata,infertur,*D.Mandel.Albenſem,virum alioquin clariſſimum,ac doctiſſimum, conſ.ſuo 660.num.1.in* 4.malè ſenſiſſe,dum conſuluit per recognitionem iſtius tertii qui ſcripſit, licet ſit vnicus teſtis, probationem plenam reſultare,decipitur enim,rationibus de quibus ſupra.

Nec officit *textus per quem mouetur,in d.l. quæro, §.fin. ff.de edilit.edict.iam enim ad ipſum per Clar.Menochium reſponſum eſſe paulò ſup.deduximus.* Videndus itaq;*Menoch. d.caſu 99.n.17.*

35 Redarguendus eſt etiam *Philippus Decius vir alioquin ſummæ eruditionis,dum in conſ.ſuo 56.num.4. & in 650.n. 9.*hoc idem, quod ſcilicet ex illius tertij depoſitione, ac recognitione plena oriatur probatio , præciſè ſequutus eſt,ex ſupradictis enim eum apertè decipi, neceſſe eſt, vt vnuſquiſque fateatur.

36 Adde eiuſdem ſententiam expreſſis verbis reprobari per addentes ad ipſum *Decium , præcitato conſ.ſuo 56. in littera B.Videndus quoq.D.Alex.conſ.ſuo 192.n.13. & 14. in 6.*vbi pulchrè de hac materia.

37 Crederem tamen , quod vbi aliquæ aliæ coniecturæ, præſumptiones,ſeu adminicula concurrerent vltrà depoſitionem ipſius tertij ſcriptoris, plena eo caſu reſultaret probatio.Sic poſt infinitos relatos, docet eleganter inter alios *Farinac.d.q.63.præcitato c.4.n.221. Addo Clar.Decian.conſ.ſuo 42.n.28.in quinto,Menoc.d.caſ.99.n.17.in fine,ac alios.*

38 His autem præſumptiones, coniecturas, indicia, ſiue adminicula,quales, ſeu qualia eſſe debeant, iudicis arbitrio relinqui,teſtatum reliquit per Illuſtris præſes *Menoc, poſt Herculan.d.cap.99.num.18.Adeo Clar. Farinaccium d. cap.4.præcitata quæſtione 63. n.222.*vbi concordantes deducit.

Hic plura in Prax. notanda ſunt,

39 Primum eſt, quod ipſa recognitio facienda eſt in iudicio citata parte , alias illa abſente parte facta in aliquo minime prodeſſet.Sic egregiè *Alex.in conſ.105.col.2.n.3. in tertio,per regulam l.de vnoquoq; de re iudicata : vide quæ ſupra ſcripſimus lib.1.q.14.n.7.*

40 Obſerua ſecundo,Apocham iſtam manu tertij conſcriptam,dummodo conſtet,quod fuerit per ipſum ſcriptam de mandato debitoris, contra ipſum debitorem plenè probare,*ad l.Publia,ff.depoſiti:ſic præciſè Albenſis d. conſ. 660.num.2.Rota Genuenſ.deciſ.ſua 192.Hieron.Papponius conſ ſuo 101.n.5.& Crau.conſ.ſuo 72.n.1.* vbi ampliat hoc etiam procedere non obſtante ſtatuto, quod non credatur ſcripturæ tertij.

41 Nec ſanè mirum Paria enim ſunt, quòd manu debitoris fuerit ſcripta, vel manu alterius de ipſius tamen mandato,ſic poſt *Iaſ.idem Alben.præcit.conſil.n.4.*

42 His ſcripſit Geminian. in capitulo ſi pro te,in principio,de Reſcriptis,in ſexto,quod ſtante ſtatuto,quod quis non audiatur, ſeu non admittatur ad excipiendum contra ſuam ſcripturam, illud diem ſtatutum locum habet, etiam ſi ſcriptura non eſſet confecta manu propria ipſius,ſed alterius,eo tamen mandante.

43 Vltimo nota, quod licet ſtetur dicto illius tertij , qui apocham ipſam conſcripſit, quoad recognitionem ſcripturæ,non tamen ſtatur quoad contenta in ea:quia in effectu eius ſcriptura non poteſt plus valere , quam valeat
44 ſimplex eius depoſitio : non maior enim adhibetur fides ſcripturæ,quam viuæ voci, & conſequenter ſi alicuius dicto non eſt ſtandum, multo minus ſtabitur eius ſcripturæ priuatæ.Sic eleganter poſt alios animaduertit *D.Scacc.d. c.11.n.1085.videndus idem ſub n. 1072.* Sed duæ pulchrè oriuntur hic difficultates.

45 Prima talis eſt.Producitur Apocha, quæ aſſeritur ſcripta manu tertij,puta Aloyſij : Aloyſius ipſe examinatus ſe illam ſcripſiſſe negat , ſed facta comparatione litterarum,reperitur cum charactere illius apochæ magna ſimilitudo. Dubitatur numquid iſto caſu ſit ſtandum eius dicto, vel potius comparationi ipſarum litterarum.

46 Et reſolutiuè procedendo,eius dicto potius ſtandum eſſe concludito.Sic inter cæteros eruditiſs.*Scaccia, libr.2.*
47 *de iudicijs Cauſ.ciuil.c.11.n.942.*Huius concluſionis ratio ea poteſt eſſe ; quia litterarum comparatio eſt multum periculoſa,& fallax.

48 Adde quod diſcordante ipſa litterarum comparatione a dicto teſtium,eſt potius ſtandum ipſis teſtibus,quam comparationi litterarum,vt dicit *text.in auth. de inſtrum. caut.& fide,§.ſi vero tale aliquit, collat.6.* Vnde hæc probatio per comparationem dicitur ſuſidiaria in defectum probationis viuæ vocis ; prout eleganter docuit idem *Scaccia d.cap.11.n.1034.*& hæc ſatis.Latius vide per eumdem *Scacciam, nu.343. cum ſeqq.addas Cl.D. Farinaccium in ſuis Fragmentis crim.p.1.n.516.pag.13.* vbi tradit, in ſimile quod comparatio litterarum nullam fidem facit, quando adeſſent teſtes, qui dicerent oppoſitum , quod ſcilicet ſcriptura, ad quam eſt facta comparatio, non eſt ſcripta manu illius,de quo agitur, quia tunc magis creditur voci viuæ, quam comparationi litterarum, ibiq; omnium latiſſimè circa hoc inſiſtit ipſum conſula.

Adeundus idem ſub *n.517.* vbi quid iuris ſit e contra, quando teſtes deponunt pro ſcriptura, ſed ex comparatione apparet litterarum diſſimilitudo, cuius magis credendum,eleganter ſubnectit.

Altera dubitatio,quæ ſuccedit, eſt huiuſmodi.

49 Producitur Apocha,quæ manu Titij eſſe conſcriptam aſſeritur,Titius interrogatus, eam manu ſua eſſe conſcriptam apertè fatetur, ſed tamen facta litterarum comparatione,eius manus apparet omnino diſſimilis, dubitatur nunquid hoc caſu ſit ſtandum eius dicto, vel potius comparationi?*Scacc.eruditiſſ.d.c.11.num.949.cum duobus ſeq.*

con-

concludit,quod intercedente magna veritate, & modica
50 temporis intercapedine, ſit potius ſtãdum comparationi,quam eius dicto,rationibus,vt per eum,ſecus ſi autem, ſi dicta duo non concurrant: ipſum conſulas, mihi enim difficultatem tetigiſſe ſatis ſit.

51 Tertius principalis caſus eſt, quando ipſamet apocha manu tertij confecta habet dumtaxat ſubſcriptiones teſtium, qui illam recognoſcendo atteſtantur ſe fuiſſe præſentes illius confectioni; & hoc caſu eiuſmodi apocha probationem inducit ſecundum *gl.d.c.2. de Fide inſtrum. in verſ. Authen.*

52 Contrarium tamen ſenſit ibi poſt *Hoſtienſ.et Ioan. Andr.Imolo,num.*8. non enim ſecundum eum ſequitur; iſta ſcriptura fuit conſcripta à tertio, ergo fuit conſcripta de mandato,& voluntate partium; Quamobrem ex ipſiuſmet ſententia in duobus tantum caſibus poſſet ipſiuſmet gloſſæ opinio procedere.

53 Primus eſt,quando in eadem Apocha adeſſet partium ſubſcriptio,iuxta *text.in d.l.ſcripturas*, tunc enim ſatis de ipſarum voluntate clarè conſtaret.

54 Secundus vero eſt,quãdo ipſimet teſtes in ſubſcriptionibus ſuis ſe fuiſſe præſentes, & de voluntate ambarum partium,quæ ſic mandarunt ſubſcripſiſſe aperte deponerent.Sequitur præciſè *Felin.in d.cap.2.n.5.poſt Rom.in ſuo conſ.204.per eum relatum,Ripa in d.l.admonendi,num.*105. vbi ſubdit,hoc ſibi videri rationabile *Matthias Colerus de proceſſibus,p.3.c.*1.*nu.*134. & poſt infinitos concordantes adductos eruditiſſ.*Scaccia d.c.*11. *num.*1102. vbi quoque rationem deducit,dicens.

55 Nam paria ſunt, apparere apocha eſſe ſcriptam,à tertio de voluntate partium, per ipſarum partium ſubſcriptionem, vel per teſtium depoſitionem in eorum ſubſcriptione,quidquid dixerit *Crau.*per eum relatum, cuius opinionem improbat,ipſum conſulas. Adde *Card.Tuſch. d.ſua concl.74.num.*24.

56 Amplia ex ſententia eiuſdem *Scacciæ d. cap.*11. *n.*1103. vt hoc procedat, etiamſi teſtes id non teſtarentur in eorum ſubſcriptione, dummodo ille tertius ſcripſiſſet in apocha,quod ipſe rogatus ſeu de mandato talis, & cum eius præſentia,& voluntate,& etiam in præſentia teſtium infraſcriptorum,& ſubſcriptorum ſcripſit,&c. Quia iſto caſu teſtes aſſerendo in eorum ſubſcriptione, quod fuerunt præſentes confectioni ipſius apochæ, videntur aſſerere omnia in apocha contenta. Et ſubdit idem Scaccia, hoc in praxi receptum eſſe.

57 Adde, quod in terminis contra opinionem dictæ gloſſæ,a qua & ego diſſentio,inhęrendo conſiderationi Imolæ,conſuluit quoq. *Soc. in conſ.*274 *n.*5. fere in fine,in ſe-
58 cundo, vbi etiam docuit, quod ad hoc, vt per teſtes ſubſcriptiones ſuas recognoſcentes approbetur illa ſcriptura,requiritur, quod ſaltum tres adſint, nec duo ſufficerent.Addo *Hieronymus Papponium conſ.ſuo* 101. *num.*4.*in primo.*

59 Sed pulchra hic & congruo ordine,inſurgit dubitatio, vtrum ſcilicet teſtium illorum in illa priuata ſchedula manu tertij confecta deſcriptorum,recognitio,plenum efficiat probationem?

60 In qua quidem difficultate reſolutiuè procedendo ita diſtinguendum arbitror.

61 Aut teſtes illi de veritate contentorum in ipſamet apocha clarè deponunt,& iſto caſu, quia fides habetur & per teſtes, & per ſcripturam recognitam de veritate negotij, plena proinde reſultat probatio, & ita decidit *Corneus conſilio* 220.*colum.*2.*&* 3.*in primo.* Sequi quoque videtur *Magonius deciſione ſua Florentina* 81.*num.*4. Aut vero de
62 veritate negotij minimè deponunt, ſed tantum ſubſcriptiones ſuas recognoſcendo ſeſe illi ſcripturæ de voluntate partium ſubſcripſiſſe teſtantur, & tunc ex iſta reco-
63 gnitione ſemiplenam dumtaxat probationem emanare dijudico. Nec ſanè mirem.Si enim ſcriptura,quæ aſſeritur ſcripta manu debitoris,recognita per teſtes, qui non deponant ſuper veritate contentorum in ea, ſemiplenam probationem tantum inducit,igitur multo magis eadem ſemiplena reſultabit ex ſcriptura, quæ ſcripta manu tertij aſſeratur,ex ipſa enim minorem abſq.dubio oriri proba-
64 tionem contra tertium apertiſſimè tradit *Corn.conſil.ſuo* 138.*Viſis colum.*1.*in* 1.

65 Obſeruandum tamen,Papponium virum alioquin eruditiſſimum præcitato *conſil.ſuo* 111.*n.*6. contrarium hac in re reſpondiſſe: ſenſit enim ibi per recognitionem illorum teſtium aſſerentium ſe fuiſſe præſentes, quando tertius ille de voluntate partium apocham illam cõſcripſit, & quod de earumdem quoq. volu tate illi ſeſe ſubſcripſerunt plenam reſultare probationem.

66 Sed decipitur: ad hoc enim, vt plenæ locus ſit probationi,pleraq; alia,de quib. cumulatè *Viuius Opin. ſua* 113. *n.*8.*cũ ſeqq.*omninò deſiderantur, oportet enim ex ipſius ſententia,quod ſchedula illa priuata manu tertij cõfecta, ſit ſubſcripta a tribus teſtibus,qui fuerint præſentes, quãdo ſcripta extiterit,& quod teſtes ipſi recognoſcant eorum ſubſcriptiones per ipſorummet depoſitiones, & quod etiam ſit ſubſcripta manibus partium, vel ſaltem debitoris. Item quod contineat diem, & locum, in quo confecta ſit: item cauſam aptam, & idoneam, qua partes ipſæ ad ipſam celebrandum fuerint adductæ; & quod denique litterarum comparatione adiuuetur; his enim omnibus,de quibus ſupra, concurrentibus, plenam reſultare ex ipſa ſcriptura manu tertij confecta probationem, & non aliter,nec alio modo, ſatis apertè teſtatur.

67 Cuius quidem clariſſimi viri ſententiæ, & ego labens ſubſcribo, licet, vt ingenuè fatear, requiſitum illum litterarum comparationis ſuperuacaneum eſſe cenſeam: nec immerito quidem.

68 Conuertentibus enim, & recognitione teſtium in illa priuata ſchedula ſubſcriptorum, ſe tunc temporis, cum illa ſcriberetur,fuiſſe præſentes,& de voluntate partium illi ſeſe ſubſcripſiſſe aſſerentium: item depoſitione ipſarummet partium eamdem ſcripturam de ſua voluntate per illum tertium fuiſſe confectam clarè deponentium:ac reliquis poſtea illis omnibus requiſitis, de quibus paulò ſuperius,intercedentibus, clarè, ne dicam clariſſimè, de veritate illuſmet apochæ conſtare, adeo quod ipſa litterarum comparatione minimè ſit opus,nullus eſt,qui erat inficias.

69 Sed dicet aliquis ingenioſus,litterarum comparationis adminiculum ad plenam hoc in caſu probationem inducendam adhuc eſſe neceſſarium,quandoquidem communi omnium Scribentium ferè conſenſu receptum eſt,vt ex ſola teſtium atteſtatione ſine comparatione ſcriptura manu tertij confecta plenè probet,neceſſe eſt,quod vltra teſtium ſubſcriptionem ipſamet apocha ſit ſubſcripta ab ambabus partibus,alias, &c. quod non eſt hic, & quod hæc ſit communis Scribentium ſententia, teſtatur inter cæteros poſt infinitos relatos, *D.Scaccia d.c.ſuo* 11.*num.* 1105.*&* 1106.

70 Verum iſthæc communis Scribentium ſentẽtia diſplicuit eidem *D.Scacciæ d.c.*11.*n.*1107.*cum ſeqq.* opinatus eſt enim ipſe, quod nec in hoc caſu, quamuis deſit ipſarum partium ſubſcriptio, ſit neceſſaria ipſa litterarum comparatio pro plena habenda probatione, & conſiderat paria eſſe, aliquid ſcribi a parte, ſeu ſcribi ab alio de vo-
71 luntate ipſius partis, qui enim per alium facit per ſeipſum facere videtur,iuxta ea,quæ alias tradidit *ſupra n*... & ſequutus eſt etiam idem *Scaccia præcitato c.n.*1102.*verſic. ratio huius.*

73 Sed ſi teſtes ſubſcripti recognoſcant ſcripturam partis, quia vtraque ſubſcripta ſit,probatio eſt plene, ſine alia comparatione litterarum, ex eorumdem aduerſariorum ſen-

ſententia,ergo idem dicendum eſt,quando recognoſcunt ſcripturam ſcriptam de voluntate partis:quia ſicut non requiritur comparatio litterarum in ſcriptura partis, ita neq;in ſcriptura tertij,qui ſcripſit de voluntate partis.Sic pulchrè ipſemet Scaccia,qui vlterius in reſoluendis obiectis ipſorum aduerſariorum eleganter inſiſtit,ipſum conſulas. Eiuſdem enim opinioni, ac ſcriptis hoc in caſu, & ego lubens adhæreo.

74 Retenta igitur communi illa diſtinctione, de qua ſupra,*n.61.cum ſeqq.* Amplia, vt præmiſſa Concluſio procedat, etiam quod ipſamet apocha confecta foret manu publici Notarij,non tamen in publica forma.

75 Diceretur autem in publica forma conſcripta quando haberet ſigna,& ſolemnitates ſcripturæ publicæ, puta, quia habetur annum diem,Indictionem,conſulem, ſignũ Notarij,& illius ſubſcriptionem ſub nomine officij, & ſimilia, quæ exiguntur pro ſolemnitate publici inſtrumenti,talis etenim ſcriptura Notarij ſub forma priuata minime probaret,niſi a parte foret recognita,aut per teſtium quod de mandato partium fuerit conſcripta,recognitionem cum probata,Sic *Bal.& communiter Doct. in d.l.ſcripturas*.

76 Subamplia,vt idem ſit in ſcriptura manu tertij conſcripta in libro rationum creditoris, vt ſcilicet plenam efficiat probationem, ſi de mandato ipſarum partium conſcripta probari poſſit,vt per *Bal. conſ.ſuo 98.in 2.*

77 Sed antequam ad vlteriora fiat tranſitus, qualis eſſe debeat ipſorummet teſtium in tali ſcriptura ſubſcriptorum recognitio,ſeu depoſitio,hic perſpicua declaratione ſubnectendum arbitror.

78 Dic ergo, quod deponere debent ſe fuiſſe præſentes: cum ſcriptura illa fuit per illum tertium confecta,& quod viderunt eam ſcribi, & quod illi de voluntate partium ſeſe ſubſcripſerunt.

79 Item aduertas, neceſſe eſſe, quod ijdemmet teſtes deponant, cuius manu reuera illa fuerit ſcripta, ſeu per quã perſonam eam ſcribi viderint, & quod ſcribentem ipſum cognouerint, & cognitam habeant.

80 Item vltimo loco, quod ſociorum ſuorum ſubſcriptiones recognoſcant, dicendo ſe fuiſſe præſentes ipſis ſubſcriptionibus,nec ſufficeret dicere, quod habeant notas eorum manus.

81 Obſerua tamen,minimè opus eſſe,quod deponant cõtenta in ipſa ſcriptura eſſe vera, & quod debitor ſe obligauit,prout in ea continetur;quia tunc de veritate actus, quo caſu duorum teſtimonium etiam contra tertium dũtaxat ſufficeret, non autem ſubſcriptiones ſuas ſimpliciter recognoſcere,dicerentur deponere. Sic clarè colligi-
82 tur ex ſcriptis per *Soccinum dicto conſ.ſuo 274.et per Crauettam,de Antiqui.temporum,prim.parte,in verſic. Quæritur etiam,n.59.60.& 61.* Latius vide per eos.Conſulendus quoque *Marcell.Cala, in ſuo tractatu de modo articulandi, §.ſecundo,gloſſa vnica,n.645. Satis.*

83 Quartus caſus principalis eſt, quando in ipſamet apocha manutertij confecta,adſunt dumtaxat ſubſcriptiones teſtium, ſed tamen ipſimet teſtes vnam cum ipſo ſcribente,in fata conceſſere,adeo,quòd ad ſuarum ſubſcriptionũ recognitionem amplius deueniri nequit,& hoc caſu concludas cum *Scaccia eruditiſſimo dict.cap.11.n.1164. cum ſequentibus*,plenam oriri probationem,ſi adhibita comparatione litterarum tam ad ipſam ſcripturam, quam ad ipſorum teſtium ſubſcriptiones, inueniatur omnimoda
84 litterarum ipſarum ſimilitudo. Et hæc opinio vti æqua, indiſtinctè amplectenda eſt, propter enim tot ſubſcriptiones medio comparationis litterarum recognitas, videtur ceſſare omnis mala ſuſpicio, & videtur adhibita ſolemnis diligentia, vt parti quidquam imputari non poſſit,tota enim difficultas oritur ex morte ſcribentis,ac teſtium ſubſcriptorum, quæ quidem partibus obeſſe non debet:quia illi occurri non poteſt ex quo prouenit ex iuſto Dei iudicio, & inuentum eſt remedium comparationis litterarum in ſubſidium, iuxta alias per nos tradita ſupra .. . . & de hoc ſatis.Latius per eundem Scacciam, vbi elegantiſſimè. Nota tamen,quod ſcriptura,in qua continentur teſtes omnes vita functi non caret ſuſpitione,ad tradita per *Clar.D.Menoch.conſil.ſuo 42.n.32.*

85 Quintus caſus principalis eſt,quando apparet de apocha manu tertij confecta, & a debitore, ac à teſtibus ſubſcripta, & teſtes ſubſcriptiones ſuas recognoſcunt, non tamen affirmant,quod in eorum præſentia fuerit ſubſcripta a debitore deponunt tamen de confeſſione ipſius debitoris confitentis ſe ſubſcripſiſſe: Dubitatur in iſto caſu, an per hiuſmodi ſcripturam plenam inducatur probatio?

86 In huiuſmodi difficultate. *Matthæus de Afflictis,deciſ. ſua* 104.tenet pro affirmatiua, & ita in Regio Conſilio Neapolitano iudicatum fuiſſe teſtatur.

87 Mouetur;nam parem vim habet ſecundum eum, confeſſio debitoris dicentis ſe ſubſcripſiſſe, quam ſubſcriptio ipſius facta in præſentia teſtium. Afflictum ſequutus eſt poſt *Crau.Dom. Alex. Trentacinquius variarum reſol.lib. 2.tit.de fide inſtrum.reſol.12.n.19.*

88 Sed contrarium mihi longè verius videtur; & arguo ſic.

89 Si apocha non vtriuſque partis,ſed teſtium dumtaxat, vel vnius partis tantum ſubſcriptione munita ſit, tunc abſque dubio non probatur plena fides ipſius ſcripturæ ex recognitionibus teſtium ſubſcriptorum, licet dicant ſe fuiſſe præſentes illi ſcripturæ,& eam ſcribi viderint, niſi etiam ipſiuſmet ſcripturæ fides ex litterarum comparationis adminiculo corroboretur. Sic expreſsè docuimus ſupra,& conferunt tradita per *Scacciam cap.11.num.110. cum ſeqq.*

90 Si ergo ſola teſtium recognitio minimè ſufficit, licet ipſimet apochæ præſentes extiterint, ſeque vidiſſe eam ſcribi apertè deponant,quanto minus ſufficiet talis recognitio ſola in quæſtione propoſita, quando teſtes non fuerunt præſentes, ſeu ſolum ſi ſcriptam fuiſſe per confeſſionem debitoris intellexerunt?

91 Benè fateor, quod ſi in caſu dictæ quæſtionis propoſitæ, ac deciſæ per Afflictum interceſſiſſet ſubſcriptio vtriuſque partis, ſufficiens viſa eſſet illa teſtium recognitio, etiam quod illimet ſcripturæ præſentes minimè fuiſſent, cum deponant de confeſſione ipſius debitoris præſente creditore,ſecus ſi ipſo abſente,maximè cum talis confeſſio non reſpiciat veritatem negotij, ſed ſolum,quod ita debitor ſubſcripſit.

92 Sextus quidem caſus eſt, quando ipſamet apocha a tertio confecta, ſubſcripta eſt tantum a partibus, ſeu ab ea parte ſolum contra quam ipſa facit,non autem a teſtibus, & hoc caſu plena abſque alio ex ipſamet apocha recognita inducitur probatio:textus eſt ad litteram,in dict. leg.ſcripturas, ibi: (adhibitis vel non adhibitis teſtibus) Sequitur *Cato Sachus in d.l.admonendi,n.38. in fine,& hæc ſatis.*

93 Poſt hæc autem edita vidi Scacciam eruditiſſimum, in examine iſtius facti ſpeciei duos caſus diſtinxiſſe, latiſſimoque ſolio in eorumdemmet diſcuſſione, ac enucleatione verſatum;ad ipſum igitur, ne ex ſcriptis ſcripta cõficiam,ac palinodiam,vt vulgo dicitur,recantem, lectorem beneuolum remitto. Videndus itaque *d. c.11. a num. 1110.vſque ad* 1131.

94 Septimus adducitur caſu: & eſt, quando ipſamet apocha per tertium conſcripta, fuiſſet per aliquam confecta, qui vir bonus,fide dignus,& amicus eius, qui ipſi ſcripturæ contradixit,extitiſſet, ex qualitate, & accidentia facti concurreret etiam aliqua veriſimilis præſumptio, quod ipſamet apocha de conſenſu, & voluntate eiuſdemmet negantis facta foret, in hoc enim caſu plenam abſque dubio

bio emanare probationem reſpondit pater veritatis *D. Alex.conſ.ſuo.113.in quarto.*

95 Octauus, caſus eſt, quando ipſamet apocha ſcripta, & ſubſcripta fuit per tertium vtraque parte mandante, vltra ſubſcriptionum teſtium, & tunc plenam, non obſtante etiam ſtatuto, quod ſcriptura tertij minimè fides ad hibeatur, reſultare, probationem concludito, ſic poſt *Bald. conſ.98. in ſecundo, Crauet.conſ.ſuo 71.nu.1.*

96 Et ratio (mea ſententia) ea poteſt eſſe; nam paria ſunt, ſcripturam fuiſſe conſcriptam à patribus, vel à tertio de voluntate, & mandato ipſarum partium, ad *l. ita autem depoſitioni, §. geſſiſſe, ff. de adminiſtratione tutorum, & Regulam,* Qui per alium.

97 Quod tamen procedit, quando in ipſamet ſcriptura ipſarum partium ſubſcriptio intercederet, alias duo copulatiuè viderentur neceſſaria, recognito ſcilicet ipſorum teſtium ſubſcriptorum, & comparatio literarum, prout inter omnes rectè animaduertit idē *Crauet. de Antiquit. temp.par.1. in verſ.quæritur etiam, nu.*78. quem conſulas.

Nonus caſus ſubijcitur, & eſt quando producitur apocha confecta a tertio, puta à proxeneta, vel alio, & eſt ſubſcripta ab vna parte totum, & hoc caſu ex tali ſcriptura non oritur probatio contra nō ſubſcribentem, ſi tamē ea continet contractum, qui conſenſum bonum partium conficitur, prout in ſimili neque inſtrumentum notarij probat ſi ab vna parte rerum fuit rogatus. Sic eleganter poſt Roman. *Card. Tuſchus, concluſ.ſua 74 num.23. in littera S.*

98 Sed pulchra pro coronide huiuſce materie excitatur
hic queſtio. An tertius exhibēs chirographum debiti cum
Clauſula (*A chi preſenterà il preſente ſcritto*) poſſit in iudi-
99 cio agere contra debitorem. In qua quidem difficultatem, paucis perſtringendo, conclude pro affirmatiua.

100 Quamuis enim adiectus ſolutioni nullum regulariter agēdi ius habeat, licet ei rectè ſoluatur, *l. finali, & l. eum, §. ſi ita, iuncto §. qui ſibi, ff. de verbor. obligationibus, Bartol. in l. cum quis, eod. titulo, & in l. ſed, & ſi filio, §.1. ff. de conſtit. pecun. cum concordantibus deductis per Burſatum, conſ. ſuo* 242.*n.* 1. *volum.3. Addo nunc Zangerum de Exceptionibus parte 3. cap.1. nu.48. & Magonium deciſ. Florētina* 106.*nu.*1.

101 Attamen procedit id, quando eſt ſimpliciter adiectus ſecus ſi per creditorem, (prout per nos ſupponitur) fuiſſet traditum ſibi inſtrumentum, vel chirographum ipſius debiti, eo enim caſu ad agēdum proculdubio admitteretur; & ratio eſt: quia per traditionem ipſius chirographi, cenſetur tacitè ſibi datū mandatum ad agendum. Sic in puncto pluribus tamen alijs rationibus motus, latè reſpondit *Clar. D. Decianus conſil. ſuo 68. vol.3.* & ſecus eſt poſt plures alios relatos *D. Ioan. Bapt. Coſta in ſuo tract. de iuris, & fact. ignor. centuria* 1. *diſt.*85.*nu.6. & per totum.*

102 Et de hoc mea ſententia nulla poteſt eſſe dubitatio.

103 Solum difficultas in eo verſatur, an ipſemet debito- obijcere poſſit exhibenti ipſummet chirographum exceptionem ſolutionis principali creditori factæ?

104 Pro reſolutione ita diſtinguendum cenſeo, Aut chirogrophū dicit: (*Io tale prometto di pagar à D. Aluiſe Tomaſini, ò à chi preſenterà il preſente ſcritto*) aut ſolummodo inquit. *A chi preſenterà,*

105 Primo caſu, ſi debitus conuentus à preſentatore, opposuerit de ſolutione in parte, aut in totum, facta Dom Aloyſio principali creditori, eamq. probare contenderit, abſque dubio exceptione illa totus erit; cum enim vero creditori ſoluerit, vtique tenorem ipſius chirographi dicentis: (*prometto di pagare à D. Aluiſe, ò à chi preſenterà*) cum adimpleuiſſe fatēdum eſt, obligatus enim erat ſoluere, aut Aloyſio, aut cuilibet alteri, qui ipſum chirographum exiberet, iam autem ſoluit Aloyſio.

106 Secundo autem caſu, quando ſcilicet chirographum ſolummodò inquit, (*A chi preſenterà*) debitor conuentus non poteſt obijcære exceptionem ſolutionis factæ principali creditori, niſi de ſolutione facta fuerit receptio, & de ea conſtet à tergo ipſius chirographi, imputandum eſt enim ipſi, quod ſibi cautius minime proſpexerit.

107 Et ita ſeruatur in praxi. Et ſic obtinui pro Eelia Castellano Hebreo ad officium Vrſi, anno 1608. de menſe Decembris, contra Leonem de Neapoli pariter Hebreū; reluctante Excell. D. Paulo de Herculis aduocato inter Iuniories ex preſtantioribus, & ita fuit exequutum, &c.
8 Notandum tamē volo, (& eſt pulcrum dogma,) quod
10 creditor habens chirographum talis tenoris, videlicet, (*A chi preſenterà*) non poteſt ipſum vendere, aut cedere viro ſe potentiori, aut nobiliori: cuique maior videretur atributa actio ipſam exigendi in præiudicium ipſius debitoris. Verba enim illi (*A chi preſenterà*) de ſimilibus ipſimet creditori intelligenda ſunt, non autem de potentioribus, ac nobilioribus. Sic præciſè animaduertit inter alios *Thomas Triuiſanus l.1. deciſ.42. num. decimoſeptimo,* vbi ita quoque iudicatum fuiſſe atteſtatur, ſequutus eſt quoque per Illuſt. D. Eques *D. Pereg. deciſione ſua Patauina* 115.*nu. duodecimo, & videndus prius ſub num.*10. 11. *& hæc Satis.*

De materia alienationis factæ in potentiorem, vide aliqua penes *Clar. Bardellonum inferiusnominandum, in conſ. ſuo* 87.*vol.*1.

109 Sed poſt hæc ſcripta, aliam vidi à Scribentibus difficultatem moueri, quæ talis eſt. In chirographo contentioſo legitur talis promiſſio, nempè (*li quali ſcudi cento il Sig. Aluiſe promette dar, & reſtituir al Sig. Aleſſandro, ouero a chi per lui preſenterà il preſente ſcritto*) contingit præfatum D. Aloyſium ſoluiſſe prædicta centum Excell. Tomaſino exhibitori dicti chirographi, dictus autem Alexāder principalis creditor, prætendit iterum exigere præfata centum ab ipſo Domino Aoylſio, ex quo abſque eius mandato, & voluntate prædictos denarios ſoluit, quæritur, an iuſtè petere poſſit.

110 Clariſs. I. C. *D. Carolus Bardelonus diſcutit ex* profeſſo pro vtraq. parte hunc articulum, & tandem *in ſuo conſ.*28. *nuper* edito, reſpondit pro affirmatiua. Mouetur inter
111 alia: nam debenti ſoluere preſentat cedulam nomine ſtipulatoris, non oritur liberatio per ſimpliecem ſolutionem, non conſtito de mandato creditoris, quia ſine mandato nequaquam cōſtare poteſt de nomine, ſeu voluntate ipſius creditoris, adducit textum ſingularem, vnicum, ac digito, (vt inquit ipſe) ligandum, in l. ſi qus vxoris, §. apud Labeonem, ff. de furtis, & latius, vt per eum

112 Nota per illa verba (*per lui*) exponuntur, ideſt, nomine eius, vel nomine ſuo. Sic poſt Ruinum Pariſium, Ripam. & Riminald. iuniorem, idem *Bardelonus, conſilio ſuo præcitato vigeſimo octauo num.6.*

113 Decimus caſus principalis in hac materia poteſt eſſe, quando producitur apocha manu tertij facta, & trium teſtium ſubſcriptione munita, ſi enim ea a duobus ex tribus fuerit abſente, vel mortuo tertio recognita, ſemiplenè probat. Sic præciſè poſt nonnullos relatos *Dom. Petr. Rebuff. in ſuo tract. de Chirographum, & cedularum recognitione, num.*38.

114 Alios etiam caſus in hoc propoſito deducit idem Rebuffus *d. tractatu, num.36. &* 37. vide per eum. Sat enim nobis eſt potiores retuliſſe.

*Finis Secundi libri.*

# DE SCRIPTVRA PRIVATA TRACTATVS D. NICOLAI DE PASSERIBVS A IANVA I. C. PATAVINI

## LIBER TERTIVS.

### De Epiſtola.

*SVMMARIVM.*

1 *Omnis noſtra inſtitutio debet à definitione proficiſci.*
2 *Epiſtola definitur ex authoris ſententia.*
3 *Verba ipſius definitionis enodantur, & n.4. & 5.*
6 *Epiſtola aliter deſcribitur per Iuſtum Lipſium.*
7 *Et aliter Antonium Poſſeuinum.*
8 *Et alio modo per Baldum.*
9 *Quæ definitio ex allatis melior ſit, author cogitandum relinquit.*
10 *Epiſtola vnde dicatur, declaratur.*
11 *Adducitur Cic. ad Quintum, Fratr. lib. 1. Epiſtola 1.*
12 *Epiſtola pertinet aut ad inducendam obligationem, aut probationem.*
13 *Epiſtola non obligat.*
14 *Et præcipuè, quando verba in ipſa prolata ſunt enunciata ad aulam potius, quam ad forum.*
15 *Fallit; quotieſcunque inter abſentes mediante ipſa Epiſtola aliquis celebrandus eſſet contractus, qui ſolo conſenſu perficeretur.*
16 *Ratio, & n.17.*
18 *Donatio per epiſtolam poteſt celebrari.*
19 *Et præcipuè, quando ipſa res donata, & remſſa reperiretur penes donatorum de voluntate donantis.*
20 *Procuratur conſtituitur per epiſtola.*
*Conſtitutum poteſt celebrari per epiſtolam.*
*Quemadmodum etiam compromiſſum ibid.*
21 *Epiſtola miſſiua tunc obligat, quando peruenit ad eum, qd quem fuit directa.*
22 *Et inducit validam confeſſionem.*
23 *Ratio.*
24 *Obligatio per epiſtolam licet non contrahatur, tamen ea inducta probatur.*
25 *Obligatio per epiſtolam contrahi poteſt contra conſtituentem ſe ſoluturum pro alio, quando in perſona alterius obligatio iam erat contracta, & n.26.*
27 *Epiſtola regulariter non probat.*
28 *Quando vt Epiſtola probet, tractatur, docet author.*
29 *Differentiam inter caſum, in quo epiſtola probet, & caſum in quo obliget, deducit Caſtrenſis.*
30 *Epiſtola tunc præcipuè non probat, quando ipſamet refert ſe ad aliam, quę non exhibeatur.*
31 *Epiſtola tunc probat, quando eſt recognita per ſcribentem, & confeſſata, vel per teſtes comprobata.*
32 *Quinimo tunc paratam habet exequutionem.*
33 *In recognitione epiſtolæ faciendæ non requiritur exacta in illa diligentia, quæ alias adhiberi ſolet.*
34 *Ratio, & n.35.*
36 *Epiſtola non recognita, neç confeſſata, quinimo etiam negagata probat, quando ſignata reperitur priuata, ſolituq. ſigillo ipſius ſcribentis.*
37 *Ratio.*
38 *Quanta autem fides, ſeu probatio oriatur, vide Menoch. & Maſcar. remiſſiuè.*
39 *Dictum n.36. declaratur, & n.40. & 41. Subdeclaratur, prout, & n.42.*
43 *Pulchra proponitur dubitatio.*
44 *Reſoluitur per authorem.*
45 *An ex litterarum comparationem in epiſtola facta, plena, vel ſemiplena oriatur probatio docet author remiſſiuè.*
46 *Ad hoc vt deueniri poſſit ad litterrarum comparationem in epiſtola requiritur inter alia, vt nomen, & cognomen ipſius ſcribentis contineat, aliter non valet.*
47 *Alia dubitatio.*
48 *Reſoluitur, & n.49.*
50 *Epiſtola plene probat, quando in ipſa adeſt nomen, & cognomen ſcribentis, & nomen, cognomenque eius, cui mittitur.*
51 *Epiſtola probat contra recipientem.*
52 *Item quod ipſiuſmet ſcribencis intentionem declarandam.*
53 *Epiſtola ſcripta manu teſtatoris, declarat apertè, quæ nam fuerit eius voluntas.*

54 *Epi-*

54 *Epiſtola ſcripta ante aliqualem contractum, valet ad illius declarationem.*
55 *Epiſtola inducit ſaltem aliqualem præſumptionem, quæ quãta, ac qualis ſit, arbitrio iudicis relinquitur.*
56 *Epiſtola probat quoad ea, quæ pertinent ad officium ſcribentis.*
57 *Item contra producentem, & n.58.*
59 *Epiſtola probat contra ſcribentem.*
60 *Debet tamen ante omnia conſtare eam ſcriptam fuiſſe ab eo, cuius eſſe prætenditur.*
61 *Qualiter autem id contingat, explicatur author.*
62 *Epiſtola tunc præcipuè probat contra ſcribentem. quando in ea inſerta fuit cauſa obligatoria, & n.63.64.& 65.*
66 *Et eſt generalis concluſio in quacunque ſcriptura publica, vel priuata.*
67 *Item tunc præcipuè probat, quando fuit ab ipſo mittente recognita, & n 68.*
69 *Et quando habet ſuam debitam formam.*
70 *Quæ autem ſua ſit forma, docet ibi author, & numero 71.*
72 *Epiſtola probat contra ſcribentem, etſi careat data reſpectu temporis, & loci.*
73 *Et eſt indubitata concluſio, quidquid dixerit Viuius in ſui Deciſionibus.*
75 *Ratio, & n.76.*
77 *Epiſtola probat contra ſcribentem, licet ipſamet careat ſubſcriptione ipſius ſcribentis, ſi tamen eiuſdem nomen contineat.*
78 *Idem iuris eſt, etſi ſolum ſubſcriptionem ipſius mittentis habeat, & n.79.*
80 *Adde nil etiam referre, vtrum ipſa fuerit ſcripta manu debitoris, an verò manu tertij de ipſius tamen mandato.*
81 *Epiſtola probat contra ſcribentem, etiam quod in ipſa ſcribens vſus fuiſſet verbis enunciatiuis, & n.82.*
83 *Item contra eum probat, licet ipſamet epiſtola non contineat dignitatem eius, cui tranſmiſſa eſt, vel etiam ipſius mittentis.*
84 *Limita, quando mittens, vel ipſe, cui illa tranſmittitur, magna, & honorifica eſſet decoratus dignitate.*
85 *Quinimo eſſe ſuſpecta ob ſtylum curiæ non ſeruatum, & n. 86.& 87.*
88 *Per epiſtolam probatur affinitas contra ſcribentem.*
89 *Epiſtola contra ſcribentem ſuum operatur effectum non ſolum inter viuos, ſed etiam poſt eius mortem.*
*Si tamen ipſius nomen contineat.*
90 *Epiſtola probat non ſolum contra ſcribentem, verum etiam contra ipſius hæredes.*
91 *Epiſtola non probat contra ſcribentem, quando non fuit præſentata ei cui mittitur.*
92 *Ratio.*
93 *Præſentatio Epiſtolæ debet fieri de voluntate, & commiſſione ipſius ſcribentis.*
94 *Et qui ipſam preſentatam dicit, de præſentatione docere tenetur, pulchrè n.95.*
96 *Reſpondetur cuidam tacitæ obiectioni.*
97 *Animi perſeuerentia in eadem voluntate ſemper præſumitur.*
98 *Epiſtola contra ſcribentem non probat, quando eo iam vita functo præſentata fuit.*
99 *Ratio, & n.100.vſq; ad 104.*
105 *Et eſt veriſſimum iuris Axioma.*
106 *Quidquid ſubtiliter ſcripſerit Daniel Mollerus.*
107 *Multa notabilia colliguntur, & numer.108. & 109.110. & 111.*
112 *Epiſtola non probat contra ſcribentem, quando non fuit acceptata ab eo, ad quem exarata, & preſentata fuit.*
113 *Confeſſio emanans præſente parte, ſi acceptata non ſit non nocet confitenti.*
114 *Filius familias electus in patritium, non prius a nexibus patriæ poteſtatis cenſetur ſolutus, quam præſentatis litteris, & ab eo acceptatis.*
115 *Litteræ productæ ab eo, qui illas non acceptauit non iuuant ipſum producentem.*
116 *Qui non acceptat verba aduerſarij, non poteſt in illis ſe fundare.*
117 *Epiſtola pro ſcribente non probat.*
118 *Fallit, quando is, cui ipſa epiſtola mittitur, ea accepta non contradixit, ſed tacuit.*
119 *Sic recipiens litteras continentes mandatum, cenſetur ipſum approbare.*
120 *Amplia, etiamſi ſit mandatum de ſoluendo.*
121 *Et hæc eſt receptiſſima concluſio.*
122 *Quidquid ſcripſerit Corraſius.*
123 *Cautela Cæpol. ac Mattheſilani, ad fauorem creditoris pro extorquendo creditum à debitore deducitur.*
124 *Quam etiam ante eos probauit Bart. & ſequuntur in ſimili alij.*
125 *Communis illa concluſio, de qua ſupra n.118. comprobatur varijs fundamentis, & n.128.129.130.131.& 132.*
126 *Et præcipuè per tex. in l. filiusfamil. ff. ad Maced. quidquid dixerint P. de Caſtro, & Menoch.*
127 *Pulchra obſeruatio Polydor. Ripæ ad illum textum.*
133 *Declaratur prædicta communis concluſio varijs modis de quibus ordinatè per authorem, & num.134. vſque ad 177. incluſiue.*
135 *Text. in d. l. filiusfamilias in verſiculo continuò, declaratur.*
138 *Intentio Ancharani, in Clem.1. de procuratorib. declaratur per Menoch.*
178 *Epiſtola probat etiam pro ſcribente, quando in ipſa continentur duo connexa, vnum ſcilicet pro ipſo ſcribente, & alterum contra, & vide num.179. cum tribus ſeq.*
183 *Pulchra proponitur dubitatio.*
184 *Opinio Mattheſilani deducitur.*
185 *Improbatur per Caccialupum.*
186 *Author relinquit cogitandum.*
187 *Epiſtola non probat contra tertium.*
188 *Amplia vt procedat etiam in epiſtola Epiſcopi ſuo ſigillo munita.*
189 *Ratio.*
190 *Limitatur in litteris Campſorum.*
191 *Libri Campſorum fidem faciunt contra tertium.*
192 *An epiſtola probet pro tertio? dubitatur.*
193 *Exemplum.*
194 *Verior opinio ſtat pro affirmatiua.*
195 *Et hanc ſequitur author.*
196 *Ratio & numer.197. & vide numer.198. vbi author ſe remittit.*

ACturus in hoc tertio libro de ſecunda principali ſpecie ſcripturę priuatæ, ideſt Epiſtola, prius ab ipſius definitione inchoandum arbitror; omnis enim, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re tractanda inſtitutio, debet a definitione proficiſci, vt ſciatur quid ſit illud, de quo diſputatur, ſecundum *gloſſ. & Doct. in leg.*
1 *omnis definitio, de Regul. iur.* Cum autẽ nulla a doct. noſtris de ea definitionem traditam fuiſſe comperiam, ego ſic eã definiendam, ſeu potius deſcribendam exiſtimo.
2 Epiſtola eſt ſcriptura, qua quis abſenti, vel quaſi mentis ſuæ intentionem declarat.
3 Dixi, priori loco (Scriptura) loco generis; eam enim tam de priuata, quam de publica, & de priuata, tam de apocha, vel ſyngrapha quam de libro rationum, & ipſamet epiſtola æquè prædicari conſtat inter omnes.

Dixi ſecundò. ( Qua quis abſenti intentionem
4 ſuam declarat , &c. ) loco differentiæ , ad excludendas , ſcilicet alias ſcripturarum ſpecies , per quas intentio ſcribentis alicui abſenti minimè declaratur.

5 Dixi poſtremò , (vel quaſi abſenti ) quoniam interdum , vt Iuſti Lypſij verbis vtar , ea vſurpata eſt ad præſentes,prout de hoc notat præcisè *Bar.in leg. Titius , per illum tex.ff.de conſt.pec.& ſequitur D.Maſcard.Concluſ.ſua 627.num.26.*

6 Iuſtus Lypſius autem in ſua Epiſtolica inſtitutione , epiſtolam ipſam aliter definiebat , Epiſtola ( dicebat ipſe ) eſt ſcriptum animi nuncium ad abſentes , vel quaſi abſentes.

7 Antonius verò Poſſeuinus aliter deſcribebat , dicens. Epiſtola eſt colloquium abſentis ad abſentem , & hanc quam dicit eſſe Libanij Sophiſtæ , ſequitur etiam *Ioachim. Beuſt. in dicta leg. admonendi , numero* 1049.

8 Poſt hęc ſcripta vidi *Bald.in l.2.ff.de pactis* , quem refert,& ſequitur *D.Card.Pariſ.conſil.ſuo* 127.*numer.*29.*vol. primo*. Epiſtolam ipſam ita quoque deſcribentem. Epiſtola eſt medium organum,per quam inducitur pactum expreſſum inter abſentes,& eſt tamquam copulatio conſenſuum.

9 Tu , quænam ex his melior ſit , & ſubtilior , cogita. Videndus etiam hac de re *Henringius Oldenburgicus , in ſuo eleganti tractatu de fideiußor.capit.*11. *numero* 34.*cum ſeq.* vbi omnium latiſſimè , & *D. Iulius Pacius in leg. non epiſtolis , Codic. de probationibus numero* 10. adiungas etiam *D. Duarenum libr. primo diſp. Aniuerſ. cap.*45.vbi pulchrè , & *D.Ioan. Rubertum libr.quarto ſent. iur. capit.* 20.

10 Eſt autem epiſtola Græcum vocabulū, ἐπιστολὴ ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν proueniens,quod eſt mittere , quia ad abſentes mittitur. Sic præcisè *Schardius,in ſuo Lexico , in verſic. Epiſtola , & D.* Menoch. *de arbitr. libr.2. Centur.1. Caſu* 94. *numer.*1.

11 Confert ad hoc mirum in modum , quod ſcripſit M. Tullius ad Quintum fratrem lib.1. epiſt.2. dum ita inquit ( Illud eſt epiſtolæ proprium , vt is ad quem ſcribitur, de his rebus,quas ignorat,certior fiat, &c. )

12 His ſic ad intelligentiam terminorum præmiſſis, penetralia modo huiuſce materiæ, medullitus ingrediendo , breuiter ſciendum eſt , vim ipſius epiſtolæ circa duo potiſſimum conſiſtere , quandoque enim pertinet ad inducendam obligationem , quandoque verò ad faciendam probationem de contentis in ea , *pulchrè Iulius Pacius in d.l.non epiſtolis, n.*17.

13 Quod ſpectat ad primum, videlicet, an ex ipſamet epiſtola obligatio aliqua inducatur.

Rem paucis periſtringendo. Concluſio ſit negatiua. *Text.eſt de hoc apertiſſimus in l.Publia , §.fin.ff. depoſit.in l. emptor,§.Lucius, & in l.epiſtola, ff.de pac.*cum concordantibus deductis per *Crauet. de antiq. temp. in §. vidimus , & abundè part, prima numer.* 39. ſequitur hoc præcisè *Laurent. à Pinu conſil. ſuo* 155. *numer.*6. vbi ampliat hoc potiſſimum procedere , quando non eſt ſcripta animo contrahendi obligationem , & *D.Maſcardus Concluſ.ſua* 627.*numer.*3.His adde *Cl.D.Petrum de Cab.conſil.ſuo* 123. *numer.*4.*in ſecundo*,vbi tradit,quod litteræ continentes , quod aliquis dixeri ſe debitorem alicuius , non probant , quod talis verè ſit debitor , ſed cum agitur de credito , illud poſtea eſt probandum , & latius vt per eum , quam omnino conſulas.

14 Amplia , vt iſta Concluſio præcipuè procedat, quando verba in ipſamet epiſtola inſerta ad aulam potius quam ad forum ſunt enunciata,prout ſunt illa. *Tutto il mio è voſtro,vi ſarò ſempre ſeruo & ſchiauo*, & quando ſunt in futurum prolata , tunc enim nullo modo obligationem aliquam inducunt.Sic in terminis conſuluit *D. Laderch. Imolenſ. conſil. ſuo* 101. *vol.*1. & plenius loco ſuo infra diſſeretur.

15 Fallit autem iſta communis regula varijs modis , & primo quotieſcunque inter abſentes aliquis celebrandus eſſet contractus , qui ſolo conſenſu perficeretur , tunc enim quia per epiſtolam , vti per optimum , ac congrùum inſtrumentum declaratur ipſarum partium conſenſus , per eamdem partes poſſent validè contrahere , & efficax abſque dubio oriretur obligatio. Caſus eſt in *leg. Titius Scio , ff. de conſtit. pec. & in leg. conſenſu , ff. de act. & obl.* vbi etiam affertur ratio ſub illis verbis.

16 ( Ideò autem iſtis modis conſenſu dicimus obligationem contrahi,quia neque verborum,neque ſcripturæ vlla proprietas deſideratur,ſed ſufficit eos,qui negotia gerunt conſentire. )

17 Sequitur hoc pręcisè *Bart.in l.non epiſtolis, C.de probationibus , & in d.l. Titius , ff.eod de conſt.pecun. vbi etiam Bald.qui adducit concordantia iura* , & poſt multos relatos *Domin.Maſcardus , Concluſione ſua* 627.*numer.*46.*Addo Schuuartzental.in ſuo tract. de ſtipulationibus , pagina mihi* 99. *num.* 2.

18 Hinc videmus donationem, ( vt ex ea ſumam initium,) quoniam ſolum conſenſu perficitur , mediante ipſamet epiſtola recte celebrari poſſe *Text. eſt expreſſus in l. ſi donatio, in l.nec ambigi, in l.ſi aliquid, Cod.de donationibus, & in l.etiam , & leg.abſenti , ff.de donationibus* , ſequitur
pulchrè *Clar. Eques Dominus Peregrinus conſil. ſuo* 94.
19 *numero octauo. volumine primo , & prius Cardinal. Pariſius , conſilio ſuo* 127. *numero* 34. *volumine primo , vbi etiam ſub num.* 35. ampliat hoc præcipuè verum eſſe,quando ipſamet res remiſſa , & donata , reperiretur penes donatarium de voluntate ipſius donantis , & latius , vt per eum. De hoc autem pleniori cornu loco ſuo diſſeretur.

20 Hoc idem videmus conſtitutum in mandato, ſiuè procuratore in compromiſſo , in conſtituto , & alijs huiuſmodi , de quibus benè Deo dante , & plenius diſceptabimus.

21 Limitatur ſecundo ſupradicta principalis concluſio , quando epiſtola ipſa miſſiua peruenit ad eum ad quem fuit directa , tunc enim obligationem inducit , pulchræ *Card.Pariſ.conſ.ſuo* 127.*num.*32.*&* 33.*volum.*1. *Burſ.conſ.* 172.*n.*13.*n.ſecundo, et Rota Genuenſ.deciſ.ſua* 80.*n.*2. poſt nonnullos ibi relatos.

22 Et validam confeſſionem. Eadem *Rota Genuenſ. deciſ.* 48.

23 Nec mirum ille enim , ad quem mittitur epiſtola , ſtatim ac eam recipit , ac retinet , & tacet , dicitur conſentire omnibus contentis in ea,vt per illum *text.dicunt Bartol.et Bal.in leg.Titius,in fi.ff.de conſt.pec.* & latius inferius dicetur.

24 Coarctatur tertio principaliter , nam licet per epiſtolam obligatio non contrahatur,tamen ea inducta probatur, ſic poſt *Crauet.*& alios per multa iura concludit. *Maſcard.concl.ſua* 627.*nu.*7.

25 Adde tamen,quod per epiſtolam contrahi poteſt obligatio contra conſtituentem ſe ſoluturum pro alio , quando in perſona alterius obligatio iam erat contracta , & ſic licet noua omninò obligatio per epiſtolam contrahi nequeat , attamen iam contracta extendi poteſt ad perſonam conſtituentis ſe pro alio ſoluturum in ipſa , vt contra eum competat actio de conſtituta. *Text. eſt in leg. fin. §. in fine , ff. de act. et obligat. idem tradit*
26 *Bald. Authent. Si quando , Codic. de conſtit.* vbi fortius voluit,quod vbi quis confitetur ſe teneri ſoluere id, quod alius debet in epiſtola,licet verba nō ſonent in obligationem ,

nem, ſed ſolum in confeſſionem, tamen ex quo talis confeſſio probationem operari non poteſt in præiudicium alterius, operatur obligationem, vt teneatur ſic confitens actione de conſtituta, per textus in lege quidam, ff. de conſtit. pecun.

27 Quod autem ſpectat ad ſecundum, videlicet an ex ipſamet epiſtola plenè oriatur probatio, conclude pariter pro negatiua, *tex. eſt in d. l. Publia, §. fin. ff. de depoſit. & in l. inſtrumenta domeſtica, C. de prob. not. gl. & Doct. in d. l. admonendi. ff. de iureiur. & ſequitur Matthęus Brunus conſ. ſuo 66. num. 2. Addo Franc. Marc. q. ſua* 431. *n.* 3. *vol.* 1. *& veriſſima eſt Concluſio, quidquid dixerit Mandel. Albenſis conſ. ſuo* 527. *n.* 1.

28 Obſeruandum eſt tamen (& hoc ad faciliorem dicendorum inteligentiam) quod tunc vt epiſtola probet, tractatur quando in ea continetur confeſſio de aliquo dato, vel facto, vt quia aliquis ſcribat ſe aliquid debere, vel ſe aliquid feciſſe.

29 Et differentia non modica eſt inter primum, & hunc ſecundum caſum, nam in primo, quando in epiſtola, ſeu per ipſam contrahitur, poteſt agi ex contractu, de quo in epiſtola, puta, quia vendidiſti mihi per epiſtolam, ideo ago ex vendito, ſed vbi in epiſtola continetur confeſſio venditionis, debet agi ex vendito, non quidem propter confeſſionem, de qua in epiſtola, tamquam quod ex illa confeſſione oriatur actio, ſed illa confeſſio de qua in epiſtola, debet induci, & produci ad probandum venditionem factam, ita magiſtraliter poſt Speculator. declarat *Caſtren. in d. l. Publia, §. fin. n.* 3.

30 Declaratur autem principalis iſta Concluſio, videlicet, ex epiſtola plenam probationem minimè induci, vt pręcipuè procedat, quando ipſamet epiſtola refert ſe ad aliā quæ non exhibeatur, arg. *tex. in Auth. Si quis in aliquo, C. de edendo*, ita pulchrè *Gratus conſ. ſuo* 30. *num.* 40. *in* 1. Conferunt, quæ alia ſcripſimus.

31 Fallit autem hæc eadem regula varijs modis, & primo quando ipſamet epiſtola per ſcribentem eſſet recognita, & confeſſata, vel per teſtes comprobata; tunc enim plena ex ea abſque dubio orietur probatio. Sic præciſè *Burſat. conſil. ſuo* 253. *numero* 39. *in* 3. *Bertaz. conſilio ſuo ciuil.* 28. *numero.* 63. *Cornaz. deciſio. ſua Lucenſ.* 93. *numer. primo. Viuius, deciſ. ſua.* 467. *numer.* 86. *&* 87. *& plurimi alij*.

32 Quinimo paratam tunc habere exequutionem reſpondit poſt *Bart. Abb. & alios, Ioannes Parlador. libr.* 2. *rerum quotidianarum, capit. fin. prima parte* §. 5. *numer.* 17.

33 Et aduerte, quod in ipſis recognitione facienda, non requiritur exacta illa diligentia, quia alias adhiberi ſolet. Et ratio eſt; quoniam ſcribi haud aſſolet in præſentia teſtium. Sic pulchrè inter alios *Cæſar de Graſſ. deciſ. ſua* 113. *numer.* 7.

34 Eſt tamen verum, epiſtolam ipſam non probari de mā-
35 dato, & ad dictamen alterius fuiſſe ſcriptam ex dicto vnius, maximè ſi deponat ad ſui excuſationem, & ſi ſit varius, & periurus, & ſibi ipſi contrarius; Sed ad alias probationes deueniendum eſſe, Sic eleganter poſt alios *D. Hector Felicius Allegatione ſua* 70. *numer.* 1. *cum ſequentibus libr.* 2.

36 Non tamen extare caſum, in quo epiſtola ipſa priuata non recognita, nec confeſſata, quinimo etiam negata, probationem inducit, & eſt quando ſignata reperitur priuato, ſolitoque ſigillo ipſius ſcribentis. Sic pulchræ *Specul. titul. de probat.* §. *vltim. verſicul.* 10. *vbi allegat. leg. diſtrahere, Codic. de reb. alien. non alien. ſequitur Rom. in dict. leg. admonendi numer.* 55. *Cato Sachus ibid. numer. ſexto* 50. *&* 51. *& Petrus de Ptolomeis, numer.* 74. *addo Viuium poſt infinitos relatos deciſ. ſua* 467. *numer.* 87. *& Eugen. conſilio ſuo* 19. *numero* 30. *cum ſequen.* Adeundos quoque *Ioan. Gulielm. Guidobonus Aduocat. ſua* 25. *numero* 75. vbi docet, quod litteræ ſigillatæ probant in terminis ſalarij.

37 Et ratio quoque eſt in promptu, nam ſigillum multum operatur ad faciendam ſcripturam indubitatam eſſe, ita *Bald. in leg. in bonæ fidei Codic. de rebus credit.*

38 Quanta autem hoc in caſu fides, ſeu probatio ex ea oriatur, in præſentiarum non diſcutio, ſed videndi *Clar. Menoch. de arbitrar. libr.* 2. *centur.* 2. *caſu* 113. *& Dominus Maſcardus concluſio ſua* 1308. *adde C. Tuſchum concluſio. ſua* 239. *per totum in litteras S.* vbi latè quid operetur ſigillum, & illius appoſito, eleganterque diſceptatur.

39 Obſeruandum tamen hęc proximè dicta rectè procedere, ſi vltra ſigillum epiſtola quoque habeat nomen ſcribentis, aliter enim, etiamſi ipſiuſmet ſcribentis ſigno obſignata, ſit, eamdem nequaquam probare, teſtis eſt *Bald. in proœm. Digeſt. numero* 19. & plurimi alij relati per *Maſcard. dict. ſua Concluſio.* 627. *numero* 40. Addo in terminis Anton. *Corſet. Singul. ſuo* 107. *ver. epiſtola, & Schuuartzenthaler in ſuo tract. de ſtipulat. pagin. mihi* 704. *numer.* 59. vbi adducit *text. in leg. ad teſtium, §. ſi quis, de teſtamentis, & qui teſt. fac. poſſ.*

40 Et non ſolum debet continere proprium nomen, ſed etiam ſolita cognomina ipſius ſcribentis. Sic præciſe *Maſcard. dict. concluſ. numer.* 41. *et* videatur tribus numeris ſubſequentibus, & *Anton. Corſet. Singul. ſuo* 109. vbi præciſè loquitur, quando verſamur in re ardua.

41 Intellige tamen, quod dictum eſt, videlicet, epiſtolam non habentem nomen ſcriptoris, ſed ſigillum dumtaxat non probare, locum duntaxat habere, quando epiſtola tenderet ad obligationem, vel contineret in ſe, rem licitam. Secus autem, quando rem illicitam, vel
42 crimen aliquod, quoniam hoc caſu, etſi in ea non eſſet inſertum nomen ſcribentis, ſi tamen eius obſignata exiſteret ſingno, aliquam proculdubio induceret ſuſpitionem criminis contra eum, cuius eſſet ſigillum. Sic præciſè poſt *Bald. Iaſon. et alios*, declarat *Maſcard. dicto concluſ.* 627. *numero* 45. vbi quoque ſibi in quodam caſu per eum ibi relato ſic in praxi contigiſſe eleganter ſubnectit.

43 Sed circa prædicta pulchra ſuboritur dubitatio, & talis eſt. Producitur epiſtola, quæ manu Sempronij fuiſſe conſcripta aſſeritur; Sempronius autem id inficiatur, quomodo quod eius manu fuerit conſcripta probari poſſit? dubitatur.

44 In huiuſmodi difficultate, vt rem paucis ex more complectar, per comparationem litterarum id fieri poſſe concludito Doct. omnes, in d. l. admonendi.

45 Sed an ex ipſa litterarum comparatione oriatur poſtea plena, vel ſemiplena probatio: in hoc mirum in modum, ſe torſerunt interpretes, Nos de hoc latè diſſeruimus *ſup. lib.* 2. *titul. de apocha manu debitoris conſcripta numero* 126. *cum ſequentibus*, ad ibi dicta, (ne crambes, quod aiunt, repetita ſtomachum moueat.) Lectorem beneuolum remitto.

Adeundus nouiſſimè *Clar. vir. D. Fachineus lib.* 11. *ſuarum iuris controuerſ. c.* 35.

46 Vnum dumtaxat aduertendum volo, & eſt ad ipſam litterarum comparationem in epiſtola deueniri minimè poſſe, niſi in eadem nomen, & cognomen ipſius ſcribentis contineatur, & ſi deueniatur non valet. Sic poſt *Felin. Maſcard. & alios docet Franc. Monal. conſil ſuo* 14. *numer.* 8. *volum.* 1.

47 Quæres vlterius, producitur pariter epiſtola, quę manu Sempronij fuiſſe conſcripta aſſeritur, pro ipſius autem recognitione facienda adhibentur dumtaxat non-

H 3 nulli

nulli teſtes aſſerentes ſe adfuiſſe , quando litteræ ſcriptæ fuerunt,ſed tantum ipſius notam habere manum, vidiſſeque alias ſcribere , & ob id illas per eumdem conſcriptas iudicare,deponentes,hoc in caſu an plena,ac efficax oriatur probatio,dubitabis.

48 Et pro negatiua regula firmato . Sic precise , ac in terminis epiſtolæ reſpondit *Alexand.conſilio* 150. *numer.* 16.*in quinto* , in ijſdem terminis reſpondit *Berous conſil.* 126.*numero vndecimo libr.tertio.Soc.iun.conſilio* 29.*numer.* 28. in ſecundo , & plurimi alij , quos refert , & ſequitur Dominus *Lancellot. Gall. conſilio ſno* 54. *numer.* 68. *&* 69. vbi vlterius litterarum comparationis quoque adminiculum deſiderari clarè ſubiungit . Addo *D. Hectorem Felicium alleg.ſua iuris* 69.*numer.quarto libr ſec undo*.vbi concordantes deducit Me*nochium,Riminald.iun.*ac alios.

49 Conferunt autem ad hæc mirum in modum , quæ alias ſupra ſcripſimus,libr.2.*cap. De apocha manu debitoris conſcripta,n.*201.*cum ſeq.*

50 Coarctatur ſecundo principaliter regula ſupradicta , quando in ipſamet epiſtola adeſt nomen, & cognomen ſcribentis,& nomen cognomenque eius cui mittitur . Sic poſt *Cardinalem Pariſium conſ.ſuo* 19.*num.*105.*in ſecundo. Cornaz.deciſ.ſua Lucenſ.*7 *n.*9. *addo Iachim. Beuſt.in d.l.admonendi, n.*1051.

51 Limitatur tertio contra recipientem,contra eum enim plenè vtiq;probat. ita *Bart.in l.filiusfamilias , ff. ad* Mace*don.Rota Genuenſ.deciſ.*138. *& Rota Romana , in Nouiſſ. deciſ.*441.*n.*5.*lib.*1.

52 Fallit quarto , quoad ipſiuſmet ſcribentis intentionem declarandam . Sic præcisè *Rot. Roman. teſte Verral. deciſion.ſua* 185.*numero* 8.*part.ſecunda.*vbi adducit *text.in leg.Publia,§.fin.ff.depoſit.& Rum.conſil.ſuo* 121 .*numer.*11. *libr. quarto.*

53 Sic videmus in ſimili,quod epiſtola ſcripta manu teſtatoris declarat apertè , quænam fuerit eius voluntas ; vt poſt *Card.Mantic.aduertit P. Bimius conſil.ſuo* 89.*numero* 8. *vol.*1.

54 Sic quoque epiſtola ſcripta ante aliquem contractum valet ad illius declarationem,*Cephal.præcisè conſil.ſuo* 626. *nu.*15. *vol.* 5.

55 Reſtringitur quinto principaliter quo ad aliqualem præſumptionem inducendam, quæ qualis , ac quanta ſit , iudicis arbitrio , vna cum *Camil. Gallin.de verborum ſignificatione, libr.*5.*capit.*20.*num.*126. relinquendum exiſtimo .

56 Fallit ſexto , quo ad ea , quę pertinent ad officium ipſius ſcribentis,quoad ea enim plenè probat.argum. *l.Publicanus de Publicanis.* Sic præcisè Mar. *Anguiſſol. conſilio ſuo* 156. *n.*1.*vol.*1.

57 Coarctatur ſeptimo , contra producentem ipſammet epiſtolam in iud. contra enim ipſum eadem fidem facit vtpotè approbata . Sic eleganter poſt *Decium. Pariſ. & Crauettam D.Farinacius, deciſ.ſua Rotæ Romanæ* 444.*num.* 1. *in nouiſſimis* .

58 Sed vt plenius , & facilius, quam probationem epiſtola faciat,omes intelligant, tres aprimè caſu ſunt diſtinguendi, videlicet an ipſa probet contra ſcribentem, ſecundò , an pro ſcribente,tertio, ac vltimo, an contra tertium,vel pro tertio .

59 Circa primum , videlicet, an epiſtola probet contrà ſcribentem . Concluſio ſit affirmatiua . Text. ſunt clariſſimi in *lege Publia, §.finali depoſ.in l.nec.ambigi, & l.ſi per epiſtolam , iuncta leg.ſi aliquid , Cod.de donationibus.*notant communiter *Canoniſtæ in cap. 2. de fid. inſtr. & Doctor.omnes , in leg.admonendi de iureiurando* , vbi in ſpecie Bart. ſequitur hoc idem *Gratus conſil.ſuo* 9. *numer.*19. *in primo conſil.*30.*numer.tertio conſil.*83. *numer.*16. *in eod. & conſil.*42.*numer.*28.*in* 2. *Decian.conſil.*48. *num.*10.*in* 3. *Farinac.conſil.ſuo* 24. *num.*21. *Bruni.a Sole in ſuo compend. Propoſition.iur.in ver.Epiſtola probat , & Petr.Auguſtin. Morla in ſuo Emporio par.*1. *tit.de rebus credit. ſi cert.pet. quæſt.*17.*numer.*15. *Addo Rotam Genuenſ. deciſ.ſua* 18.*nu.* 8.51.*num.*1.76.*num.*1.80.*num.*1.81.*num.*3.136.*n.*1.180. *n.*1. *&* 191.*num.*3.*& Cornazza.deciſ.ſua Lucenſi.*94.*nu.*11.*Videndus quoque Ioachimus Beuſt.in d.l.admonendi,n.*1053.*Et D. Iulius Pacius in l.non epiſtolis numer.*27. *C.de probation. Adeund. quoque D. P. GilKen. in l.inſtrumenta numer.*54. *C.de probationib.Io.Franciſcus Schenardus conſil.ſuo* 11.*numer.*3. *& D. Rutgerus Rulanc.de Commiſſionibus l.*5.*capit.* 14. *num.*1.

60 Debet tamen in primis , & ante omnia conſtare ſcriptam fuiſſe ab illo,cuius prætenditur . Sic poſt quamplures relatos *Maſcard.concl.ſua* 627.*n.*2. *&* Menoch.*lib.*2.*de arbitr.cent.*1.*caſu* 94. *n.*9.

61 Contingit autem id , vel ſi per ipſum mittentem fuerit confeſſata, & agnita *d.l.Publia, §.fin.vel ſi* in ipſa adſit ſigillum ipſius,*l.ſi qua per calumniam, C.de epiſcopo, & cler.* vel ſi negata, lit erarum comparatione adiuuetur . *Bart. in leg.admonendi colum.*6.*verſic.de tertio genere , de iureiurando* , & ſequuntur communiter Doct. in ſpecie autem *Mai. Anguiſſol.conſilio ſuo* 75. *numer.*13. *Marzar. conſilio ſuo* 61. *numer.*26. *Bellon.conſil.*26. *numer.ſeptimo. Anguil.conſil.ſuo* 36. *numer.*33. ſequitur hoc idem *Rota Genuenſ.deciſ.ſua* 74. *numer.*2. vbi adducit *text. in leg.litteras , C.mand.in leg.licet , iuncta leg.præcedenti , ff.de conſtit. pecun. & in leg. quidam , vbi Bart.ff.eod. Hieronym. Marilian. deciſ.ſua* 5. *numer.*11. *Magon.deciſio.ſua Lucenſi* 25. *numer.*9. Medices *ſua Marchiana* 7.*numero* 4. *Barzius deciſio.ſua* 47.*num.*13.*&* 76.*num.*4.*Card. Tuſchus concl.ſua* 303. *in littera C.& nouiſſimè Mar.Ant.Maceraten. Var.reſol.libr.*2.*c.*53.*numer.*8. *Addo Beroum q.ſua* 21. *numer.* 5. vbi poſt multos relatos ampliat hoc præcipuè procedere, cum agitur de facto proprio & intereſſe ipſius ſcribentis .

62 Declaratur autem principalis iſta Concluſio varijs
modis , & primò , vt tunc demum procedat , quando
in ipſamet epiſtola inſerta fuit cauſa obligatoria ; alio-
quin enim nuda confeſſio in cauſa ipſimet ſcribenti mi-
nimè præiudicium gigneret . *Textus eſt in l.nuda ratio, ff.*
*de donat.in leg. cum de indebito , §. fin. ff. de probat.in leg.*
63 *non figura ff. de obligationibus , & actionibus de cuius*
*quidem leg. intellectu* latè diſſerit ſubtil. *Hotomanus libr.*
*ſexto ſuorum obſeruation.capitul.*19.*& in capitul.ſi cautio ,*
*ext.de fide inſtrument.ſequitur Iulius Pacius in leg. non epi-*
*ſtolis , numer.*26.*Codic. de probatioinbus* , vbi ſubdit in-
ſertionem cauſæ in ipſamet epiſtola minimè fore ne-
ceſſariam cum agitur de probanda ac inducenda libe-
ratione , nec mirum ; liberatio enim eſt fauorabi-
64 lior obligatione , ad leg. Arrianus , de obligationibus,
65 & actionibus . Secus autem eſt , cum de alia re tracta-
retur .

66 Et eſt generalis concluſio in quacunq;ſcriptura publica,vel priuaua.*Alex.conſ.*3.*In cauſa col.*2.*lib.*2.Conferunt que ſcripſimus *ſup.lib.*1.*n* 254.

67 Declaratur ſecundo, vt locum præcipuè ſibi vendicet ,
quando ipſamet epiſtola fuiſſet amittente recognita ,
nam ante recognitionem ab eo factam vti priuata ſcri-
68 ptura minus ſolemnis , probationèm non faceret . Imò
nec indicium , vt pulchrè inter cæteros animaduertit D.
*Hector Felicius, Allegat.ſua iuris ciuilis* 76.*numer. ſecundo.*
*lib.ſecundo.*

69 Enodatur vltimò , vt tunc demum locum habeat, ſi ipſamet epiſtola habeat ſuam debitam formam .

70 Illa autem ſua dicitur eſſe forma,ſi mittentis nomen, & eius,cui mittitur,contineat, item ſi narrationem , concluſionem, & datam , ſic poſt *Alberic.in proemio Digeſt.col. vlt.D.Menoch.dict.caſu* 94.*numer.*17.vbi quoque eiuſdem

Alberici

Alberici ſalutationem, de forma ipſius epiſtolæ pariter eſſe exiſtimantis, opinionem acute refellit. Sequitur *Maſcard.d.concl.637.num.50.*

71 Ampliatur hæc eadem concluſio varijs quoque modis.

72 Et primo, vt procedat, etiamſi ipſamet epiſtola careat data reſpectu temporis, & loci, adhuc enim contra ipſum ſcribentem plena ex ea inducetur probatio. *Textus eſt apertus in l.cum tabernam, §.idem quæſit.ff.de pignor.* & ſequuntur Doctores communiter in *d.l.admonendi.* Sequitur etiam *Grat.conſ. ſuo 9.num.20. in* 1.*Franc.Marc.q.ſua 698.n.4.in primo Clar. Menoch.d.caſu 94. num.*11.*& Maſcard.d.concl.727.n.18.*

73 Et eſt indubitata concluſio. Quidquid dixerit *Viuius, deciſ.ſua 467.n.83.lib.3.*

74 Ratio autem eſt in promptu. Dies enim, & Conſul. ſo-

75 lent in ſcripturis apponi ob prioritatis cauſam, & poſterioritatis, ad *d.l.ſcripturas, C.qui potior.* Quæ ſanè prioritas, vel poſterioritas, (vt hiſce verbis vtar) ipſi debitori,

76 nihil tribuit. Parum etiam refert, ſi data loci deficiat præſumitur enim ſemper data è loco domicilij ipſius ſcribentis, ad *l.quæ conditio, §.finali ff.de conditionibus, & demonſtrationibus, & ſequitur Rota Genuenſ.deciſ.ſua 226.n.5.addo Schuartzenthaler, in ſuo tractatu de ſtipulationibus, pagina mihi 760.n.49.*

77 Extenditur ſecundò, vt etiam locum habeat licet ipſamet epiſtola careat ſubſcriptione ipſius ſcribentis, ſi tamen eiuſdem nomen contineat, ſic poſt *Cynum, Bald.Felin.& alios, Menoch.d.caſu 94.num.13.& Maſcard.d.concl.627.num.20. Addo Curſet. Singul.ſuo 108.& notabilem tert.in l.cum antiquitas, C.de teſtamentis.*

78 Idem iuris, etſi ſolum ſubſcriptionem ipſius mittentes habeat, per illam enim tota ſcriptura rectè repræſentatur, *Card.Pariſ.conſ ſuo 19.n.108.vol.2.*

79 Quandoquidem ſubſcribens omnia in ipſa contenta cenſetur approbare. *Rota Genuenſ. deciſ.78.n.1.Et videas eandem deciſ.24,n.2.*

80 Adde nil etiam referre, vtrum ipſamet epiſtola fuerit ſcripta manu debitoris, an vero manu tertij, de ipſius tamen mandato. Sic præciſè *Mandel.Albenſ.conſ.ſuo 660.num.3.* Sequutus eſt *Io.Guglielm.Guidobonus. Aduocation e ſua 26.n.67.*

81 Ampliatur tertio, vt procedat etiam, quod in ipſa epiſtola ſcribens vſus fuiſſet verbis enunciatiuis adhuc enim illa contra ipſummet ſcribentem plenè probaret. *Textus eſt, & ibi notatur, in d.l.Publia, §.finali,* ſequitur *Fel.in d.c.2.de fide inſtrum. num.17.in fine, D.Menoch.quoque d.caſu 94.numer.10.& Maſcard.poſt multos relatos d.concl.627.num.17.*

82 Et nos latius in *tractatu noſtro de verbis enunciatiuis, lib.2.q.24.n.8. cum ſeq.*

83 Extenditur quartò, vt locum quoque ſibi vendicet, etſi ipſamet epiſtola minimè contineat dignitatem eius, cui tranſmiſſa eſt, vel etiam ipſius mittentis, non enim propter hoc fides ipſi adimitur. *Sic poſt Bald.in proemio Digeſt.Folin.& alios, Maſcard.d.concl.627.n.21. Addo Corſet. Singul.ſuo 110.*

84 Coarctatur tamen ipſa ampliatio, quotieſcunque mittens, vel ipſe, cui ipſa tranſmittitur, ampla & honorifica eſſet decoratus dignitate, vt puta Pontificia, tunc enim ſi epiſtola titulo illius dignitatis careret, nullam abſque dubio probationem induceret.

85 Quinimò, eſſet ſuſpecta ob ſtylum curiæ non ſeruatum. Sic poſt Niconicium, & alios, limitat præciſè Dominus *Menoch.d.caſu 94.n.16. eum ſequitur Clariſſ.vir.D.Maſcard.d.Concluſ.627.num.21. Addo Schuuertzenthaler. de ſtipulationibus pagina mihi 716. num.49. circa medium.*

86 Quoties enim ipſe ſtylus infringitur, non valet quod agitur. *Bald.in l.de quibus n.59.de legibus.*

87 Ideoque litteræ Ducis huius Sereniſſ. Reipublicæ, ſi nõ ſunt plũbatę, ſunt ſuſpectę de falſo, quia de ſtylo princeps ipſe vtitur plumbo, ſicut Papa, & per conſequens nullam fidem faciunt. Sic omnium pulcherrimè *Ant. Piagg.de conſuetudine, q.13.n.48.& 49.*

88 Ampliatur quinto, vt per epiſtolam probetur etiam affinitas contra ipſummet ſcribentem, ita poſt *Bald. Menoch.d.leg.caſu 94.num.16.& prius caſu ſuo 89.per totum.Sequitur D.Maſcard.d.concl.627.n.23.& concl.794.n.10.* De hoc tamen latius loco ſuo.

89 Extenditur ſextò, vt non ſolum ipſamet epiſtola ſuum operetur effectum inter viuos, ſed etiam probet poſt mortem ſcribentis, ſi tamen ipſius nomen contineat. Sic poſt *Cyn.in l.generaliter C.de non numer. pec. Fel.in c. ſcripta num.19. verſic. item* operatur de fide inſtrum. & & ſequitut *Maſcard.d.concl.627.n.24.*

90 Extenditur ſeptimo; vt non ſolum ipſamet epiſtola contra ipſum ſcribententem probet, verum etiam contra ipſius hæredes. Sic præciſè poſt alios *Preteus conſ.ſuo 30.n.23.vol.1.*

Coarctatur tamen ſupradicta principalis regula, videlicet, quod epiſtola probat contra ſcribentem varijs etiam modis.

91 Et primo quando ipſamet epiſtola non fuit præſentata ei, cui mittitur, cum enim illius acceptatio, atque ita conſenſus ſequutus minimè fuerit, vtique ex ea mittens non obligatur, minuſq; contra eum aliqua reſultat probatio. Sic præcsè poſt Ripam in l.admonendi, per l.ſi abſenti, ff.de donation. docet *Clar.Menoch, lib.2. de arbitrat. d.caſu 94, num.18.*

92 Confert mirum in modum ad id, quod ſcribit *Sebaſtianus Medices, in ſuo tractatu de acquir.& amittendo rerum dominio, gl.1.par.1.num.54.* dum ſcribit, quod ſi tibi miſſi epiſtola, non prius ipſa ſit tua, quam ſi tibi tradatur. Id quod etiam docuit *D.Iulius Pacius, in l. non epiſtolis, n.11.C.de probationibus,* dum dixit, dominium epiſtolæ ad eum pertinere, qui ſcripſit non ad eum, ad quem ſcribitur, niſi vel tradita ſit ei, cui ſcribitur, vel alij eius nomine accipienti, aut tandem nuncio, aut tabellario, quem ille miſit de præmiſſis quoque eſt *text. pulcherrimus, & ad litteram in l.ſi epiſtolam, ff.acquirendo rer.dom.*

93 Et nota neceſſe eſſe, quod ipſa præſentatio fiat de voluntate, & commiſſione ipſius ſcribentis, *Hipp.Rimmald. præciſè conſilio ſuo 9.numer.15. vol.1.& Laderch.Imolenſ. conſ.ſuo 201.n.14.*

94 Et qui ipſam præſentatam dicit, de præſentatione docere tenetur, prout eleganter docet *Franc.Marc.q.1380. par.1.* vbi in fortioribus terminis loquitur de epiſtola principis.

95 Non enim ſequitur Mæuius habet litteras ſubſcriptas à Pamphylo penes ſe; ergo ab eo ſibi tranſmiſſe, vel illius nomine præſentatæ fuere, quia ipſe illas accipere potuit, ſic poſt *Bart.Fel.Rom.& alios,* docet præcitatus *Laderch. de Imola conſ.ſuo 101.num.13.*

96 Nec quidquam obeſt, ſi diceretur, quod poſt ſubſcriptionem, & conſignationem epiſtolæ, ſcribens poſſet pænitentia duci, quo caſu nil per actum videretur.

97 Quoniam reſpondetur, nullo pacto hoc præſumendum eſſe, cum ſemper animi perſeuerantia in eodem voluntate vſque quo probetur contrarium, præſumatur ad *l.cum hic ſtatus, §.1.in fin.de donationibus inter virum & vxorem, it.t pulchrè Cæph.conſ.272.num.88. cum ſeq.& latius D.Hippol.Rim.conſ.ſuo 9.n.30.& 31.vol.1.*

98 Coarctatur ſecundo quando illi, cui ipſamet epiſtola mittitur, præſentatio de ea facta fuiſſet mortuo ſcribente, ex ipſa enim, nihil aut probationis, aut obligationis contra ipſummet ſcribentem emanare, tradidere paſſim ſcribentem ſic in terminis *Hipp. Rim.d. conſ 10. num.15. ſequitur Lancell.Gallia, conſ.ſuo 54.n.76.vol.1.*

99 Et

99 Et eſt ratio, quia conſenſus ſimulaneus deficit. Sic, *Fel. in d.c.2.n.19.de fid.inſtr.* qui ſcribit epiſtolam ipſam quidem probare, & obligare etiam poſt mortem ſcribentis, ſicque eius hæredem, dummodo eo viuo fuerit præſentata ei, cui mittitur. Sequitur hæc omnia per illuſtris vir *D.meus Menoch.d.caſu 94.n.19.& D.Mandel.Albenſ. conſ.ſuo 774.n.21.*

100 Adde, quod mittens dicitur abſentem alloqui per epiſtola. *Vranius conſ.6.n.13.in 1.& conſ.65.n 6.in 2.* Epiſtola enim idem operatur, ac ſi verba in eius præſentia fuiſſent prolata. *Placent.conſ.79.n.6.*

101 Et hinc eſt, quod nuncium mittere, ſcriberem litteras, & præſentialiter loqui, parificantur. *Hippol.Riminald. conſilio ſuo 9.n.* 25. vbi ob id infert, quod qui mittit nũciũ vel litteras excõmunicato cõmunicare dicitur cum ipſo,
102 & incurrit excommunicationem, allegat *Doctores omnes in c.cum excommunicato, 2.q.3.* id quod etiam ſequutus eſt *D.Vranius conſ.ſuo 14.n.13.lib.1.*

103 Sed quando mittens ipſe eſt mortuus non poteſt dici, quod alloquatur illum, vt ait *Iaſ.in d.l.admonendi,nu.* 142. mortuus enim non poteſt dici velle, ex quo per mortem omnino extinguitur voluntas, *l.4.ff.locati,cum ibi notatis, Bar.in l.centeſimis, §.fin.ff.de verb.obligationibus Decian. conſil. ſuo* 108. *numer.* 77. *in* 2. & omnium pulcherrimè *Maſcard. citata concluſ.* 627. *numer.* 32. *&* 33. *ergo*.

104 Præterea, qui acceptat, conſiderat eo tempore, quo acceptat integram eſſe perſonam ſcribentis, vt poſt alios ſcribit *Fabius de Anna,conſ.ſuo* 82.*n.*25. id quod poſtea poſt eius mortem non poteſt verificari.

105 Et hoc eſt veriſſimum iuris Axioma, & indubitata Concluſio.

106 Quidquid ſubtiliter diſſeruerit *Daniel Moller.* qui contrariam opinionem ex profeſſo tutatus eſt, *lib.4.Semeſtr.c.44.per totum.*

107 Ex ſupradictis autem plura ad materiam congruentia inferuntur.

Et primo, quod ſi forſan epiſtolam recipiens, ea contra mittentem vti voluerit, tenebitur præcisè probare receptionem, tranſmiſſionem: ipſius epiſtolæ, viuo adhuc eodem tranſmittente factam fuiſſe, aliter nihil operabitur, ſic pulchrè *P.Granut.Theoremate ſuo* 15.*num.*34. vbi poſt infinitos relatos, variaſque rationes perpenſas, ita per Rotam in vna Maſſilienſi coram Mohedano de anno 1541.23. Martij deciſum fuiſſe teſtatur.

108 Secundo infertur, ſi is, qui litteras pactum, aut promiſſionem continentes mittit, ex hac luce, priuſquam ab eo, cui mittuntur, recipiantur, demigret, pactum non confici. *Innocentius in c.fin.in fine, extra de ſucceſſ.ab inteſtato. Marſil.in Rubrica, C.de probationib.nu* 248. ſequitur poſt multos relatos *Cum.de pactis,lib.1.c.14.n.15.* vbi etiam adducit *text.in l.ſi cum filiusfam. §. ſed ſiquis, ff.de donat.*

109 Sic etiam ſi viuente eo, qui nuncium deſtinauerat, nuncius moriatur, antequam voluntatem deſtinantis ad abſentem retuliſſet, pactum ſimiliter non confici, ſcripſere *Aret.in l.qui ſerui, ff.de acq.hæred. & Zuchard.in repetitione rubricæ,n.75.C.de pactis.*

110 An autem interea, dum mittitur nuncius vel epiſtola, mandatum vel conſenſus reuocari poſſit, videndus, *Cum.d.c.14.n.17.* vbi infinitos remiſſiuè deducit.

111 Sic in ſimili quoque epiſtola de debito non nocet hæredibus ante eius, qui conſcripſit, mortem non perlata. Sic præcisè *Albert.Brun.de interit.& peremp.concl.15.n.92.*

112 Limitatur tertio prinipaliter ſupradicta principalis concluſio, quando ipſamet epiſtola non fuit acceptata ab eo, ad quem exarata, & præſentata fuit, tunc enim cõtra ipſummet ſcribentem nullam probationem facit. Sic in terminis coarctat. *Bar.& Doct.in l.nuda ratio,ff.de donation.*

113 Sic in ſimili videmus, quod confeſſio emanans præſente parte, ſi acceptata non ſit non nocet ipſi confitenti, *Iaſ.in l.error,col.2.C.de iur.& fact.ignorant.*

114 Sic quoque filiusfamil. electus in patricium, non prius a nexibus patrię poteſtatis cenſetur liberatus, quam pręſentatis litteris, & acceptatis. Sic poſt *Bart.Alex.* & pleroſque alios, *Lancel. Gallia,conſ.ſuo 54.num.62.* vbi pulchrè.

115 Sic etiam litteræ productæ ab eo, qui illas non acceptauit, non iuuant ipſum producentem, iuxta *lege 3.& notab. ibi per Bald.in ſecundo notab. C.de repudienda hæreditate*, quod etiam ibi voluit *Salic. n.5.* & ſequuntur alij, maximè *Alexander in 3.notabili*, dicens, quod qui non
116 acceperat verba aduerſarij, non poteſt in illis ſe fundare, ad quod plura cumulantur per *Iaſon in lege error,n.4. cum ſequenti, C.de iur.& facti ignorantia. Addo Socin.iun. conſil.37.n.2.in 4.*

Et hæc quoad primum caſum ex propoſitis ſufficiant De ſecundo diſſeramus.

Dubitatur igitur, an ex epiſtola efficax proſcribente oriatur probatio?

117 In qua quidem difficultate Concluſio ſit negatiua, ita probat *text.in capit.2. de fide inſtrumentorum, notatur in l.Publia,§.finali, ff.depoſiti,& in l.admonendi,de iureiurando,*& eſt regulare in omni priuata ſcriptura, vt non probet in fauorem ſcribentis. Sequitur *.P.Auguſt.Morla in ſuo Empor.part.prima,tit.de rebus credit.quæſt.17. num.15.verſ.ſecundo* conſtituendum eſt, & nouiſſimè *Ioaghim. Beuſt.in d.leg.admonendi,n.1056.*

118 Limitatur autem iſta principalis Concluſio, quando is, cui ipſa epiſtola mittitur, ea accepta, non contradixit, ſed tacuit: nam illius fidem probaſſe cenſetur, & videtur etiam in ſui præiudicium fateri omnia contenta in eadem epiſtola eſſe vera, ad hoc ſolet adduci communiter *tex. in l. ſi filiusfam. ff. ad Maced. & ibi not.Bart.* vbi inquit, quod recipiens epiſtolam, & non contradicens, videtur approbare, quod in epiſtola continetur, & ſequuntur *Ang.& Paul.de Caſtro* ibi, ipſum voluit idẽ *Bart.in l. quidam,ff.de conſtituta pecunia*, vbi poſt *Gulielm.de Cun,* inquit, quod eo ipſo, quod quis recipit epiſtolam, & non contradicit, videtur conſentire, & idem *Bart.in l.cum tabernam, §.idem quæſiit,ff.de pign.& in l.quo etiam, §.1.ff. rem rat.*haberi, vbi dicit, quod vbi ſuperuenit ſcientia de aliquo actu per præſentationem litterarum, vel inſtrumenti, eo ipſo, quod recipiens non improbat, videtur approbare, allegat. *d.l.ſi filius,& textum in Clemen.1. de procurat.* Idem decidit *Bal. in l.ſi abſentis, num.6.C.ſi certum petatur.Idem in Rubrica, C.de fide inſtr.num.37. verſ. quero,*quid de literis tranſmiſſis, in *l.finali,numer.4.C.ad Maced. in l.ſi literas,ad finem, C.mandati,& in l emptor.§. Lucius,ff.de pactis,& dicta iſta Bartoli, & Baldi, communiter approbantur, vt latè per Alex.in l.non ſolum,§.morte, numer.27.& 28.ff. de noui oper.nunciat. & idem Alex.& Iaſ.in l.quæ dotis,ff.ſoluto matrim.* Hoc idem concludunt *Laudenſ.Petrus de Anchar.Abb. & communiter Canoniſtæ.in d.Clementina, prima, de procurat.*vbi dicnnt, quod ſola receptio, & retentio litterarum cum ſcientia contentorum in eis, obligat recipientem, quamquam aliter non appareat de ſui intentione. Et idem fuit de mente Domini *Abb. in cap.non iniuſtè, extra de procuratoribus.* Sequitur *Felin.in cap.2.numer.22.extra de fide inſtrumentorum,& cap.nonne,colum.3.num.10. extra. de præſumptionib.& latè Ripa, in cap.cum M.numer.131. extra de Conſtit.*

Hoc idem pulchrè, & latè docet *Socin.iun.conſ.ſuo 122. num.30.& 31.in 2.Philip.Portius conſil. ſuo 142. num.73. Marzar.conſil.61.num.37. Hippol. Riminald.conſ.ſuo 424. num.12.*

num.12.in 4.Gigas conſ.ſuo 32.num.9.Franciſcus de Ponte
con..ſuo 82.num.13.Schrup.conſil.ſuo 84. num.9. Centur.
3.Vranius conſil.ſuo 4.num.47. vol.1. Z. Franciſcus Sche-
nardus conſ.ſuo 35.num.18.p.1.Bim.conſ.ſuo 106.num.30.
vbi adducit quoque rationem, dicens: nam taciturnitas,
& patientia coniuncta alicui actui, ſine oppoſitione, &
& oppugnatione, aut proteſtatione, inducit proculdu-
bio conſenſum, & ratihabitionem, ex ſententia Imolæ,in
cap.cum olim,de officio deleg.Idem Bimius d.conſ.106.num.
32.& 115.num.10 in 2.Burſat.conſ.284.num.51.in 3.Cla-
riſ.Peregrinus conſil.ſuo 94.num.10. in 1.& 107. num.8.in
2.nouiſſime Papponius,conſ.ſuo 33.num.1.& 2.vbi in ſimi-
119 li docet, quod recipiens litteras continenter manda-
tum,cenſetur mandatum ipſum approbare.
120 Amplia, etiam ſi ſit mandatum de ſoluendo, nam ex
illarum receptione obligatur recipiens ita Rota Genuenſ.
deciſ.70. quemadmodum è contrario dicimus, quod ſi
quis miſerit litteras alicui,vt aliquid faciat,& ſi illud face-
ret,promittat illi, quid certum,ſi recipiens litteras iuxta
illas egerit, mittens ipſe ex illis obligatur, ad tex.in leg.
fin.de act.& oblig.
Hanc eadem limitationem, vt ad eam reuertamur,ſe-
quuti ſunt quoque infiniti alij. Benuenut. Strach. de aſſe-
curationibus,gl.11.num.47.pag.mihi 371.col.5.Matth.Cum
de pactis,lib.1.c.14.num.14.Brunor.a Sole,in ſuo compendio
Propoſito. iur.in verſ.litteras recipiens, Carroc. in ſuo tract.
de depoſito, parte prima, pag.mihi 86.numer.8. Idem in ſuo
tractatu de ſequeſtr.part.3.quæſt.13.& in ſuo de excuſſione
bonorum,q.6.par.2. num.52. cum multis ſeq. vbi pulchrè,
hoc idem latiſſimè docet Gabr. lib.1.Concluſionum, tit.de
præſumptionibus, concl.2. num.1. & per totam. Dominus
Menoch.d.caſu 93.num.8.& omnium elegantiſſimè,lib 3.de
præſumptio.c.65.in primis numeris, vbi multa ſimilia in
propoſito deducit, Sequitur Maſc.d.concl ſua 627. num.
10.Bernard.Greuæus pract.quæſtionum, quæſt.21.conſide-
rat 1,n.6.Schrad.in l.admonendi,num.271.verſic.ſin verò,
& addentes ad Matthesilan. Singulari ſuo 78. n.13. & ſin-
gulari ſuo 22.per totum,& præcipuè ſub n.5.vbi an hæc ea-
dem propoſitio in criminalibus locum habeat,eleganter
ſubnectit. Idipſum ſequitur quoque. Rota Genuenſ. deciſ.
ſua 18.num.6.120.num.1.133. num.2.147. num.4. & 162.
num.2. Magon.deciſ.ſua Florentina 95.num.7. Gayll.lib.1.
Obſeru.21.n.9. circa med.Sebaſt. Med.deciſ.ſua Marchiana
6,num.16.Butgerus Rulant,de Commiſſionibus, libr.5.cap.14.
num.3. Hector. Felicius Allegatione ſua iuris ciuilis 9.n.2.
lib.1.& infiniti alij.
121 Et eſt receptiſſima concluſio teſte Ioachin. in d. l.ad-
monendi.num.1056.
122 (Quidquid dixerit eruditiſſimus Corraſius, in d.l.ad-
monendi,in tertia parte,num.75.cum ſequentibus, quem
etiam refert Maſcard.d.concl.627.num.38.
123 Ex qua etiam idem Matteſilan. in ſuo notab. 23. &
Cæpol. in ſua Cautela 9. cautelam ſatis egregiam in fauo-
rem creditoris qua ſuum debitorem, vt debitum confi-
teatur, conuincat, docuerunt, & eſt,vt ipſi debitoris per
litteras, quib.ſignificet ſe iam ſcire eum ſummam illam
debere, & ob id eum velle rogatum, vt ſoluat. Is enim ſi
litteras illas receperit, ac legerit, nec proteſtatus fuerit
ſe nihil debere, debitum falſum eſſe credetur, & per con-
conſequens ad ipſius ſolutionem poterit poſtea com-
pelli.
124 Hanc eamdem cautelam probauit etiam ante eos
Bartol.in lege quo eum, ff.rem rat.hab. & Doctores com-
muniter in d.l.admonendi.Sic etiam in terminis conſulue-
runt Abb.conſ.ſuo 88.Facti contingentia, colum.final.part.
1.Alexan.conſil.78.Cauſa, col.1,in 1.& in conſil.147.col.3.
num.8.in 2. quam plures alios refert, & ſequitur D.Me-
noch.lib.2.de arbitrar.centur.1.caſu 21.nu.1.Maſcard.con-
cl. ſua 481. in primis quatuor numeris Pet. Aug. Morla in
ſuo emporio,part.1.tit.de rebus credit. ſi certum petatur, q.
17.in fine. Addo nouiſſimè Io.Baptiſtam Coſtam in ſuo tra-
ctatu,de iuris, & facti ignorantia,centuria 1.diſt.7.numer.1.
cum ſequentibus, vbi etiam, quid in huiuſmodi caſu ſit ne-
ceſſarium clare ſubiungit. Addendus eſt etiam D.Iacobus
Schultes, q.43.n.10.lib.1.
125 Iſta autem communis Concluſio, vt ſupra diximus
comprobatur per textum in dict. leg.filius familias, ff.ad
Macedon. vbi præſupponitur, quod filius familias, pecu-
niã mutuo acceperat parte abſente,quaſi ex eius mãdato,
& ad patrem litteras miſerat,vt eam pecuniam in prouin
cia ſolueret,dicit ille text.quod ſi pater factum filij ſui im-
probat, continuo debet interponere conteſtationem cõ-
trariæ voluntatis per quod text. ibi præſupponit, quod vbi
pater continuo non declaret contrariam ſuam volunta-
tem,videbitur approbare factum filij ſui, quæ quidem ap-
probatio non aliundè videtur reſultare,quam ab illo actu
receptionis & retentionis litterarum.
126 Et per iuſtum textum corroboratur valde communis
ſententia,(quidquid dixerit Paul.de Caſtro in l.quo enim,§.
1 ff.rem rat.haberi,& Claris. Menoc.ex recentioribus lib.2.
Centuria prima, de arbitrarijs,caſu 21.numer.3. & pau-
ci nonnulli alij) vt optimè aduertit Dominus Alex. in
leg.non ſolum,§.morte,num.27.& 28.ff.de noui operis nun-
ciatione, & poſt infinitos relatos Rota Romana in nouiſſi-
mis,dec.811.in primo dubio.per totum, par.1
Aduertendum eſt tamen, (& hoc ad pleniorem intel-
ligentiam illius textus)quod licet ibi pater litteras filij,in
127 quibus mutuum contineatur, acceptans in mutuum
dicatur conſentire, non tamen cenſetur ſummam in ipſis
litteris contentam fateri,vnde exceptionem non numera
-æ pecuniæ abſque dubio poterit opponere, Sic præcisè
docuit inter alios bene eruditus D.Polyd.Rip.obſeruation.
ſua 270.
Corroboratur ſecundo loco prædicta recepta Conclu-
128 ſio.per text.in clem.1.de procuratorib iuncta leg.filiusfam.
§.inuitus,de procurator.licet enim inuitus quis procurator
non conſtituatur, & inuitus exiſtimetur non tantum il-
le,qui contradixerit, ſed etiam qui expreſsè non conſen-
ſiſſe probetur, vt habetur in d.§. inuitus, attamen ſi quis
ſcienter litteras,vel inſtrumentum receperit,in quo ſeu,
quibus conſtitutus ſit procuratur, ſi incontinenti mini-
mè contradixerit,onus mandati ſuſcepiſſe creditur,vt ha-
betur in d.Clem.1. quod quidem non ex alio prouenire,
niſi ex illo actu acceptionis, & retentionis litterarum,ſeu
inſtrumenti,iuncta taciturnitate,& non contradictione
eiuſdem recipientis, conſtat apertè inter omnes.
129 Suffragatur tertio loco ratio ſatis concludens, & eſt,
quod licet taciturnitas,& patientia in præiudicialibus ne-
queat operari conſenſum, attamen quando vltra ipſam
taciturnitatem interuenit aliquis actus poſitiuus, vt quia
quis ſcienter receperit litteras, in quibus debitor conſti-
tuebatur, in iſto caſu taciturnitas per iſtum, vel ſimiles
actus,operatur conſenſum;& tacens videtur conſentire.
130 Ita in ſpecie concludunt Abb.in c.nonne, extra de præ-
ſumpt.& illum refert,& ſequitur Felin.ibi, col.3.n.10. idem
docuit Abb in c.cum virum, in 3.notab.extra de reg.et idem
131 Abb. in cap.non iniuſte, extra de procurat. vbi colligit
hanc theoricam, quod quando tractatur de præiudicio
alicuius,ſi vltra taciturnitatem interueniat aliquis actus,
qui tendat,ſeu tendere ad confirmationem eius, de quo
agitur,dignoſcatur, tunc ſemper in ſui præiudicium con-
ſentire videatur, allegat d.Clem.1. & ſequitur Iaſ.in l.quæ
dotis,numer.84. cum ſeq.ff.ſol.matrim. Hoc idem traditur
communiter per eoſdem Canoniſtas, in c.cum N. extra, de
Conſtit.
132 Nonnullis etiam alijs rationibus rectè comprobatur
Communis iſta Doct. ſententia, quas ſigillatim deducit
Rota Romana in nouiſſimis, deciſ.811. in ſecundo dubio,par.1.

ad eam lectorem remitto.

Declaratur autem iſta prima principalis limitatio va-
rijs modis.

133 Et Primò, vt procedat, quando epiſtolam acceptans
ipſam retinet, nec contradicit, vt ſupradictum fuit.

134 Secundò, quod acceptans ſciat quid reuera ipſa con-
tineatur, vt eſt caſus *in d.Clem.1.in ver.ſcienter*, & tradit
*Bald.in l.1.ff.mand.argum.l.ſi per errorem,ff. de iuriſd.omn,
iud.* & ideo contra ipſum recipientem minimè probat, niſi
eam aperiat, & legat, & non perfunctoriè, ſed cum aliquo
135 temporis interuallò. Licet enim *Paulus Iur.Conſ.in d.l.
filiusfam. ad Macedonian.* dicat continuò, taman verbum
136 illud, intelligitur iudicis arbitrio, vt ſcilicet tempus re-
cipienti non denegetur, legendi, cogitandi, & peritiores
etiam conſulendi, ſic poſt *Alciat.Rubeum,& alios, Cl.vir
D.Menoc.lib.2.Cent.1.de arbitr.caſu 21.num 5. Maſcard.
concl.81.num.6.& Rota Romana in nouiſs.d.deciſ.811.num.
36.& 40.p.1.*

137 Sequitur hoc idem poſt plures relatos ipſemet *Me-
noc.d.præſumpt.65.nu.13.&* 14. vbi eamdem procedere
ſubdit, niſi poſt retentionem ipſius epiſtolæ tantũ, poſtea
tempus effluxerit, vt veriſimile ſit illum recipiẽtem vidiſſe
& perlegiſſe epiſtolam illam, atque ita ſecundum eum de-
claratur intentio *Anchar.in d.Clem.1.col.2.de procur.* cum
dixit, ea præſentatione litterarum, præſumi ſcientiam,
etſi non appareat de ipſarum ſectione. Loquitur enim
138 ſanè *Anch.* (inquit *Menoch.*) quando poſt retentionem
litterarum tantum temporis ſpatium elapſum eſt, quo
veriſimile ſit eas per legiſſe: videndus de eadem re, idem
*Menoc.d.loco, n.16.& Carroc.de depoſito, p.1.pag.86.n.10,
11.& 16.in ſuo tractatu de excuſſione bonorum, quæſt.3.p.2.
numer.65.*

139 Nota tamen neceſſe eſſe quod ad hoc, vt locum ha-
beat ſupradicta regula, videlicet, quod litteras accipiens,
& non contradicens cenſeatur omne illud, quod in ipſis
continetur approbare, ſcribens, ac mittens ipſe per ido-
neos teſtes probet ipſum recipientem ſciuiſſe, id quod in
ipſis continebatur, & eas aperuiſſe, & coram iiſdem teſtib.
perlegiſſe, & non aliter. Sic præciſè *Cioff.conſ.ſuo 17.nu.12.
cum ſeq.in* 2. vbi pulchrè. Et ideo cautela eſt, quod tranſ.
140 mittens ſcribat epiſtolam in præſentia duorum teſtium,
qui benè ſint informati de eius tenore, & illimet teſts ſint
ipſius letores, quo quidem caſu, ſi in eorum præſentia lit-
teras acceptans eas perlegerit, poterit per eoſdem de ip-
ſiuſmet epiſtolæ acceptatione abſquè contradictione
fieri depoſitio. Sic præciſè *Mattheſil.d.ſuo notabili 23.&
Cæpol.d.ſua cautela 9.* & ſequitur poſt hos relatos *Magon.
deciſ.ſua Florent.103.n.15.*

141 Tertiò intelligas procedere, niſi in ipſamet epiſtola
contineretur calculus rationis de datis, & receptis, & in
fine diceretur, quod deberet reſtituere reliquum debiti in
tanta quantitate. Eo enim caſu epiſtolam illam recipiens,
& retinens in dubio crederetur retinuiſſe eo animo, vt vi-
142 deret, an calculus ipſarum rationum ſit recte factus, non
animo conſentiendi contentis in ipſa, iuxta l.cum ſeruus,
ff.de conditionib. & demonſtr. Sic eleganter inter alios
aduertit *Cæpol.dicta caut.9. allegat tex.in d.l.cum ſeruus,
ſequitur Iaſ.in repetitione d.leg.admonendi, numer.114.Ripa
in d.cap.cum M.numer.132.Gabriel.d.conc.2.de præſumptio-
nibus num 13.Albenſ.conſ.ſuo 448.num.7. & Menoch.dict.
preſumpt.65.nu.15. Addo Maſcard. concl.ſua.481.numero
5.& 627.numer.39. Carocc.de depoſito parte 1.pag.86.num.
12.& de execuſſione bonorum,q.6.part.2.numer.66. Anto-
nium de Gamma deciſ.ſua Luſitaniæ 330.n.3. & Rotam Ro-
manam in nouiſſimis,d.deciſ.811.n.38.*

143 Quarto declara, vt procedat quantum ad approbatio
nem contentorum in litteris, non autem quod acceptans
cenſeatur confiteri factum enarratum in ipſis ita eſſe. Sic
præciſè declarat *Cuman.in conſil.* 177. quem ſequitur *Ripa
in d.l.admonendi,n.139.& in d.c.cum M.n.132.* vbi infert
144 quod ſi procurator ſcribat domino ſe vendidiſſe, aut
donaſſe, videtur dominus, qui recipit, & retinet litteras,
approbare venditionem, & donationem, ſi facta fuit, non
autem fatei veram eſſe donatione illam, ſeu venditio-
nem factam.

145 Sequitur hoc idem *Cl. Menochius poſt multos relatos d.
præſumpt.65.num.12.* vbi aliud affert exemplum, dicit, e-
nim quod ſi procurator Titij ei dat litteras, ſe mutuo re-
cepiſſe ſuo nomine, centum à Caio, Titius iſte recipien-
do litteras, approbaſſe quidem illas dicitur, ſi mutuo
receptę fuerunt pecuniæ, ſed tamen non dicitur affir-
maſſe, quod reuera fuerint receptæ, & propterea,
qui numeraſſe aſſerit, aliter, quam ex litteris eam nume-
rationem probare debet. Sequutus etiam eſt hoc idem in
terminis *Mandel.Albenſ.d.conſil.ſuo 448.num.5.& 6.Car-
roc.de depoſito.par.1. pag.86. numer.9. & de excuſſione bo-
norum, quæſt.7.par.2. numer.64. Clar. Farinac.conſil.ſuo
56. numer.11. & Rota Romana in nouiſſimis dict. deciſ.811.
numer.39.*

His omnibus addas *Cl.D. Petrum de Caball.conſ.ſuo de-
ciſiuo 123.n.5.in 2.*

146 Quinto declara procedere, niſi mittens ipſe negaue-
rit, vel alio modo hanc epiſtolam poſtea impugnare viſus
fuerit, tunc enim nihil ex ea contra recipientem allegare
poteſt, *argum.cap.ex eo,de regul.iur.in 6* Sic præciſè docet
inter alios *Schrader.in d.l.admonendi, nu.271.verſ.ſecundo*
hoc non procedit.

147 Sextò declara procedere, ſi iſta, quæ in epiſtola con-
ſcripta recipienti obſunt, habeant cauſam debiti expreſ-
ſam, alioquin credo hæc in illa epiſtola ſcripta contra
recipientem, non plenam ſed ſemiplenam duntaxat, pro-
bationem inducere, argumento eius, quod ſupradictum
fuit deſcribente.

148 Nam ſi expreſſa confeſſio ſcribentis abſque cauſa
omiſſa contra ſcribentem, plenè non probat, multo
minus tacita confeſſio recipientis, quæ cauſa caret,
149 contra recipientem plenam fidem facere debet. Plus
enim nocent expreſſa, quam tacita, *leg.expreſſe,ff.de
reg.iur.*

150 Septimo hoc, quod dicitur ex epiſtola plenam pro
ſcribente, & contra recipientem promanare probationẽ
ita demum verum eſt, ac procedit, ſi quis ſponte epiſtolã
ipſam recipiat, ſecus ſit coactè, tunc enim ex ea nulla pro-
culdubio contra ipſummet ſcribentem reſultat probatio,
ita *gl.in d.Clem.verſ.ſcienter, de procurator.*

151 Quod tamen ita accipiendum exiſtimo, niſi poſtea
ceſſante metu, vel coactione, quis eam epiſtolam abſque
proteſtatione aliqua cõtraria retinuiſſet, tunc enim, quia
per retentionem ſequentem metus præcedens purgatur,
perindè habetur atque ſi ab initio ſponte hanc epiſtolam
152 recepiſſet, argum.cap.ſi ex inſinuatione, extrà qui cler.
Scribentes, *in l.ſi ob turpem,ff.de cond.ob turp.cauſ.& Doct.
in l.2.ff.quod met. cauſa.*

153 Sic etiam regula illa, quod recipiens litteras, vel inſtru
mentum, & non contradicens, præſumatur quidem ap-
probaſſe illum actum, procedit quoad ea, ad quæ recipiẽs
ſua ipſa voluntate, & ſponte ſe obligalſe dicitur, ſecus ve-
rò quoad ea, ad quæ recipians inuitus obligaretur, ſic per
pulchrè *Cl.Menoch.d.præſumpt.65.num.10.& 11.libr.3.* vbi
exemplifica ad clariorem omnium intelligentiam.

154 Octauo ſupradicta principalis limitatio ita demum
procedit, ſi quis ipſam epiſtolam ſimpliciter recipiat, ſe-
cus ſi eam recipiendo proteſtetur, ſe eamdem tantum re-
cepiſſe in paſſibus, & punctis, (vt ita loquatur) pro ſe fa-
cientibus: in alijs tamẽ ſe illam non approbare, tunc enim
epiſtola illa contra ipſum recipientem fidem non facit,
niſi in capitulis connexis, *l.Publia,§.fin.& ibi Bart. ff.de-
poſ.Alex.conſ.186.n.7.lib.2.*

Nono

Nono principaliter declara procedere, niſi epiſtolam
155 recipiens,& legens,ſimpliciter dixerit nuncio ſibi illam
reddendi , ſe domino reſponſum dare velle , & poſtea
etiam ex interuallo reſcribens ipſi domino exprimat, ſe
ea omnia, quæ in epiſtola ſibi reddita in eius demnm, ac
detrimentum redundare poſſunt,negare,vel improbare
tunc enim perinde, ac ſi poſt litteras redditas , ac lectas
ſtatim hoc proteſtatus fuiſſet,epiſtola illa contra recipiē-
tem fidem nullam facit,*arg.l.aſſe toto ff.acq.hæred.et l.ſi ita
fuerit,ff.de.cond.& demoſtr.*

256 Declaratur decimo procedere,niſi ea,quæ in ipſamet
epiſtola continentur, non principaliter, ſed incidenter in
eadem referantur,eo enim caſu non plena contra reci-
pientem, ſed ſemiplena duntaxat oriretur probatio, arg.
eius,quod not. *Abb.in c.fin.n.7.extra de ſucceſ.ab inteſtat.*
Sic præcisè docuit inter alios *Schrader.in l.admonendi,nu.
173.verſ.decimo* ex hoc fallit.

157 Vndecimo declara, vt non procedat, ſi illa quæ in
epiſtola continentur, quis contradicendo impedire, non
valuit, vt puta.ſi is,qui reum defendit, epiſtolam ad illum
mittat, quia ſignificet ſeum defedere licet enim reus talē
epiſtolam recipiat;, atque legat, abſque contraria prote-
ſtatione, tamen quia reus etiam contradicendo non po-
tuiſſet ipſum impedire quo minus ſe defenderet,*leg.ſoluē-
do,ff.ſolut.gloſ.in leg.exigendi.C.de proc*,reus ipſe non intel-
ligitur ijs,quæ in epiſtola continentur, conſentire, ideoq;
contra ipſum nulla ex eadem epiſtola oritur probatio ;
ita *Bald.in Auth.* Qua in prouincia, *n.15.C.vbi de crim.agi
oport.*

158 Duodecimo declaratur ſupradicta principalis limit-
tatio,vt non procedat,ſi quis in epiſtola ſignificet,ſe eum
ad quem ipſam mittit conſtituere procuratorem, vt ſuo
nomine cauſam aliquam in iudicio agat, & pro ea debito
modo non cauit, tunc enim licet quis hanc epiſtolam re-
cipiat, neq;contrarium proteſtetur, tamen eis, quę in ip-
ſamet epiſtola continentur, conſentire non intelligitur,&
per conſequens ex ea nulla contra ipſum oritur probatio
ita *Bald.in l.1.ff.mand.arg. Clem.1, de procur.*

159 Hæc tamen declaratio,ſeu limitatio, communiter per
Doctores improbatur, volunt enim eum, qui ſimpliciter
litteras recipit, in qua mittens ſignificauit , ſeipſum per
procuratorem conſtituere,intelligi contentis in illis litte-
ris conſentire,niſi reclamauerit, ita *Bald.ipſamet in l.ſi lit-
teras, in fin.C.mandati, Iaſ.in d.l.quæ dotis, n.9.*

160 Decimotertio declaratur, vt præcipuè procedat , ſi
quis in epiſtola ad alium tranſmiſſa ſignificet ſe negotiū
aliquod ſuo nomine geſſiſſe,tunc enim, niſi is,qui epiſto-
lam recipit, expreſſe niſi contradicat, hoc negotium ge-
ſtum ratum habere dicitur,& ſic epiſtola contra recipien-
tem plenam fidem,facit.ſecus eſt,ſi quis in ipſa non de ne
gotijs illius nomine geſtis,cui epiſtolam illam tranſmiſit,
161 ſed de alijs rebus mentionem faciat, puta ſcribat ipſum
ſibi debere catum, vel veſtem penes ſe in caſum depoſiti
habuiſſe,eo enim caſu.licet quis ſimpliciter eam recipiat,
& abſq;proteſtatione aliqua tamen illis, quæ in ipſamet
continentur,conſentire non intelligitur,ideoq;probatio
nem contra ipſum non faciet, ita *Bald.in l.1. ff. mandat.
Dec.in c.cum M.Ferrarienſ.extra de conſtitutionib.*& plures
alij,quos pulchro ordine refet,& ſequitur *Cioff.conſ.ſuo 17.
n.11.in 2.*

162 Mihi tamen,vt verum fatear, contraria hac in re opi-
nio verior videtur.exiſtimo enim ego, & indiſtinctè cre-
do,aliquē ex eo, qaod epiſtola abſq;proteſtatione aliqua
recipit, ei conſentire intellige,eamq;plenam probationē
contra ipſum recipientem facere,licet illud negotium,de
quo in ipſa fit mentio,non ſit nomine illius geſtum.

163 Ad hoc antem aſſerendnm moueor. Primo, per *text.
in l.Titius , & ibi Bart. & Bald.ff. de conſtituta pecunia ,*
vbi ex eo,quod quis recipit epiſtolam, nec ei contradicit
in qua ſcribens conſtituebat ſe certam pecūniæ ſummam
alterius nomine ipſi ſoluturum, conſti utum induci deci-
dit Iuriſconſultus.

164 Secundò loco ſuffragatur *tex. in l.cum tabernam §.idē
quæſijt,& ibi Doct.ff.de pignoribus* vbi ex eo , quod quis
recipit litteras, in quibus mittens exprimebat ſe illi certa
bona obligare contrahitur obligatio pignoris, & proba-
tur plene pignus contractum eſſe.

165 Tertio loco adducitur præcipuè *tex.in Clem.1.de pro-
curator.*

166 Et hanc ſententiam vti ceriorem communiter ſequuti
ſunt interpretes, *Bald.Alex.Iaſ.Abb.& alij quamplurimi,*
quos enumerat præcisè *Schrader.d.loco, n.273.*

167 Declaratur decimoquarto, vt non procedat, quando
in ipſa epiſtola adſunt expreſſa verba iniurioſa, famam,
atq.exiſtimationem recipiētis aggrauantia, tunc enim li-
cet quis hanc epiſtolam recipiat, atque legat,non intelli-
gitur tamen ijs, quæ in ipſa continentur, conſentire , vel
168 actioni iniuriarum per hoc renunciare. Hic enim capi
poteſt alia præſumptio, quam quod velit contentis in lit-
teris conſentire, quia eſt veriſimile illum,ideo has litteras
retinuiſſe, vt ex illis fidem facere poſſet de iniuria ſibi il-
lata; quamobrem cum hic alia coniectura, quam conſen-
ſus capi poſſit, non eſt præſumendum, quem recipiendo
& retinendo has litteras, iniuriarum actioni velle renun-
ciare,*arg.l.cum de indebito,ff.de condict. indebiti,& l.ſi cum
autem. ff. de ſolutionib.*

169 Decimoquinto intellige, ac declara procedere, quan-
do ipſamet epiſtola viuo mittente peruenit ad recipien-
tem,ſecus ſi eo mortuo,tunc enim hunc præſumptioni lo-
cum minimè eſſe ſcripſere Doctores noſtri. Sic poſt *Rom,
Decium, Gabr.& alios Menoch. præſumpt.65.nu.17. Sequu-
tur Albenſ.conſ.ſuo 774. num.21.* Maſc.*concl.ſua 481.num.
7.Carroc.de depoſito,part.1.pag.86.num.14. & de excuſſio-
ne bonorum , q.6.num.67. part.2. & nouiſſimè Lancellot.
Gallia conſ.ſuo 54. nu.76. Addo Fabianum de Anna, & D.
Ioannem.Ancharan.lib.1.q.48.nu.8,cum ſeqq.* vbi pulchrè
poſt plures relatos *conſ.ſuo 82.n 17.vol.1.*

Vide quæ ſcripſimus *ſupra,n.98.cum ſeq.*

170 Declaratur decimoſexto, vt procedat, dummodo lit-
teræ ſcriptæ ſint manu debitoris, vel eius ſigillū cōtineant
Sic poſt *Anchar.q.48.par.1.Caroc.de depoſito pag.86.n.15.*

171 Idem iuris eſſe concludito, licet exaratæ fuerint manu
alicuius tertij,de ipſius tamen debitoris conſenſu de man-
dato.ad tradita *ſupra n.82.*

172 Decimoſeptimo declaratur vt procedat, quando in
ipſis litteris continetur tale quid, quod debeat obligare
ipſum acceptantem ad contenta in literis , vt loquitur
*tex. & ibi not.in d.l.ſi filius.*

Vnde ſi in litteris non contineatur tale quid, quod o-
bliget acceptantem , tunc earum acceptatio non poteſt
obligare:tum, quia non debent ipſæ litterę plus operari,
173 quam contineant, & de neceſſitate ex eis inferatur.
174 Tum etiam , quia non debet plus operari conſenſus
ſuperueniens,quam qui interuenit à principio, ſic præci-
175 sè *Hieronym.Papp.conſ.ſuo 75.n.7.& 8.vol.1.*

176 Decimooctauo declaratur,vt procedat,dummodo ip-
ſam epiſtolam ſcribentis manu fore confectam apertè
conſtet, vbicunque enim non liquet eamdem ab ipſo fuiſ-
ſe conſcriptam, nec eius ſigillo ſignatam, tunc recipiens
eam non poteſt obligari, etſi non improbauerit, ſed ta-
cuerit,ita *Bald.in l.in bone fide,C.de reb.cred.* & in terminis
poſt *Ancharan.in ſuis familiaribus quęſtion.docet. Viu.dec.
ſua 467.n.85.vol.3.*

177 Et ratio quoque eſt in promptu:nam recipiens huiuſ-
modi litteras errabundas,vt ita dicam,& defectiuas,non
videtur ob hoc ſibi præiudicare, contra recipientem ip-
ſum vllum inducunt indicium,cum ex nihilo nihil reſultet
& hæc quoad iſtam primā limitationem ſatis. Lattius au-
tem

tem diſſerit de eiuſdem materia Illuſtr. *D.Card.Tuſc.concl. ſua 374.in lit.L. per totam,eum conſulas.*

178 Limitatur ſecundo principaliter ſupradicta concluſio
videlicet, quod epiſtola non probet pro ſcribente, quan-
do in ipſa continerentur duo connexa, vnum ſcilicet, pro
ſcribente, alterum vero contra ſcribentem, nam ſi is, cui
mittitur,pro ſe acceptat,altera pars iuuabit ſcribētem, &
pro eo fidem faciet,*tex.eſt in l.Publia, §.fin.ff.depoſit.* & il-
lam ſequuntur communiter *Doct.ibi*, inde etiam colligen-
tes, quod quis poteſt approbare, vnum capitulum pro
ſe, & aliud contra ſe reprobare, quamuis in eadem ſcri-
179 ptura ambo ſint deſcripta, quod eſt verum ex ſenten-
180 tia Caſtr.quando epiſtolam ipſam producens proteſta-
retur,in actis, quod ipſam producit in partibus pro ſe fa-
cientib.& non aliter.Cæterum ſi illam ſimpliciter produ-
ceret, videretur in omnib.partib.eam approbaſſe, vt ibi
per eum allegando *not.in l.1.§.editiones, ff.de eden.& per Bart.in l.Aurelius,§.idem queſiit,ff.de lib.leg.* vbi diſtinguit
an capitula ſint ſeparata, & connexa, & tunc non poſſit
vnum ſine alio acceptari, de quo etiam per *Cyn.& Bald. in l.1.in decima q.C.de confeſ.*

181 Subdit tamen idem *Paul. de Caſtro*, quod vbi epiſtola, vel ſcriptura cōtinens plura capitula, ſcripta fuiſſet manu tertij, non poſſet aduerſarius illam in parte, & partib.approbare, ſed tenetur id totum, vel approbare, vel improbare, allegat *Innoc.in c.cum venerab.extra de exceptionib.* de qua materia plenius per *Canoniſtas ibi.*

182 Hanc eamdem limitationem ſequutus eſt etiam *Maſcard.d.concl.627.num.9.& Clariſ. Menoch.de arbit.d.caſu 94.n.7 Addo Rutger Rulant de commiſſion.lib.5.c.14.num.3.litt.C.*

183 Sed hic pulchra ſuſcitatur quæſtio, producitur epiſtola,in qua continetur, qualiter tu à me accepiſti 100. ex cauſa depoſiti, & quod ex illis tali die reddiſti 40. & tali die 20.& tali die 10. & quod tu remanens debitor in effectu in 30.dubitatur an recepta iſta epiſtola, poſſim illam approbare quoad centum,quem fateris te habuiſſe in cauſa depoſiti, & negare te reddidiſſe illa ſeptuaginta.

184 In huiuſmodi difficultate *Matthesil.ſingul.ſuo* 78.concludit pro affirmatiua,& reddit rationem,nam hæc dicūtur eſſe capitura ſeparata,allegat *tex.in l.Publia, §.fin.ff. depoſiti*,& vlterius ſecus eſſe in libro rationum ſubiungit.

185 Hæc tamen tanti viri opinio improbatur præcisè per *Caccialup.in d.l.admonendi, n.76.*

186 Tu,quęnam ex his verior ſit opinio,cogita.

## Et hæc quoad ſecundum ex propoſitis. Sequitur autem vltimum, videlicet, an Epiſtola probet contra tertium.

187 Cui quidem dubitationi ſatisfaciendo, Concluſio ſit negatiua. Ita *Doct.in d.l.admonendi*, & præcipuè *Ripa, ſub n.140.idque per tex.in l.exemplo, C.de probat. & in l.epiſtola in princ.ff.de pact.* Hoc idem *poſt Bald.& Boer.firmat Clariſs.Menoch d.ſuo caſu 94.num.22.Grat.conſil.ſuo 5.nu.27.in 1.Maſc.d.ſua cōcl.627.n.14.Schuuartz.in ſuo tractat. de ſtipulat.pag.mihi 766.num.64.& Sebaſtian.Medices deciſ.ſua Marchiana 8.num.7.addo Anton.de Gamma.dec.ſua Luſitaniæ 336. numer.5.* vbi in ſimili conſiderat quod quando epiſtola obligationem inducit, ſolum id contingit inter mittentem illam,& eum ad quem mittitur,non autem contra tertium, ſequitur *Grat.deciſ.ſua. Marchiana 156.num.3.*

188 Extenditur iſta concluſio, vt procedat etiam in epi-
ſtola Epiſcopi ſuo ſigillo munita,adhuc enim illa tertio
minimè obeſt,ita poſt *Archid. Guid.Pad.Ripam, & alios*
*Menoc.d.ſuo caſu 94.n.23.*vbi etiam rationem adducit,di-
189 cens:quia hæ litteræ non ſunt de his,quæ ad eius officiū
ſpectant iuxta c.poſt ceſſionem, de probationibus, quod
ſic intelligit Ripa,ſed conſiderantur tamquam litterę pri
uati cuiuſdam amici amico datæ, ſequitur hoc idem *Ma-
ſcar.d.concl.627.n.15.& Ioachim Beuſt.in d.l.admonendi,
numer.*1057.

190 Declaratur tamen iſta Concluſio. vt non procedat in
libris argentariorum, ſeu campſorum, quos bancherios
vel trapezitas magis Latinè appellamus, qui ex more lit-
teras tranſmittunt de reciptis, nam quemadmodum eo-
191 rum codices contra tertium aliquam probationem fa-
ciunt,vt late per *Menoc.d.caſ.94.nu.24.& Maſc.d.q.627.
nu.16. Sequitur Schuuartz.in ſuo tract.de Stipulat.pag.mihi
776.n.64.in fin.*

192 Viſo an epiſtola probet contra tertium, videndum modo,quid iuris,ſi de ipſius fauore tractetur.

193 Exemplum. Scripſi litteras Mæuio amico meo quibus ſignificaui. quod tibi debebam centum ex cauſa, puta mutui,aut venditionis, & excuſationes adducebam, quare tibi non ſoluerem:dubitatur,num hæ litterę tibi ad plenam probationem altero temporis tractu ſufficerent,

194 Difficultatem hanc diſcutit ad partes *Rota Romana in antiq.titul. de probat. deciſ.18.* & in affirmatiuam procliuior videtur.Eiuſdem ſententiæ fuit etiam *Crau. de antiq. temp.in verſ.vidimus abunde.p.1.n.41.et Beneuent.Stracch. de aſſecurat.gl.11.n.46.*

195 Cui quoque,& ego aſſentior,& conſidero, quod cum
epiſtola ſcribentis nomine ſemper loquatur, vt ſupra,de
neceſſitate fatendum eſt, quod cum ad manus illius tertij
peruenerit,plenam ad ipſius fauore inducere dębeat pro-
196 bationem, ex quo videtur tunc confeſſio illa facta præ-
ſente illo tertio.

197 Adde extraneum vnicuiq;videri,quod liceat ſcribenti aduerſus iam ſcriptam confeſſionem venire, alio errore non probato.

198 Sed cum latiori folio hac de re diſſeruimus in *tract.de verbis enunciatiu. lib.1.* hæc in præſentiarum tetigiſſe ſufficiat. Videndus quoq; *Maſcar.concl.ſua 627.num.11.cum ſeqq.& Preteus,conſ.ſuo 186.numer.27.vol.1. Adeundus etiam Put.lib.2.deciſ.11.& Rota Genuenſ.deciſ.ſua 19.num.8.Satis.*

Latius de hac materia litterarum priuatarum diſſerit *Card.Tuſc.concl.ſua 364.in litter. L.*

Præludia quædam epiſtolarum,ſeu quod diem eſt litterarum ſumptarum in genere hactenus attigimus. Nunc autem ad nonnullas de earumdem materia pertractandas quæſtiones deueniendum eſt.

## Dubitatur igitur Primo, an litteras alienas aperiens pœna falſi puniatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Litteras alienas aperiens quænam pæna regulariter afficiatur.*

2 *An aperiens litteras alienas pęna falſi puniatur? Plures caſus ſunt diſtinguendi.*

3 *Primus quidem eſt, quando quis aperuit litteras alicuius priuati,ſed eas non legit,hoc in caſu pęna falſi abſque dubio minimè punitur.*

4 *Amplia idem iuris eſſe, quando quis ſine dolo litteras ipſas aperuit,& legit.*

5 *Ratio.*

6 *Secundus caſus eſt, quando quis aperuit litteras priuati, & eas ſolus legit, atque ita alteri non oſtendit, & hoc caſu ex communiori pœna criminis ſtellionatus extraordinario arbitrio tamen iudicis punitur.*
7 *Qui aperuit teſtamentum clauſum, licet alteri non oſtenderit, pęna falſi ordinaria multatur, & n.8.*
9 *Amplia & ſi in ipſis litteris aliquid ſcriptum eßet contra hunc aperientem, & legentem, adhuc enim ipſa pęna extraordinaria ſtellionatus locum ſibi vendicabit.*
10 *Quinimo aperiens ipſas litteras ſibi conſignatas, & alicui deſtinatas, & illas legens, tenetur actione iniuriarum, & ea actione conueniri poteſt per tranſmittentem.*
11 *Tertius caſus principalis eſt, quando quis aperuit litteras alicuius tertij, in quibus quidquam minimè extabat, ab quod aliquid detrimenti, vel iniuriarum ille pati poßet, & hoc caſu nulla pęna ipſammet aperiens punitur.*
12 *Ratio, & n.13. & 14.*
15 *Quartus caſus eſt, quando quis aperuit litteras alicuius priuatæ perſonæ & eius aduerſario oſtendit in ipſius ſcribentis detrimentum, hoc in caſu ordinaria proculdubio punitur pęna falſi.*
16 *Amplia, vt actione iniuriarum conueniri etiam poſſit.*
17 *Item quod in foro conſcientiæ commiſiſſe quoque dicatur peccatum mortale: quod tamen limita in duobus caſibus, num. 21.22. & 23.*
18 *Amplia, & ſi nullum damnum indè ſequatur.*
19 *Non incidit tamen in excommunicationem.*
20 *Etiamſi apertæ fuiſſent litteræ directæ Summo Pontifici.*
24 *Aperiens litteras alicuius priuati, & eas oſtendens alteri, quam aduerſario ipſius ſcribentis: ſi modo inde ei damnum intulit, pœna falſi ordinaria punitur.*
25 *Contrarium multi.*
26 *Et eſt verior ex authori ſententia.*
27 *Patroni, vel procuratores pandentes iura ſuorum clientum aduerſarijs eorum, ſunt, & ipſi ordinaria pœna falſi puniendi.*
28 *Quintus principalis caſus eſt, quando quis lacerauit, vel combuſſit litteras ipſas, & tunc punitur pęna extraordinaria iudicis arbitrio.*
29 *Quinimo condemnatur ad reſtitutionem omnium damnorum, & ad intereſſe.*
30 *Dictum D. Deciani elucidatur.*
31 *Quando nominatur, vel inffigitur pęna falſi in dubio intelligitur de ordinaria.*
32 *Sextus caſus eſt, quando quis remoratur reddere litteras ei, cui mittuntur, quo caſu tenetur ad intereſſe erga mittentem, ſi aliquod fortaſſis is ex ea mora damnum fuerit perpeſſus.*
33 *Hoc idem ſtatutum eſt quoque reſpectu tabellariorum, qui serò nimis reddunt litteras.*
34 *Septimus eſt caſus, quando quis pigritia, viæque conficiendæ tedio adductus in itinere litteras alicuius priuati abijcit, vel arena obruit, & hoc caſu litteris repertis, extraordinaria pęna falſi punitur.*
35 *Vltimus caſus eſt, quando ille, qui litteras alienas aperuit, & legit, aliquid forſan in ipſis corraxit, abraſit, & immutauit, & tunc ſine dubio ordinaria pœna falſi puniendus eſt.*
36 *Ratio, & n.37. & 38.*
39 *Aperiens litteras ſui Principis, in quibus de re ipſius graui tractetur, eaſque hoſtibus ſuis patefaciens, poteſt multari, & pœna qua punitur reuelans ſecreta Principis, quæ eſt pœna capitis, item ordinaria pœna falſi, & numer. 40. 41. & 42.*
43 *Aperiens litteras principis, in quibus agatur de re perſonæ priuatæ, & punitur in hoc vt amplius audiri non poſſit.*
44 *Et ſi clericus eſt deponitur.*
45 *Remouens ſigillum de litteris alicuius Principis punitur pęna falſi.*
46 *Aperiens litteras alicuius Magiſtratus, vel Iudicis, quomodo puniatur non eſt eadem omnium ſententia.*
47 *Addentium ad deciſ. Guid. Pap.*
48 *Ipſius Guidonis Papæ, &*
46 *Ioannis Fabri.* } *Opiniones hac in re recenſentur.*
50 *Author autem diſtinguit, et n.51. et 52.*
53 *Aperiens acta iudiciali in ſui aduerſarij detrimentum, punitur duplici pęna, prout ibi.*
54 *Author remittit lectorem ad Baiard. et Colerum.*
55 *Ad hoc vt aperiens litteras alienas puniatur pęna falſi, vel ordinaria, vel extraordinaria, requiritur de neceſſitate dolus, vel culpa alter ab omni pęna tutus eſt.*
56 *Ratio, et n.57.58. vbi pulchrè.*
59 *Et dolus iſte regulariter non præſumitur, ſed ab eo, qui illum allegat, clarè probandus eſt.*
60 *Multa notatur digna in materia doli afferuntur per authorem vſque in finem.*

Quoniam effrenis hominum petulantia adeò proceſſit, vt quamplurimi, qui litteras alienas aperire non erubeſcant, in dies reperiantur, rem congruam hic me facturus arbitror, ſi qua pęna ipſi regulariter ob tale delictum plecti ſoleant in pręſentiarum vos docuero: & verum qua pœna, quæ vt plurimum huiuſmodi delinquentibus ſolet infligi, eſt pęna falſi iure meritò igitur contingit hic dubitare.

An litteras alienas, ſeu epiſtolam aperiens, pęna falſi puniatur?

1 VTilis, & in foro frequens ſanè eſt hæc diſputatio. Vt autem ipſa ab omnibus mira quadam facilitate, & percipiatur, & inſimul diſcutiatur, per plures caſus arbitror diſtinguendos.

2 Primus quidam caſus eſt, quando quis aperuit literas alicuius priuati, ſed eas non legit: hoc in caſu cum dolo carere, nec ipſas litteras aperuiſſe dicatur, pęna legis *Cornel. de falſ.* minimè multandus eſt; ſic ſenſiſſe viſus eſt *Bar. in leg. ſi quis in graui, §. qui tabulas, ff. ad Syllanian. per illum tex. & clarius Bertach. in ſuo tract. de Epiſcopo, lib. 3. p. 1. n.*
3 39. licet loquantur quando quis caſu, fortè, & fortuna litterarum nizzam fregit. Hoc idem ſequitur *D. Decian. in tr. crim. lib. 7. c. 17. col. pen. num. 46. verſ. quæ tamen omnia,* vbi ſubdit, id etiam probari per *tex. in l. 2. §. ſi linum, ff. de bonorum poſſ. ſecundum tabul. & per gl. in c. Nobiliſſimus, 97. diſtinct. Sequitur quoque Baiard. in additionibus ad Clarum, in §. falſum, num. mihi 203. & Viuius lib. 1. dec. ſua 62. in fin.* vbi quoq; ita in facti contingentia in ſacra Regia audientia Barenſi die 15. Martij 1590. iudicatum fuiſſe eleganter ſubnectit. Addo nouiſſimè *Clar. D. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 6. caſu 538. num. 6. & 7.* vbi quoque ſubdit, idem
4 iuris eſſe, quando quis ſine dolo litteras aperuit, & legit: veluti ſi credat ad ſe datas, cum eodem, & ipſe vocaretur nomine, quo ille, ad quem erant ſcriptæ, & hoc cum falſitas non dicatur committi, vbi non adeſt dolus, *ad l. nec*
5 *exemplum, C. de falſ.* Huic eidem ſententiæ adæſit quoque poſt plures alios relatos *Clariſſ. vir. D. Farinac. in ſuo tract. de falſitat. quæſt. 150. p. 4. num. 129. et 130. Videndus idem ſub num.* 131. vbi loquitur in aperiente litteras alienas ſine dolo, ſed per errorem, & caſu credendo eas ſibi eſſe directas.

6 Secundus quidem principalis caſus eſt, quando quis aperuit litteras priuati, & eas ſolus legit atque ita alteri non oſtendit: & hoc caſu ipſum aperientem pęna extraordinaria ſtellionatus, iudicis tamen arbitrio puniendum

Scribentes Sic præcisè docuit Auriga noſter *Bart. in l.qui*
*teſtamentum,ff ad leg.Cornel.de falſis*, vbi de hoc ſubdit eſ-
ſe *tex.ſingularem in cap.cum olim Magiſter. extra, de offic.*
*deleg. Eumdem Bartol. ſequitur in eodemmet capitulo Abb.*
*ſub num.4.Ludou.Roman.in ſuo conſil.* 365. *num.*3. & poſt
multos relatos *Decian.præcitato num.* 46. ferè in princip.
Hanc eandem traditionem *Bartol. ſequutus eſt etiam Ba-*
*iard.in dictis Additionibus Clari ad* §.*falſum,num.*205. *Vi-*
*uius,d deciſ.62.num.2.et nouiſſimè Clar.vir.D Menoch.poſt*
*multos alios relatos d.caſu* 538.*num.8.Addo Bertaz.conſil.*
*ſuo criminali* 112.*num.2.lib.1.* & *eruditiſſimus Farinaccius*
*præcitata parte* 4.*quæſt.*150.*num.*126.vbi infinitos etiam
concordantes deducit.

7 Pro qua quidem opinione conſiderat etiam.Nam ſpe-
ciale eſt in eo,qui aperuit teſtamentum clauſum, & alteri
non oſtendit,vt ordinaria pena falſi puniatur, prout eſt
*text ſingularis,in leg.qui teſtamentum, ff.ad lege Cornelia de*
*falſis*, cum concordant ijs deductis per *Farinaccium dicta*
*q.*150.*præcitata parte quarta,num.*119.

8 Ergo aliud dicendum de eo, qui aperuit alias litteras,
maximè priuatas,& ita arguit quoque *D. Abb.in d.c.cum*
*olim.nu.4.* & *Bernard. Vvrmſer.Pract.forenſ.lib.1.n.47.ob-*
*ſeruat.n.*22.

9 Ampliatur iſthæc communi Concluſio, vt procedat,
etſi in ipſis litteris aliquid ſcriptum eſſet contra hunc a-
parientem, & legentem, adhuc enim ipſa pena extraor-
dinaria ſtelionatus locum ſibi vendicabit; non per hoc e-
nim debuit eas aperire,ſed aut non recipere, aut receptas
fideliter præſentare; ſic præcisè *Abb.in d.c.cum olim, ſub*
*numer.2. verſ.nota*, quod etiam ſequitur *D.Menoc.d.caſu*
538.*num.*7.

10 Quinimo aperiens ipſas litteras ſibi conſignatas,& ali-
cui deſtinatas,& illas legens,tenetur actione iniuriarum
& ea actione per tranſmittentem litteras ipſas poſſet agi
contra aperientem prędictum argumento,*l.1.§.ſi quis ta-*
*bulas.ff.depoſiti*. Sic pulchrè *Viuius d.ſua deciſ.62 n.10.* &
*ſequitur* poſt alios *Cl.Farinac.pręc.p.4.n.*123.

11 Tertius præcipuus caſus eſt, quando quis aperuit lit-
teras alicuius tertij, in quibus quidquam minimè extabāt
ob quod aliquid detrimenti, vel iniuriarum ille pati poſ-
ſet,& hoc caſu nulla pœna ipſemet aperiens punitur. Sic
præcisè *Bertachin.in d.ſuo tract.de Epiſcop.lib.3. par.1.nu-*
*mer.39. verſ.* & quod dixi quem ſequitur *Decian.d.capi-*
*tulo ſuo decimoſeptimo præcitato num.46.verſ.item tempera*
& *poſt hoc Cl.* Menoch.*d.caſu* 538.*num.5. Addo Viuium d.*
*dec.62.num.*13.

12 Iſtaque opinio corroboratur tali ratione. Ad hoc vt
ordinaria pœna falſi, vel extraordinaria criminis ſtelio-
natus ſibi locum vendicet: neceſſario ſemper inter alia
requiritur, vt falſitas commiſſa alicui ſit nociua, vel apta
13 docere.Sic præcipuè *Anchar.Socin. Pariſ.* & plurimi alij
per nos relati *ſupra libr.1.quæſtion.4 principali, num.quin-*
*to,cum ſequentib.* & *ſub num.*33. vbi probatur,quod pena
iſta extraordinaria criminis ſtellionatus,quæ eſt ad inſtar
actionis de dolo non infligitur propter illud, quod alicui
non nocet.

14 Modo in caſu noſtro nihil detrimenti, vel iniuriarum
pati poſſe illum,quem litteræ erant deſtinate: iam in caſu
propoſito ſupponimus ergo, &c. De traditione tamen
tantorum patruum valde dubito. Cogita. Nota *Cl.Farin.*
poſt hæc edita viſum,*d.p.4.præcitata q.*150.*num.*133. pa-
riter de horum opinione ancipitem eſſe, qui docet ape-
rientem ipſum aliqua extraordinaria pœna puniendum,
cum ſit res mali exempli aperire litteras alienas, ſiue ſit
iudicium ſcribenti,ſiue non.

15 Quartus principalis caſus eſt, quando quis aperuit lit-
teras alicuius priuatæ perſonæ, & eius aduerſario oſtēdit,
in ipſis ſcribentis detrimentum, hoc in caſu ordinaria
proculdubio punitur pena falſi. Sic in terminis docuit
*Bart. in d.l.qui teſtamentum*, vbi ſubdit de hoc eſſe *text.in*
*l.1.§.is qui depoſita, ff.eodem.* & *in l.Titio, num.3.ff.ad mu-*
*nicipal.*vbi quoque adducit concordātem *in l.ſi quis aliud,*
*§.qui viui,ff.de pœnis,ſequitur D.Decian.d.num.46.in princ.*
*Clar.in § falſum, num.mihi* 26. & *Baiar. in aditionib.ad*
*eumdem,* §.*falſum, num.*205. Sequutus eſt etiam *Viuius d.*
*deciſ.62.num.3.*vbi adducit *Curt.iuniorem in l.2.numer.56.*
*C.edendo*, & *nouiſſimè Clariſs. vir D. Menoc.d.caſu* 538.
*num.10.cum ſequentib.* vbi quoque opinionem *Auguſtini*
*Ariminenſ.in Add.ad Angel.in verbo, falſario, numero* 10.
pena dumtaxat extraordinaria hunc aparientem plectē-
dum eſſe contea communem exiſtimantis, acutè refellit.
Addo *Bernard. Vuymſer. Pract.for.lib.1.tit.47. Obſerua-*
*tione* 25.*n.*1. Et hæc opinio mihi veriſſima videtur, quid-
quid dixerint nonnulli relati per *Farinaccium d. q.* 150.
*præcitata p.4. n.*127.

16 Amplia, vt iſte aperiens, ſi ipſas litteras in ſcribentis
iniuriam propalauerit, iniuriarum quoq. actione conue-
niri poſſit.Sic poſt *Gondislaum in tract.de legat.et Decian.*
*cit.n.46.Menoch.d.caſu n.*13.

17 Amplia ſecundo: vt hic aperiens in foro conſcientiæ
commiſſe quoque dicatur peccatum mortale. Sic poſt
*Nauar.in c.ſi ſacerdos, num.14.de penitent.diſtinct.6.Dom.*
*Menoc.d.caſu 538. nu.14 cum ſeqq.* vbi hoc pulchrè exor-
nat, & corroborat, & *ſub nu.*17. ampliat idem iuris quo-
que eſſe, etiamſi damnum non ſequatur modo eo animo
18 factum fuerit. Hoc idem de peccato mortali ſequitur *Fa-*
*rinac.præcitata q* & *parte, n.*115.

19 Nota tamen, quod non ob id incidit in excommuni-
cationem. *Nauar.conſ.33.num.3.de ſententia excommuni-*
*cationis,libr.*5 quod procedit, etiam ſi aperire literas di-
20 rectas Summo Pontifici.Sic poſt *Abb.*& alios,obſeruauit
præcisè *Viuius d.deciſ.ſua 26.n.1.* Sequitur præcisè *D.Fa-*
*rinac.pręcitata p.4. n.fin.*

21 Obſerua ſecundo, quod iſta ſecunda ampliatio limita-
tur in duobus caſibus. Primus quidem eſt, vbicunq;quis
aperiret litteras ſui aduerſarij, ſuſpicando illas aliquam
ſibi non leuem perniciem allaturas, tunc enim aperiens
non peccaret mortaliter.

22 Alter vero eſt, quando ex aliqua cauſa rationabili, lit-
teræ ipſæ aperirentur,veluti ad proditiones detegendas,
vel ſi aperirentur,litteræ vaſallorum per ſuos ſuperiores.
Item ſi per partes litteræ filiorum, ſeu per viros litteræ
23 coniugum ſuarum: tunc enim iſti nullatenus peccarent.
Et ratio eſt in promptu: quoniam prædicti omnes, id eſt
dominus,pater,& maritus, vtuntur in præſenti caſu iure
eorum,nemini autem facit iniuriam qui ſuo iure vtitur, *l.*
*nullas,de reg.iur.* & *l.1.§.idemque Marcell.ff. de aqu. pl.ar-*
*cend.* Sic eleganter docet hæc omnia *Viu.d. ſua dec.62.nu.*
7.8. & 9. Ad eos in hoc propoſito *D.Ioannem Ozorium*
*part.3. Inſtitutionum Moralium lib.3. cap.31.in fine*, vbi
pulchrè.

24 Ampliatur tertio, idem iuris quoque eſſe, quando hic,
qui litteras aperuit, eos oſtendit alteri, quam aduerſa-
rio ipſius ſcribentis, ſi inde ei damnum aliquod intulit.
Sic præcisè docuit *Decian.dict.numer.46. verſ.ſed.* & *ſi lit-*
*teras*,ſic intelligens *Bart.in l.Titio, ſub iam allegato numer.*
3. & ſequutus eſt etiam *Clar. Dom. Menoc.d.caſu.*538.
*numer.* 12.

25 Obſerandum tamen,non defuiſſe, qui contrariam hac
in re ſequuti fuerint opinionem; inter cæteros autem
adeſt *Claud. Bertazz.in additionibus ad conſ. Bartol. conſ.*
122. *verſ.ſecundus eſt caſus lib.1.* Sicque ante omnes ſen-
tire viſus eſt quoque Auriga noſter *Bart. in d.l.qui teſta-*
*mentum,ff ad leg.Cornel.de falſ.*dum ibi clarè dicit, quod
alienas litteras aperiens, & aduerſario mittentis oſten-
dens,tunc incidit in penam falſi. Sic etiam ſcriptum reli-
quit *Marcian.I.C.in d.l.1.§.is qui depoſit.ff.ad leg. Cornel.de*
*falſis*. ſic enim ibi igitur ( inſtrumenta apud alium

ab eo

ab eo prodita eſſe ab aduerſarijs ſuis dicit, accuſare eum
falſi poteſt.

26 Et hæc (mea ſententia) eſt verior, & receptior opinio
ſecundum quam reſpondit quoq; eruditiſſimus *Honded.*
*conſil.ſuo* 105.*n.*83.*vol.*1.

27 Amplia quarto, vt id procedat etiam reſpectu Patro-
norum, & Procuratorum, ſi enim ipſi iura clientum, vel
partium ſuarum ſuis oſtendant aduerſarijs pęna, falſi or-
dinaria abſq; dubio, & ipſi multandi ſunt. Sic poſt alios
*Abb.in d.c.cum olim,n.*5.*vidend.Bernard. Vvymſer.Pract.*
*for.lib.*1.*tit.*47.*Obſeru.*25.*n.*4.vbi hac de re pulchrè.

28 Quintus caſus principalis eſt, quando quis lacerauit,
vel combuſſit litteras ipſas, tunc enim punitur pęna ex-
traordinaria iudicis arbitrio: ita poſt *Abbat.Aret.& De-*
*cian.Cl.Menoch.d.caſu* 558.*n.*21. *& Viuius dicta deciſ.*62.
*n.*4.vbi poſt Summam *Armillam, in verbo falſarius*, *n.*5.
concedit etiam ipſum lacerantem, vel comburentem cō-
demnari poſſe ad reſtitutionem omnium damnorum, &
intereſſe: ibique rationem aſſignat. Hoc idem, quod lace-
rans litteras alienas, extraordinaria pęna plectatur, poſt
nonnullos alios relatos ſequutus eſt etiam *Farin. d. q.*150.
*præcitata p.*4.*n.*122.

29 Obſerua tamen *Cl.D.Decian. d. loco per Menoch. alleg.*
non docuiſſe, quod iſte lacerans pęna extraordinaria fal-
30 ſi ſit plectendus, ſed dumtaxat, quod pęna falſi teneatur.
31 In dubio autem intelligitur de ordinaria. Hoc idem præ-
ciſis verbis ſcriptum reliquit *Baiard. in Addit. ad Clarum.*
*ad d.§.falſum,n.*207. Cogita nam iſthæc poſterior ſenten-
tia verior, & probabilior mihi videtur.

32 Sextus præcipuus caſus eſt, quando quis remoratur
reddere litteras ei, cui mittuntur, tunc enim abſque dubio
tenetur ad intereſſe erga mittentem, ſi aliquod fortaſſis
ex mora fuerit damnum perpeſſus. Sic poſt *Bertachin.*
*Clariſs.Decian.dict.num.*49.*colum.penult.circa medium,vbi*
33 *de hoc dicit eſſe tex.ſingularem,in l.fin.C. de Fabricenſ. libr.*
12.& ſequutus eſt etiam *Dom.Menoch.d. caſu* 538. *ſub nu-*
*mer.*22.*&* 23.vbi quoque ſubdit, eadem pęna plectendos
eſſe tabellarios, qui ſero nimis reddunt litteras, niſi oſten-
derent ſibi forſan illas, vel a latronibus, vel ab hoſtibus,
quod perſæpè contingere ſolet, fuiſſe interceptas. *Addo*
*Viuium dicta deciſ.ſua* 62. *n.*12. *& Farinaccium præcitata*
*p.*4.*n.*124.

34 Septimus adducitur caſus; & eſt, quando quis pigritia,
viæque conficiendæ tedio adductus, in itinere litteras ali-
cuius priuati abijcit, vel arena obruit, hoc in caſu litteris
repertis extraordinaria pęna falſi ipſum multandum, la-
tiſſimè, & ex profeſſo reſpondit *Iacobus Thomingius, om-*
*nino videndus deciſ.ſua* 34.*per totam*.

35 Vltimus principalis caſus eſt, quando ille, qui litteras
aperuit, & legit, aliquid forſan in ipſis correxit, abraſit, ac
36 immutauit, & tunc abſq. dubio ordinario pęna falſi mul-
tandus eſt. Nec mirum: cum enim definitio ipſius crimi-
nis falſi in eiuſmodi delictum quadret, (falſum enim nil
37 aliud eſt, quam immutatio veritatis doloſè, & ex certa
ſcientia facta ad tradita per *Hoſtien. in tit. de crimine falſ.*
*§.*1.*& per Marſil.in Rubrica ad leg.Cornel.de falſ.num.*1.&
proculdubio iſte corrigendo, & immutando veritatem
mutauit,) & definitum quoq; ipſum illi conuenire debere
38 conſequens eſt neceſſarium, vulgata *l. Quintus, §. cui au-*
*rum, ff.de auro,& argent.leg.* Hoc idem tangere videtur
*Farinaccius d.p.*4.*n.*117.

Hæc, cum agitur de litteris alicuius priuatis.

Nunc de publicis diſtinguendo pariter varios caſus
diſſeramus.

39 Primus itaque, & principalis caſus eſt quando qui lit-
teras principis ſui aperuit, in quibus de re graui ipſiuſmet
Principis agebatur, caſq. hoſtib. ſuis patefecit. Hoc equi-
40 dem caſu varijs pęnis multari ſolet, & poteſt. Et primo
quidē, poteſt multari ea pęna, qua punitur reuelans Prin-
cipis ſecreta, quæ quidem eſt pęna capitis, ad latè tradita
per *Clar.Menoch.dict. centur.*6.*in lib.*2.*de arbitr.caſu* 537.
*num.*5.

41 Et merito, dicitur enim committere crimen læſæ ma-
ieſtatis ad *not.in leg.*1. *ff.ad l.Iuliam maieſtatis*: *& ſequitur*
*poſt Roman.& Gigantem in ſuo tractatu de crimine lęſæ ma-*
*ieſtatis.Decian.dicto ſuo n.*46.*col.penult.verſic.illud autem*,
Sic etiam docet poſt plures alios relatos *Menoch.dict.caſu*
538.*n.*2.*Adeo Baiard.in addit.ad d.§. falſum, n.*209.*& Cl.*
*Farin.d.p.*4.*n.*120.*vbi pulchrè*.

42 Secundo poteſt etiam iſte delinquens ordinaria puni-
re pęna falſi. Sic poſt *Decian.dicto loco.Menoch.d.caſu* 538.
*n.*2. latius vide per eos.

43 Secundus principalis eſt caſus, quando quis aperuit
litteras Principis, in quibus agebatur de re propria ipſius
aperientis. Hoc in caſu aperiens ipſe punitur pęna, quæ
in dicta eſt à Summo Pontifice in *d. c. cum olim magiſter,*
44 *de offic.deleg.* vt ſcilicet amplius nō audiatur, & ſi clericus
eſt deponatur. Sic poſt *Rom.Gigantem,et Decian.Menoc.d.*
*caſu* 538.*n.*3.*Addo Baiard.cit.loco,n.*208.*vbi adducit text.*
*in c.ad falſariorum, de crimine falſi*.

45 Tertius deducitur caſus, & eſt, quando aliquis a litteris
alicuius Principis remouit ſigillum: hoc itidem caſu pęna
falſi punitur. Sic poſt *Bartol.Bertach.in d.tract. de Epiſcopo*
*lib.*3.*in prima parte verſ.vlterius quæro n.*36. vbi ita exci-
tiſſe alias in facti contingentia quemdam Ser Gyrutium
de Monte Sancto, condemnatum, ob ſigillum per eum
amotum a litteris Cardinalis Firmani recenſet. Sequitur
poſt hos, & *Gigantem in d. ſuo tract. de crimine læſæ maie-*
*ſtat.relatos Viuius,d.deciſ.ſua* 62.*n.*11.*& Cl.Menoch.d.caſu*
538.*n.*18.*&* 19. vbi præciſè loquitur de eo, qui remouit
ſigillum de litteris Papæ. Addo *Cl.Farinaccium d.part.*4.
*num.*125.

46 Quartus principalis caſus eſt, (& hoc, vt omnia de hac
materia complectar,) quando quis aperuit litteras alicu-
ius Magiſtratus, vel iudicis. Hoc in caſu eum pęna pecu-
niaria 50.aureorum *iuxta §.penales, Inſtit.de actionib. pu-*
*niendum*, reſponderunt addentes ad *Guid.Papam, deciſ.*
*ſua* 233.*in littera A.*

47 Guido vero Papa ſenſit ibidem, eum multandum pęna
500.aureorum, *iuxta leg. ſi quis id quod in principio, ff.de*
48 *iuriſdict.omn.iudic.vel etiam pęna falſi,l.hodie,in princip.ff.*
*de falſ.*& ipſum ſequutus eſt *Decian. d.nu.*46.*verſ.& dixit*
*Guido,& poſt eum Cl.Menoc. d.caſu* 538. *n.*4.

49 Ioannes autem *Faber,in d §.penales*, ſenſit apertè hunc
pęna induci arbitraria puniendum, cuius veſtigia ſequuti
videntur quoque alij addentes ad eumdem *Guid. d. deciſ.*
233. *in litter.B.*

50 Ego vero, pro tantorum patrum diuerſis opinionibus
ſedandis, cogitabam ſi ita diſtingui poſſet. Aut iſte, qui
has litteras aperuit, delinquit dumtaxat in aperiendo, ac
legendo, aut etiam vlterius progrediens, deliquit in mu-
tando, augendo, imminuendo, vel abradendo.

51 Si primo, locum habeat pęna iudici arbitraria, inſpecta
tamen conditione, qualitate, & perſona ipſius delinquen-
52 tis, ſi vero ſecundo, locus ſit indiſtinctè ordinariæ pęnæ
falſi. Cogita. Adeundus de materia huius quarti caſus *D.*
*Farinacius d.q.*150.*præcitata p.*4.*n.*118. vbi multa ad rem
ſpectantia coaceruat.

53 Quintus, & vltimus præcipuus caſus eſt, quando quis
aperuit acta iudiciaria in ſui aduerſarij detrimentum:
Hoc ſanè caſu punitur iſte duplici pęna, extra ordinem,
ſcilicet iudicis arbitrio, & quia amplius audiri non poteſt
poſt *Roman.conſilio ſuo* 346.*num.*12.*Canoniſtæ omnes in d.*
*c.cum olim,moti per illum textum. Sequutus eſt etiam Clar.*
*Menoch.dict.caſu* 538, *num.*1.

54 Plura de hac materia tangentem videas *Baiar. in d. §.
*falſum,a n.*201.*vſque ad* 222.Adeundus quoque *Matthias
Coler.in ſuis deciſionib.Germanic.deciſ.*179.*n.*14.*&* 15.*&
in additionibus,& Cl.Farin.d.q.*150.*præcitata p.*4.*per totā.*
55 Obſeruandum eſt tamen pro coronide huius materię,
hos omnes caſus ſupra enarratos, dumtaxat procedere,
quando ipſemet aperiens doloſè litteras alienas aperuit,
ac diſſigillauit:ſecus ſi abſque dolo,& culpa, & cum bona
fide:tunc enim ab omni pœna ſine dubio tutus eſſet.Ceſ-
56 ſante enim dolo, non ſolum ceſſat pęna ordinaria *leg.
Corneliæ de falſis,* ſed etiam alia extraordinaria ſtellionā-
tus.
57 Pro falſo enim carente dolo, nec pęna extraordinaria
infligitur.*Corn.conſ.*182.*n.*5.*lib.*4.*Cæpol.Socin.iun.Becc.* &
plurimi alij,quos refert,& ſequitur *Honded. conſ. ſuo* 105.
*n.*86.*in* 1.& eſt veriſſima Concluſio,cum nec crimen ſtel-
58 lionatus ſine dolo committatur, *l.*5.*§.*1.*ff.de crimine ſtel-
lionat.Boſſius in tit.de crimin ſtellion.n.*1. cum concordan-
tibus. Sic præcisè docuit inter cæteros *Honded. d. conſil.*
105.*n.*84.*cum ſeq.*Videndus tamen hac de materia,ac ob-
ſeruatione *Cl.Farin.d.q.*150.*p.*11.*n.*287.*&* 288. vbi etiam
pro iſta opinione,quod iſte,ſcilicet extraordinaria aliqua
pęna plectatur,quamplures Doct.authoritates deduci: a
ſuperiori autem firmata vti magis communiter recepta
minimè arbitror recedendum.
59 Obſeruandum ſecundo, in omnibus eijſdem caſibus
dolum regulariter non præſumi,ſed ab eo, qui illum alle-
gat,clare probandum eſſe,lege dolum, vbi *Bart. Bald.&
cęteri omnes,C.de dolo malo,lege quoties,§.dolo,ff.de probat.
Bart.& alij communiter in l.quoties,§.*1.*de hæred.inſtituen-
dis.*
60 Licet enim in delictis in dubio dolus præſumitur, *l.*1.
*C.ad leg.Cornel.de ſicar.l.ſi non conuitij,C.de iniur.& c.*5.*de
præſum.cum concordantibus:*attamen illa doli præſumptio
61 admittitur in dubio,vt dicitur in *d.l.*1. *& declarant Bart.
in l.dolum,n.*3.*C.de dolo,& Ang.in l.plagij,num.*1. *verſ.aut
dubitatur,C.ad legem Flau.de plagiar.*
62 Sed quando allegatur aliqua cauſa, ex qua quis motus
fuit,tunc doli præſumptio remouetur, cum quælibet cau-
63 ſa etiam iniuſta a dolo excuſare ſoleat, *l.igitur, verſic. po-
64 teſt,ff.de liberal.cauſ.Gram.deciſ.*5.*n.*26. & ſecundum ali-
quos etiam leuis,& beſtialis cauſa dolum excludit.*Crauet.
conſ.*6.*num.*89.*&* 319.*n.*14.*Tiraq.in tract.de pęnis, cauſa*
43.& quod quilibet cauſa etiam iniuſta à dolo, & conſe-
65 quenter a delicto,& eius pæna excuſet,probat.*Gl.magna,
in l.ſine,in l.vnic.§.fin. ff. ſi quis ius dic.non obtemper.cum
ſextentis alij concordantibus relatis per Honded.d. conſ.*105.
*n.*24.*cum ſeqq.Et per Cl.Farinacium d.qu.*150.*præcitata p.*
11.*n.*274.*cum ſeq.*Et hæc ſufficiant de hac materia: quan-
do tamen aparientes extitere laici. Quid autem iuris ſit,
ſi ipſemet eſſent religioſi,in præſentiarum minimè diſcu-
tio,ſed adeundus.*Reuerendus Pater Emanuel Rodericus li-
bro* 2.*ſuarum quæſtionum Canonicarum,quæſt.*36.*art.ſecun-
do, &* 4. vbi pulchrè,& latè,ſat enim mihi eſt loca teti-
giſſe.

De hac eadem materia aperientium litteras alienas; quanam ſcilicet; pęna puniantur, videndus *Illuſtr.Card. Tuſcus:concl.ſua* 385.*in littera L,vbi pulchrè.*

---

## An falſificans litteras alienas, pœna falſi puniatur? Contingit ſecundo loco dubitare.

*SVMMARIVM.*

1 *An falſificans litteras alienas pęna falſi puniatur? plures caſus ſunt diſtinguendi.*
2 *Falſificans litteras Summi Pontif. ordinaria pęna falſi punitur.*
3 *Quinimo cum ſuis fautoribus eſt excommunicatus.*
4 *Et ſi clericus eſt,officijs,& beneficijs priuatus,degradatur, & curiæ ſeculari puniendus traditur.*
5 *Portius conſ.ſuo* 7.*num.*20.*adducitur.*
6 *Quot modis litteræ Summi Pontificis falſificari ſoleant,& poſſint,remiſſiuè.*
7 *Falſificans litteras Regias, vel cuiuslibet alterius Principis,ordinaria pœna falſi ſecundum terminos iuris punitur.*
8 *Aliter autem ex conſtitutionibus locorum particularium.*
9 *Quid apud Gallos,& num.*10.
11 *In Regno Hiſpaniarum.* } *obſeruetur, docet*
12 *In Regno Neapolitano.* } *author.*
13 *In Statu Mediolani.*
14 *Et ſub hoc Sereniſs.Dominio.*
15 *Falſificans litteras alicuius priuati, punitur pęna ordinaria falſi.*
16 *Hoc intellige verum, quando falſum illud alteri detrimentum affert.*
17 *Cum autem nemini obeſt, maxima eſt inter Doct. altercatio.*
18 *Author ſequitur opinionem Clariſſimi Menochij.*

Relato caſui hic proximè accedit, an ſcilicet falſificans litteras alienas, ordinaria pęna falſi puniatur.

1 IN qua quidem difficultate, (ſuppoſito ſemper tamen
dolo,& tertij præiudicio, aliter enim fruſtra de pœna
ordinaria falſi infligenda tractaretur, vt ſupra proximè
diximus) plures pariter caſus ad ipſius clariorem intelli-
gentiam arbitror diſtinguendos.
2 Primus itaque caſus eſt, quando falſificat litteras Sum-
mi Pontificis, & hoc caſu abſque dubio punitur ordina-
3 ria pęna falſi.Quinimo cum ſuis aſſeclis,ac fautoribus ex-
communicationis labem incurrit,etſi eſt clericus,officijs,
& beneficijs priuatus, degradatur, & Curiæ ſæculari, ad
hoc,vt iuxta leges puniatur,traditur.Sic diſertè cautum
eſt in capitulo ad falſariorum, *vbi Cl.textus extra de cri-
4 mine falſi.Sequitur D Thom.Triuiſ.lib.*2.*deciſ. ſua* 9.*n.*4.*&*
5.qui tamen ſubdit mitius agi ſolere, ſi agatur de litteris
alterius, quam ipſius Summi Pontificis.
5 Id quod etiam docuit ante eum *Philipp. Portius conſil.
ſuo* 7.*num.*20. dum ibi docet, quod ſi contingat litteras
Legatorum, vel delegatorum Sedis Apoſtolicæ falſi ali-
qua ſpecie corrumpi, mitius delictum ipſum patrans pu-
niendus erit,adducit text.in c.olim ex litteris, de reſcrip-
tis,in fin.vbi *Hoſtienſ.Butr.Abb.& alij*, vlterius animad-
uertunt illum ipſum cauſam amittere: qui in eius litteris
falſum ipſum commiſit. Vidēdus idem *Portius citato con-
ſil.num.*19. vbi pulchrè de hac materia. Adeundus quo-
que Cl.vir.& numquam ſatis laudatus *D.Farinacc.poſt hæc
edita viſus,in ſuo eleganti tract.de falſitat.& ſimulat.quæſt.*
151.*p.*1.*per totam,*ibi enim adeo doctè, & eleganter hanc
præcisè materiam falſificantis litteras Apoſtolicas am-
pliando,declarando,ac limitando tractat,ac proſequitur,
vt vniuſcuiuſq. alterius opera ſuperuacanea, mea ſenten-
tia,iudicetur,ad ipſum igitur ne ex ſcriptis ſcripta confi-
ciam, beneuolem lectorem omnino relego: addo *Card.
Tuſc concl.ſua* 52.*in littera F,vbi pulchrè,& Dom.Villagut
de extenſione legum, titul.de extenſ.pœnal.materia Conatus
cap.*5.*num.*56.*&* 57.*cum ſequentibus pag. mihi* 199. Vi-
dendus quoque idem *D.Farin.d.qu.*151.*part.*2.*per totam,*
ibi enim producens,& vtens falſis litteris Apoſtolicis,an,
quando, & qua pęna puniatur, ab ipſo omnium quot-
quot ſcripſerint,elegantiſſimè diſceptatur,Sat locum mi-
hi tetigiſſe.
6 Quot autem modis litteræ ipſius Summi Pontificis
regu-

regulariter falſificari ſoleant, & poſſint, videndi ſunt pulcherrimi *tex.cum ibi notatis,in c.licet, & cap. quam graui, extra de crimine falſi , & Farinacc.præcitata quæſt.numer. 37.& 38.*

7 Secundus quidem principalis caſus eſt, quando quis in litteris alicuius Regis,vel cuiuslibet alterius Principis falſitatem commiſit , & iſto pariter caſu ( ſecundum terminos iuris loquendo) ordinaria pęna falſi punitur , *text.in l.maiorem,& in l.vbi cum ibi not.C.ad legem Cornel. de fal. Sequitur Boer.deciſ.ſua* 82.*n*.4.

8 Iure merito autem dixi,(ſecundum terminos iuris)quia aliter ex Conſtitutionibus locorum decretum eſt.

9 Apud Gallos ( vt hic exordiat ) falſificans litteras Regias,hac plectitur pœna.

In primis is falſarius deferendo manu ſua accenſam tædam fuſtigatur per aliquas vias ciuitatis , deinde ducitur ad palatium Magiſtratus , ibique omnibus ſpectantibus,ferro candenti in fronte inuritur,& deinde bannitur: ita *Boer.d.q.86.n.9.*

10 Quæ quidem pœnæ forma eſt deſumpta ex c.ad audiẽtiam de falſis,quo clerico falſificanti Reſcripta inducitur pœna degradationis,deinde ferro candenti in fronte inuritur,& poſtmodum in exilium mittitur: aliquando vero degradatur, & in monaſterium ad tanti ſceleris agendam pœnitentiam detruditur,*c.1.vbi Doct.de crimine falſi.*

11 In Regno Hiſpaniarum, qui Regum, vel Papæ litteras falſas fingit,pęna capitis abſq.dubio punitur. Sic aperte legitur *l.8.tit.9.p.2.& leg.6.tit.7.p.7. Sequitur Padyl. in l. tranſigere,n.111.C.de tranſact.n.princ.*

12 In Regno Neapolitano ex Regia Conſtitutione , in huiuſmodi delinquentem ſtatuta eſt pariter pęna,capitalis , prout refert *Affl.deciſ.ſua 21.* vbi etiam latiſſimè diſcurrit,qua pœna plectendus ſit ille, qui ſcribit literas ſub nomine Regis, & contrafacit eius ſignaturam, & falſo effingit etiam alias manus , quæ de ſtylo apponuntur in regijs litteris veris.

13 In ſtatu Mediolani ex Nouis conſtitutionibus in tit.de pœn. varijs tormentorum generibus falſarij multantur. Falſificans autem præcipuè litteras principis , igni concremandus traditur, *vt in §.1.illius tituli.*

14 Sub hoc autem Sereniſs.Dominio Veneto cautum dũtaxat eſt, vt qui ſigillum præfati Sereniſſimi Dominij falſificauerit,ſi de hoc confeſſus fuerit, aut conuictus per teſtes,manus dexteræ amputationis pęna puniatur . Sic legitur apertè in libro qui inſcribitur *Liber promiſſion. Malefic.c.20.inter ſtatuta Veneta,pag.mihi* 135.Sed an eadem pęna falſi ordinaria plectatur ille , qui litteras regis incæpit falſificare,licet non perfecerit? videndus *D.Affl.in ſuis conſtit.Neapol.lib.3.tit.de falſarijs, n.5.*

15 Tertius , & vltimus principalis caſus eſt , quando quis falſificat litteras alicuius priuati , & hoc etiam caſu ordinaria pęna falſi punitur ſic præcisè poſt infinitos relatos *Cl.Farinac.d.tract.q.150.p.12.n.351.*vbi docet de hoc eſſe textum apertum *in l.damus,in verſic. & epiſtolam , C.ad l. Corneliam de falſis,vbi Bal.*

16 Hæc tamen omnia, ſine controuerſia procedunt , cum falſum illud alteri , prout etiam ſuperius attigimus detrimentum afferet.

17 Cum autem nemini nocet,maxima eſt inter Doct. noſtros altercatio.

18 Ego, omiſſis diſputationibus ſequor ſententiam *Cl. D. Menochij,de arbitrar.lib.2.Cent.4.caſu 306.n.16.*videlicet, hunc falſarium euitare quidem falſi pęnam ordinariã, ſed nõ extraordinariam,arbitrio tamen iudicis.Sequutus eſt etiã pręcisè per illuſtris vir *D.Farin.d.q.150.præc.p.12.*vbi inter cęteros concordantes,adducit *Ludou.Pegueram deciſ.ſua Crimin.80.n.15. cum ſeqq.* vbi teſtatur alias fuiſſe fuſtigatos , & tranſmiſſos ad triremes quoſdam falſificatores manus, & ſigilli Regij , licet illa falſitas nemini nocuerit , & non habuerit ſuum effectum , & latius vt per eum.

Vide,quæ alias ſcripſimus *lib.4.q.4.n.37.cum ſeq.* De materia huius quæſtionis videndus nouiſſimè *eruditiſs.P. de Cabal.reſol.crim.centur.3.caſu 206. & vide quoque textum in l.quidam debitor, ff.de dolo malo,* vbi apertè deciditur , quod qui prætextu falſarum litterarum liberatus eſt actione de dolo tenetur. Satis.

---

## An diſpoſitio,leg.ſi filiusfamil. ff. ad Macedonianum, locum habeat in Criminalibus.

## QVÆSTIO III.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpoſitio l.ſi filiusfamilias,ff.ad Macedonian.in criminalibus non eſt apta ad condemnationem , ſed dumtaxat ad torturam infligendam.*
2 *Ratio.*
3 *Pulchra proponitur quæſtio,de qua ibi.*
4 *Reſoluitur ex Vicentio Mancino.*
5 *Alia dubitatio proponitur.*
6 *Teducitur opinio Hippolythi de Marſilijs , in dict.dubitation.*
7 *Quæ tamen damnatur per M.Antonium Blãchum,& n.8.*
9 *Alia excitata quæſtio.*
10 *Reſoluitur per M.Antonium Eugenium.*
11 *An nuncij portantes litteras , vel ambaſciatas alicuius alteri,de homicidio committendo ſcienter , illo ſequuto, teneatur pęna homicidij,nõ ſecus ac illud faciẽs? dubitatur.*
12 *Concluſio ſtat pro affirmatiua.*
13 *Ratio.*
14 *Præſtans opem,vel auxilium delinquenti ante delictum, vt ipſum committat,an puniatur eadem pœna,qua ipſe delinquens? videndus Farinaccius remiſſiuè.*

Recipientem litteras, & eis acceptis non reluctantem , ſed tacentem, omnia in eiſdem contenta vti vera etiam in ſui detrimentum in ciuilibus cenſeri approbare *text.in l.ſi filiusfamilias,ff.ad Macedon.ſupra ſub n.118. cum infinitis ſeqq.c.de epiſtola* , ſatis abundè firmauimus. Supereſt modo,vt an diſpoſitio *d. l. filiusfamilias,* locum quoque ſibi vendicet in criminalibus , in præſentiarum diſcutiamus.

IN huiuſmodi quidem difficultate rem paucis complectendo , arbitror per receptionem dictarum littera-
1 rum,lectione,& taciturnitatem,non eſſe quidem locum
condemnationi,ſed dumtaxat torturæ : Moueor recepta
illa Concluſione,vt probatio, quæ ſufficit in ciuili faciant
indicium ad torturam in criminali,de qua per *Bartol.in l.*
2 *final.in fine,ff.de in litem,iurando, ſequuti ſunt Boſſius in ſua*
*praxi,tit.de falſis,n.17.Rol.a Valle conſ.24.n.15. verſ. Quia*
*reſpondetur vol.1.ac plurimi alij.*

Sed pulchras in hac eadem materia excitari vidi a Scribentibus difficultates , quas quidem ſilentio prætere ndus minima dijudico. in Praxi enim de facili contingere poſſunt.

3 Prima quidem eſt,an per litteras penes aliquem reper-
tas,quibus aſſaſſinus, ſeu proditor ſibi ſignificat , ſe iuxta
eius mandatum occidiſſe Titium,& ideo ſoluat pecuniam
ſibi promiſſam probetur talis confeſſio per illarum rece-
ptionem,& penes ſe retẽtionem,vt ex ea damnari poſſit.
4 *P.Follerius in ſua Praxi criminali , in verſ. etſi confite-*

*buntur*, *n.*129. hanc difficultatem primus omnium pro-
poſuit,ſed irreſolutus remanſit.

*Vincentius autem Mancinus in ſuo tract. de confeſſione,c.*
3.*art.*2.*n.*39. propoſita difficultate, in eam deuenit opi-
nionem, vt contra illum, penes quem litteræ illæ repertæ
fuere,dumtaxat ſit locus torturæ,ratione,de qua ſupra,*n.*
2.Vide per eum;Videndus idem *Mancinus d. tract. cap.*6.
*num.*47.

5 Alia ſecundo loco proponi ſolet facti ſpecies, & talis
eſt.Finge Mæuium repertum fuiſſe interfectam, & neſciri
a quo,Titius autem Sempronio ſcribit epiſtolam per hæc
verba:Quoniam aliqui dicunt te occidiſſe Mæuium, ideo
D.Iudex mandauit,vt capiaris pro tali delicto,ſi Sempro.
nius recepta tali epiſtola illam legit, tacet, & nihil ſe ex-
cuſando nec dicendo,quod miratur de tali re cum ipſe ſit
innocens a tali delicto,an receptio huiuſmodi litterarum
cum taciturnitate faciat contra eum indicium ad tortu-
ram de dictio maleficio commiſſo, Pulcherrima eſt diffi-
cultas.

6 *D.Hippplyt.de Marſilijs Summus Practicus,in ſua Praxi
criminali,in* §.*diligenter*, *n.*136. *&* 137. poſt huiuſcemodi
difficultatem propoſitam,quam à nemine,quem viderit,
antea,nec tactam,nec excogitatam aſſerit,pro affirmati-
ua concludit,Mouetur, nam in criminalibus proceditur,
ad inſtar ciuilium, vt dicit *text.in l.abſentem, ff.de pœnis*,
ſed in cauſa ciuili talis receptio ſimilis epiſtolæ cum taci-
turnitate facit probationem, *d.l.ſi filiusfamil.* cum con-
cordantibus per eum deductis ſub *n.*138. ergo in crimin.
debet facere indicium ad torturam, argumento doctrinæ
*Bartoli in l.finali,de in litem iurando*, vbi dicit,quod ea,
quæ faciunt plenam probationem in ciuilibus, faciunt in
criminalibus iudicium in torturam,& latius,vt per eum.

Huic eidem opinioni D. Marſilij ſubſcripſiſſe vſi ſunt.
Addentes ad *Matthæſilan.ſingul. ſuo* 22.*n.*5. *&* *P. Ioannes
Anchar.lib.*1.*q. ſua* 48. *n.fin.*

7 Aduerte tamen, quod iſthæc D.Marſilij, & ſequacium
opinio damnatur, & rectè meo quidem iudicio per Cl. I.
C.& conciuem meum *D. Marcum Antonium Blanchum.
in ſua eleganti repetitione,l.fin.ff.de quæſtionibus, n.*224. ibi
talia verba profert.

Aduerte, quod exiſtimo iſtud non eſſe indicium habile
ad torturam,nam ad hoc, vt argumentum de ciuilibus ad
criminalia valeat, requiritur quod ſit par ratio eadem in
vtroque, vt voluit *Salicet.in l.*1.*C.vbi de poſſeß.ag.* opor-
tet,ſed in hoc caſu non eſt ratio æqualis de cauſa ciuili ad
criminalem,ergo &c.

Nam quando aliquis accipit litteras in cauſa ciuili, &
obligatione pecuniæ,arbitrij eſt accipientis dicere, quod
non tenetur,nec debitor eſt quantitatis contente in litte-
ris, quia optimè ſcit, ſe non eſſe debitorem, ſed quando
recipit litteras de delicto,& quod ſunt teſtes, qui hoc di-
cunt,poteſt ſubſiſtere, & timere propter falſos teſtes, &
nil dicere, ne diffametur de tali delicto: nè penes pro-
bos,& bonos poſſet oriri ſuſpitio, & infamia ob illas lit-
teras,& poſſet nocere propalanti ob famam:ideo non eſt
inconueniens, ſi ipſe tacet,cum ex expreſſione conten-
torum in litteris poſſet ſibi nocumentum oriri, non autē
vtilitas quod ſecus eſt in litteris debiti, quia propalatio
contentorum in ipſis non poſſet ſibi in aliquo nocere,ſed
prodeſſe,& ideo nulla adeſt cauſa,propter quam non de-
beat dicere portanti litteras debiti,quod non eſt debitor
Scribentis.Item ex alio,quando committitur citatio per-
ſonalis ob delictum, à communiter accidentibus ſecreto
8 committitur,vnde ille, qui ſcribit amico litteras, ſcribit,
quoddam ſecretum,dum dicit,quod aduertere debet,nec
capiatur,quo fit, vt non conueniat, quod ille, qui recipit
litteras,id palam dicat,ad præiudicium illius,qui oſtendit
ſe velle fauere illi,qui litteras accepit,ex quo cum nullum
ſit commodum ſcribenti,vt frequenter accidit, ergo, nec
debet debere hoc incommodum, vt imputetur diuulgaſ-
ſe,& notificaſſe per litteras id,quod erat ſecretum, & hæc
communiter contingunt.Itaque debent conſiderari,& in
iudicijs argumentum a communiter accidentibus, vali-
diſſimum eſt, vt per *Bald.in l.fin.in fin. ff. de hæred.inſti-
tuendis*,& ideo putarem illud non facere indicium,nec ad
inquirendum, nequè ad torturam. Hactenus Blanchus.
Cuius quidem opinio, vt ſupra dixi, mihi ſummopere
placet. In hanc eamdem Blanchi ſententiam, nullam ta-
men de eo mentionem faciens, deſcendit quoque *Iacob.
Nouellus in ſua Praxi Criminali,c.*1.*n.*105.*in fine*.

Tertia principalis excitatur a ſcribentibus quæſtio, &
9 eſt,an litteræ tranſmiſſæ per homicidam poſt delictum
commiſſum,alicui ſignificantes ſe in tutum receptum, fa-
ciant contra ipſum recipientem aliquod indicium de tra-
ctatu præcedente?

10 *Cl.Marcus Antonius Eugenius,conſ.ſuo* 76.*num.*99. *cum
ſeqq.*concludit pro negatiua. *Mouetur ſub num.*100.*cum
ſequent.*tum ex opinione D.Blanchi,de qua ſupra, cum
etiam, quia minimè probatum extitit, quod litteræ illæ
fuiſſent retentæ, & lectæ per illum, quem fuiſſe recipien-
tem delatum fuerat,id,quod de neceſſitate exigebatur, &
latius,vt per eum.

11 Quarta principalis ſuccedit dubitatio, licet parum per
extra materia *d.l.ſi filiusfamilias*,videatur eſſe, & eſt. An
nuncij portantes litteras, vel ambaſciatas alicuius alteri
de homicidio committendo ſcienter, illo ſequuto, te-
neantur pęna homicidij:non ſecus, ac illud faciens?

12 In qua quidem difficultate, rem paucis perſtringendo
conclude pro affirmatiua.Sic præcisè docuit primus om-
nium *Cyn.in l.non ideo minus,num.*4 *Cod. de accuſat.* Dicit
enim ibi, quod ſi ego dico nuncio meo, valde ad talem
hominem, & dicas illi, quod interficiat Titium, & ille
iuit,& dixit,& factum ſequutum eſt,talis nuncius tenetur,
ex quo delictum per petractum atrox eſt, nec excuſatur,
immo tenetur veluti præſtans opem delicto, & probari
videtur iſthæc eadem opinio per *text.in l.*1.§.*incidit,ff.ad
S.C.Turpill.*vbi eſt caſus,in quo puniuntur mandans,& il-
le, per quem factum eſt mandatum, at mandatarius, &
etiam inſtigantes,& ſubmittentes, vt ibi dicit Bart. qui
etiam in fine ſubdit, illum textum eſſe, notandum contra
nuncios, per quos fiunt tractatus maleficiorum, vt pu-
niantur.Hoc idem ſequitur *Bal.in l.vnica*, §. *ne autem, n.*
18.*C.de caduc.toll.vbi ſequendo Cyn.in d.l.*non ideo minus
formaliter dicit;quod ſi mandaui Titio per litteras,quod
committeret homicidium, nuncius, qui ſcienter portauit
litteras punitur de homicidio ſubſequuto. Subſequuti
ſunt *Ludolphus Schrad.de feud.p.*9.*cap.*2.*D.Decianus in ſuo
tract.crimin.lib.*9.*c.*37. *nu.*11. Nec ſanè mirum, Auxilium
13 enim præſtare dicitur, & is, qui litteras de delicto tra-
ctantes,& ad delictum ſpectantes alicui tranſmiſit;nam,&
litteris auxilium, & conſilium dari, probat *text.in l.*1.§.
*fin.ff ad leg.Iuliam Maieſtat.hiſce addas Cl.*& nunquam ſa-
tis laudatum D meum *I.C.Farinaccium in ſua aurea Pra-
xi crim.p.*2.*tomo* 2.*tit.de conſultorib.q.*130.*n.*41. *vbi Blan-
chum,Carrerium*,ac infinitos alios concordantes deducit,
& nouiſſimè eruditiſſimum *D.Petrum de Cabal.reſolution.
criminal.centur.*3.*caſu* 243.*per totum*, vbi omnium pul-
cherrimè,& elegantiſſimè, & hæc ſatis.

14 Vide tamen de materia *D.Farinacc.d.quæſ.*130.per to-
tam, vbi quomodo, & in quibus caſibus regula illa, quod
præſtantes opem, vel auxilium delinquenti ante deli-
ctum,vt ipſum committat, puniuntur eadem pęna, qua
ipſe delinquens, intelligatur, ac procedat, exactiſſimè,
prout moris ſui eſt diſcutit, atque declarat.

## An inter abſentes per Epiſtolam fideiuſſores valide obligentur.

## QVÆSTIO IV.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſores per epiſtolam inter abſentes minimè obligari valide poſſunt.*
2 *Rationes pulchrè afferuntur, & num.3. cum ſeqq. vſque ad 15. incluſinè.*
16 *Obiectio, & ſolutio ibid.*
17 *Alia obiectio, & num. 18.*
19 *Solutio, & nu. 20. 21. & 22.*
23 *Fideiuſſor per epiſtolam inter abſentes ex conſuetudine valide obligatur.*
24 *Sic obſeruatur in Germania.*
25 *Et ſic in Hiſpania.*
26 *Et hoc præcipuè procedit inter Mercatores.*
27 *Et quando in epiſtola ipſa miſſa ad creditorem, & ab eo acceptata inſertum fuit iuramentum.*
28 *Iuramentum ſupplet præſentiam partis.*
29 *Confeſſio extraiudicialis facta abſente parte, nocet, & probat, ſi additum fuerit iuramentum.*
30 *Diſpoſitio ſtatuti Patauini ſub Republica de Alienationibus, & obligationibus, incipien. Statuimus, deducitur.*

Altera quarto loco principaliter ſuccedit hic dubitatio, & eſt, An inter abſentes per epiſtolam fideiuſſores validè obligentur?

1 IN qua quidem difficultate, breuitati ſtudendo, pro negatiua concludito. Sic præcisè Iaſon, inter alios, *in leg. ſtipulationum aliæ, § ſatis acceptio, num. 6. ff. de verbor. obligationibus*, qui ſubdit de hoc eſſe Gloſſa ſingularem in lege ſi procuratorem, §. 1. *ff. mandati licet in meo Cod. talem Gloſ. minimè reperiam.* Sequutus eſt ante omnes hoc idem & docuit *Bald. conſil. ſuo 180. nu. 1. volumine 5. Zeſius in d. l. ſtipulationum, aliæ, §. ſtipulatio autem, nu. 9. Vrſill. in ſui additionibus ad Afflictum, deciſ. 39. numer. 2. & nouiſſimè Valentinus Franchus in ſuo tractatu de fideiuſſoribus, c. 4. num.* 62. His adnectendi ſunt etiam *Carpanus ſuper ſtatutis Mediolanenſis, c. 44. n. 61. Hermanus Hartman. lib. 2. pract. Forenſ. tit. 30. Obſeruatione 4. num. 4.*

2 Ratio autem eſt in promptu, ſiquidem ſtipulatione ſolummodo fideiuſſio contrahitur hoc eſt, requiritur, vt fideiuſſor verbis obligetur, præcedente ſcilicet interrogatione, & reſponſione mox ſequente, prout ſunt *tex. ad litteram in l. banditus, B. de fideiuſſorib. & in d. §. ſatis acceptatio*, nec enim aliter fideiuſſio ipſa conſiſtere poteſt, vt
3 poſt plures relatos docuit *Francus d. c. 4. numer. 53. & 54.* Et hinc eſt. quod in dubio fideiuſſio ipſa, vt ſuſtineatur,
4 ſemper præſumitur facta cum ſtipulatione, vt pulchrè, & late docet *Maſcar. concl. ſua 781. in primis numeris ſequitur Franchus d. c. 4. num. 56. & 57.*

5 Amplia vt nec etiam de iure Canonico, quod tamen multum imitatur æquitatem iuriſgentium, fideiuſſor ipſe ſine ſtipulatione conſtitui poſſit. Sic poſt *Bal. Zeſius in d. §. ſtipulatio autem, præcitato num. 9. in fin. Sequitur Cotta in ſuis memorabilibus in verſ. fideiuſſor non obligatur, circa medium, & Vrſill. in d. deciſ. 39. num. 3.*

6 Amplia ſecundo, id ideo verum eſſe, quod etiam ſi incontinenti poſt contractum, fideiuſſor abſque ſtipulatione accedat, tale pactum non veſtitur adhærentia contractus. Sic poſt *Baldum Cremenſem, Decium, & alios Proſper Carauita ſuper Ritibus Magnæ Curiæ, Ritu 259. numer. 2. Sequitur Cotta, in d. verſic. fideiuſſor non obligatur.*

7 Ad ſtipulationem autem inducendam contrahentium præſentiam de neceſſitate requiri, adeo notum eſt, quam quod notiſſimum, vulgat *l. 1. ff. de verb. oblig. cum ibi not. l. 3. C. de inut. ſtipulat. l. 3. C. de contrah. ſtipul. & §. item verb. et ibi gl. et Doct. inſtit. de inutilib. ſtipulation.*

8 Hinc vulgatum illud, quod fideiuſſor, quando offertur, debet ſemper eſſe præſens prout notatur in *l. qui decem, et idem reſponſum, ff. de ſolut. et tradunt Imola, in l. prætor, §. ſi quis, ff. de nou. oper. nunc. et Alex. in l. de pupillo, §. is cui, ff. eodem tit. Si ſic eſt, ergo.*

9 Præterea conſideratur, quod ad inducendam ſtipulationem, per quam fideiuſſio, vt ſupra dixi, ſolummodo contrahitur, ſemper requiruntur verba, *d. l. 1. verb. oblig.* Et hinc eſt quod ſtipulatio ipſa in ſcriptis fieri neutiquã poteſt, quandoquidem niſi vtraque loquente confici debet, *d. l. 1. in principio, et ibi Zeſius, num. 33. et Marcus Antonius Alinus, numer. 38. et 39. citans Aretin. Baldum, Crotum, Socinum, Ripam, et Bologn. et Vaccam, addo Flaminium Chartarium in deciſione Rotæ Genuenſ. 51. nu. 22. cum ſeqq.* vbi ex promiſſionem in eo differre à fideiuſſione ſubijcit, quod hæc non niſi per ſtipulationem inter præſentes, illa etiam inter abſentes per litteras fieri poſſit.

10 Idque adeò verum eſt, vt obtineat, etiamſi partes conueniant, quot ſine loquela, ac verbis fieret ſequitur poſt *Alc. Nigrum, Soci. Bolognet. et alios probat acutè M. Aquilinus in d. l. 1. in princip. nu. 48.* Naturale enim ſtipulationis immutabile omnino eſt, vt verbis fiat, vt notant præcitati *Doct. in d. l. 1.*

11 Hinc quoque eſt, vt infans, mutus, & ſurdus, cum alloquin, & exaudire reſpectiuè minimè ſit, ab ipſa ſtipulatione contrahenda penitus arceantur, textus apertiſſimus in *l. 1. ff. eodem, et in l. 2. §. penult. ff. de actionibus, et obligat.* & per conſequens etiam à fideiubẽdo, ad late tradita per *Francum de fideiuſ. cap. 2. num. 21.*

12 Mutum tamen accipimus eum, cui eloquendi facultas adempta eſt, non qui grauiter, & difficulter loquitur, ad notata in *l. mutum, ff. de ædil. edicto.* Vel qui bleſus, balbus, vel atypus eſt, ad *leg. idem offlius, §. fin. et ibi Budæus, ff. eod.* Surdum vero intelligimus, qui omnino nil exaudit, vtpote aurium meatus obtuſos habens, non ſurdaſtrum, qui tardius exaudit. *Corraſ. in l. 1. ff. eod. num. 3.*

13 Hic etiam infertur, vt ob eaſdem rationes, nec per nũcium fideiuſſor ipſe efficaciter obligari queat, ſic poſt *Bald. præciſe Valent. Franc. d. c. 5. num. 65.*

14 Sic tandem, (ne diutius lectorem morer) elicitur, non valere ſtipulationem, ſi præſens præſentem per epiſtolam interrogaret, & ille per epiſtolam reſponderet, quandoquidem ad ipſam contrahendam verba, de neceſſitate requirũtur. Sic præcisè inter alios, pluribus rationibus motus concludit *D. Ioannes Baptiſta Schuuartzent. de ſtipulat. pag. mihi 487. num. 9. et* 10. vbi etiam concordantes adducit *Bart. Bal. Socin. Iaſ. Buticellam, Pariſium, Alciatum, et Crotum, et atteſtatur de communi.*

16 Nec obijcias fideiuſſoria obligationes in ſcripturam, vt plurimum redigi, iſtud enim non eſt de ſubſtantia huius contractus, ſed eam ſolum ob cauſam fit, vt quod inter partes conuentum eſt, facilius per ſcripturam ipſam probari poſſit, iuxta *tex. vbi notãtur, in l. ea quæ, ff. de don. inter virum, et vxor. et tradit Bart. in l. Titius in 2. oppoſit. ff. de conſt. pec.*

17 Minus opponas ſecundo loco, ſtipulationem adhuc per epiſtolam contrahi poſſe, & per conſequens fideiuſſionem, quandoquidem non minus valet quod ſcriptura, quam quod lingua nuncupatur, aut vocibus lingua figuratis ſignificatur, *ad l. non figura, ff. de oblig et act.*

18 Vnde etiam dicimus, quod is, qui ſcribit, loqui videatur, ad *leg. hæredes, §. 1. in verbo, ſua voce, vel litteris, ff. qui teſt. fac. poſſ. et in l. 1. §. 1. in verſic. ſiue per epiſtolam, ſiue verbis,*

*bis, ſiue per nuncium, ff. quod iuſſu, cum concordantibus.*

19 Quoniam reſpondetur, & primo, negari non poſſe, quod quis per nuncium, vel epiſtolam propriè non loquatur *Bald. & alij permulti, in d. l. 1. ff. de verbor. obligat.* & omnium pulcherrimè *Corraſ. lib. primo, Miſcellaneorum, cap. 24. num. 1.*

20 Præterea, verba ad ipſam ſtipulationem, & per conſequens fideiuſſionem inducendam, pro forma requiruntur, *d. leg. 1.* ſub illis verbis, (non niſi) dictio enim iſta (Niſi) poſtpoſita negationi, conditionem, & formam inducit, ad not. in *l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. de condit. & demonſtr. & ſequitur Soc. iun. conſil. 49. numer. 18. in ſecundo.*

21 Forma autem exactè, & ad vnguem eſt ſeruanda, adeò vt etiam vberiori, pinguiori, ac vtiliori modo non poſſit impleri, vt prolixè docet *Tiraquel. de Retractu, par. prima, §. 36. gloſſ. 2. num. 88. & multi alij,* & iam notum eſt, quod forma non poteſt adimpleri per æquipollens, aut ſimile,
22 *ad l. ſingulos, & ibi DD. ff. de teſtam.*

23 Obſeruandum tamen, quod hæc omnia ſupradicta procedunt indubitanter de ſtricto Romanorum iure, ex conſuetudine autem inueterata, totum contrarium receptum eſt, videlicet, epiſtola fideiuſſorem rectè conſtitui poſſe. Finge enim aliquod negotium geri inter Titium hic Patauij & Mæuium Romæ domicilium ſuum habentes, ac Titius Mæuio non aliter pecuniam per factorem ſuum forte numerare, aut merces fide ad tempus habita de pretio, credere velit, quam ſi ipſe Mæuius Pamphylum Bononiæ comorantem ſibi fideiuſſorem det, & exhibeat, ſanè hoc caſu fatendum eſt, Pamphylum per litteras ipſimet Titio abſenti efficaciter fideiubere poſſe, cum eam ob cauſam ad hanc Patauinam vrbem ſe conferre admodum graue ipſi futurum eſſet, & ſic indiſtinctè in quocunque fere loco vſus obtinuit. De hoc autem præciſè atteſtatus eſt *Cl. D. Henrig. Oldenburg. in ſuo celebri tractatu de fideiuſſoribus, cap. 11. num. 87. & videndus à num. 26. vſque ad 90.* vbi pulcherrimis quidē, ac ſubtiliſſimis rationibus motus, etiam de ſtricto iure per epiſtolam fideiuſſorem rectè obligari poſſe tuetur, ac enixe contendit.

24 In Germaniam hoc idem inuoluiſſe poſt *Hieronymus Treuchler, in ſuis ſelectis, diſputationibus, part. ſecunda, diſp. 28. theſi 4. in littera A. teſtatus eſt idem Oldemburgicus, in d. c. 11. num. 82.*

Sic & hodie, iure Regio Hiſpano, etiam inter abſentes
25 promiſſionem valere, poſt *Gregorium Lopez, Ioannem Matienz, & Alfonſum de Azeuedo. probat Antonius Pichardo, in §. item verborum, numer. 5.* de inutilibus ſtipulationibus.

Amplia, vt id præcipuè procedat, cum agitur inter
26 mercatores, inter quos apices iuris minimè inſpiciuntur, tūc enim fideiuſſor efficaciter abſque alio per epiſtolam obligatur. Sic poſt alios *Vrſillus in d. deciſ. 39. num. 2.* Sequutus eſt *Oldemburgicus in d. c. 11 num. 84.*

Amplia ſecundo, vt id maximè locum habeat, ſi epi-
27 ſtolæ, vel obligationi fideiuſſoriæ ſcriptæ, ad creditorem tranſmiſſæ, ab eodemque acceptæ, (quo caſu demum veræ inducta eſt inter eos obligatio. *Tiraq. de Retractu, §. 1. 7. num. 47. Rota Genuenſ. deciſ. 80. num. 1. & 2.* & alias diximus) etiam iuramentum promiſſorium forte inferatur,
28 tunc enim promiſſio illa per abſentem abſenti facta, magis conualidabitur, cum iuramētum ſuppleat partis præſentiam. Sic præciſè *Dom. Matthæus Cunon de Pactis, lib. 1. c. 14. numer. 20. & 21.* vbi in ſimili conſiderat, confeſ-
29 ſionem extra iudicialem factam abſente parte, nocere, & probare, ſi aditum fuerit iuramentum. Subſecutus eſt poſt plures alios relatos *D. Oldemburgicus d. cap. 11. num. 85. & 86.*

30 Nota tamen (vt nil relatu dignum in hac materia relinquam.) Statuto noſtro municipali cautum eſſe, quod aliquis in aliquo contractu non poſſit de cetero eſſe fideiuſſor, vel conſtitui fideiuſſor, niſi præſente principali perſona, cuius debebit eſſe fideiuſſor, & ipſa conſentiente, ſic præsē legitur ſub Rubrica, de Alienationibus, & obligationibus, c. ſtatuimus, & ordinamus; quod aliquis in aliquo cōtractu, &c. ex quo de neceſſitate ſequitur, per epiſtolam ipſam fideiuſſorē rectè minimè obligari poſſe penes creditorem, cum præſentia ipſius principalis debitoris debeat intercedere. Et hæc ſatis.

---

## Emptio, ac venditio, an per epiſtolam celebrari poſsint?

## QVÆSTIO VI.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptio, ac venditio per Epiſtolam celebrari queunt, & numero 2.*
3 *Ratio, & num. 4. 5. & 6.*
7 *Pulchra quæſtio proponitur.*
8 *Reſoluitur per doct. remiſſiuè.*

1 IN propoſita difficultate (concluſio ſit affirmatiua, textus eſt ad litteram in *leg. 1. in fine, ff. de contrahenda empt. vbi Paulus Iuriſconſultus, ita loquitur.* Eſt autem emptio Iuris Gentium, & ideo conſenſu peragitur, & inter abſentes contrahi poteſt, & per nuncium, & per litteras,) clarior eſt etiam *text. in l. conſenſu, ff. de actionibus, & obligationibus, & in l. fin. C. ſi quis alteri, vel ſibi.*

2 Et hanc Concluſionem vti veram firmarunt communiter ſcribentes *in d. l. 1. de contrahend. empt.* & in alijs iuribus, ſupra deductis. Eam quoque ſequutus eſt *D. Henring. Oldemburgic. in ſuo celebri tractatu de fideiuſſor. capit. 11. num. 81.*

3 Ratio autem huiuſcemet Concluſionis ea quoque poteſt eſſe; quoniam emptio ſolo cōſenſu perficitur, & ideo in ea non eſt opus ſermone, & per conſequens ſurdus in
4 illa poteſt interuenire, *l. 47. de actionibus, & obligationibus pulchrè Cardin. Mantica, de tacitis, & ambiguis conuentionibus, lib. quarto, tit. 4. Addo Cardin. Tuſcum, concluſione ſua 985. num. 3.*

5 Per epiſtolam autem clare de ipſorum contrahentium conſenſu conſtare poſſe, nullus eſt qui eat inficias.

6 Adde quod vbi interuenit ſcriptura aliqua ipſorum contrahentium, eorundem non requiritur præſentia, *Bart. in l. nuda ratio, ff. de donationibus, & poſt Neuiz. tradit Matthæus Cunon, de Pactis lib. 1. c. 14. num. 8.* Amplia, vt non ſolum ipſiuſmet emptionis contractus per epiſtolam celebrari poſſit, ſed etiam celebratus per eandem probari, maximè ſi in ea fiat mentio de certo pretio, ſed præciſe colligitur ex traditis per *Clar. D. Peregrinum conſil. ſuo 96 num. 10. in 3.*

7 Sed pulchra in hac materia inſurgit hic dubitatio, & eſt: An ſi contractus venditionis factus fuerit per epiſtolam, ſeu quamlibet aliam ſcripturam priuatam, cum hoc, quod poſtea, fiat inſtrumentum per publicum Notarium, an ipſe contractus ita ſuſtineatur, et interim donec fiat ipſum inſtrumentum publicum, non ſit locus pœnitentiæ?

8 Huic quidem difficultati omnium elegantiſsimè ſatiſfacit inter cęteros *Cl. D. Borgnin. Caualcanus, lib. 2. deciſ. 2. num. 38. cum plurib. ſeqq.* vbi proponit Regulam pro validitate ipſius contractus, variaſque poſtea ſubiungit ad eam limitationes, vide per eum ibi enim infinitos alios coacer-

coaceruat; Aduentus quoque *Magon.deciſ.ſua Lucenſ.95. per totum, & D. Alexander Trentacinquius Variarum reſolutionum libr.3.tit.de emptione, & venditione, reſolutione 14.*

## Societas an iniri poſsit per epiſtolam.

## QVÆSTIO VII.

*SVMMARIVM.*

1 *Societas per epiſtolam iniri poteſt.*
2 *Ratio, & num.3.*
4 *Societas contracta per epiſtolam probari poteſt.*
5 *Ratio.*
6 *Subamplia etiam per qualibet aliam ſcripturam priuatam.*

1 SOcietatem per nuncium, vel epiſtolam inter aliquos iniri poſſe, docuit clariſſime Modeſtinus in *l.ſocietatem,ff.per ſocio: ſequutus eſt per illum text. D.Henring. Oldemburgic.in ſuo tract.de fideiuſſ.cap.*11.*num.*81.

2 Et ratio mea ſententia ea poteſt eſſe; quoniam ſocietas eſt contractus, qui ſolo conſenſu perficitur, & à ſolo conſenſu dependet, vt poſt alios docuit *Roman.conſil.ſuo* 291.*numer.*3.*& ſequutus eſt Dom.Maſcard. concluſion.ſua* 1315.*numer.*3.*vbi pulchrè. Addo Illuſtriſſ.viros D.Cardin. Manticam,de tacitis,& ambiguis conuentionibus,libr.6.tit. primo,num.primo.Card. Tuſcum concl.ſua* 540. *in littera C, num.*1.*& conſil.*985.*numer.*1.*eadem littera C,& Farinaccium dec.ſua nouiſs.Rotæ Romanæ* 311.*num.primo. Adeundus quoque D.Io.Gulielmus Guidobonus Aduocatione ſua* 75.*num.*1.vbi ſubdit, ſocietatis contractum qui conſenſu perficitur, tamdiu valere, quamdiu partes in eadem voluntate permanent, vbi enim voluntatem mutant confeſtim ſocietas ipſa diſſoluitur, ad *l.tamdiu,C.pro ſocio,& §. manet,Inſtit. & ſocietate.*

3 Clarum eſt autem contractum, qui ſolo conſenſu perficitur, per medium alterius organum, ſeu per epiſtolam inter ipſas partes ritè explicari poſſe. Sicuti per multa iura tradidit idem *Roman.d.conſil.*291.*num.*8.

4 Amplia, vt celebrata, per eamdem quoq; probari poſſit, ergo ipſe *lib.*1.*ſupr.quæſt.quarta,nu.*249. Nunc autem addo *D.Maſcard.d.concl.*1315. *nu.*6.*&* 7. *& D.Hectorem Felicium,in ſuo tractatu de ſocietate,cap.*11.*numer.*11. vbi etiam alios concordantes deducit.

5 Et ratio eſt ſecũdum eoſdemmet *Maſcar.& Felicium;* quia litteræ alicuius præſertim ſigillatę, probante, & pręcipuè contra ſcribentem, *l.Publia, ff.depoſiti, & l.cum de indebito,ff.de probationibus,*

6 Subamplia, vt hoc verum ſit, etiam per quamlibet aliã ſcripturam priuatam, per eam enim ſocietas contracta recte probatur. Ita *Felicius poſt Pariſium, Decianum, ac Flaminium de Rubeis d.num.*11.*in fine.*

## Locatio, & conductio an per epiſtolam celebrari poſsint.

## QVÆSTIO VIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Locatio per epiſtolam celebrari poteſt.*
2 *Fundamenta, & num.*3.4.5.6.*&* 7.
8 *Item celebrata per eamdem probari poteſt.*

IN huiuſmodi difficultate, rem paucis perſtringendo, conclude pro affirmatiua. Ad hoc autem aſſeuerandũ

1 moueor infraſcriptis iuris rationibus. Et primum ſic arguo. Locatio eſt contractus, qui non verbis, ſed ſolo conſenſu contrahitur, prout eſt *text. expreſſus in l.contractus,*

2 *C.locati,*& tradidit poſt plures relatos *Carroc. de Locato, & conducto,pagin.mihi* 39.*tit.de locatione an requirat ſcripturam,num.*3.*Addo Card.Tuſcum,concl.ſua* 985.*num.*5.*in littera C.*

3 Contractum autem, qui ſolo conſenſu perficitur, rectè per epiſtolam explicari poſſe, adeò notum eſt, quã quod notiſſimum, vulgata l.conſenſu, de actionibus, & obligationibus, & pluries alias per nos fuit edoctum. Addo eumdem *Card.Tuſchum d.concl.*985.*nu.*9.*cum ſeqq.* vbi etiam an ſufficiat, quod ſine medio, videlicet nuncio, procuratore, vel epiſtola, à quocumque contractus, ipſe deducatur ad notitiam abſentis, vt perfectionem accipiat eleganter ediſſerit.

4 Secundo accedit talis conſideratio: Locatio ſimilis eſt emptioni, & venditioni, *Carroc.d.tit.num.*2.*& pag.*45.*tit. de ſimilitudine locationis,num.*1.*cum ſeqq.* vbi docet, quod iiſdem iuris regulis conſiſtit, & tantam inuicem familiaritatem ipſi contractus habere videntur, vt vnus ab alio ferè diſcerni non poſſit. Addo ego *text.in §.*1.*de Locatione,& conductione.*

5 At emptionem, ac venditionem per epiſtolam rectè celebrari poſſe, ſuo loco docuimus ergo.

6 Tertio loco accedit authoritas grauiſſimi *Carrocij d. ſuo tractatu de Locato,et conducto,pag.mihi* 73.*tit.de Locatione per procuratorem,num.*72.*cum ſeqq.et* 76. vbi præciſè docuit, locationem ipſam per epiſtolam, inter abſentes fieri poſſe. Quinimo etiam per nuncium, & latius, vt per eum, quem omnino conſulas. Adeundus idem *pag.*39. *tit. verba, an in locatione ſint neceſſaria, numer.*4. *vbi pulchrè. Addo Cl.Farinacium deciſ.ſua Rotæ Romanæ* 199.*num.*9.*in nouiſſimis,* vbi docet, locationes etiam per priuatas apochas fieri poſſe.

7 Et ne diutius lectorem remorer, quod locatio, & conductio per epiſtolam celebrari poſſint, textus eſt apertiſſimus, in *l.conſenſu,ff.de obligationibus,et act.et inſtit.tit. de oblig.ex conſenſu fere in fin. Addo text.in l.quædam mulier,ff.de rei vendicat. et ibi ſcribentes.*

8 Amplia, vt ipſemet contractus locationis non ſolum celebrari poſſit per epiſtolam, vt ſupra vidimus, ſed etiã per eamdem celebratus probari, pulchre *Carrocc.d.tract. pag.mihi* 276. *à tergo tit.de probat.q.*10.*num.*5. *Satis.*

## Depoſitum an per epiſtolam probari poſsit?

## QVÆSTIO IX.

*SVMMARIVM.*

1 *Depoſitum probari poteſt per epiſtolam.*
2 *Probatur etiam per confeſſionem ipſius depoſitarij, et nu.*3.
4 *Intellige quod præiudicium ipſius confitentis, non autem tertij.*
5 *Ratio diuerſitatis.*
6 *Depoſitum confeſſatum non gaudet priuilegijs veri depoſiti.*
7 *De materia iſta vide Doctores remiſſiuè.*

1 IN huiuſmodi difficultate reſolutiue procedendo conclude pro affirmatiua *text.eſt clariſſimus in l.Publia, §. fin.ff.depoſiti.*

Amplia

2 Amplia,vt probari poſſit etiam per confeſſionem ipſius depoſitarij. Sic præciſe poſt plures relatos *Clar.Maſcard.concl.ſua 60.num.2. Vinc.Carroc.de depoſito p.1.Rubr.de depoſiti probatione, nu.3.et 4.*vbi ampliat, vt contra iſtam confeſſionem in depoſito factam, non poſſit etiam opponi exceptio non numeratæ pecuniæ,& latius,vt per eum,& nouiſſime *Ill.Card.Tuſcus concl. ſua 199.num.2.in littera D*,vbi ſubdit, id ex eo procedere, quia quoad ip-
3 ſum,non eſt neceſſaria numeratio,& numero quarto docet, ſola confeſſione depoſitum gō contrahi,ſed per eum iam in contractum, bene probari, & ideo agente contra aliud tanquam depoſitarium, ex inſtrumento, in quo dicitur,quod A.dedit in depoſitum decem B.prout B.confitetur habuiſſe, & recepiſſe debere obtinere; Adducit *Bal.Caſtrenſ.ac alios.*

4 Intellige tamen,ac declara hoc procedere quoad præiudicium tantum ipſius confitentis, non autem tertij. Sic eleganter poſt nonnullos concordantes adductos,docuit *Cl.Maſcard.d.concluſ.60.numer.3.cum ſeqq.et Carroc.dict.loco num.5.*

5 Ratio autem ob quam, quando confeſſio ipſa affert præiudicium tertio, non probetur ob eam vere depoſitum,ea eſt,quia depoſitum non niſi vno modo contrahitur,ſcilicet re,& vnus eſt contractus,& vna obligatio,quę tantum re ipſa perficitur, ergo niſi re ipſa hic verè interueniat,non poteſt dici depoſitum,etiamſi huiuſmodi cōfeſſio chirographo, aut verbis tantū facta fuerit. Sic præciſè, colligitur ex ſcriptis per *Maſcard.d.concl.nu.5.& 6.*

6 Secundo limitabis,ac intelliges prædicta, vt tale depoſitum confeſſatum tantum,ideſt, de quo aliter conſtare non poteſt,quam per confeſſionem depoſitarij,non gaudeat priuilegijs veri depoſiti,ſcilicet de cuius vera numeratione certiſſimus probationibus apparet.Sic in puncto poſt *Bald.Soc.Tiraquell. ac alios Clar.Maſcard.d.concl.60.num.finali.Sequutus eſt Carroc.d.loco num.6.* Et hæc potiora breuiter retuliſſe ſufficiat.

7 Latius autem de materia differunt *Maſcard. Carroc. & Card.Tuſchus* locis iam admonitis, vide per eos.

## Ceſſio iurium, & actionum, an per epiſtolam fieri poſſit.

## QVÆSTIO X.

*SVMMARIVM.*

1 *Exemplum.*
2 *Ceſſio iuris per epiſtolam fieri poſſit.*
3 *Ratio.*
4 *Et hanc concluſionem infiniti ſequuti ſunt.*

SI Meuius puta extiterit debitor Titij aureorum 50. ipſum credere poſſet ipſimet Titio creditori pro ſa-
1 tisfactione dicti ſui crediti alia 50. ad quibus erat creditor Pamphili, & per illam ceſsionem Meuium ipſum ab illo debito penitus liberari, conſtat inter omnes *Rot. Genuen.dec.156.Bal.in l.per diuerſas,C.mandati, ac alij.*

Dubitatur modo, an iſthæc ceſsio creditori abſenti mediante epiſtola fieri poſsit.

2 In hac autem difficultate reſolutiuè procedendo concludc pro affirmatiua.

3 Nec mirum ſanè;certum eſt enim,in contractibus,qui ſolo conſenſu perficiuntur, abſenti omne ius quæri in re, interueniente,nuncio,vel ipſamet epiſtola, *ad l.conſenſu, cum gl.in verſic.*conſentire,de actionibus, & obligationibus, & l.inter mortis de donationibus cauſa mortis, cum pluribus concordantibus deductis per *Becium conſil.ſuo 65.num.4.vol.1.*

4 Et hanc concluſionem ſequuti ſunt in terminis quamplurimi. Addentes in primis ad *Speculat. in tit.de ceſſione actionis, §.2.in littera B,* vbi concludunt ceſsionem ipſam aliter abſenti factam minimè ſuſtineri; moti ex eo, quod ceſsionem ex cauſa,vel titulo fieri oportet; ad tradita per eumdem Speculatorem ibi: Cum autē titulus aliquis fieri non poſsit inter abſentes,niſi per nuncium, vel epiſtolam,ſequitur ceſsionem ipſam abſenti factam nemine recipiente,ſeu epiſtola minimè intercedente,non valere, id quod etiam omnium latiſsimè,&elegantiſs.tutatus eſt *D.Becc. in præc.conſ.ſuo 65.per totū,*vbi quoq; omnia,quę in contrarium adduci poſsint, eleganter reſoluit. Sequutus eſt quoque *Bald.in d.l.per diuerſas num.30.cum ſeq.& præcipuè 33.C.mandati,& in l.ex legato, in fin.C.de legatis, Salic.in l.1.num.26.de action.& oblig. Afflict. Rom.ac alij,* quos omnes retulit,ac ſequutus eſt *Cl.Beccius d.conſil.65.num.5.Addo Ruin.conſ.209 num.2.in 1.*vbi pulchrè, & *D. Matth.Cunonem de pactis lib.1.c.14.num.6.*

## Pactum an per epiſtolam confici poſſit?

## QVÆSTIO XI.

*SVMMARIVM.*

1 *Pacta, & conuentione per epiſtolam confici poſſunt,& n.2.*
3 *Ratio.*
4 *Obiectio.*
5 *Solutio,& num.6.7.8.9.& 10.*
11 *Illatio.*
12 *An dum mittatur nuncius,vel epiſtola,mādatum, vel conſenſus reuocari poſſit? videndus Cunon remiſſiuè.*
13 *Nuncius, vel epiſtola in pactis, & contractibus expreſſis inter abſentes celebrandis nō requiritur multis in caſibus relatis remiſſiuè per Cunon de pactis.*
14 *Pacta tacita inter abſentes,confici etiam poſſunt citra nuncium,vel epiſtolam, propter aliquod factum interueniens, ac iuris præſumptione.*
15 *Pactum initum probari etiam poteſt per epiſtolam.*
16 *Quemadmodum etiam per quamlibet aliam ſcripturam priuatam.*

1 PActa,& conuentiones per epiſtolā rectè confici poſſe,docuit apertè Paulus Iuriſconſultus, in *l.2.ff.de pactis,*vbi etiam legitur,(Labeo ait conuenire,vel re,vel per epiſtolam,vel per nūcium inter abſentes quoque poſſe.) Sequuti ſunt Communiter Doctores ibi. Hanc eamdem concluſionem firmauit etiam *Card.Pariſius conſ ſuo 127.num.27.cum ſeq.*parte prima,vbi pulchrè, & *D.Matthæus Cunon de pactis,libr.1.c.9.num.2.cum ſeqq.* vbi non ſolum plura alia iura, ac varias Scribentium auctoritates concordantes deducit, verum etiam ſubdit, quod pacta ex-
2 preſſa inter abſentes non aliter valent,quam interueniēte nuncio,vel ipſamet epiſtola, & *ſub num.3.* docet idem iuris eſſe in omnibus expreſsis conuentionibus inter abſentes celebrandis; regula eſt enim,(inquit ipſe,) vt abſq; epiſtola celebratæ minimè valeant; ibiq; varijs in caſibus exemplificat, vt per eum quem conſulas.

3 Huiuſce autem concluſionis ea quoque poteſt eſſe ratio: nam pactum ſolo conſenſu celebratur per notanda *in l.1.de pactis,*ea autem, quæ ſolo conſenſu perficiuntur, rite per medium epiſtolæ celebrari poſſe, multoties docuimus ad *l.conſenſum, de action.& obligat.*

Obij-

4 Obijcies nullo modo pactum per epiſtolam confici poſſe, quandoquidem pactum ſit duorum in idem conſenſus, *l.pactum,de pollicit.* & *l.1.cum ibi notatis,de pactis*, qui quidem conſenſus inter abſentes in hoc caſu conſiderari nequit.

5 Reſpondeo, argumentum poſſe retorqueri, ex quo maxime intercedit amborum contrahentium conſenſus, in ipſo pacto ineundo, licet inter abſentes, id quod ſic ad oculum demonſtro.

Quando aliquis ex contrahentibus mittit epiſtolam alicui pactum aliquod continentem, nemini dubium eſt,
6 quod de conſenſu ipſius ſcribentis, quod velit contrahere, & paciſci per eamdem clare conſtat. Epiſtola enim nomine ſuo ſemper loquitur, *l.1.§.in initio,ff.de offic.præfecti vrbis,* & *in l.miles ad ſororem, ff.de legat.2.*cum concordantibus adductis per *Pariſ.præcit.conſ.127.num.30.*

7 Item epiſtola facit præſentem ſcriptorem, etiam ſi ipſe per mille milliaria abſit. *Schrader.poſt alios de Feudis,par.10.ſect.9.numer.50. pulchreCard. Tuſchus concluſ.ſua 82, numer.1.& ſeqq.in littera S*, vbi regulam proponit, quod ſcriptura ſemper loquitur, & nedum loquitur, ſed etiam clamat.

8 Cum autem ille abſens, ad quem litteræ ipſæ ſunt directæ eas acceptauit, tunc per talem actum inducitur quoque ipſius conſenſus.

9 Certũ eſt enim, quod epiſtolam tranſmiſſam recipiens, & tacens, conſentire dicitur omnibus contentis in ea, vulgata *l.filiusfamilias, ff.ad Maced.* & in ſpecie pacti tradidit.*Cl.Cunon,d.c.9.num.*12.13.& 14.ergo conſtat aperte ineſſe amborum contrahentium conſenſum ſimultaneũ,
10 per quem pactum ipſum cauſatur, & ideò *Bal.in d.l.2.* allegando multa iura, docuit mirabiliter, quod epiſtola eſt medium organum, per quam inducitur pactum expreſſum inter abſentes, & eſt tãquam copulatio conſenſuum, id quod etiam ſequutus eſt præciſe *Card.Pariſ. d.conſ.ſuo* 127.*num.29.*

11 Ex ſupradictis autem infertur ſi is, qui litteras, pactum, aut promiſsionem continẽtes, mittit, moriatur, priuſquã recipiantur ab eo cui mittuntur, pactum non confici: ſic poſt *Innocentium,Butrium,Romanum,Zuchardum*, ac plures alios, *D.Cunon,d.c.9.numer.*15.& videndus ſub *numer.*16.vbi pariter docuit, quod ſi viuente eo, qui nuncium deſtinauerat, nuncius moriatur, antequam voluntate deſtinantis ad abſentem retuliſſet, pactum ipſum non conficiatur.

12 An autem interea dum mittitur nuncius, vel epiſtola, mandatum, vel conſenſus reuocari poſsit, videndus *D.Cunon,d.c.9.num,*17.vbi non ſolum plura iura, verum etiam quamplures Scribentium authoritates remiſsiuè coaceruat, ac deducit.

13 Notandum eſt tamen, nonnullos extare caſus, in quibus nuncius, vel epiſtola, in pactis, & contractibus expreſſis inter abſentes celebrandis, non requiritur, quos quidem omnes pulchro quidem ordine refert, ac deducit idem *D.Cunon,d.c 9.num.19.vſque ad 26.incluſiuè*. Vide per eum.

14 Obſeruandum ſecundo, quod pacta tacita inter abſentes confici etiam poſſunt citra nuncium, vel epiſtolam, propter aliquod factum interueniens, aut iuris præſumptionem. Sic præciſe poſt infinitos relatos docet *D.Cunon,d.c.9.num.27. Addo Fortunium Garziam ad l.Labeo, num.5 ff.de pactis.*

Sed quia hæc ad materiam noſtram parum conferre videntur, vlterius non inſiſtam. Satis.

15 Obſeruandum poſtremò, pactum per epiſtolam non ſolum confici poſſe, ſed etiam initum probari. Sic præciſe in pacto de retrouendendo, quod per epiſtolam probari poſsit, docuit *Illuſtriſſ. Cardinal.Tuſchus concluſ. ſua 34.numer.13.in litter.P, videndus ſub numer.11.& 12.*vbi ſubdit, idem iuris eſſe reſpectu ſcripturæ priuatæ, & apochæ, maximè quando ipſamet ſcriptura fuit geminata, latius vide per eum.

---

## Donatio inter viuos, an per epiſtolam inter abſentes rectè celebrari poſsit?

## QVÆSTIO XII.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio inter viuos per epiſtolam inter abſentes celebrari poteſt.*
2 *Et hæc eſt indubitata Concluſio.*
3 *Ratio, & num.4.*
5 *Illationes, & num.6.7.& 8.*
9 *Ampliatur ſupradicta concluſio, & n.10.*
11 *Donatio inter viuos (olim) per epiſtolam rectè conſtituebatur, ſi incæpiſſet a traditione, ſecus ſi a promiſſione.*
12 *Cur author dixerit olim explicat.*
13 *Donatio inter viuos ſolo conſenſu per pactum nudum perfici poteſt.*
14 *De materia donationis inter viuos celebratæ inter abſentes per epiſtolam, Laiè Gomez. Variarum Reſolutionum,*
15 *Donatio inter viuos poteſt probari per ſcripturam priuatam ab ipſo donatore recognitam.*

Donatio inter viuos, an per epiſtolam celebrari poſſit? Quæritur,

IN hac quidem difficultate concluſio ſit affirmatiua,
1 textus ſunt ad litteram, *in l.ſi donatio, in l.nec ambigi, et in l.ſi aliquid, C.de donationib. Item in l.etiam, & l.abſenti, ff.de donationib. ad hoc etiam textus expreſſus in l.conſenſu, ff.de actionib.& obligationibus,* vbi conſenſu inter præſentes contractus perficiuntur, ſi in idem contrahentes conſentiat: inter abſentes vero firmantur ipſimet contractus per nuncium, & epiſtolam, *in l.2.ff.de pact.et in l.qui autem, §.fin.ff.de conſtituta pecunia.*

Hanc eamdem concluſionem firmat poſt alios relatos *Card.Pariſ.conſil.ſuo 127.num.54.vol.1.Corneus, conſ.129. num.23.in 2.Clarus in §.donatio,q.12.nu.1.vbi de communi Corr.lib.3.Miſcell.c.4.nu.5.verſ.probatur etiam, Hartman. Piſtorius,lib.1.quæſtionum,q.13.num.2.et 3.Matthæus Cunon de pactis,libr.1.c.14.nu.5 Anton. de Leo.in d.l.nec ambigi,nu.4.vbi etiam Sichardus num.1.et 2.qui exemplificat, vt per eum, et nouiſſimè per illuſtris Eques D.Peregrin.conſ. ſuo 94.nu.8.vol.1. Addo Guidobon. Papæ deciſ.ſua Gratianopolitana 222.num 2.Boerium deciſ.ſua 172.num.21.Beccium.conſil.65 num.1.vol.1.et eruditiſſimum I.C.D.Heringium Oldemburgicum in ſuo celebri tract.de fideiuſſor.c.11. num.80.vbi Plotum,Rebuffum,Chacheranum,Theſſaurum,* ac plures alios concordantes.

2 Et hæc eſt indubitata concl.licet alias ipſa donatio facta abſenti nemine recipiente minime teneat, *vt not.gl. final.et Bart.in l.illud, C.de ſacroſ.Eccl.* & docet *Felin.in c. 2.num.19.de fide inſtrumentorum.*

3 Ratio autem huiuſce concluſionis ea poteſt eſſe, nam epiſtola miſſa donatario iungit conſenſum donantis, & ipſius donatarij, qui ſine ea eſſent ſuperati: ſic poſt *Bald. Hippol.Rimin.conſil.ſuo 9.num.29. vol.1.*

4 Licet enim in contractibus, & conuentionibus ſimultaneus partium exigatur conſenſus, vt habetur *in l.n.ff.de pactis;* attamen ſatis ſimultanus dicetur conſenſus partiũ inter-

intercedere nempe, cum ſcriptura pro ſcribente ſemper loquatur, ideo recipiens, & conſentiens, ſatis ſimul dicentur conſentire: ita notabiliter colligitur ex ſcriptis *Bart. & Caſtrenſis in l. nuda ratio, ff. de donation. Sequitur Soccin. conſ. 102. col. 1. in 3.*

5 Ex qua ratione infertur, quod vbi ipſamet epiſtola, fuiſſet reuocata, per ſcribentem, vt quia proteſtatus foret, ſe pęnituiſſe ante acceptationē litterarum, vel quia mortuus eſſet, quo caſu per mortem ceſſaret conſenſus, & voluntas ſua, *l. 4. ff. locati, §. deinceps, in Auth. de nuptijs*, tunc, quia non poſſet ampliusconſentire, propterea, nec etiam per litteras fictè diceretur ſimultaneum conſenſum præ-
6 ſtare, idcirco epiſtola illa, quamuis à parte acceptata, nō prodeſſe ad obligandum abſentem quia vbi locum habere nequit veritas, nec etiam fictio concurrere poteſt, ad *l. qui ad certum, ff. eod. locati, & l. 4. ff. de præcario.* Per quam rationem ita decidit *Roman. in d. l. auda ratio, ff. de donat.* quem poſt quamplures relatos ſequitur *Iaſ. in d. l. admonendi, num. 114. & Ripa num. 136. addas Cl. D. Peregr. conſ. ſuo 100. num. 4 in 5. vbi latè.*

7 Amplia in his præciſis terminis donationis; vt ſi quis donet abſenti, pro quo tabellio etiam ſtipuletur, ſi prius tamen ipſe donator moriatur, quam donatarius abſens acceptet, rei donatæ dominium transferat ad ſuos hæredes, nec donatarius poſt eiuſdem donatoris obitū poteſt ratificare, ſicque donatio ipſa in effectu euaneſcit. Sic eleganter infiniti, quos deducit, ac coaceruat, *Clariſſ. Ceph. conſil. ſuo 33. num. ſecundo, volum. 2.* In hoc tamen vlterius non inſiſto.

8 Vide namque de materia præfatum *Cl. Cephal. d. conſil. 33. per totum, Clarum, §. donatio, qu. 13. Oſaſc. deciſ. 33. Surd. deciſ. 111. Clar. Mantiça de tacitis libr. 13. tit. 8. per tot. et D. Theſſaurum deciſ. ſua 70.* vbi de donation. facta abſenti, ſtipulante pro eo Notario, vel quolibet alio priuato omnium latiſſimè diſceptatur.

9 Ampliatur autem ſupradicta principalis Concluſio, videlicet, donationem inter viuos inter abſentes per epiſtolam rectè celebrari poſſe, vt multo magis procedat, quando res remiſſa, & donata reperitur penes donatariū de voluntate ipſius donantis, *text. eſt in d. l. nec ambigi*, & firmāt omnes in *l. abſenti, ff. de donat. Sequitur Card. Pariſ. conſil. ſuo 128. num. 35. vol. 1.*

10 Ampliatur ſecundo, vt ſicut donari poteſt par nunciū, vel epiſtolam, vt diximus ſupra ita, & à fortiori declaratio voluntatis ipſius donantis poſſit fieri, & probari per eamdem epiſtolam, ad *l. 1. §. fin. cum l. ſeqq. ff. ſi menſor falſ. mod.* dixer. Sic præciſè *Boer. deciſ. ſua 172. num. 21.* & quod donatio inter viuos, facta probari poſſit per epiſtolam reſcripſere *Imp. Diocletianus & Maximianus in l. ſi aliquid C. de donat. & Imp. Carinus, & Numerianus. in l. ſi donatio per epiſt. C. eor. de donat. & Paulus iuriſconſ. in l. 1. in fin. ff de contrah. empt.* Hoc idem ſequutus eſt, & firmauit pro regula *Cl. D. meus Maſcard. concl. ſua 557. num. 1. & videndus per totam:* ibi enim ſupradictam concluſionem nō ſolum pluribus modis ampliat procedere, verum etiam limitat, ac coaceruat, ipſum conſulito. Non enim ex ſcriptis ſcripta abſque lectoris vtilitate conficienda ſunt. Vide quoque ſcripta per nos ſupra *lib. 1. q. 4. num. 247. & per Surd. deciſ. ſua 111. num. 12.*

11 Obſeruandum tamen pro coronide huiuſce difficultatis, id quod ſupra diximus, donationem videlicet inter viuos inter abſentes, per epiſtolam recte conſtitui poſſe, olim dumtaxat locum habuiſſe, ſi ipſamet donatio incepiſſet à traditione, eo enim caſu valebat, & tenebat, intercedente tamen nuncio, vel epiſtola ad coniungendas ipſorum contrahentium voluntates, ſecus autem ſi incepiſſet à promiſſione, tunc enim non poterat fieri inter abſentes, interueniente vel nuncio, vel epiſtola, quia tunc temporis requirebatur ſtipulatio, quæ non accipiebatur inter abſentes, *vt in l. 1. ff. de verb. obligat.* & in expreſſo, vt in *d. l. ambigi, C. de donation. vbi gl. & Doctores.*

12 Iure merito autem dixi (olim) hodie enim rectè donatio per epiſtolam etiam inter abſentes perfici poteſt, ſi incipiat à promiſſione, quandoquidem ipſa hiſce temporibus ſolo conſenſu per pactum nudum perficitur ad *l. ſi quis argentum, §. ſin autem. Cod. de donat.* ſic eleganter animaduertit in terminis poſt plures relatos *Anton. Gomez Variarum Reſolutionum tom. 2. capit. de donat. num. 2.* vbi quoque ſubdit, iure Regio valere donationem factam inter abſentes, etiam non intercedente nuncio, vel epiſtola, vt *l. 3. tit. 8. lib. 3. ord.* & quod hodie ipſamet donatio ſolo conſenſu per pactum nudum perfici poſſit, poſt infi-
13 nitos adductos firmat pro Regula *D. Michael Craſſus, in §. donatio cauſa mortis, q. 8. num. 1.* vbi etiam ex Communiori concludit, diſpoſitionem *d. l. fin. argumentum*, locum quoque ſibi vendicare reſpectu ipſius donationis cauſa mortis, eum conſulto. Et hæc ſatis.

14 Latius autem de materia dictæ donationis inter viuos, celebratæ inter abſentes per epiſtolam, diſſerit *Gomez. præcit. c. 4. d. num. 2. & 3.* ibi enim particulariter quoque diſcutit, an ſi donatio eſt facta inter abſentes mediante traditione, interueniente ipſo nuncio, vel epiſtola poſſit poſtea per dominum reuocari, etiam antequam reuocatio perueniat in notitiam ipſius nuncijs, vel eius, cui mittitur, vide per eum.

15 Obſeruandum poſtremo, quod ſicuti ipſamet donatio probari poteſt per epiſtolam, vt ſupra vidimus, ſic quoq; per ſcripturam priuatam ab ipſo donante recognitam, quando tamen ipſamet ſcriptura donationem certā contineret per verba diſpoſitiua, prout eſt verbum (Dono) ſic eleganter docet inter alios *Card. Tuſcus, cancl. 653. nu. 4. in litt. D.* & hæc ſatis. Latius autem de materia ſupradictæ quæſtionis diſſerit *Ill. D. C. Mantica de Tacitis, et Ambiguis lib. 13. tit. 7. per totam ipſum conſulas.*

---

## An donatio cauſa mortis per epiſtolam celebrari poſſit inter abſentes?

## QVÆSTIO XIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio cauſa mortis requirit donatarij præſentiam, vt valeat, & num. 2.*
3 *Iſta donatio poteſt celebrari per epiſtola inter abſentes.*
4 *Ratio.*

1 Viſo, an donatio inter viuos inter abſentes per epiſtolam confici poſſit, videndum modo, quid iuris exiſtat reſpectu ipſius donationis cauſa mortis. Pro intelligentia autem materiæ ſecundum eſt, quod donatio ipſa cauſa mortis vt valeat, requirit etiam donatarij præſentiam, ſicut donatio inter viuos, quæ ſi abſenti fiat, non valet, vt eſt *text. in l. inter mortuos, ff. eod. de donat. cauſa mortis, & tradit Iaſ. conſil. 82. num. 6. in 3.*

2 Et hinc eſt, quod ſi Clauſula codicillaris, vel ipſius donationis cauſa mortis, in teſtamento fuerit adiecta legata, tamen in vim ipſius donationis ſuſtineri nequeunt, ſiquidem donatarius non fuerit præſens. Sic eleganter poſt plures relatos, docet hæc omnia *Michael Craſſ. in d. §. donatio cauſa mortis, q. 9. num. 1. & 2.* Hoc præmiſſo.

3 Sciēdum modo eſt, & ipſammet donatione cauſa mortis, inter abſentes per epiſtolam rectè celebrari poſſet.

Sic præciſè docuit inter alios *Pi ſtorius d.qu.13. num.6.& 7.*ſequutus eſt poſt plures alios c oncordantes adductos. *Craſ.d.q.9.num.3.*
4 Ratio autem de facili ea pote ſt eſſe: quia, vt capitæ
præcedenti, *num.3.*docuimus. E p iſtola miſſa donatario,
iungit conſenſum donantis, & ip ſius donatarij, qui ſine
ea eſſent ſeparati. Satis.

---

## Mandatum, ſiue conſtitutio procuratoris, an per epiſtolam fieri poſſit.

## QVÆSTIO XIV.

*SVMMARIVM.*

1 *Mandatum, ſiue conſtitutio procuratoris, fieri poteſt per epiſtolam, & num.2.3.& 4.*
5 *Probatur mandatum per epiſtolam in delictis.*
6 *Quemadmodum, & per ſubſcriptionem.*
7 *An mandatum procuratorium probari poſſit per epiſtolam? conclude, quod ſic.*
8 *Opinio Imolæ deducitur.*
9 *Reprobatur, & num.10.& 11.*
12 *Quomodo adhibeatur fides litteris procuratorem conſtituẽtis quo ad mandatum ipſum procuratorium probandum? Eſt docet Bart.& num.14. & 15.*
16 *Mandatum, an per litteras probari poſſit, remiſſiuè Maſcard.*

1 HVic quidem difficultati ſatisfaciendo breuiter con-
clude pro affirmatiua: tex.ſunt. clariſſimi *in l.1.§.*
*conſtituitur, ſi procuratorem abſentem, ff.de procurat.nec*
*non in Clement.1.eod.tit.de procurat.* Sequitur eleganter
2 *P.Aemil.Veral. deciſ.ſua Rotæ Romanæ 185. num.2.p.2.*
vbi ſubdit id eſſe in cauſa, quoniam procurator ſolo con-
ſenſu conſtituitur, & eod.tacito reuocatur, ad *l.qui pati-*
*tur,ff.mand.* Hoc idem repetit *deciſ.ſua 394.p.2.* vbi quo-
que ſubdit, quod ille, qui dicit recepiſſe mandatum, ali-
cuius & litteras, & poſtea adminiſtrauit tenetur actione
mandati, vel negotiorum geſtorum, & latius, vt per eum.
3 Sequuti quoque ſunt *Io.de Anan.in c.ea noſcitur, nu.4.de*
*his, quæ fiunt à prælatis.P.de Caſtr.in d.l.1.num.6.ff. eod.de*
*procurator.Rota Genuen.deciſ.49.num.1. & deciſ.119.n.1.*
*Card.Pariſ.conſil.ſuo 47.nu.4. vol.1. Matth.Cunon.de pact.*
*lib.1.d.c.14.num.4.Becc.conſil.65.num.2.in1.* vbi concor-
dantes adducit, *text.in c.cum dilecta de confirmat.vtili, vel*
*inutili, & in c.licet is, vbi gl.de procurator.in 6. & nouiſſimè*
*D.Henrig.Oldemburgic d ſuo tract.de fideiuſſor.præcitato c.*
*11.num.83.* Aduertendus eſt etiam *Bald.in l.procurator, n.*
*2.verſ.tertio nota, eod.tit.de procurat.* vbi ſubdit, ob hoc in
conſtitutione ipſius procuratoris non eſſe neceſſariam
ipſius præſentiam: quia etiam abſenti officium procura-
toris poteſt committi per nuncium, vel epiſtolam, & la-
tius vt per eum.
4 Et hæc concluſio nullam pati poteſt difficultatem, pro
qua etiam eſt textus apertus( loquendo in puris terminis
mandati ) in *leg.1.ff.mandati.* Et ſequuntur Communiter
Doctores *Oynotomus in ſpecie, lib.3.inſt.tit.de mandato, in*
*principio, nu.4.* vbi etiam ſubdit, quod non intereſt, quibus
verbis ipſum mãdatum fiat, poteſt enim fieri per verbum
rogo, ſupplico, mando, volo, peto, & per quæcumque alia
verba ſimilia, & idonea, *d.l.1.iuncta gloſſ.ff.eod. Cl.D.meus*
*Scac.ibid.num.5. ac plurimi alij.*
5 Amplia, vt mandatum quoque in delictis per epiſto-
lam contrahatur, *l.1.ff.eod.mandati,* & per ſubſcriptionẽ
6 quia ſubſcribens videtur mandare, *l.etiam, & ibi gloſs.&*
*Bal.C.quod cum eo.* Sequitur elegantiſſimè *Clar.Farinac.in*
*ſua praxi, & Theorica criminali, par.2.tom.2.tit.de conſul-*
*tatoribus, q.134.c.3.num.13.*
7 Sed pulchra hic ſuboritur dubitatio, & eſt; an per ip-
ſam epiſtolam, mandatum procuratorium probari poſ-
ſit?
8 In hac quidem difficultate ſtatuas Regulam pro affir-
matiua. Licet enim *Imol.in d.Clem.1.col.5.in gl.in verſic.*
*litteras,* videatur velle, quod non probetur, nam datum
9 (inquit) ad fauorem ſcribentis, attamen, eius deciſio red-
ditur falſa, per iura prędicta, quamuis enim ſcriptura pri-
uata non probet intentionem vtilem ſcribentis, *l.exem-*
*plum, C.de probationibus procuratoris,* nihilominus conſti-
tutio, non dicitur fieri in præiudicium eius, contra quem
conſtituitur, quia non per hoc ipſe obligatur, vnde ad-
mittitur procurator, qualitercunque conſtet, quod ha-
10 beat voluntatem eius, pro quoad cauſam venit: *Bonifa-*
*cius in d.Clem.1.num.16.* Imò ille, qui habet iura facientia
ad cauſam, admittitur, vt procurator, cap.præterea, de
officio delegati. Doctores in *l.Mæuia, in princ.ff.ſolut.ma-*
*trim.* dummodo non ſit perſona domeſtica. *Rom.conſil.*
*44.in 2.dubio.*
11 Et ſi ſola ſcientia hoc operatur, *d.leg.qui patitur, Alex.*
*conſil.80.n.5.lib* 4.tanto magis hoc debet operari epiſto-
la, quæ plenè probat intentionem ipſius ſcribentis, ad *l.*
*Publia, §.finali, depoſiti.* Ita pulchrè docet hæc omnia *P.*
*Aemil Verral.inter cęteros in d.deciſ.185. per totam,* vbi
ſubdit, ita tantum die 17.Aprilis 1551. in vna Oxonenſi
parochialis de Caualerijs, coram *D.Guidobbono. Vide per*
*eum, Addo Cl.Farinac.in ſuis deciſionibus nouiſs. Rotæ Ro-*
*manæ deciſ.54.numer.2.& D.Hectorem Felicium Allegat.*
*ſua iuris num.6.& 31.lib.3.*
12 Sed quomodo hiſce litteris procuratorem conſtituen-
tis quo ad mandatum ipſum procuratorium probandum
adhibenda ſit fides, ſciſcitaberis?
13 Ad hoc autem *Bart.Auriga noſter, in l.ſi procuratorem,*
*num.2.cum duobus ſeqq.ff.eod.de procur.* reſpondet per hęc
verba.

Aut hæ litteræ habent ſigillum publicum alicuius Cõ-
munis, vel Domini, & tunc faciunt fidem, vt infra, de pu-
bl.l.ſi publicanus, & ſupra de officio præſidis, *l.Diuus, cum*
*concordantibus.*

Aut non habent ſigillum publicum, & tunc aut iſtæ
litteræ ſunt approbatæ ab aduerſario, & faciunt fidem,
vt hic.

Aut ab aduerſario non ſunt approbatæ, & tunc non
faciunt fidem, niſi alias approbarentur, *arg.l.1.§.ſed ne, C.*
*de Latina libert.tollenda.*
14 Qualiter autem fiet iſta approbatio? reſpondetur duo-
bus modis.

Primo, ſi habeat teſtimonium publicum, vt quia No-
tarius ſubſcripſit ſe litteris, & dicit ad maioris roboris
firmitatem fecit ſui ſigilli munimine roborari, &c.
15 Secundo, poteſt approbari per teſtes, qui viderĩt Do-
minum ſigillare, & ita etiam poteſt loqui hic, *arg.l.* ſed ſi
quis ex ſignatoribus infra, quem admit.teſt. aperiantur.
Non requiritur, quod ſi ſigillum ipſius Domini ſigillan-
tis, vt ad *l.teſtium, §.1.de teſt.*

Vides ergo, (ſubdit Bartolus,) quod litteræ poſſunt
approbari abſente domino. Hactenus Bartolus.
16 De hac eadem tamen materia, videlicet, an, & quando,
per litteras probari poſſit mandatum, adeò doctè, & ele-
ganter tum ampliando, limitando, ac declarãdo, diſſerit,
ac pertractat *Cl.I.C.ac D.meus col. Maſcar.concl.ſua 1009,*
*per totam,* vt nil aliud ſuperaddi poſſe proculdubio videa-
tur, ad ipſum igitur Lectorem beneuolum remitto. Satis.
Addo *Io.Gulìel.Guidob.Aduocatione 26.nu.74.*

Conferunt, quæ ſcripſimus de materia, *ſup. cap. 1. num. 119. & 120.*

17 Sed pulchram quæſtionem, quæ excitari poteſt in hac materia, ſilentio haud prætereundam cenſeo, & eſt. An conſtituens procuratorem ad accipiendum mutuo pecuniam per litteras, chirographo ipſo obligetur, quo procurator profitetur ſe eam accepiſſe, ſi de numeratione aliter non conſtet? Videndus pro reſolutione huiuſce difficultatis. *Clariſſ. D. Fachineus lib. ſecundo, ſuarum iuris controuerſ. cap.* 55. vbi ad partes diſcuſſo negotio, concludit tandem pro negatiua, rationibus de quibus per eum, ibique etiam quæcunque in contrarium obijci poſſunt, acutiſſimè reſoluit ipſum conſulas, adeundus quoque *Dom. Cardin. Seraphinus deciſion. ſua* 1139. *numero primo, & D. Paul. Granutius theoremate ſuo* 7.

His addas *D. Herculem Mareſcottum lib. ſecundo, variarum reſolution. cap.* 93. vbi latè inſiſtit varios caſus diſtinguendo.

## An conſtitutum per epiſtolam celebrari poſſit?

## QVÆSTIO XV.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſtitutum per epiſtolam celebrari poteſt.*
2 *Ratio.*
3 *Amplia.*
4 *Obiectio.*
5 *Solutio, & num. 6.*

1 COncluſio in huiuſmodi difficultate ſit affirmatiua, textus ſunt ad litteram, in leg. qui autem, §. ſi & in *leg. Titius Seio, & in l. quidam, ff. de conſtit. pec.* Sequuntur Communiter *Doct. ibid. Bart. inter cæteros in dict. l. Titius, in princip.* vbi quoque rationem deducit dicens.

2 Nam in ijs, quæ ſolo conſenſu contrahuntur, prout eſt conſtitutum, epiſtola inducit diſpoſitionem. Addo *Bald. Salic. ac alios*, ibidem. Addendus quoque *D. Henringhius Oldemburgicus, in dict. ſuo tract. de fideiuſſ. præcit. capit. 11. num. 81.*

3 Amplia, vt ille, qui per ipſammet epiſtolam ſe debitorem conſtituit, valide, & efficaciter obligatus intelligatur; In his enim quæ per epiſtolam geri poſſunt, per eadem proculdubio inducitur obligatio. Sic præcisè Doctores omnes in *d. l.* Titius Seio, in ſpecie autem *Bartolus, Bald. & Salic.*

4 Obijcies, quod epiſtola non inducat obligationem, ſed inductam, probet, ad *l. Publia, ff. depoſiti.*

5 Reſpondeo, ita diſtinguendo; Aut epiſtola eſt inducta ad inducendum obligationem, & tunc in his, quæ poſſunt per epiſtolam geri, epiſtola obligationem inducit, & ita procedit *textus in d. leg. Titius Seio, cum concordantibus.*

6 Aut vero epiſtola non eſt inducta ad obligationem inducendam, ſed eſt inducta ad narrandum præcedens factum, & tunc ipſammet obligationem minimè inducit. Sed inducit, probationem præcedentis obligationis, & ita loquitur *d. l.* Publia in fin. Sic præcisè *Bald. in dict. leg. Titius Seio, numer. ſecundo, & Albericus numer. pariter ſecundo, idem Albericus in dict. leg. quidam.*

## An curator ad lites per epiſtolam inter abſentes conſtitui poſſit?

## QVÆSTIO XVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Curator ad lites per epiſtolam inter abſentes nequit conſtitui.*
2 *Ratio, & num. 3.*
4 *Idem iuris de tutore.*
5 *Subamplia.*
6 *Tutor actorem conſtituere poteſt etiam ſine cauſa, tutius tamen eſt vt cum cauſa eundem eligat, & num. 7.*
8 *Actoris officium finitur officio tutoris finito.*

Curator ad lites an per epiſtolam conſtitui poſſit? Quæritur.

1 PRo reſolutione huiuſce difficultatis, vt rem paucis complectar, ſtatue Regulam pro negatiua.

Et ratio eſt, quia in conſtitutione dicti curatoris requiritur decretum iudicis, quod non debet ſtare in pendenti, ad *l. item eorum, § ſed ſi ita, ff. quod cuiuſque vniuerſitatis*, & ſic requiritur quod ſit præſens, & conſentiens alias eſſet in pendenti, quouſque ratum haberet, quod non eſt dicendum. Ita primus omnium docuit Iacobus

2 de Arena in *leg. qui habent, §. ſi pupillus, ff. de tutelis*, vbi etiam ſubdit, quod in iſto caſu non poteſt cõſiderari ſubſequens ratihabitio, quoniam, vbi determinato tempore requiritur conſenſus, ibi ratihabitio nihil operatur, ad *l. obligari, §. finali, de authoritate tutorum.* Subſequuti ſunt *Bald. in l. procurator eſt, §. dari autem nu. 1. verſ. extra quæro ff. de procuratoribus. Angel. in præcitato, §. dari*, & omnium pulcherrimè *Paulus de Caſtro in præcitata leg. procurator eſt, num. 5.*

3 Et hæc in ſumma eſt veriſſima opinio, pro qua etiam poteſt conſiderari, nam curator datus liti adulti, vel pupilli, tenetur bona ſua obligare, & dari fideiuſſorem; Item debet promittere vtilia facere, & inutilia prætermittere, & adultum ipſum in defenſum non relinquere ad inſtar tutoris, vt pulchrè animaduertit poſt alios *Capella Toloſana, deciſ. ſua* 247.

Ad hæc autem omnia peragenda ipſius curatoris præſentiam requiri adeò votum eſt, quam quod votiſſimum, & in terminis, quod curator ad lites cum conſtituitur, debeat eſſe præſens, & dari quoque præſenti, firmauit poſt alios ſummus *Practicus Gayl. libr. ſecundus, obſeruat. 108. num. 5.*

4 Amplia, vt per eaſdem rationes, nec etiam aliquis abſens tutor per epiſtolam conſtitui poſſit, ſi enim tempore, quo conſtituitur debet iurare vtilia pupillo ſe facturum, ac inutilia prætermiſſurum, item ſe non relicturum pupillum indefenſum.

Item ſi decretum Iudicis requiritur, quando ipſemet tutor accipit adminiſtrationem rerum ipſius minoris, vt poſt alios tradit hæc omnia eleganter *P. Montanus, de Iure tutelarum, cap. 32. Regula 1. 2 & 3.*

Conſequentia itidem deducitur clara, ipſum tutorem debere eſſe præſentem, & per conſequens abſentem per epiſtolam conſtitui minimè poſſe.

5 Subamplia, hoc eo magis procedere in illis, qui a tutoribus, vel curatoribus alicuius actores conſtituti ſunt, cum enim actores iſti abſque decreto Iudicis, conſtitui

nequeant

nequeant *l. vnica, C. de actor. an tutor. vel curator. dand.* & tradit omnium latiſſimè *Gayl. lib. 2. obſeru. 107. num. 6. & Mynſing. centur. 2. obſer. 38.* & cùm ipſum decretum iudicis non poſſit ſtare in pendenti, vt ſupra dictum fuit, euincitur clare dictos actores per epiſtolam minimè cõſtitui poſſe, ſed præſentes eſſe debere.

6 Hic obiter nota pro cognitione terminorum, quod tutor actorem conſtituere poteſt, & ſi nulla ſubſit cauſa, tutius tamen eſt, vt ſemper apponatur aliqua cauſa. *Bart. in l. 25. ff. de adminiſtratione, & periculo tuorum.* Imò tutores ex communiori non poſſunt creare actores niſi ob iminentes aliquas cauſas, puta infirmitatis abſentiæ, vel nobilitatis, & huiuſmodi, quę quidem cauſæ inſeri debent in ipſa conſtitutione actoris, ita præcisè poſt multos relatos *D. Ioſeph Ludouicus in ſua deciſ. 4. Piſana, p. 1. num. 1. & 2.* vbi etiam, an & quando pupillus habeat regreſſum contra actorem, vel ipſum tutorem eleganter ſubnectit.

Notãdum exinde, quod officium ipſius actoris finitur finito officio ipſius tutoris. Sic præcisè. *Addentes ad Capell. Toloſan. q. ſua 43.* vbi intelligunt hoc procedere quoad negotia noua, quæ non poterit actor ille inchoare, nõ autem quoad vetera incepta; ea enim perficere poterit, vide per eos. Satis.

## Compromiſſum inter abſentes, an per epiſtolam celebrari poſsit?

## QVÆSTIO XVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Compromiſsum per epiſtolam celebrari poteſt. Ratio ibid.*
2 *Amplia.*
3 *Si prorogatio facienda ſit ab arbitrio electo? quid iuris, dubitatur.*
4 *Solutio, & num. 5.*

Compromiſſum an per epiſtolam celebrari poſſit? Quæritur.

1 ET pro affirmatiua rem paucis perſtringendo, concludas, quippe quod ipſum à mera compromittẽtis dependeat voluntate. Si præcisè inter alios *Ant. Gioff. cõſ. ſuo 134. num. 12. volum. 1.* vbi adducit *textum in l. Publia, in fine, ff. mandat. gloſſ. in lege, ſed licet, ff. de conſtituta pecunia, & Io. Bapt. Perusinum in ſuo tr. de arbitris, lib. 9. c. 10.*

2 Amplia, vt per eamdem epiſtolam inter eoſdemmet abſentes ipſum compromiſſum prorogari etiam poſſit, quãdo tamen partes ipſæ de hoc conſentiunt.

3 Sed quid iuris, ſi prorogatio facienda ſit ab ipſo arbitrio iam electo, vt quia in ipſo compromiſſo ſibi dumtaxat data ſit facultas prorogandi, & partes ſint abſentes?

4 Reſpondeo, prorogationem quoque illam fieri poſſe dictis partibus abſentibus modo tamen eiſdem intimatio fiat, vel aliter certiorentur nuncium, vel epiſtolam. Sic in terminis docet inter alios *Lanfranc. de oriano, de arbitr. p. 1. num. 52.* vbi adducit *textum in l. diem proferre, in principio, ff. eodem de arbitris,* & ſubdit, quod ſi ipſemet arbiter prorogaret compromiſſum partibus ipſi abſentibus, & ignorantibus, ex poteſtate, quidem ſibi conceſſa, non valeret prorogatio, & ſententia eſſet nulla, niſi eam intimaret partibus.

Subamplia hoc procedere, etſi dictum eſſet in ipſo cõpromiſſo, quod ipſum prorogari poſſet adhuc partibus ipſis abſentibus, & ignorantibus, nam per hoc non excu-

5 ſaretur arbiter ab intimatione dictæ prorogationis, & ideò hoc caſu, ſi non intimetur, nulla erit prorogatio. Secundum *Bal. in l. eos, §. Apoſtolos, C. de appellat.* Sic præcisè ſequitur idem *Lanfranc. loco iam admonitio. & ſub numer. 53.* vbi etiam clarius ſubdit, quod ſi partes ipſæ in compromiſſo renunciauerint intimationi ſibi faciendæ de dicta prorogatione, quod talis renunciatio non valet: quia ratio, quare ſit neceſſaria dict. intimatio, eſt; quia ſi ipſa prætermitteretur, viderentur arbitratores doloſe agere, ſecundum *Bald. in d. §. Apoſtolos;* Dolo autem de futuro nulla via renunciari poteſt, *l. ſi vuo, §. illud, de pactis, & latius,* vt per eumdem *Lanfranc. quem videas.* Adeundus quoque *D. Decius conſil. ſuo 39. num. 1. & 2.* vbi ſuper hoc, quod prorogatio compromiſſi debeat notificari partibus, omnium latiſſimè inſiſtit.

## Feudum, an per epiſtolam relinqui poſſit?

## QVÆSTIO XVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Feudum per epiſtolam relinqui poteſt.*
2 *Fundamenta, & num. 3. 4. & 5. cum ſeqq. vſque ad 17. excluſiuè.*
17 *Et hac eſt veriſſima Concluſio.*
18 *Pulchra quæſtio proponitur.*
19 *Reſoluitur per Carol. Ruinum.*

Feudum an per epiſtolam, &c.

1 IN huiuſmodi difficultate, propono regulam pro affirmatiua. Ad id autem aſſeuerendum moueor inſcriptis iuris rationibus, &c.

2 Primo ſic arguo. Nemini dubium, quod feuda ęquiparantur fideicommiſſis. *Schrad. poſt Signor. de Homodeis, in ſuo tract. de Feudis, p. 10. ſect. 19. num. 114. Petra poſt Decium de fideicom. q. 8. num. 323.*

3 An fideicommiſſa per epiſtolam relinqui poſſunt, vt loco ſuo plene dicetur, ergo, &c.

4 Secundo conſidero, quod feuda ſine dubio per procuratorem concedi poſſunt, *c. 1. §. ſed vtrum* per quot fiat inueſtit. & tradit *Schrad. d. tract. p. 4. c. 1. num. 8.* vbi tamen ſubdit procuratorem hunc ſpeciale mandatum habere debere, & latius, vt per eum: addo *Conradum Ritterſhuſium in ſuis partitionibus Feudalib. lib. 1. c. 9. num. 5.*

5 Si ſic eſt, ergo, & per epiſtolam concedi poterunt, quæ enim per nuncium celebrari poſſunt, eadem & per epiſtolam fieri poſſe apertiſſimum eſt, *ad not. in l. conſenſu, de actionib. & obligat.* & paſſim Doctores.

6 Accedit tertio, principaliter: ſi conceſſio dationis in feudum ab facta aliquo alicui, ex eo cognoſcitur, quando in priuilegio facta eſt mentio ipſius feudi: (item quando adeſt verbũ illud (inueſtimus,) Item quando adſunt verba illa, (concedimus Titio, puta tale Caſtrum) tunc enim intelligitur facta conceſſio dationis, in feudum, nam omnia caſtra ſunt feuda, ſic præcisè & eleganter docet hæc omnia inter alios *D. Petr. de Gregoriis in ſuo tract. de conceſſione feudi, p. 2. q. 2. per totam.*

7 Hæc autem omnia quin per epiſtolam rectè explicari poſſint, nullus inficiabitur.

8 Suffragatur, quarto principaliter, nam ſcriptura non requiritur de neceſſitate, & de ſubſtantia ipſius

contractus feudi, ita vt ea omiſſa actus infringatur, ſed ad eius probationem tantum bene eſt, vt intercedat. Pulchrè poſt *Bald. Zaſ. ac alios, Petrus de Gregoris, dict. ſuo tract. p. 2. quæſt. 4. num. 4. Sequitur Conradus Rittershuſius d. ſuo c. 9. in princ.*

9 Si ſic eſt quid ergo refert, quod ipſum feudum relinquatur per epiſtolam? iam autem per eamdem ipſum probari poſſe, conſtat inter omnes.

10 Vlterius quinto loco ego conſidero, quod feudum eſt contractus, *Bartol & communiter DD. in l. iuriſgentium, §. quinimo, ff de pactis, Bald. in Rubric. Cod. de rerum permutatione, & ſequitur Cl Pereg. conſ. 25. numer. 4. in 1.* & in ipſo feudi cōtractu conſenſum eſſe de ſubſtantia, tam ex parte dantis, quam ex parte accipientis pulchre *P. Nicolaus Moz. de Feud. tit. de ſubſtantialibus, ſeu requiſitis Feudi, n. 4.*

11 Clarum eſt autem, omnes eos contractus, quorum de ſubſtantia adeſt conſenſus, per epiſtolam celebrari poſſe, *d. l. conſenſu, de actionibus, & obligationibus*, ergo &c.

12 Sexto, accedit principaliter, nam conceſſio ipſius feudi non tantum fieri poteſt per contractum gratuitum, qualis eſt donatio, legatum, & ſimilia *cap. 1. in princip. de Feud.* dato inuicem legis Commiſſoriæ, *& cap. 1. §. fin. in quibus cauſis feud. amitt.* cum concordantibus.

13 Sed etiam per cōtractum oneroſum, qualis eſt emptio, permutatio, & alia huiuſcemodi, *cap. 1. §. notandum de his, qui feud. dare poſſ. c. 1. de natur. feud. c. 1. quemadmod. feud. ad filiam perueniat, & c. 1. de inueſt.* in maritum facta, cum mille concordantibus. Sequutus eſt præcisè poſt alios *Schrad. d. ſuo tract. par. 5. c. 1. num. 3.*

14 Hos autem ſupradictos omnes contractus per epiſtolam celebrari poſſe notiſſimum eſt, & locis ſuis abundè docuimus, ergo, &c.

15 Poſtremo loco conſidero, quod feudum vſusfructus inſtar obtinet, *c. 1. § finali, in quibus cauſ. feud.* amittitur pulchrè *Schrader. d. tract. p. 6. c. 6. num. 109.*

16 Vſusfructus autem cum pactionibus, & ſtipulationibus contrahatur, per epiſtolam quoque rectè conſtitui poteſt, ad notata per *Doctores in §. vſufructus, in Inſtitutionibus de vſufructu*, ergo illud idem ſtatuendum eſt de Feudo.

17 Et hanc concluſionem per ſupradicta à nemine, quem viderim in hoc propoſito, tacta, indubitati eſſe iuris exiſtimo.

18 Sed pulchra in hac eadem materia oritur dubitatio, & eſt; an feudum cenſeatur, ſi in ipſamet epiſtola, vel aliqua alia ſcriptura priuata hæc verba reperiantur. *Lo ſignor vuole, che ogni coſa, che mi ha dato ſia feudo*, & res ſit propria feudatarij?

19 Pro reſolutione videndus *Carol. Ruin, conſil. ſuo 6. in 1. & hæc ſatis.*

---

## Contractus emphyteuticus an per epiſtolam celebrari poſſit?

## QVÆSTIO XIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Exemplum, quomodo contractus emphyteuticus per epiſtolam celebrari queat.*
2 *Fundamenta, in quibus fundatur iſthæc concluſio, & num. 3. 4. 5. 6. & 7.*
8 *Iure Regio DD. Hiſpanorum, an ſcriptura debeat intercedere in ipſo contractu emphyteutico, & an debeat eſſe publica? docet author, & num. 9. & 10.*

1 SI quis mittat epiſtolam Mæuio, in qua illi ſoluturum annuatim 30. promittat, ſi ſibi domum ſuam ſitam &c. velis concedere in emphyteuſim, & Mæuius accepta illa epiſtola, in id conſentiat, contractum emphyteuticum inter eos rectè celebratum eſſe per medium illius epiſtolæ nullus ibit inficias, iſthæcque opinio pluribus etiam rationibus ſuaderi poteſt, &c.

2 Primò, valet argumentum de Feudo ad emphyteuſim, è & contra. Addentes ad *Clarum in §. emphyteuſis, q. 50.* & ſequitur poſt nonnullos concordantes adductos *Cl. Peregr. conſil. ſuo 25. num. 5. in 1.*

3 At Feudum per epiſtolam celebrari poſſe, ſatis, ſuperque docuimus ergo.

4 Secundo conſiderari poteſt, quod ſcriptura in ipſo cōtractu emphyteutico non requiritur, de neceſſitate ſaltē ex conſuetudine. Guido de Zuzaria de iure emphyteutico, num. 4. *Caballin. pulchrè Milleloqu. ſua 177. & nouiſſimè Card. Mant. poſt infinitos relatos de tacitis, & ambiguis conuentionibus, libr. 22. tit. 6. nu. 17. & 18. Addo Card. Tuſcum concl. ſua 148. in litt. C, nu. 15. & videndum per totum.*

5 Et licet extiterint quamplurimi, qui cōtrarium verius eſſe fuerint opinati, inter quos *Clarius, in d. §. emphytenſis quæſt. 4. & Aluarus Valaſcus, in ſuo pariter tract. de iur. emphyteutico, q. 7. nu. 2.* vbi infinitos propemodum concor-
6 dantes deducit; Attamen omnes conſentiunt, ipſam exigi non ad eſſentiam, & ſolemnitatem ipſius contractus, ſed dumtaxat ad probationem, *Valaſcus ipſe d. q. 7. num. 3. & Card. Mant. d. tit. 6. num. 16.*

7 Si ſic eſt, cur contractus ipſe emphyteuticus per epiſtolam celebrari nequibit? nonne ſatis de ipſius celebratione per medium epiſtolæ a partibus confeſſatæ poterit apparere.

8 Nota tamen, hanc opinionem iure Regio Dominorum Hiſpanorum expreſsè improbatam eſſe; *Lex enim Regia lib. 4. titul. 36 in principio, & titul. 45.* clare diſponit, quod ſcriptura debeat intercedere in ipſomet contractu emphyteutico, & debeat eſſe publica: ſic præcisè animaduertit *Cl. Velaſcus d. q. 7. num. 11. cum ſeqq. & num. 14.* vbi ſubdit hoc adeò verum, vt nequeat fieri ipſemet contra-
9 ctus per ſcripturam priuatam cum iſta conditione, vt ipſi ſcripturæ ſtetur tanquam publicæ, & quod habeat vim publici inſtrumenti, & latius per eum, qui inter cætera pro ratione conſiderat, quod ſi ſecus diceretur, eſſet in effectu publicum tebellionem creare, quod priuatis non permittitur.

10 Eſt bene verum, quod diſtinguit inter emphyteuſim Eccleſiaſticam, & ſecularem, & inquit, quod in Eccleſiaſtica ex illo iure ipſamet ſcriptura de neceſſitate, & de ſubſtantia debet intercedere: quo vero ad ſecularem, dūtaxat quo ad probationem, ſed vtroque modo ipſamet ſcriptura debet eſſe publica: Satis.

---

## Additio hæreditatis an per epiſtolam fieri poſſit?

## QVÆSTIO XX.

*SVMMARIVM.*

1 *Aditio, & repudiatio hæreditatis à pari procedunt.*
2 *Hæreditatis recuſatio per epiſtolam fieri poteſt.*
3 *Et an aditio hæreditatis per epiſtolam fieri poſſit, probatur pluribus mediis, de quibus, & num. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*

Cum

1 CVm aditio hæreditatis, ac repudiatio à pari procedant, *gl.& Doct. in §.pen.Inſt.de hæred.qualitate, & differentia*, & tradant *Gl.Menoc.lib.4.præſumpt.1.nu.61.& Peregrinus, conſil.55.num.1. in 4.*

2 Factum hic eſt, vt quemadmodum hæreditatis recuſatio per epiſtolam fieri poteſt, vt cap. proximo videbimus, ſic etiam ipſis additionem per eudem fieri poſſe contingat.

3 Ad hauc autem concluſionem firmandam conſiderari etiam poteſt, nam ipſius hæreditatis aditio altero de duobus modis colligitur, atq. præſumitur, verbis ſcilicet, aut factis, non enim ſolus ipſe animus ſeparatus à verbis, & factis ſufficit, vt adita dici poſſit hæreditas, ſicuti ſcripſerũt *Gl.& Doct.communiter in l. gerit, & in l.mutuum, de acquirenda hæreditate*, & firmat inter alios omnium latiſſimè, ac elegatiſſimè contrarijs, quibuſcunque reſolutis. *Cl.Menoc.lib.4.præſumpt.c.99.a nu.6.vſque in fine.*

4 Si ſic eſt, quod hęreditas verbis adiri poſſit, ergo, & per epiſtolam, quæ ſemper loquimur, vt alias diximus.

5 Adde verba aliquando viua voce, & aliquando ſcriptis proferri ſolere, & nullam eſſe interdictos modos differentiam, quoad effectum adeundę hæreditatis cum non ipſa littetarum figura, ſed conſenſus, qui in eis continetur ille ſit qui obligat ad leg. non figura, de actionibus, & obligationibus ſic eleganter D.*Menoch.lib.4.præſumpt.*100.*lib.2.*

6 Præterea trita eſt concluſio, quod aditio hæreditatis induci poteſt per ſcripturam, & facilius quoque inducitur per eam, quam per verba, quia verba ſcripta magis deliberate prolata, & poſita exiſtimantur, ad tradita per *Bart. in l.2.C.de ſententijs ex breuiculo recitandis.* Sic pręcisè firmat *Craſſus lib.2.ſententiarum, in §.acquiſitio hæreditat. q.* 8.*per totam*, vbi etiam ſubdit, hoc procedere, etiamſi ſcriptura ipſa foret inualida, quandoquidem imprefacta etiã ſcriptura probat voluntatem, ad *fin.ff.de reb.eorum, qui ſunt ſub tutel.& l.in teſtamento, de fideicommiſſis libertatibus.*

7 Si ſic eſt, quod per ſcripturam hæreditas adiri poſſit, ergo, & per epiſtolam.

8 Adde poſtremo loco, contrariorum eamdem eſſe diſciplinam, ac rationem, *l.fin.§.contra quoque, ff.de leg.3. Doctor.omnes in Rubric.de acquirenda poſſeſſion. & tradit Hippolyt.Riminald.conſil.ſuo 60.numer.28.92. num.7.99. num.19.*

9 Ergo, quemadmodum repudiatio hæreditatis, per ipſam epiſtolam fieri poteſt, ſic etiam ipſius additionem per eamdem fieri poſſe, vt vnuſquiſque fateatur neceſſe eſt.

---

## Hæreditatis alicuius, an per epiſtolam recuſari poſsit.

### QVÆSTIO XXI.

*SVMMARIVM.*

1 *Alicuius hæreditas per epiſtolam repudiari poteſt, & num.* 2.*&* 3.
4 *Ratio, & num.* 5.

HVic quidem difficultati ſatisfaciendo breuiter concludo pro affirmatiua, tex. eſt notabilis, (ex quo de-
1 ſumi poteſt iſthæc concluſio) in *recuſari, ff.de acquirenda, vel omittenda hæreditate*, vbi ſic legitur. Recuſari hæreditas non tantum verbis, ſed etiam re poteſt, & alio quouis indicio voluntatis.

Melior eſt text. iuncta *gl.in l.recuſare, ff.ad S.C.Trebellianum, vbi Vlpian.* ita loquitur.

2 Recuſare autem non tantum præſentes, ſed etiam abſentes, vel per epiſtolam poſſunt, & *gl.in verſic.* recuſare declarat, ſcilicet, adire hæreditatem.

3 Hanc eamdem concluſionem per ſupradicta iura firmauit nouiſſime *Cl.D.Hering.Oldemburgicus in ſuo tractatu de fideiuſſoribus capitulo vndecimo numero* 80.*verſic. ſic recuſari.* Addo ante omnes *Barbaciam in dic.leg.recuſare, in 1.notabili, Alexand.num.1.* ac communiter alios Scribentes.

4 Huiuſce autem Concluſionis ea (mea ſententia) poteſt eſſe ratio: quia omiſſio, vel repudiatio hæreditatis, fieri poteſt ſolo animo declarato tamen aliquo vero verbo, vel facto, prout notatur in ſupradicta *l.* recuſare, & tradit poſt nonnullos relatos *Craſſ.libr.2.ſentent.in artic, omiſſio hæreditatis, q.2.num.2. Addo Card.Mant.de coniect.vltim. volunt.lib.12.tit.14.num.1.*

5 Adde, quod hęreditas repudiari etiam poteſt per ſcripturam, vt poſt alios præciſe tradidit idem *D.Craß.d.art. omiſſio hæreditatis, q.8.ergo & per epiſtolam.*

---

## Fideicommiſſum, an per epiſtolam relinqui poſsit.

### QVÆSTIO XXII.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſum per epiſtolam relinqui poteſt.*
2 *Ratio, & num.3.*
4 *Notabilia, & num.5.*

1 COncluſio in huiuſmodi difficultate ſit affirmatiua. Sic præcisè reſcripſerunt *Imperator Diocletianus, & Maximianus, in l.in epiſtola, C.de fideicom. vbi gl.in verſic.* (& in epiſtola) concordantia quoque iura deducit; *text. videlicet, in l.1.C.de codicillis, & in l.milles in princip.ff.de legat.1.* Sequutus etiam in pręciſis terminis *Lanarius conſil.ſuo* 82. *num.2.*

2 De hoc autem nemini mirum videri debet, quandoquidem ad ipſum fideicommiſſum inducendum ſufficit quoque voluntas etiam coniecturata, nedum ex ſcripto, & expreſſo, ſed etiam ſignis, & nutu demonſtrata, ad textum in *l.nutu ff.de legat.3.& ſequitur Clar.D.meus Peregr. de fideicommiſſ.art.1.num.45.& 46.cum ſeqq.* vbi etiam ſubdit, omne verbum ſignificans legitimum teſtatoris ſenſum legare, aut fideicommittere volentis, ſufficere ad inducendum ipſum legatum, vel fideicommiſſum: ſiue ſit præceptiuum, ſiue precarium, & latius vt per eum, quem conſulas.

4 Aduerte tamen, quod quando ipſemet litteræ fideicommiſſariæ, vt ita loquar conficiuntur, requiritur præſentia teſtium, ſicuti dicitur in eadem *l.& in epiſtola, vbi etiam gloſſ.in verſic.teſtibus, & in d.l.miles*, & teſtes non debent eſſe minus quinque eadem *gloſſ.in d.verſic.teſtib.* quæ adducit *text.in leg.fin.§. fin.C.de codicillis*, quo generaliter deciditur, in qualibet vltima voluntate adhibendum eſſe ad minus numerum quinque teſtium. Sequutus eſt præcisè hæc omnia *Lanarius d.conſil.28.præfato, num.2.* vide per eum. Et hæc breuiter tetigiſſe ſufficiat. Latius autem, & elegantius in hoc propoſito inſiſtit *Card.Mantic.de coniect.vlti.volunt.lib.primo, tit.11.* per totum, eum conſulas.



Real ... Granada

## Legatum an per epiſtolam relinqui poſſit?

### QVÆSTIO XXIII.

*SVMMMRIVM.*

1 *Legata, & fideicommiſſa exequata ſunt.*
2 *Legata per epiſtolam relinqui poſſunt, & num. 3.*
4 *Notabile.*
5 *Legatum nutu etiam reliqui poteſt.*

1 CVm legata, & fideicommiſſa in omnibus, ac per omnia exequata eſſe litteris prodiderit *I.C. in l. 1. de leg. 1.* Conſequens illud eſt, vt quemadmodum fideicommiſſum per epiſtolam celebrari poteſt, ſic etiam legatum ipſum per eamdem relinqui queat.

2 Et in terminis quod illud per epiſtolam relinqui poſſit, eſt *text. ad litteram, in l. epiſt. ff. ad Senatuſc. Trebell.* per quem *text.* ſic etiam decidit *Petr. Ricciard. in rubr. inſtitut. tit. de legat. nu. 16.* vbi etiam concordantem adducit *text. in l. in epiſt. C. de fideicom.*

4 Sequutus eſt quoque *Card. Mant d. tit. 11, numer. 5.* vbi etiam ſubdit, quod ſicuti per epiſtolam poteſt legari, ita etiam per nuncium; veluti ſi quis dixerit, vade ad talem, cui dicas nomine meo, quod ego ei relinquo talem domum.

4 Et aduerte ex eiuſdem *Card. Manticæ* ſententia, quod in conſtitutione huius nuncij requiritur legitimus numerus teſtium, ſicut in epiſtola, quæ, exigit quinque teſtes, cum celebratur, non autem quando aſſignatur, ſeu præſentatur, & latius, vt per eum, quem conſulas.

5 Amplia, vt legatum ipſum ad inſtar fideicommiſſi nutu etiam relinqui poſſit, & factum teneat, pulchrè poſt alios *Card. Tuſc. concl. 34. in littera L.*

Obſeruandum, tamen (& hoc eſt pulchrum, dogma,) quod ſi quis legauerit adopiſſam, intelligitur legaſſe ius, quod habet in ea, & qui legat chirographum, debitum legare videtur, & qui legat ſuum librum, rationum intelligitur legare debita, ita pulchrè docuit hæc omnia poſt alios *Ill. D. Card. Mant, de coniect. libr. 9. tit. 1, num. 18. vide per eum.*

## An codicilli celebrari poſſit per epiſtolam?

### QVÆSTIO XXIV.

*SVMMARIVM.*

1 *Codicilli celebrari poſſunt per epiſtolam, & num. 2. & 3.*
4 *Epiſtola tamen illa debet continere quinque teſtes.*
5 *Quemadmodum & qualibet alia vltima voluntas.*
6 *Obiectio de l. litteræ, ff. de iure codicillorum.*
7 *Solutio.*

1 SI quis velit in abſentia codicillari, id per epiſtolam facere poſſe, communi omnium Scribentium voto receptum eſt. Sic præcisè docuit *Specul. in tit. de inſtr. edition. §. porro, num. mihi 4. in princ.* Sequutus eſt *Bald. per illum text. in l. hæreditas, num. 1. C. de his,* quibus vt indignis, vbi apertè dicit, codicillos poſſe fieri per modum epiſtolæ, & ſimpliciter, & in effectu nullam eſſe differentiam, & nouiſſimè *Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 11. num. 1. in fin.*

2 Et de hoc (mea ſententia) videtur etiam eſſe *tex. apertus in l. 1. C. de codicillis.*

3 Adde, quod codicillus, nihil aliud eſt, quam iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri voluit, abſque hæredis inſtitutione, ad *l. 1. cum ibi notatis, ff. de teſtam.* Et tradit idem *Card. Mantic. de coniect. d. lib. 1. tit. 8. in princ.* Iam autem voluntatem iſtam etiam per epiſtolam declarari poſſe, nullus eſt qui ignoret.

4 Nota tamen, quod ipſemet epiſtola debebit eſſe ſubſcripta à quinque teſtibus, alioquin nullius erit momenti, adnotat in *leg. 1. C. de codicillis.*

5 In qualibet enim ſpecie vltimæ voluntatis, quinque teſtes ſunt neceſſarij ad *l. vlt. C. eod. codicillis, & l. vlt. C. de don. cauſa mortis.*

6 Obijcies falſum eſſe codicillos celebrari poſſe per epiſtolam, & adduces *text. in l. litteræ, ff. de iure codicillorum,* vbi ſic legitur. (Litteræ, quibus hæreditas promittitur, vel animi affectus exprimitur, codicillorum vim non obtinent.)

7 Huic obiecto de facili reſponderi poſſe exiſtimo; arbitror enim ideo litteras illa codicillorũ vim obtinere minimè poſſe, quia (vt animaduertit in ſpecie ibi *Bart.*) tractatur per eas de danda hæreditate, clarum eſt autem, he-
8 reditatem in codicillis nec dari, nec adimi poſſe, ad *l. hæreditatem, C. eod. de codicillis,* cum concordantibus deductis per *Craſſum in §. codicillis, nu. 3. lib. 1. ſententiarum.* Et hæc ſufficiant.

Latius de materia *Card. Mantic. d. tit. 11. vide per eum.*

## Libertas, an per epiſtolam dari poſsit?

### QVÆSTIO XXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Libertas per epiſtolam dari poterat.*
2 *Quomodo id contingat, edocet Author, & num. 3.*

1 REgulam ſtatuas affirmatiuam, textus eſt ad litteram, in §. multis autem modis, *Inſtitut. tit. de Libertinis.* ibi (Aut per epiſtolam) vbi etiam omnes Scribentes.

2 Hoc autem contingebat, cum dominus epiſtola ad ſeruũ miſſa, ei concedebat, vt liber viueret, quę epiſtola, ſi ipſius domini manu fuiſſet conſcripta, ſola quinque teſtiũ ſubſcriptione ſatis muniebatur, ſin minus eiuſdem domini ſubſcriptione opus erat, pulcher eſt *textus. hanc eamdem concl. firmans, in l. vnica, §. ſancimus, C. de Latina libertate tollenda,* & huius generis manumiſſionis, meminit *Iulian. in l. qui abſenti, ff. de acquir. poſſeſ. Latius de hoc diſſerunt interpretes in d. §. multis.* Vide per eos.

## Præſentatio facta à patrono per litteras an valeat.

### QVÆSTIO XXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſentatio facta à patrono per litteres valet.*
2 *Præſentandus tamen debet eſſe præſens, & num. 3.*
4 *Quod fallit, ſi notus ſit.*

In hu-

1 IN huiuſmodi difficultate, reſolutione procedendo, conclude pro affirmatiua. Sic præciſè Summus Pontifex in cap.ea naſcitur,de his,quæ fiunt à Prælatis. Sequuti ſunt ibi communiter *Canoniſtæ, Butr.numer.3.* vbi concordantem adducit *text. in capit.accedens, de præbendis, Imola numer.pariter* 3.vbi ſubdit,quod licet præſentatio, & collatio poſſint fieri per epiſtolam, per dictum *text.*
2 attamen præſentandus debet eſſe præſens coram illo, cui fieri debet præſentatio, per id,quod not. *Gloſſ.in Clemen. Dudum,in verſic.præſentari.de ſepulturis,* & ſic non ſufficeret dirigere litteras Epiſcopo, quando ipſe præſentat Titium,ſi Titius non ſit præſens tempore præſentationis ipſarum litterarum,& latius, vt per eum, qui ſubdit tan-
3 dem,hoc menti tenendum: *Hoſtien.numer.primo,*vbi concordantes adducit *tex.in cap.primo,& ſecundo,64.diſtinct. & cap.1.& 2. 73.diſtinct.Abb.numer.3.* vbi protulit hæc verba. (Nota quod habens ius præſentandi poteſt præſentare clericum per litteras, nam per eas conſtituitur procurator, vt in Clement. de procuratoribus, clericus tamen præſentandus debet eſſe præſens, quia non dicitur præſentari, niſi exhibeat ſe ſenſibus corporis illius,cui fit præſentatio,de quo vide bonam *Gloſſam inClementin. Dudum de ſepulturis ſuper verbo,* præſentare: Quod puto ve-
4 rum, niſi præſentandus ſit notus,nam quemadmodum beneficium poteſt conferri abſenti,vt in cap.accedens,de præbendis, ita & præſentari poteſt, ex quo ſuperior habet illius perſonæ qualitates notas, & hoc nota: quia ſæpè accidit.) Hactenus *Abb. Sequuti ſunt adhuc P.de Anchar.ibid.numer.quinto. Ioan.de Anania, num.3. Zabarell. num.2.*ac communiter alij *Canoniſtæ, Addo Lupum alleg. ſua 75.nu.7.& Cl.Equitem D.meum Peregrinum,conſil.ſuo 94.num.8.in fine,vol.1.*

## Ius patronatus alicuius beneficij, an per epiſtolam probari poſſit?

## QVÆSTIO XXVII.

1 RESpondeo pro affirmatiua, nec mirum: Ius enim ipſum patronatus plenè probatur ex confeſſione patris. Pulchrè *Farinac. in ſuis deciſion. Rotæ Romanæ deciſ.* 645.Ergo,& per epiſtolam id ſine dubio fieri poteſt,quę ſemper loquitur Scribentis nomine, vt multoties dictum anteà fuit.

## Conſenſus alicuius, an per epiſtolam probari poſſit.

## QVÆSTIO XXVIII.

1 REſpondendum pro affirmatiua, ſi quidem,& per ipſam clarè de conſenſu vniuſcuiuſq; conſtare poteſt, Sic præciſè *D.Maſcard.concluſ.ſua* 417 *num.25.*vbi exemplificat,conſulas. Sequitur *Card.Tuſcus concl.ſua 749.nu. 2.in littera C,addo per Aemil.Veral.deciſion.ſua Rotæ Romanæ,271.num.4.p.3.*vbi adducit *tex.in leg.conſenſu,ff.de act.& oblig.& Soc.conſ.41.col.1.in 3.*
2 Diſſenſus autem quomodo probetur, videndi *Maſcar. concl.ſua 520. & Card.Tuſcus concl.454.in littera C.*

## Collatio beneficij facta abſenti,quid operetur antequam ille acceptet, & an valeat abſque epiſtola.

## QVÆSTIO XXIX.

1 PRo reſolutione videndus *Card.Tuſch.concluſ.ſua 533. in littera C,& prius concl.ſua 39. in littera A, & concluſ.5.in littera B.*

## An ſponſalia per epiſtolam celebrari poſsint.

## QVÆSTIO XXX.

*SVMMARIVM.*

1 *Sponſalia per epiſtolam celebrari poſſunt, & num.2.*
3 *Ratio, & num.4.*
5 *Notabilia, & num.6.7.& 8.*

Sponſalia an per epiſtolam, &c.

1 HVic quidem difficultati ſatisfaciendo, pone Regulam pro affirmatiua.Sic præciſè *Vlpian.in l.fin.ff.de ſponſal.*vbi ita loquitur. (In ſponſalibus cōſtituendis,parum refert ancoram, an per nuncium, vel epiſtolam,an per aliud hoc factum ſit.) Sequuntur ibid.*Bald.& Alber.* vbi concordantem adducunt *textum in l ſufficit, ff.eodem tit* Hanc eamdem concluſionem ſequuta eſt *Gloſſ. in cap. veniens,in verſicul.*abſenti extra, qui clerici,vel vouentes matrimon.*Hoſtienſ.in ſua Summa,tit.de ſponſalib. nu.6.& D.Thom.Triuiſ.in ſuo tract.de ſponſalibus priuileg.6.nu.11.* vbi infinitos alios concordantes deducit.
2 Addo ex neothericis *D.Henringium Oldemburgicum in ſuo eleganti tract.de fideiuſſoribus,c.11.numer.79* vbi concordantes deducit,*Zaſium, & Alberic.Gentilem,Dom.Iulium Sanazarium in ſuo tractatu de ſponſalibus,cap.2.artic. 4.numer.57.cum ſeqq. Alphonſum Iſachium in ſuo pariter tractatu de ſponſalibus,capit.primo,numer.19. Clariſs.Farinaccium in ſuis deciſionibus Rotæ Romanæ deciſ.25. num.1.* vbi loquitur de ſponſalibus contractis per apocham, & præclariſs.I.C.ad Dominum meum colendiſſimum, & in meis huiuſce ſcientiæ legalis primordis, præceptorem amantiſſimum,*D.Thadeum Piſonem.Scaccia in ſuo itidem eleganti tract.de ſponſalibus, titul. Qui ſponſalia contrahere poſſint,num.2. His adde R.P. Alphonſ. à vera Cruce in ſuo Speculo Coniugiorum art.16.dubitatione 4.*
3 Huiuſce autem Concluſionis(mea ſententia) ea poteſt eſſe ratio, nam ad conſtituenda ſponſalia ſufficit nudus conſenſus, elegans *text.eſt in l.ſufficit,ff.eodem tit. de ſponſalibus,Card.Tuſchus poſt Roman.concl. ſua 985. num.2.in littera C.*
4 Ea autem, quæ ſolo conſenſu perficiuntur, per epiſtolam rectè explicari poſſe, multoties ſupra deduximus.
5 Obſeruandum eſt tamen, neceſſe, quod qui mittit litteras in materia ſponſaliorum contrahendorum perſeueret in opinione ipſa contrahendi vſquequo illa, ad quam litteræ mittuntur, conſentiat: ſi enim ante, acce-

acceptationem ipſarum litterarum proteſtatus foret, ſe
6 penituiſſe,nihil penitus ageretur quoniam ipſius ſcriben-
tis conſenſus deficeret: Conſentire autem abſens cenſe-
tur,non tantum quando epiſtola recepta, verbis conſen-
ſum exprimit, verumetiam quando tacet. Certum eſt
namque quod epiſtolam tranſmiſſam recipiens, & ta-
cens,conſentire dicitur omnibus in ea contentis, ad *l. fi-*
7 *liusfamilias, ff.ad Macedonianum, & Clement.prima, de*
*procuratoribus*: Sic in ſumma voluit dicere, (licet non
ita clarè) *D.Triuiſanus, dict.priuileg.6.num.*12. vbi ſubdit
quod in ſponſalibus ſatis eſt, vt accipiens litteras tacitè
conſentiat,argumento textus in c.ſuæ, de ſponſalib.
8 Conferunt mirabiliter in hoc propoſito, quæ in ſimili
deduximus ſupra, in concluſ.an Donatio per epiſtolam
celebrari poſſit n... ad ibi dicta lectorem remitto.

---

## Matrimonium, an per epiſtolam contrahi poſſit,

## QVÆSTIO XXXI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium per epiſtolam contrahi poteſt.*
2 *Ratio,& n.*3.4.5.*&* 6.
7 *Et hæc concluſio ante Tridentinam Sinodum, nullam pa-*
*tiebatur difficultatem, & n.*14.
8 *Si ante præſentationem epiſtolæ,mittentem ipſum peniteat,*
*licet reuocatio illa non imitetur nuncio, vel epiſtolam ip-*
*ſam recipiendi,obligatio tamen impeditur.*
9 *Secus eſt reſpectu procuratoris ſpecialiter ad id conſtituti.*
10 *Ratio differentiæ, & n.*11.
12 *Vtrum neceſſarium ſit, vt recipiens epiſtolam conſenſum*
*explicet, reſcribendo mittenti, vel potius ſatis ſit cuicum-*
*que exprimere conſenſum,docet Sanchez.*
13 *Videndus Alphonſus a Veracruce,in ſuo Speculo Coniugio-*
*rum.*
15 *An poſt Concilium Tridentinum matrimonium per epiſto-*
*lam celebrari poſſit dubitatur.*
16 *Sanchez,ac alij concludunt pro affirmatiua: licet Sanaza-*
*rius ſubdat huiuſmodi matrimonium eſſe periculo plenum,*
*& num.*17.
18 *Explicatur caſus in quibus etiam poſt Concilium Tridenti-*
*num, celebrato per epiſtolam matrimonio, poteſt vtriuſ-*
*que contrahentis conſenſus apparere, & numero* 19. 20.
*&* 21.
22 *An matrimonium contractum per epiſtolam,ſit Sacramen-*
*tum? videndus Sanchez.*
23 *An matrimonium contractum per epiſtolam probari poſſit?*
*conclude,quod ſic,ibid.*
24 *Notabilia,n.*25.26 *&* 27.

1 VIſo, an per epiſtolam poſſint contrahi ſponſalia ſu-
pereſt modo videre,quid iuris de matrimonio, ip-
ſum autem per eamdem celebrari poſſe, ſine dubio con-
cludito,textus de hoc eſt apertiſſimus *in leg.mulierem, ff.*
*de ritu nuptiar.* vbi Pomponius ita ſcribit. Mulierem ab-
ſenti per litteras eius vel nuncium poſſe nubere placet.)
Hoc idem ſequuti ſunt per illum textum quamplurimi.
*Zaſius inter alios,conſilio ſuo* 3.*num.*5.*& conſ.*4.*num.*1. *lib.*
2. vbi plura alia iura concordantia deducit. *Hippolytus*
*Riminald.conſ.ſuo* 9.*numer.*27. vbi concordantes deducit
*Butrium,& Ancharanum.Card.Pariſ.conſil.ſuo* 55. *num.*1.
*in quarto,Thomas Triuiſanus in ſuo tract.de ſponſalibus,pri-*
*uileg.*6.*num.*15.*Corraſ.lib.*3.*ſuorum iuris Miſcell cap.*4.*n.*2.
*& D.Couar.in titulum de ſponſalibus,p.*2.*c.*4.*n.finali.in fine,*
*Adde Antonium Gubert.de nuptijs,lib.*2.*c.*14.vbi pulchrè,
& latè.
2 Huiuſce autem Concluſionis ea communiter conſide-
ratur ratio; nam Matrimonium eſt contractus,qui ſolo
conſenſu perficitur,c.cum apud,de ſponſalibus, *l.nuptias,*
*de reg.iuris,c.ſufficiat,& c.matrimonium,* 27.*quæſt.*2. *cum*
*mille concordantibus:pulchrè D.Maſcar.concl.ſua* 1023.*n.*1.
vbi ob id ſubdit, matrimonium ipſum eſſe quid facti cum
ex conſenſu conſiſtat;addo *Card.Tuſcum,concl.*985.*n.*7.*in*
*littera C.*
3 Omnes autem contractus,qui ſolo conſenſu perficiun-
tur,per nuncium,aut epiſtolam rectè abſolui poſſe,nemi-
ni dubium eſt, *d.l.quæ autem,* §.*finali,ff.de conſtit.pecun.l.*
*conſenſu,ff.de actionibus,& obligationibus,& l.nec ambigi,*
*C.de donat.cum mille concordantib.* nec ſanè mirum: con-
ſenſus enim ex litteris ſufficienter probatur, Pulchrè *D.*
*Farin.dec.ſua* 335. *in nouiſ.* Sic rationem iſtam conſidera-
runt in ſpecie *D.Corraſ.præcitato c.*4.*n.*2.*&* 3. *vbi late in-*
*ſiſtit,& D.Zaſius,d.conſ.*3.*n.*6. *&* 7.
5 Accedit præterea; nam ſponſalia ſunt mentio,& pro-
miſſio futurarum nuptiarum, & ſic via, & principium ip-
ſius matrimonij,ad *not.in l.*1.*et l.oratio,ff.de ſponſalibus.*
6 Idem autem iudicatur de actu,quod de princip. ipſius
actus,& è contra,iuribus vulgaris:ergo quemadmodum
ſponſalia ritè per epiſtolam contrahi poſſunt, vt ſupr. vi-
dimus, ſic pariter per eamdem matrimonium ipſum ce-
lebrari poſſe fatendum eſt.
7 Et hæc quidem Concluſio iure veteri inſpecto, ante
decreta, ſcilicet Sacre Tridentinæ Synodus, nullam pati-
tur difficultatem teſte eruditiſſimo, atque admodum R.
P.D.*Thoma Sanchez, poſt plures relatos lib.*2.*de ſponſalib.*
*et matrimonio, diſputatione* 12.*n.*1.
8 Aduertendum tamen eſt,quod ſi ante præſentationem
ipſius epiſtolæ,mittentem ipſum peniteat,licet reuocatio
illa non intimetur nuncio, vel epiſtolam ipſam recipien-
ti,obligatio tamen impeditur,ad latè tradita per citatum
*D.Triuiſan.d.priuil.*6.*n.*13. *verſ. notandum,* quod ſecus eſt
9 reſpectu procuratoris ſpecialiter ad id conſtituti, cui de-
nunciatio illa reuocationis de neceſſitate facienda eſt,
aliter durat ipſa obligatio.
10 Ratio autem differentiæ eſt,quia nuncius,& epiſtola
eſt tanquam merum inſtrumētum,& organum, per quod
dominus profert verba, & ita concipit verba in perſona
mittentis,vnde conſenſu ipſius domini deficiente,tempo-
re quo ipſa verba profert, nil operatur epiſtola, aut nun-
cius,quamuis reuocationis ignarus ſit.
11 Cum autem aliquis procuratorem conſtituit facto il-
lius voluit obligari, vnde neceſſe eſt, eum per quem con-
ſenſus preſtatur ipſius reuocationis conſcium eſſe.Sic ele-
ganter docet hæc omnia *Clar.Sanchez,d.lib.*2.*diſputat.*11.
*n.*6.*et* 7.Et ſequutus eſt *Didacus de Medrano Hiſpan.in ſuo*
*tract.de conſenſu connubiali,cap.*12. vbi tradit,de hoc eſſe
textum apertum in l.ſi pater,in principio, de manumiſs.
vindicta.
12 Verum autem neceſſarium ſit, vt recipiens ipſam epi-
ſtolam,conſenſum explicet,reſcribendo mittenti, vel per
nuncium ad id deſtinatum, vel potius ſatis ſit cuicumque
exprimere conſenſum ipſum, pulchrè, & latè diſputauit
idem *Reuerendus Sanchez,d.ſuo tract.lib.*1.*diſp* 7.*n.*35. vi-
13 de per eum. Adeundus quoq; Reuerendus Pater Alphon-
ſus a Veracruce in ſuo Speculo Coniugorum, *art.*16.*dub.*
10.vbi pulchre in hoc propoſito docet,ſi litteris accepta-
tis,accipiens ipſe nullum voluntatis ſuæ certiorem faciat,
ſed in ſe retineat, nullum matrimonium contractum eſſe,
rationibus vt per eum elegantiſſimè perpenſis. His adde
*Clar.D.Menoch.conſ.ſuo* 375.*n.finali, vbi Butrium, et An-*
*charanum concordantes deducit.*
14 Hæc,vt dixi,iure veteri inſpecto.

An autem poſt Tridentinam Synodnm ſeſſione 24.
*cap.*1.de matrimonio, matrimonium ipſum validè per
15 epiſtolam amplius celebrari poſſit, maxima eſt apud
Scribentes noſtros difficultas.

16 *Sanchez eruditiſs.d.lib.2.diſput.*11.*qu.*2. & *diſput.*12.*n.*
2.& 3. diſcutit ad partes latiſſimè hunc articulum, ac
tandem reſolutis quibuſcumque contrarijs, poſt infini-
tos concordantes adductos pro affirmatiua concludit,
eum conſulas.

Idipſum quoque affirmaſſe viſus eſt, Reuerendus Pater
D.*Emanuel Rodericus q.ſuarum Canonicarum lib.*3.*qu.*17.
*art.*13.ferè circa medium,& D.*Iulius Sanazar.in ſuo tract.*
17 *de matrimonio,c.*3.*art.*4.*num.*113. vbi tamen ſubdit,hunc
modum contrahendi matrimonij eſſe periculo plenum,
ob multas dubitationes, quæ poſſent contingere, tam
quoad dubitationem, num litteræ illius forent, quem
ſcripſiſſe deduceretur, quam an falſæ, ac ſubreptitiæ eſ-
ſent,& an facta ſit conſenſus mutatio.

18 Sed dices, cum poſt Concilium Tridentinum neceſſa-
rium ſit à contrahentibus eorum conſenſum coram pa-
rocho,& teſtibus præſtari,*d.c.*1.*præcitata ſeſſione* 24. Ex-
plica caſus, in quibus celebrato per epiſtolam matrimo-
nio poteſt vtriuſque conſenſus coram eodem parocho, &
teſtibus adhiberi.

19 Explico libenter.

20 Primus caſus poteſt eſſe, ſi epiſtolam mittens, ſcribat
ſe non ſolum facere ſui corporis traditionem,ſed ex tunc
traditionem per alterum ſibi faciendam acceptare, tunc
enim ſi epiſtola lecta coram parocho, & teſtibus, alter
conſentiat, iam vtriuſque traditio, & acceptatio ſit co-
ram eodem parocho, & teſtibus.

21 Alter caſus poteſt eſſe, ſi recipiens epiſtolam reſcribat
mittenti ſe accepiſſe litteras, in quibus vult ipſum in
coniugem, & ſimiliter ipſum velle, tunc enim, ſi hac epi-
ſtola reſcripta,lecta coram parocho,& teſtibus recipiens
coram illis conſentiat, iam mutua acceptatio, & traditio
conſtat parocho, & teſtibus, quia illa epiſtola continet
traditionem reſcribentis, & acceptationem traditionis
factæ à priori mittente, & prior mittens ſe tradit, & ac-
ceptat coram parocho, & teſtibus, & ſic vides exempla;
Alia cogitato. Vide *Sanazarium d.n.*113.vbi aliud addu-
cit exemplum.

22 Dubitabis ſecundo loco, vtrum matrimonium ipſum
per epiſtolam contractum ſit Sacramentum? In qua qui-
dem difficultate,verior eſt opinio affirmatiua; Videndus
D.*Sanchez,d.diſput.*11.*q.*4.& *diſp.*12.*num.*4. vbi poſt ar-
ticulum plenè diſcuſſum, variaſque Scribentium authori-
tates hinc inde deductas in eandem vti veriorem,ac com-
muniorem deſcendit, ipſum conſulas.

23 Indagabis tandem an ipſum matrimonium contra-
ctum, ritè per medium epiſtolæ probari poſſit? In qua
quidem dubitatione ſtatuas regulam pro affimatiua,con-
tra proferentem ipſammet epiſtolam, ac ſcribentem, ad
*l.Publia,§.fin.ff.depoſ.* Videndus de hoc D *Corraſ.d. cap.*4.
*n.*4.*cum ſeq.* & *præcipuè ſub num.*7. vbi quoque, an ex eo,
quod in epiſtolis maritus,& vxor nominent ſe coniuges,
perfectè matrimonium ipſum probetur, eleganter ediſſe-
rit. Adeundus etiam de hoc poſtremo quæſito *Cl. D. Ma-
ſcar.de probationib.concl.ſua* 1030.vbi pulchrè,& *Rota Ro-
mana in Nouiſs.deciſ.ſua* 431.*vol.*3.addas etiam *Cl.D.Me-
noch.d.conſ.*325.*n.*32.

24 Vnum ſolummodo animaduertendum eſt pro coroni-
de huiuſce dubitationis, & eſt, quod licet maritus per
nuncium ſuum,vel epiſtolam,poſſit vxorem ducere, mu-
lier tamen iiſdem modis nubere nequit, ſed & vbi ma-
ritus per eamdem epiſtolam contrahit, non videtur
vxor eſſe, niſi deducatur in domum viri, textus eſt ad
litteram,in *l.mulierem,ff.de ritu nupt.* vbi ſic legitur.

(Mulierem abſenti per litteras eius, vel nuncium poſ-
ſe nubere placet, ſi in domum eius deduceretur, eam
vero, quæ abeſſet, ex litteris, vel nuncio ſuo, duci à
marito non poſſe. Deductione enim opus eſſe in mari-
ti, non in vxoris domum, quaſi in domicilium matri-
monij.)

25 Obſeruandum tamen, quod iure Pontificio inſpecto,
quod in hac materia obſeruatur, huiuſmodi ſubtilirates
non admitterentur,*arg.c.*1.*de dolo,*& *contum.*& *c.dilecti,
de Iudic.* Sicut enim vir poteſt per nuncium vxorem du-
cere, ſic & mulier virum non enim ad imparia iudicari
debent circa matrimonſum,*c.gaudemus,verſ. nec vlli vn-
quam,in fine, de diuort.* & ſolus conſenſus ſine traductione
25 facit matrimonium, niſi fortè ætas, vel aliud impediat.
Sic eleganter animaduertit inter cæteros *Hoſtienſis in ſua
Summa,lib.*4.*tit. de ſponſalibus,* & *matrimon. num.*7. vide
27 *per eum.* Et hæc ſufficiant. Latius autem de materia,an de
ſubſtantia matrimonij requiratur deductio ſponſæ in
domum mariti,diſſerit *Euerhard.Bronchorſt, ἐναντιωφανῶν
cent.*3.*aſſert.*7.vbi etiam de intellectu *dict.l.mulierem,*vide
*per eum.*

## Dotis contractus an per epiſtolam celebrari poſſit.

## QVÆSTIO XXXII.

1 HVic quidem difficultati ſatisfaciendo breuiter con-
clude pro affirmatiua. Nec ſane mirum. Dotis .n.
2 contractus ſolo conſenſu perficitur. *l.ad exactionem,C. de
iure dotium,*& *ſequitur Card.Tuſcus poſt Bart.concl.ſua* 85.
*n.*6.*in littera C,*& *concl.*722.*n.*7.*in littera D.*

3 Ea autem, qua ſolo conſenſu perficiuntur, rectè per
epiſtolam celebrari poſſe, nullus eſt, qui eat inficias, vul-
gata, leg. conſenſu de action. & obligationibus, & tradit
idem *Card.Tuſchus,dicta concl.n.*9.

## An conſanguinitatis,ſiue neceſsitudo, per epiſtolam probari poſsit?

## QVÆSTIO XXXIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Exemplum.*
2 *Conſanguinitas minimè probatur per epiſtolam,* & *n.*13.
3 *Ratio,* & *n.*4.
5 *An ex epiſtola oriatur probatio,diſtingue,* & *n.*6.7.8.9.10.
11.& 12.
14 *Verba Vgon. Donelli referunt.*
15 *Per epiſtolam non probatur,nec agnatio,nee cognatio.*
16 *Item nec filiatio. Ratio ibid.* & *n.*17.& 18.
19 *Quemadmodum nec fraternitas,* & *ſororitas.*
20 *Conſanguinitas, vel neceſſitudo probatur per epiſtolam ſal-
tem præſumptiuè,quæ præſumptio transfert onus probandi
contrarium in aduerſarium,* & *n.*21.& 48.
22 *Et hæc eſt recepta concl.* & *n.*23.
24 *Contrarium tenuerunt quamplurimi relati ſub nu.*28.
25 *Fundamenta quibus monentur,* & *nu.*26.& 27.
29 *Prior opinio affirmatiua retinetur.*
30 *Reſoluuntur contraria,* & *n.*31.& 32.
33 *Quædam opinio P.Gilbeni deducitur in hoc propoſito.*

34 *Eius*

34 *Eius ſundamentum.*
35 *Reijcitur dicta opinio per Authorem.*
36 *Fundamentum eius.*
37 *Solutio rationis Gilkeni.*
38 *Refellitur opinio Maſcardi.*
39 *Conſideratur authorithas Rolandi Vale.*
40 *Iiſdem modis probatur fraternitas, quibus filiatio.*
41 *Alia doctrina Maſcardi refertur.*
42 *Reprobatur per Authorem, & n. 43.*
44 *Quaſi poſſeſſio fraternitatis ad hoc vt per epiſtolam inducatur, nominatio fieri debet per verba clara, & diſpoſitiua, & conuenientia ipſi fratenitati, & n. 45. 46. & 47.*
49 *Filiatio probatur præſumptiuè per epiſtolam.*
50 *Subamplia.*
51 *Quomodo autem ſupradicta concluſio procedat, videndi DD. remiſſiuè, & n. 52.*
53 *Qualibet conſanguinitas, & parentela probatur præſumptiuè per epiſtolam.*
54 *Cuiuslibet materiæ quaſi poſſeſſio inducitur per epiſtolam.*
55 *Declara, & n. 56.*
57 *Vtrum filiationis, & conſanguinitatis quaſi poſſeſſio, quæ per nominationem factam in epiſtola inducitur, ſufficiat in deciſorijs petitorij? pulchra eſt dubitatio.*
58 *Verior eſt opinio affirmatiua.*
59 *Contrarium plurimi tenuerunt.*
60 *Conſanguinitas, ſiue neceſſitudo per epiſtolam bene probatur contra ſcribentem.*
61 *Author ſe remittit ad ſcripta de Verbis enunciatiuis.*

An conſanguinitas per epiſtolam probari poſſit? Quæritur.

1 EXemplum pro faciliori tyronum intelligentia. Mæuius in quadam epiſtola ſcripſit cuidam ancillæ ſuæ, confitendo, quod ipſa erat ſoror eius, ipſa hoc videns impetrauit reſcriptum ſuper diuiſione hæreditatis patris dicti Mæuij in quo reſcripto Princeps mentionem faciebat ipſius ſororitatis, putà dicendo. Conqueſta eſt coram nobis talis ſoror tua, &c. Modo quæritur, numquid ex huiuſmodi epiſtola, vel reſcripto vel vtroq. ſimul initio, probetur ipſa ſororitas, & fundetur iudicium diuiſorium.

2 In huiuſmodi quidem difficultate, firma Regulam pro negatiua *text. eſt ad litteram in lege non epiſtolis, C. de probationib.* vbi ſic legitur. (Non epiſtolis neceſſitudo conſanguinitatis, ſed natalibus, vel adoptionis ſolemnitate coniungitur,) &c.

3 Ratio autem huiuſce Concluſionis ea poteſt eſſe, quia neceſſitudo, ideſt, conſanguinitas ipſa, ordinatur à natura, & procedit ex genitalibus principijs non autem ex accidentali ſermone. Sic præcisè *Bal. inter alios d. leg. non epiſtolis, num. 2. & 3.*

4 Accedat, nam confeſſio extraiudicialis, prout iſta, minimè præiudicat, ad *l. finalem, de interrog. in iure facta.*

5 Præterea, ad dignoſcendum, an ex ipſamet epiſtola oriatur probatio, intelligo autem de epiſtola, quam pars confiteatur à ſe emiſſam, prout ſupponitur in caſu noſtro, ita diſtinguendum eſſe.

6 Aut in ipſa epiſtola continentur verba diſpoſitiua, aut verba enunciatiua, ſi verba diſpoſitiua, ſiquidem ſuper eo, quod poterat per epiſtolam induci, vt in contractibus, qui contrahuntur conſenſu, & tunc epiſtola probat, & probationem inducit; vt lege conſenſu, de actionibus, & obligationibus, & *leg. 1. in fine, de contrahenda emption. cum concordantibus*; Si vero illud non poterat induci per epiſtolam, tunc non probat, vt *l. 1. ff. de verborum obligationibus*, & contingit in caſu noſtro.

7 Si verò epiſtola continet verba enunciatiua, tunc ſiquidem fit enunciatio ſuper eo, quod partes facere potuiſſent, induci probationem, vt *lege .... C. de contrahenda, & committenda ſtipulatione.*

Si vero ſuper eo, quod partes inducere non potuiſſent, vti conſanguinitatem, fraternitatem, & ſimilia, tūc d. epiſtola nihil prodeſt, vt *d. l. non epiſtolis*; ita magiſtraliter auriga noſter *Bart. in d. l. non epiſtolis.* Sequitur ibid. *Angel.*

8 Subtilis autem *Bald. in d. l. non epiſtolis, nu. 4.* alio modo in hoc propoſito an videlicet, & quando epiſtola probet, necne, diſtinxiſſe, viſus eſt, inquit. n. quod aut epiſtola continet negotij diſpoſitionem aut negotij diſpoſiti teſtificationem, aut parentelæ, vel libertatis enunciationem.

9 Primo caſu, quando continet negocj diſpoſitionem ſubſtinguendum eſt, aut enim tale negotium, quod per litteras recipi formam ſui; Quia conſiſtit in conſenſu, vt emptio, & ſimiles contractus, & tunc valet diſpoſitio, vt, *C. ſi quis alteri, vel ſibi, l. fin. & l. licet, ff. de conſtit. pecun. & l. quia autem, & l. ſequenti. de contrah. emptione, cum concordantibus.*

Aut non recipit formam ſui, quia non poteſt celebrari inter abſentes, vt ſtipulatio, & ſimilia, & tunc ſecus eſt, ad *l. 1. de verborum obligat.*

10 Secundo caſu, quando epiſtola continet negotij iam diſpoſiti atteſtationem, aut eſt inter ſcribentem, eum cui ſcribitur, & ſtatur epiſtolæ, vt *l. Publia, §. fin. ff. depoſiti*: aut commemorat alienum factum, vel eius alienum, & non ſtatur epiſtolæ, vt *ff. de pactis, l. epiſt. in princ.*

11 Tertio autem caſu, quando epiſtola continet parentelæ, vel libertatis enunciationem, diſtinguendum eſt: aut enim loquitur quoad vim productiuam, & non producit, vt *d. l. non epiſtolis*, quia vis productiua requirit aliud organum, quam epiſtolæ, aut quo ad vim probationis, & tunc ſubdiſtinguendum, aut enim verba ſunt aſſertoria, aut narratoria emiſſa principaliter propter aliud: Primo caſu ſtatur, niſi contrarium probetur, vt in *d. l. non epiſtolis*, Secundo vero caſu non ſtatur, vt extra de præſumptionibus, *c. illud*, vbi *Innoc. & alij.* Hactenus *Bal. qui ſubdit hæc menti tenenda.*

12 Nota tamen huiuſcemodi diſtinctionem inuētam fuiſſe, & ante ipſum Bald. prius traditam à *Iacobo de Arena*,
*in d. l. non epiſtolis*, quem Arenam ſequutus eſt quoque
*Alberic. ibidem*, & antea *Cynus*. Hanc eamdem Con-
cluſionem ſeprafirmatam per prædicta, ſequuti ſunt
13 communiter Doctores in præcitatis locis. Addo *Feder.*
*Schenck in ſuo tract. de probat. n. 13. & Clar. Maſcar. concluſ.*
*ſua 411. num. 21.* Adnectendus eſt etiam *Hugo Donell. in*
*præcitata l. non epiſtolis*, vbi omnium pulcherrimè, & latiſ-
14 ſimè in hoc propoſito diſcurrit. Libet autem eius verba
hic tranſcribere.

(Hæc ſententia dubitationem non habet, ſi quis eam pro ſorore habuerit errans, nam facti error nulli nocet, *l. error. & l. regula, ff. de iuris, facti ignor.* Preterea, non potuit ſororem ſuam facere, niſi conſenſu, ſi tamen conſenſu facere potuiſſet, tunc autem errantis nulla voluntas, nullus conſenſus eſt, *l. cum teſtamentum. C. de iuris, & facti ignor. & leg. 2. de Iudic.* Sed nihilominus idem hoc reſcripto conſtituitur, etſi quis aliquam pro ſorore habuerit conſulito. Ratio hec redditur quia ratio hæc redūt quia neceſſitudo conſanguinitatis non niſi natalibus aut adoptione coniungitur. Natalibus, ideſt, parentibus, à quibus vterque natus ſit, aut adoptione, vel natiuitate, & origine, quæ à parentibus proficiſcatur. Hoc ita demonſtratui.

Non eſt enim ſoror noſtra, niſi ea, quæ eumdem patrem, aut matrem eamdem nobiſcum habet, parentes autem non conſtituuntur, niſi his duobus modis, vel natura, vel iure ciuile, adoptione, l. 1. ff. de adoptionibus. Natura conſtituuntur parentes, mater quidem ſi ex ea nati ſumus, pater autem, ſi nati ſumus ex eius vxore legiti-

ma.

ma *l.filiũ,ff.de his,qui ſunt ſui*,vel alicui iuris. At conſenſus noſter,quando volumus aliquam nobis pro ſorore haberi,non poteſt efficere, vt ea, quæ ex patre meo, aut matre mea nata non eſt,videatur nata eſſe, nec poteſt efficere, vt videatur a patre eſſe adoptata, quæ adoptata non eſt. Quare conſenſu ſoror effici non poteſt quæ natura, aut iure ſoror non eſt.Quod ſi ita eſt,conſequẽs eſt,quod hic dicitur,qui ſororem habuit:eam,quæ ſoror non erat, non prohiberi quandoque eam ſororem negare. Non obſtat ei ſua affirmatio,& ſuus conſenſus,nam affirmatio noſtra,aut negatio, veritatem rerum non mutat, l. eum falſa,de iuris,& facti ignorantia,& l.aſſumptione, ad Municipal. ) Hactenus *Donel. Addo etiam Hartman.Hartmen.Practic.foren.ſuum lib.2.tit de probationib.obſeruat.2. num.*1.vbi ſubdit,hoc etiam procedere, etiamſi vterque tam nominans,quam nominatus, conſentiat, & hoc per ſupradicta.

15 Amplia,vt ob eadem ſupra deducta,non ſolum per epiſtolam conſanguinitatis, ſiue neceſſitudo probari nequeat,vt vidimus,nec etiam agnatio,& cognatio.Sic præciſè notatur in d.l. non epiſtolis, & præcipuè tradit ibi nouiſſimè *Cl.vir.Petr.Gilken.num.*1.vbi poſt alios docet, hoc verbum,(Neceſſitudinis)de quo in d.l.non epiſtolis, late petere,& complecti agnationem, & cognationem; cum conſulas.

16 Amplia ſecundo, vt nec etiam filiatio probari poſſit,
nec mirum, filiatio enim a natura deſcendit, quam ſola
17 nominatio efficere non poteſt,vt poſt plures relatos tra-
dit *Maſcard.concluſ.ſua 790.n.31. & prius num.3. & Diocletianus,& Maximianus Imp.in l.non nudis, C. de prob.* in hæc verba prorepſere, (Non nudis aſſecuration.nec emẽtia profeſſione,licet vtrique conſentiant,ſed matrimonio legitimo concepti,vel adoptione ſolemni,filij ciuili iure patri conſtituunt,&c.)

18 Accedit, nam nomiuatio facta de filio blandiendi potius gratia proferri ſolet,quam veritatis inducendæ, ad *l. nemo,§.1.ff.de hæredibus instituendis, & l.neque profeſſio, C. de teſtament. cum concordantibus deductis per eumdem Maſc.d.n.3.Addo Cl.Menochium.de arbitrar. lib.2. cent.1. caſ.89.n.77.*vbi pulchrè,*Marcabrun.ab Anguill.conſ.13.n.99.Card.Pariſ.conſ.10.n.16.in 2.ac alios*.

19 Amplia tertio idem iuris quoque eſſe per ſupradicta, quoad fraternitatem, & ſororitatem, textus eſt expreſſus in d.l.non epiſtolis: Nec officit, quod in eo textu dumtaxat fiat mentio de fraternitate, cum pronunciatione fratris,etiam ſoror contineatur, *ad l.tres fratres, ff.de pactis, l.Lucius,ff.famil.erciſcund. l.Lucius, §.quæſitum, ff.de legat. 3.& l.Lucius,§.Mæuia, ff. ad S.C.Trebellianum, cum concordantibus*.

20 Coarctatur tamen Regula ſupradicta principalis,quod
videlicet conſanguinitas, vel neceſſitudo minime probe-
21 tur per epiſtolam,vt non procedat quoad aliqualem præ
ſumptionem, quæ quidem transferat onus probandi in aduerſarium aſſeuerantem contrarium verius eſſe, & ſic quoad inducendam quaſi poſſeſſionem ipſius conſanguinitatis in qua conſtituatur ille,vel illa,ad cuius fauorem epiſtola illa fuit conſcripta: donec reuera fuerit edoctum per ſcribentem illam:de contrario.Sic præciſè *Accurſ. in leg.non epiſtolis,ſupracitata in verſ.coniungitur, & in l.non nudis,in verſ.detege,C.de probat.* Sequutus eſt *Bart. in d.l. non epiſtolis,n.*1. & præcipuè in antiqua lectura, vbi protulit hæc verba.

(Hæc eſt veritas, quod per iſtas epiſtolas inducitur quaſi poſſeſſio fraternitatis, & ideo quando ius fraternitatis venit in iudicio incidenter, vtpura quia principaliter agitur de diuidenda hæreditate, vt in l.noſtra, tunc præſumitur frater, donec probetur contrarium, vt hic, & l.proxima, ) Hactenus Bar. Hoc idem docuit quoque in d.l.non nudis in vtraque lectura, vbi etiam de hoc dat articulandi formam, & praxim: Fidem ſententiæ adhæſit quoque *Ang.in præcitata l.non epiſtolis,num.*2.dum ita fatus eſt.

Nota ſingularem iſtam gl. quod eſt dare poſſeſſorium fraternitatis ſicut, & poſſeſſorium filiationis, & fraternitatis,& iſtud tenuit Petr.& Cinus, & ita dicunt ipſi, quod ille,qui non poteſt probare veram fraternitatem, articulare debet,& probare ſaltem de quaſi poſſeſſione, & iſta probatio erit ſibi ſufficiens, niſi per aduerſarium probetur contrarium. Hæc Ang.qui & hoc idem ſequutus eſt in d. l.nonnullis. Hanc eamdem ſententiam,quod detur poſſeſſorium fraternitatis, ſicut poſſeſſorium filiationis inſequuti ſunt *Cinus,& Alberic.in d.l.non epiſtolis*,vbi ſubdunt, ad fauorem cuiuſdam fratris, in poſſeſſione fraternitatis prætendentis eſſe,contra Fiſchum, ita ſuis temporibus deciſum fuiſſe.Addo *Bal.in d.l.non epiſtolis, in primis numeris,vbi etiam Caſtrenſ.Petra,de fideicom.qu.11.n.628. licet ſub n.309.*aliter ſentire videbitur, *Cl.D.Fuluium Pacianum,lib.2.de probat.c.12.num.*10.vbi infinitos concordantes deducit,eruditiſſimum *D.Maſcard.de probat,concl.* 812.*in primis numeris*,vbi præciſè loquitur, de probatione ipſius fraternitatis,factæ per epiſtolam, & nouiſſimè *D.Fabianum de Anna poſt plures pariter deductos conſ. ſuo 88.n.2.*

His adde etiam Hugonem *Donel. in d. l.non epiſtolis,in fine,& Iulium Pacium ibid. n.33. necnon Hartman.Hartman.d.obſer.7.n.2.cum ſeqq.*

Et hæc eſt receptiſſima opinio, ac omnium fere con-
22 ſenſu approbata, eumdem ſequitur etiam *Cardin.Tuſcus concl.ſua 739.n.23.in litt.C,& n.24.*vbi ampliat eam procedere etiamſi confeſſio in ipſamet epiſtola fieret per verba narratiua,& enunciatiua,quando tamen principalis materia ipſius epiſtolæ adiuuat verba ipſa narratiua.

23 Exemplum ponit poſt Salic. & Alex. ſi ſcribens dicat ei,cui ſcribit;ſcias pater, vel ſoror mea, quod deceſſit talis frater noſter, & ob hanc cauſam habemus hæreditatẽ eius communem, vnde venias certè enim probatur præſumptiuè,quod ſunt frater,& ſoror,& latius,vt per eum.

24 Nota tamen totum contrarium,(neſcio quo nomine) nonnullis placuiſsè, arbitrati ſunt enim ij: nullo modo quaſi poſſeſſionem conſanguinitatis, ſiue fraternitatis conſiderari poſſe ad fauorem illius mulieris, de qua ſupra,ad quam epiſtola illa exarata.

25 Mouentur:nam (inquiunt) ibi dari iudicium poſſeſſorium,vbi datur etiam petitorium, alias non, vt probatur *in l.2.in princip.ff.de acquir.poſſeſſ.* & hoc quidem patet in patre,& filios,inter quos datur poſſeſſorium, quoniam inter eos reperitur petitorium, quia pariter poteſt vendicare filium, & filius per actionem præiudicialem poteſt petere ſe declarari filium,& de venditione ex cauſa ciuili, loquitur textus *in l.2.§.per hanc, ff. de rei vendic. & de actione præiudiciali tract.Bar.in l.ſiue contra,§.1.quia Plautianum,ff.de liber.agnoſcendis*.

26 Sed nullibi inuenitur, quod frater, vel conſanguineus, poſſit vendicare fratrem, vel conſanguineum: ergo vbi non adeſt petitorium,ibi non habet locum poſſeſſorium, & per conſequens non poteſt dari poſſeſſio aliqua conſanguinitatis.

27 Accedat nam ( vt ſupra etiam tetigimus) multi fraterna caritate ſe diligunt,& ſe tractant ad inſtar fratrem,eoque nomine ſe vocant,licet fratres non ſint:ergo neque tractatus, neque nominatio probant fraternitatem,vel conſanguinitatem ipſam, & multos minus quaſi poſſeſſionem dictorum iurium inducunt.

28 Et iſta fuit opinio *Iacobi de Rauenna antiqui Doctoris, quam refert Cinus,in d.l.non epiſtolis,in fin. de probat.* Eumdem ſequutus eſt præciſè *Petr.de Anchar.conſ.ſuo 52.n.8. & Decius conſ.ſuo 524.n.5.*

29 A ſupradicta tamen priori opinione,quam veriorem,

& re-

& receptiorem arbitror, minimè recedendum iudico, cũ enim inter fratrem,& fratrem, iura cognitionis contrahantur, conſtat iura realia in eis reperiri, & per conſequens etiam poſſeſſoria procedere. Quo ſic ſtante, non efficiunt contraria.

30 Ad primum enim reſpondetur, eos falli, qui autumant inter fratrem, & fratrem, non dari iudicium petitorium, contingit inter patrem,& filium, quoniam ex filiatione ſequitur fraternitas,& ex poſſeſſione filiationis, poſſeſſio fraternitatis, ita vt ſi habeatis pro filio patris mei, conſequenter habeatis pro fratre meo conſanguineo, ad *leg.2. de agnoſc.lib.* Quamobrem, ſi inter patrem,& filium datur dictum iudicium petitorium conſequentia redditur clara, idem quoq. locum habere inter fratrem, & fratrem. Latius de hoc *Iulius Pacius, in d.l.non epiſtolis, n.33. vide per eum*.

31 Ad ſecundum reſpondetur adhuc ex *textu in d.l.nemo*, §.*qui frater*, elici Concluſionem noſtram. Finge enim aliquem inſtitutum vti fratem, qui tamen reuera frater non ſit, ſed de eo ambigitur, certè inſtitutus ille manebit in poſſeſſione fraternitatis, donec contrarium fuerit probatum, vel per venientes ab inteſtato, vel per alios prætendentes,& ſi id forſan probatum fuerit, hoc caſu (ne inſtitutio labefactetur) inſtitutus ipſe meo iudicio cogetur probare, tam arctam inter ſe, ac defunctum familiaritatem extitiſſe vt alter alterum fraterna dilectione proſequutus ſit; Vnde non officit.

32 Alio modo reſoluit *Petrus Gilken. in dicta lege non epiſtolis, numero decimo ſecundo, & decimo tertio, quem conſulas*.

33 Non ignorandum tamen volo, *Præfatum D.Petr. Gilkenum, nouiſſimè in ſuis Comment. ad d.leg. non epiſtolis, ſub numero ſeptimo, & octauo cum ſeq.* fuiſſe in hoc propoſito, in noua, ac amplius minimè excogitato opinione; Arbitratus eſt enim ipſe, per nominationem illam fraternitatis, factam de aliquo per epiſtolam, reſultare quandam præſumptionem ad fauorem illius nominati, quæ quidem contrarium probandi neceſſitatem in ipſum nominantem reijciat, ſed quod tamen ad fauorem ipſiuſmet non inducatur ipſamet poſſeſſio fraternitatis.

34 Mouetur; nam repugnat *text.in d. l.non epiſtolis cum ſequentibus*. Ex quibus colligitur eius, quod non eſt, aut tituli, qui planè nullus ſit, poſſeſſ. & per conſequens ius fraternitatis,& filiationis, (vt vocant) conſtitui non poſſe.

35 Verum iſthæc Gilkeni viri quidem alioquin Clariſſimi ac eruditiſſimi, opinio, mihi parum probatur, quinimò eam falſam penitus iudico, & ita arguo.

Certum eſt, ex nominatione illa fraternitatis facta per
36 illam epiſtolam, induci præſumptionem talem ad fauorem nominati quoad ipſam fraternitatem, vt onus probandi contrarium in ipſum nominantem proculdubio eijciatur, *textus ſunt apertiſſimi, in d.l.non epiſtolis, ſub illis verbis*: (Siue itaque quaſi ad ſororem, quam ancillam te poſſe probare confidis,)& *in d.l.non nudis ibi*. (Si itaque hunc, contra quem ſupplicas, alienum eſſe probare confidis,) & fatetur ipſemet Gilkenus, ſi oritur iam dicta præſumptio, ergo de neceſſitate inducitur quoque dicta quaſi poſſeſſio fraternitatis, alias dicta præſumptio eſſet inanis, infructuoſa, & ſine effectu, quod minimè eſt dicendum, & ideo communiter iſta duo in hoc caſu a Doctor. confundi, videlicet præſumptionem illam, ac quaſi poſſeſſionem, conſtat ex ſupra deductis.

37 Nec officit, quod *Imp.in d.l.non epiſtolis,& in d.leg.non nudis*, in principio ſcripſerint, fraternitatem induci natalibus, vel adoptione, non autem epiſtolis, ac nudis aſſeuerationibus, Reſpondetur enim, inferius in ijſdem legibus eoſdem tradere quoque, quod dicta præſumptio, & per conſequens dicta quaſi poſſeſſio ex iam dicta nominatione oriatur ad fauorem ipſius nominati, vnde non officit,

38 Ex his omnibus ſupradictis liquido conſtat, quoque virum, *D.Maſc.de probationib.Concl.ſua 790.n.*10 in errorem maximum fuiſſe lapſum, dum concludit, tunc ex dicta nominatione dictam preſumptionem, ac quaſi poſſeſſionem ad fauorem nominati reſultare, quando cum ipſa nominatione aliquæ aliæ coniecturæ concurrerent, ſecus autem, ſi extaret tantummodò nominatio quoniam nominationem ipſam tantummodo ſufficere pro dicto effectu,& nec aliud de neceſſitate requiri, ſuſtinemus, & ex propoſitis ſupra, ſatis liquere arbitramur.

39 Et vt hoc euidentius appareat; addo authoritatem *Dom.Rolan.a Valle conſilio ſuo 22.num.26.* in tertio, vbi ſic loquitur. (Quod etiam probatur ex communi concluſione, quæ habet, quod & ſola nominatio conſtituit quem in quaſi poſſeſſione filiationis, quando facta eſt in actu, qui magis filio, quam extraneo conueniat,) (quod & nos ſupponimus.) *Bart.in l.ex Senatus,§.idem per contrarium, ff.de liber.agnoſcendis*.

40 Nec dicatur Maſcard. & Rolan. ipſum, loqui de filiatione, non autem de fraternitate, ſiue conſanguinitate; Reſpondetur enim, nil referre, quando quidem ijſdem modis probatur fraternitas, quibus, & filiatio teſte *Bart. in d.leg.non nudis, C.de probationibus,& Maſc. ipſe concluſ. ſua 812.n.5.*

41 Infertur quoque ex ſupradictis in alio præfatum *Dom. Maſc.hallucinatum eſſe, dicta concl.790. num.23.* dum poſt nonnullos relatos docet, quod in caſibus, in quibus nominatio probat dictum effectum, quaſi poſſeſſionis filiationis, ita demum vera ſit; & procedat, ſi nominatus ipſe nihil petat, ſe ab eo petatur alias ſecus, ſi petat; Id quod etiam docuit *Petra d.q.11.n.28.*

42 Decipitur enim vna cum ſequacibus, quandoquidem ex nominatione ipſa in caſu noſtro, ancilla illa, cui epiſtola, de qua ſupra, exarata fuit, adeo in poſſeſſione fraternitatis conſtituitur, vt ad diuiſionem vna cum Mæuio nominante hæreditatis patris ſui admittatur, portionemque ſuam conſequi valeat, niſi de cõtrario per ipſummet Mæuium, ancillam illam, ſcilicet minimè ſororem ſuam eſſe, fuerit edoctum. Sic clarè colligitur ex traditis per *Doct.in d.l.non epiſtolis*.

43 Accedat etiam, quod ſi aliter diceretur, dicta quaſi ſua poſſeſſio fraternitatis, in qua per ſupradictam nominatiorem proculdubio conſtituitur, eſſe eluſoria, & penitus inutilis, ac infructuoſa: ſi vigore illius nil petere poſſet, quod non eſt dicendum.

44 Obſeruandum tamen volo, quod vt ſupradicta quaſi poſſeſſio fraternitatis inducatur per dictam nominationem, nominatio ipſa fieri debet per verba clara,& diſpoſitiua, ac conuenientia ipſi fraternitati: non autem per verba enunciatiua emiſſa propter aliud,& prolata circa actum ipſimet fraternitati minimè cõgruentem. Sic præcisè *Iaſ.Gratus, ac alij relati, per Maſc.d.concl.790. d.n.23.* Hoc idem ſequutus eſt etiam *Cl.D.meus,& nunquam ſatis*
45 *laudatus D.Peregr.de ſideicomm.art.43.n.73.* vbi docet, quod ſi verba ſcripta in epiſtola continente ſororitatem, fraternitatem, aut conſanguinitatem, emiſſa ſunt confeſſionaliter, & diſpoſitiuè probatur præſumptiuè, donec probetur contrarium, *ad l.Publia,§.finali,ff.depoſiti.* & hoc caſu miſſio ipſius epiſtolæ, ſupplet præſentiam partis, quę neceſſaria eſſet: epiſtola enim operatur perinde, ac ſi confeſſio facta fuiſſet præſente parte, dicta l.Publia.

46 Si vero ſunt verba narratoria, ſi quidem principalis materia, de qua ſcribitur in epiſtola, coadiuuat verba ipſa narratoria eſſe vera, quia ſint de re propria, & peculiari ad conſanguineos, non communi ad perſonas extraneas, & hoc caſu ſimiliter præſumptiuè probatur, *d.l.non epiſtolis,& l.quidam, de probationibus*.

47 Si autem principalis materia ſit extranea, & communis, & non coadiuuent verba narratiua tunc epiſtola

ipſa

ipſa non probat etiam præſumptiuè, niſi alijs ſit adminiculijs ſuffulta, *d.l.nō nudis* & ibidem *DD. & in ſpecie Alex. ſub numero ſecundo* vbi quando verba videantur prolata principaliter propter illud, & quando enunciatiuè, & incidenter, eleganter declarat, & latius vt per eumdem D. Peregrinum, quem omnino videas rogo.

48 Firma igitur ex ſupradictis remanet limitatio, per nominationem fraternitatis factam in epiſtola de perſona alicuius quaſi poſſeſſionem ipſius fraternitatis induci.

49 Amplia primo idem iuris eſſe reſpectu filiationis, adhuc enim per nominationem ipſius factam in epiſtola, eiuſdemmet filiationis quaſi poſſeſſio inducitur, ac conſtitui tur, ac per conſequens onus probandi contrarium in aduerſarium transfertur. Sic præcisè notatur *in leg. qui dam, ff. de probationibus, ſequuntur infiniti*, quos retulit, ac ſequutus eſt *Fuluius Pacianus, de probationibus. libr. 2. cap. 6. num. 10. Addo Maſcar. d. concl. 790. numer. 9. & concluſ. 794. numer. 10.* vbi plures concordantes deducit, & nouiſſimè Cl. Equitem, ac dominum meum colendiſs. *D. Marc. Ant. Peregrin. d. art. 43. numer. 66.* Addendus quoque *Dom. Ioannes Baptiſta Aſinius, in ſua Praxi, parte 2. §. 1. cap. 144.* vbi infinitos concordantes deducit.

50 Subamplia, & coniectura quaſi poſſeſſionis ipſius filiationis adhuc oriatur ex libris priuatis patris nominantis, vel ex libris repertis in hæreditate, & etiam ex ſimplicibus memorialibus. Sic poſt Mandell. ac nonnullos alios, docuit præcitatus *Dom. Aſinius in d. ſua Praxi p. 2. §. primo capit. 52.* ſequutus eſt præciſè *Cl. D. meus Peregr. de fideicomm. d. artic. 43. num. 86.* vbi concordantes adducit *Bald. Salicet. Pariſ.* ac plures alios. *Adde Maſcar. concluſ. ſua 794. num. 4. cum duob. ſeq.* vbi omnium pulcherrimè, & latiſſimè.

51 Quomodo autem iſthæc ampliatio, quod videlicet per ſolam nominationem poſſeſſio filiationis inducatur, procedat, & in quibus caſibus locum habet, in præſentiarum minimè diſcutio, ſed videndi *Pacianus, dict. capit. 6. præcitato numer. 10. cum plurib. ſeqq. & Clariſs. Maſcard. dict. Concluſione 790. à numero 10. vſque ad 27.* vbi omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè diſceptatur. Videndus quoque *Dom. Aſinius præcitato §.*

52 *primo capitul. 146. cum ſequentib.* vbi ipſius filiationis quaſi poſſeſſ. non reijcere onus probandi in aduerſarium, ſtantibus in contrarium alijs præſumptionibus. Item quando quis ſe filium aſſerit, & vult bona alicuius tamquam filius. Item, quando filiatio ipſa à lege reprobata eſt, ac pluribus in alijs caſibus, pulchre (more ſuo) docet, ac proſequitur, Videndus prius, quoque c. 31. vbi nominationem non probare quaſi poſſeſs. filiationis, quando filiatio principaliter deducitur, eleganter ſubnectit.

53 Amplia ſecundo, vt procedat, nedum in fraternitate, & in filiatione, ſed etiam in qualibet conſanguinitate, ac parentela. Sic præcisè poſt *Bart. Ang. Bal. ac plures alios, Pacian. d. c. 12. num. 11.* Sequuti ſunt *Maſcard. d. concl. 790. num. 16. cum ſequentibus Fabius de Anna conſil. ſuo 88. n. 13. & Cl. Eques D. Peregrin. d. artic. 43. num. 67.* Addo *Petram d. q. 11. de fideicommiſ. num. 273.* vbi pulchrè & *Hartman. d. obſeruat. 2. num. 8.*

54 Amplia tertio, vt in qualibet materia locum quoque ſibi vendicet. Sic præcisè poſt alios *Pacianus d. c. 12. num. 12. & 13.* vbi ſubdit, dari etiam quaſi poſſeſſionem ciuitatis, vel vicinitatis, & ſponſaliorum de futuro, & ibi latius, vt per eum. Sequuti ſunt *Clar. Maſcar. d. concl. 790. n. 17. cum duobus ſeq. & D. Fabius de Anna, d. conſ. ſuo 88. numer. 14. & 15.* tangit etiam per illuſtr. D. meus *Peregrin. d. art. 43. præcitato num. 67. in fine;* Addo *Petram d. q. 11. nu. 275. vbi late.*

55 Intellige tamen hæc omnia quæ diximus de poſſeſſione conſanguinitatis, fraternitatis filiationis, & ſimilium, eſſe vera, quando ſumus in dubio, ſecus ſi in claris, ſi enim reuera conſtaret nullam ad fuiſse conſanguinitatem, nihil quaſi poſſeſſio prodeſſet, etiamſi quis per mille annos in quaſi poſſeſſione fuiſſet: quia ius conſanguinitatis nullo tempore præſcribitur, vt tradit *Barbatia, conſil. 27. col. fin. vol. 1.* quem ſequutus eſt *Pabian. d. c. 12. num. 24. & prius, c. 6 n. 6. verſ. quæres.*

56 Intellige ſecundo, vt in caſibus, in quibus nominatio conſtituit nominatum in quaſi poſſeſs. filiationis, fraternitatis, ſororitatis, ad ſimilium, oporteat probatam eſſe concludenter dictam nominationem factam principaliter ad effectum, de quo quæritur alias, non releuaret principaliter dicta nominatio. Sic præciſe poſt infinitos relatos *D. Petra, dict. q. 11. numer. 285. & ob id dictus Petr. præcitata quæſt. 11. in fine, ſub num. 370.* docuit, quod ſi dicta dominatio facta de filiatione, vel conſanguinitate probanda foret teſtibus, teſtes quidem deponentes de deberent eſſe conteſtes, ſecus ſingulares, & latius, vt per eum.

57 Sed hic pulchra de materia occurrit inſpectio, & eſt vtrum filiationis, & fraternitatis, & conſanguinitatis quaſi poſſeſſ. quæ per nominationem factam in epiſtola, vel alio modo, inducitur, ſufficiat in deciſorijs petitorij.

Anceps quidem, & diſputabilis eſt huiuſmodi quæſtio, vt videre licet ex collectis per *Pacian. d. c. 6. ſub numer. 17. cum ſeqq.*

58 Verior tamen eſt ſententia pro affirmatiua. Sic poſt infinitos relatos teſtatur eſt *Cl. Peregrin. artic. 43. numero 68.* vide per eum, ſat enim mihi eſt difficultatem, & loca tetigiſſe, tangit etiam *Fabius de Anna, dict. conſil. 88. num. 16.*

59 Contrarium tenuerunt nonnulli, quos refert & ſequitur *Aſinius in ſua Praxi, p. 2. §. 1. 33. et c. 46. vide per eum.* Videndus tamen etiam ipſemet *Aſinius d. §. 1. c. 145.* vbi poſt plures relatos, ſubdit veriorem, ac probabiliorem eſſe opinionem, quod filiationis quaſi poſſeſsio reijciat quoque onus probandi in aduerſarium in iudicio petitorio, quam quidem ſententiam veriorem eſſe, an receptiorem teſtatus eſt infinitos concordantes adductos *Petra de fidercom. q. 11. n. 283.*

60 Coarctatur ſecundo principaliter regula ſupradicta contra ſcribentem; nam contra ipſum per epiſtolam bene probatur ipſamet conſanguinitas, ſiue neceſſitudo. Sic præciſe poſt *Bal. ac alios Claris. Menoch. libr. 2. centur. 1. caſ. 94. numer. 16.* Dixi ego *ſupra de epiſtola in genere, numero 88.*

61 Conferunt, quæ ſcripſimus in *tr. noſtro de verbis enunciatiuis libr. 2. q. 32. et 37. addas Cl. D. Menochium conſ. ſuo 1171. n. 14. cum ſeq.*

---

## Ciuilitas an probetur per epiſtolam.

## QVÆSTIO XXXIV.

Ciuilitas probatur per litteras ſupremi magiſtratus, fidem facientes, quibus credendum eſt inter ſubditos, argumento eorum, quæ docuit *Bal. in l. exemplo, C. de probat. et l. comparationes, Cod. de fide inſtrument. addo Roman. conſil. 59. in 4. dubio, et Marſil. in leg. ſi quis quæſtio. ff. de quæſtionib. n. 144.* vbi quod litteris ſupremorum Magiſtratuum atteſtantibus de qualitatibus perſonarum, creditur.

Immo etiam perſonæ honeſtæ creditur atteſtanti de qualitate perſonarum, quod quis ſit Notarius, Scriba, vel Clericos. *Ita Abb Zaſius*, ac alij, quos retulit, ac ſequutus eſt *Illuſtr. Card. Tuſch. concl. ſua 278. num. 2. in litter. C*, quem conſulas.

---

## Ceſsio bonorum per debitorem inopem, in abſentia ſuorum creditorum, an per epiſtolam fieri poſsit?

## QVÆSTIO XXXV.

### *SVMMMRIVM.*

1 *Ceſſio bonorum per debitorem inopem per epiſtolam fieri poteſt.*
2 *Ratio, & n. 3.*
4 *Cedens bonis, de iure non efficitur infamis.*
5 *Et multo minus qui cedit per epiſtolam.*
6 *Intellige, quoad infamiam iuris non autem facti.*
7 *Ex conſuetudine cedens bonis, effi'itur infamis.*
8 *Romę.*
9 *Papiæ.*
10 *Lugduni.*
11 *In Regno Neapolitano.*
12 *In Regno Siciliæ.*
13 *Mediolani.*
14 *Ferrarię.*
15 *Apud Auenionenſes.*
16 *In Ciuitate Arimini.*
17 *In hac alma vrbe Patauina.*
18 *Bergomi.*
(8–18:) *Quid obſeruetur, quando aliquis vult cedere bonis edocet author.*
19 *Statuta diſponentia, quod cedens bonis percutiat ter natibus lapidem, dicendo. Cede bonis, & alia, & quod efficiatur infamis, an valeat.*
20 *In hoc Doctores minimè conueniunt.*
21 *Negatiua tenuerunt plurimi, et n. 22.*
23 *Fundamenta.*
24 *Contrarium ſenſere Pater Iacobus Aurelianenſis, et Mattheus Brunus.*
25 *Author cogitandum relinquit.*

Ceſſio bonorum per debitorem an per epiſtolam fieri poſſit? Quæritur.

VERA, & realis reſolutio in huiuſmodi difficultate ſtat pro affirmatiua, textus eſt ad litteram in *lege finali, ff. de ceſſione bonorum, ſequitur Bar. ibidem n. 1. Baldus in leg. prima, num. 11.* vbi etiam *Salicetus num. 8. C. qui bonis ced. poſſ. Addo Roland. à Valle, conſ. ſuo ſeptimo, nu. 24. in ſecundo. Mattheum Brunum de Ceſſione bonorum q. 6. principalis, n. 1.* vbi pulchrè; *Ioſeph. Cumiam in Ritus Magnę Curiæ Regni Siciliæ, c. 95. n. 37. et eruditiſs. Horatium Carpanum ſupra ſtatuta Mediolanenſium cap. 408. numer. 174.* Adnectendus eſt etiam nouiſſimè *Clariſs. D. Henring. Oldemburgicus, in ſuo tract. de fideiuſſoribus, c. vndecimo, num. ſeptuageſimo octauo,* vbi concordantes adducit. *Zaſius, in d. l. finali, de Ceſſ. bonorum, & Ang. de Clauaſio, in ſumm. in verb. ſolutio, n. 23. Addo quoque Matthiam Colerium, in deciſionib. Germaniæ, par. 1. dec. 127. nu. 14. et 15.*

2 Ratio autem huiuſce Concluſionis ex ſententia eiuſdē D. Henringij ea eſſe poteſt, quia poſt quam nuncius hoc retulit ad creditorem, vel epiſtola eſt ei præſentata, & ab eo acceptata, tunc finguntur omnia coram fieri, & in præſentia, prout etiam, & nos alias ſatis abundè docuimus.

3 Accedat; nam ceſſio ipſa bonorum poteſt fieri ſolo verbo, & ſine aliqua ſolemnitate, prout eſt textus apertiſſimus *in l. in omni Ceſſione, C. qui bonis cedere poſſ.* & ſequuntur communiter ibi Scribentes, ergo nil mirum, ſi & per epiſtolam celebrari poteſt.

4 Obſeruandum tamen pro cognitione materiæ, quod regulariter cedens bonis de iure non efficitur infamis, textus eſt apertus, *in l. finali, C. qui bon. ced. poſſ.* & ſequuntur communiter ibi Scribentes, & clarior eſt *in l. debitores, C. quibus ex cauſis infam.* irrogetur, addas *D. Antonium Contium lib. 2. lectionum ſubſeciuarum c. 18.* vbi latè.

5 Et multo minus efficietur infamis is, qui hoc modo, videlicet per epiſtolam bonorum ceſsionem facit, vt poſt alios notat *Brun. d. q. 6. principali, nu. 3. et 4.* vbi etiam ampliat hoc procedere, etiamſi vituperosè cederet, id quod etiam ſequutus eſt poſt alios *Carpanus in Statut. Mediol. pręcitato c. 408 nu. 175.*

6 Intellige tamen hoc eſſe verum, quoad infamiam iuris, non autem facti, ita poſt *Alberic. notat Brun. d. q. 6. num. 5. et idem Carpanus poſt Odofredum dict. cap. 408. numer. 176.*

7 Non ignorandum ſecundo, quod hodie in partibus in quibus ſit ceſſio, eſt conſuetudo quod fiat modo vituperabili, & per conſequens, quod cedens efficiatur infamis, prout animaduertit *Bart. in d. l. fi. de ceſſ. bon. et ſequutus eſt Brun. d. q. 6. num. 5.* Vnde dixit *Ang. in d. l. fin. quod* in partibus Italiæ inoleuit conſuetudo, quod ipſe cedens bonis, nudus vadat in locum publicum, & notorium, & poſteriora percutiat ter ad lapidem, vel columnam, clamando, Cedo bonis.

8 Romæ (vt ad loca particularia deſcendam) bonis cedere volens Leonem Marmoreum in Scalis Capitolij aſcendit, & ibi nates percutiens, dicit: Cedo bonis. Sic pręcisè ibi obſeruari retulit *Cinus in leg. 1. numer. 5. in fine, Cod. qui bon. ced. poſſ.* quem ſequitur ibidem *Albericus num. 6.*

Addo *Ioannem Baptiſtam Marcheſanum, Commiſſionum, ſeu Reſcriptorum vtriuſque Signaturæ, commiſſione 4. c. 2. n. 4.*

9 Papiæ ſimiliter lapidem cum natibus percutit, dicendo; Cedo bonis, prout teſtatum reliquit *Brun. d. q. 6. principali, num. 5.*

10 In Curijs Ciuitatis Lugduni, & aliorum locorum, bonis cedentem, remotis familiaribus de culo ſuper lapidem percutere debere, teſtatus eſt *Guido Papa, deciſ. ſua Grationopolitana 343.*

11 In Regno Neapolitano, ante portam maximam excelſi palatij Magnæ Curiæ Vicariæ Ciuitatis Neapolis, eſt diſpoſitum marmor altum quadratum, & ſupra eſt alia columna alba, & ibi aſcendunt volentes cedere bonis, & ſolent manere tantum capite denudato. Sic præcisè deciſum eſſe per Pragmaticam incip. *Don Petrus de Toledo, priſcarum legum duritiem, de ceſſione bonorum*, retulit Camillus *Borellus in Commentarijs ſuper Pragmaticas Regis Ferdinandi I. incipit, Odia de compromiſſ. §. 1. gl. 3. n. 68.*

12 In Regno Siciliæ, tacto lapide, ceſſio bonorum dumtaxat conceditur, ſi cedentes non ſunt Magnifici, & nobiles. Sic præcisè ibi obſeruari, & ſtatutum eſſe retulit *Cumia, d. Ritu 95. n. 35.*

13 Statuto Mediolanenſi in materia cedentis bonis diſpoſitum eſt, prout infra.

Si quis voluerit cedere bonis ſuis, cedat in publica concione, quæ fiat coram Poteſtate communis Mediolani, vel eius Vicario, vel Conſulibus iuſtitiæ, de die, pro alijs negotijs pulſatis cāpanis, ita quod qui cedit, nudus ſit, & diſcalciatus non habens aliquod veſtimentum, vel vel a-

men

men excepta ſerrabula, & ſic aſcendat ſuper lapidem exiſtentem ſuper palatio magno *Broleti communis Mediolani,* antequam Poteſtas.vel eius Vicarius, vel Conſulens recedant a cõcione,& in dicta concione debeat ſtare à principio aſcenſus ipſius Poteſtatis, vel eius. Vicarij, vel Conſulum vſque ad finem deſcenſus, ſine aliquo velamine in capite,vel alibi in publico, vt ſupra, & aliter ceſſio fata non valeàt, ſic ad litteram legitur inter *Statuta Ciuitatis Mediolanenſ. in Rubrica generali , de extraordinarijs Ciuilium tit.de ceſſione bonorum* De quo quidem ſtatuto meminit *Carpanus cap.408. in ſuis commentariis ſuper eadem ſtatuta.*

14 In Ciuitate Ferrariæ obſeruatur , vt qui ceſſit bonis , teneatur portare continue in capite vnum biretum altum cum ſigno vulpis coloris crocei decoperto , & apparenti in quolibet quarto latere dicti bireti,& ſi prædicta obſeruata non fuerint ceſſio facta non valet,nec tenet ipſo iure Sic præcisè inter Statuta illius Ciuitatis dipoſitum eſſe legimus *lib.2.c.134.tit.de ceſſ.bonorum.*

15 Apud Auinionenſes , dimiſſis brachis in Feyrono Curiæ ſcinditur ſibi lumbar, & inquit cedo bonis. Sic præcisè poſt *P. Iacob. Aurelianenſ.in ſua Praxi teſtatus eſt Brunus d. n.5.*

16 In Ciuitate Arimini obſeruatur quod recognito debito coram iudice,& indicatis omnib.bonis cum iuramẽto afferens ſe velle bonis ſuis cedere, exui debeat vſq;ad interulã,& ſic ſpoliatus cũ ſono tubæ,ante ipsũ iudicem ducatur ad lapidem marmoteum propè palatium, & ibi ſuper lapidem ter ponat ſe ad ſedendum , cum ano nudo,dicendo ter,cedo bonis,ſic præcisè ſtatuto illius Ciuitatis diſpoſitum eſſe,retulit *Brunus d.loco prçcitato n.5.*

17 In hac tandẽ alma Patauina vrbe patria mea,diſpoſitũ eſt,& obſeruatur,quod volens cedere bonis,depoſitis omnib.veſtimentis,& calciamentis,infula,& capello,exceptis camiſia, & ſerabula, in publica concione , vel in maiori palatio , vel Conſilio centum hominibus præſentib. ad minus,per tres vices ſuper quadrum,quod altum trib.pedib.ponatur, & ſit in maiori ſalla palatij, & cum nabitus ſuper eo percutiat.dicendo ter alta voce;Cedo bonis. Sic præcisè cautum legimus ſub Rubrica de ceſſione bonorũ
18 in principio, & aduerte, quod hoc idem ſtatutum extat Bergomi , prout memiuit *Albergicus de ſtatutis;parte prima, q. 37.*

19 Sed pulchram à Scribentib.vidi in hoc propoſito excitari quæſtionem,& eſt,an huiuſcemodi ſtatuta,& conſuetudines valeant,& de iure ſuſtineri poſſint?

20 In qua quidem difficultate non eſt eadem omnium Scribentium ſententia.

21 Negatiuam enim primus omnium tenuit *Cinus,in d.l.1. C.qui bon.ced.poſſ.ſub n.5.in fi.*vbi protulit hæc verba.(Sed credo,quod tales Conſuetudines, & Statuta ſint contra bonos mores,& contra *l.1.et l.vltima,Cod.eodem,et leg.finalem , ff.eod.*) Sequitur *Bald.in l.finali , C. eod. num.1. in fin.*vbi tenet ideo talia ſtatuta,& conſuetudines non tenere, quia oculus videntium infeſtatur, & eſt res mali exempli,ad *l.cum ſupra,de re milit.lib.12.*Hoc idem *Bal.tenuiſſe viſus eſt conſ.ſuo 501.n.3.in 5.* vbi ſubdit,exceſſione facta ita ignominiosè, nihil vtilitatis accreſcere creditoribus,nec id eſſe de ſubſtantia ipſius ceſſionis,ſed dumtaxat de accidentalibus,ac ideò talia ſtatuta improbanda ; Addo *Guid.Pap.conſ.ſuo 124.n.9.*vbi ſubdit,eadem ſtatuta eſſe contra bonos mores,& concordantes adducit *Din. et Cum.in d.l.finali , ff.eodem. Adnectendus etiam Albericus in Rubrica, Cod.qui bon.ced.poſſ.num.6.in fine, et in ſuo tractatu de ſtatutis p.1.q.37.* vbi præcipuè diſputat ſuper inualiditate ſtatuti ſupradicti Patauini, & inquit,tale ſtatutum non valere,quia eſt turpe,& eius effectus eſt turpis , & contra bonos mores , & contra libertatem loci , vt cedens ipſe incarceretur,& latius,vt per eum . His adnectendi ſunt etiam *Cotta in ſuis Memorialibus , in verſ. Con-*
22 *ſuetudo facit licitum,verſus finem; Ioſeph.Cumia , in dict. Ritu Magnę Curiæ 95.num.36. Roland.à Valle in conſ.ſuo 7. n.13.cum ſeq in ſecundo, Viuius opinione ſua communi 827. tit.1.vbi pulchrè. Do. Alex. Trentacinquius Variarum Reſolutionum,lib.3. reſolut.27.num.50. Dom. Amator Rodriquez.in ſuo tract.de exequutione ſententię,d.cap.8.num.29. & nouiſſimè Carpanus d.c.ſuo 408.numer.179. Addo Ioan. Bapt.Marcheſanum d.c.2. pręcitato.num.4.* vbi poſt plures concordantes adductos ſubdit , hoc præcipuè procedere, quando vigore Reſcripti Principis ad ceſsionem quis admittitur , tunc enim labes illa ignominiæ penitus remittitur, & maximè cum Reſcriptum ipſius Principis ſit latiſſimè interpretandum cum alium non ledat,& ſupplicanti proſit,& latius,vt per eum .

23 Et pro hac opinione (vltra ſupradicta) conſiderari etiam poteſt quod beneficium ceſſionis bonorum , quod eſt nedum miſerabile,cum ad tãtam paupertatem dirigat miſerum cedentem.quod vix ei interula dimittatur,ſed & flebile,cum acerbiſſimum exiſtat cedere bonis,vt pulchrè docet hæc omnia *Rol.citato conſ.7.nu.1.2.& 3.* fuit ad inuentum à iure, vt ſuccurratur miſeris debitoribus, ne in carcerem detrudantur,vt per *Bar. et DD.in Rubr.ff.eod.et Alberi. C. eod.* ergo non debet poſſe in eorum odium retorqueri,vt cum de iure ipſi cedentes infamię nota non inurantur,vt ſupra diximus, eumque ſolo verbo, ac nuda voluntate , quacumque ſolemnitate prætermiſſa, ceſſio ipſa per eos fieri poſſit,cedentes ipſi vigore dictorum ſtatutorum infames efficiantur, & teneantur cedere ſeruato illo actu ignominioſo,de quo ſupra, &c.

24 Obſernandum tamen , contrarium placuiſſe inter cęteros,*D.P.Iacob. Aurelianenſis Doctori antiquo in ſua praxi aurea,titul.de ceſſione bonorum in 3.notabili, num.4.et 5.* Inquit enim quod prædicta ſtatuta,& conſuetudines ſunt laudanda, ex quo hodie hominum malitia excreuit, quorum multi pecunias mutuo accipiunt , qui plurimum bibunt,& comedunt,parum in ſuis negotijs vigilantes,& poſtea cum ab eorum creditoribus requiruntur ipſi abſconſis bonis, quæ ſibi ſuperſunt, vel maiori parte, non verecundantes bonorum ceſſionem facere,bonis ſuis credunt, & idèò ne faciliores, & ad ceſſionis refugium promptiores eſſent,ſed potius alijs, ſic vitam degentibus eſſent exemplo,concludit, quod tales prædicta pati perſonaliter debent,nec ob ſtatutum,ſeu conſuetudinem legitime præſcriptam audiri deberent . Quæ quidem opinio,ad fraudes,(vt ipſe inquit)debitorum reprimendas,& ad obuiandum creditorum præiudicio,placuit quoque *D. Mattheo Bruno,de ceſſione bonorum , dict. quęſt.6.principali , numero 6. in fine.*

25 Cogita,& hæc pauca de hac materia ad rem noſtram parum conducentia tetigiſſe ſat ſit.*Latius Brunus,et alij , locis iam admonitis ; Adde D.Menochium de Arbitrarijs , lib 2. cent.2.caſ.183. per totum.et Marcheſanum,d.c.2.adnectendus quoque Do.Amator Rodriquez,prçcitato c.8. per totum ferè,vbi latè.*

---

## De Litteris Cambijs.

*SVMMARIVM.*

1 *Multæ ſunt ſpecies litterarum, ſeu epiſtolam .*
2 *Principiũ demõſtrationis eſt,quod quid eſt,et cõmunia prius diſcere , atque ex vniuerſalibus ad ſingularia procedere.*
3 *Cambium definitur, & n.4.*
5 *Cambium duplex eſt,ſiccum, & reale.*
6 *Cambium ſiccum quid ſit.* ) *explicatur.*
7 *Et cur ita dicatur.*

8 *Cambium ſiccum dupliciter committitur, & n.9.*
10 *Et vtrumqae eſt prohibitum,& numero vndecimo, & duodecimo.*
13 *Cambia ſicca ſunt prohibita per Conſtitutiones Pij IV. & Pij V.*
14 *Item in Regno Luſitaniæ per Pragmaticam Regis Sebaſtiani.*
15 *Item per decreta Caroli V. & Philippi Regis Hiſpaniarum.*
16 *Item per Senatuſconſultum maioris Conſilij huius Sereniſ. Dominij.*
17 *Partes latæ in excelſo conſilio Rogatorum, circa materia cambij recenſentur.*
18 *Cambia ſicca ſunt damnata, etiamſi fiant pro ſubueniendo alicui in indigentis, & proprio opere faciendo.*
19 *Cambium reale quid ſit, explicatur.*
20 *Cambium reale duplex eſt, minutum, & per litteras.*
21 *Cambium reale minutum deſcribitur.*
22 *An ſit licitum, nec multi contendunt.*
23 *Quod ſit permiſſum, eſt verior opinio.*
24 *Ratio, & num.25.*
26 *Cur dicatur reale.* ) *explicatur.*
27 *Cur minutum.*
28 *Cambium reale per litteras quid ſit ſcribitur.*
29 *Cur vocetur reale.* ) *explicatur.*
30 *Et cur per littera.*
31 *Cambium reale per litteras tribus modis conficitur.*
32 *Iſti modi ſingillatim explicantur, & de eorum validitate, vel inualiditate diſſeritur, & nu.33.34.35. & 36.vſque ad 45.incluſiuè.*
46 *Pulchra proponitur quæſtio.*
47 *Reſoluitur ex ſententia Gabriel conſilio ſuo 152. in ſecundo.*
48 *Alia ex citatur controuerſia.*
49 *Pro reſolutione videndus Nau. conſil. 32. libr. 5. de vſur. volum. 2.*
50 *Cambium in dubio ſemper præſumitur reale, non ſiccum.*
51 *Ratio.*
52 *An ex litteris Cambij obligatio, & probatio in ſimul oriatur? ambigitur.*
53 *Concluſio ſtat pro affirmatiua duobus tam concurrentibus, videlicet, quod & materia patiatur, & quod loquantur diſpoſitiue, & n.54.55.*
56 *Litteræ Cambij reuocari minimè poſſunt, antequam ſoluatur id quod ſcriptum fuit.*
57 *Exemplum.*
58 *Ratio, & n.59.*
60 *Declara, quando tales litteræ ſunt diſpoſitiuæ, ſecus ſi ſimplicis mandati.*
61 *Ex litteris cambij oritur obligatio, quando ſunt diſpoſitiuæ ſecus ſi enunciatiuè loquantur.*
62 *Ex litteris Cambij oritur probatio ſolummodo contra ſcribentem.*
63 *Amplia, vt ex ipſis litteris cambij contra ipſummet ſcribentem probatio inducatur non ſolum pro eo, ad quem directæ ſunt, ſed etiam pro tertio.*
64 *Et præcipuè pro eo, cui ſoluendum erit cambium.*
65 *Ratio, & n.66.*
67 *Litteræ Cambij contra eum, cui diriguntur, neque obligationem, nec probationem inducunt, vt ſi acceptentur, quibus tamen acceptatis remanet obligatus.*
68 *Ratio, & n.69.70. & 71.*
72 *Litteris cambij acceptatis, periculum erit illius, cui ſoluenda eſt pecunia.*
73 *Ratio, & n.74.*
75 *Et de hoc nulla poteſt eſſe dubitatio.*
76 *In Ciuitate tamen Genuæ contrarium obſeruatur inter mercatore.*
77 *Et iſta mercatorum obſeruantia inter eos facit ius.*
78 *Litteræ cambij tunc demum contra ſcribentem, & probationem, & obligationem inducunt, quando ipſamet ſcribens tempore, quoad eum, cui erant directæ, fuerunt traditæ, ac conſignatæ, diuturnæ huius lucis vſura fruebatur, ſecus ſi è vita migraſſet.*
79 *Littera cambij tunc demum acceptatæ, ac probatæ dicuntur quando ſunt lectæ, & receptæ, & in contrarium proteſtatum minimè fuerit.*
80 *Campſores acceptantes litteras cambij, non poſſunt poſtea à ſolutioni contradicere, etiam ſi mercator, qui litteras ſcripſit, pendente termino ſolutionis decoxerit, dummodo fuerint ab eo retentæ.*
81 *Mercator recipiens litteras cambij, & eis lectis, ponens eas inter alias, puta in filcia, & non contradicens, videtur illas acceptaſſe, & ſe obligaſſe ad contenta in eis, et non poterit eum poſtea penitere, et recuſare in illis contenta.*
82 *Cautela prudentum campſorum recenſetur.*
83 *Accipiens litteras cambij cum proteſtatione, et poſtea ſimpliciter ſoluens, cenſetur ſoluiſſe iuxtà formam litterarum cum proteſtatione.*

## De Litteris Cambij.

1 DE epiſtolis, ſeu litteris in genere ſumptis ſatis abundè hucuſque diſſeruiſſimus. Quoniam autem ipſarum multas extare ſpecies nullus eſt qui ignoret. Aliæ enim ſunt cambij, aliæ credentiales, aliæ commendatitiæ, aliæ amatoriæ, aliæ exhortatiuæ, aliæ honorariæ reuerentiales, ideo de ſingulis ordinatè tamen, & priori quidem loco de ijs, quæ ſub nomine cambij conſcribuntur, tractationem inſtituamus. Verum quia, (vt ait Philoſophus, 1. de Anima.)

2 Principium demonſtrationis eſt, quod quid eſt & primo Phyſicorum rectus dicendi modus ſecundum naturam eſt, communia prius diſcere, poſtea circa vnumquodque propria ſpeculari, atque ex vniuerſalibus ad ſingularia procedere, conſequens eſt, vt antequam ad difficultates præſtitutus accedamus, hic ſermo noſter à definitione, & ſic à communioribus proficiſcatur. Videndum eſt ita in primis pro maiori dicendorum, & intelligentia, ac facilitate, quid ſit cambium, & quotuplex.

3 Quod attinet ad primum, definitur cambium ex communiori ſcribentium ſententia, vt ſit commutatio vnius generis in aliud genus numiſmatum, pro emendis rebus ad vſum, & commoditatem humana vitæ neceſſarijs. Sic eleganter deſcripſit. *Fabian. Genuenſ. in ſuo tract. de cambijs, p.1.n.1.*

4 Hoc idem voluit dicere *Frater Hieron. de Luca*, *in ſuo pariter trac. de Cambijs, cap.1.nu.4.* dum dixit cambium illud eſſe, quando numiſma pro numiſmate datur. Latius per eos. Videndus quoq. *Lelius Zech. tract. de vſur. cap.9. num.6.* vbi pulchrè, & *Leonard. Leſis de iuſtitia, et iure, libr. 2.cap.23.dubio primo, nu.1.2.et 3.* vbi declarat, & explicat. *Addo in Ioannem Ozorium Inſtitutionum Moral. par.3. lib. 10. c.1.* vbi pulchrè.

5 Duplicis autē generis reperitur eſſe cambiū. Et hęc ſint quoad ſecundū. Aliud enim dicitur ſiccum, & aliud reale.

6 Siccum dicitur illud, quod re ipſa cambium non eſt, iuſtitia, & ſubiecto carens, & nomine tantum appellatur cam-
7 bium. Et dicitur ſiccū, quia debitæ iuſtitiæ ſpeciē non habet, ſed fingitur, cū ſit merè mutuum ſub vſura factum, & prout latius de hoc *Fr. Fabian. d. tract. p.1.n.35. Lelius Zech. d. cap.9. numer. tertio in fine. Addo Leonard. Leſſ. dict. dubitatione prima, numero quinto, et ſexto.* Committiturque

que dupliciter , vt apertè conſtat ex D. Pij Conſtitutione .

8 Primus modus eſt , quando quis pecuniam , puta Florentinæ cum cambio accipit , vt eam ſoluat Venetijs , & conficiuntur ad id litteræ , quæ mitti debent ad eum locum, vbi moneta ſoluenda eſt , quamuis verè , & realiter debitor Florentiæ dumtaxat , vbi cambium datum fuit , ſoluturus ſit . Conſcribuntur tamen litteræ ſolummodo ad ſimulandum contractum illum , qui inter dantem , & accipientem cambium , celebratur , quod cambij genus propter id ſiccum appellatur .

9 Secundò autem modo cambium ſiccum celebratur , quando litteræ remittuntur in nundinas alicuius loci , vbi debitor, nec pecuniam, nec fatorem, cum quo exercere mercaturam ſolet, habet, non habere poſſe ſperat , ſed dumtaxat , ipſius nomine procurator à campſore conſtitutus accipit ibi pecunias cum cambio , & cum recambio illas ſoluendas remittit Florentiæ, vnde ſub illa ſimulatione perſoluuntur vſuræ , & vſurarum vſuræ , quæ ab omni iure tantum damnari ſolent , ad latè tradita per
10 *Petrum Auguſtinum Morlam in ſuo Emporio , p. 1. tit. de reb. cred. q. 25. numer. 11.* Et hæc cambia ſicca improbum eſſe fęnus ita nuncupatum & per conſequens eſſe prohibita . Scripſere *Gaiet. de Cambijs, cap. 1. numer. 4. Sotus de Iuſtitia, & iure, libr. 6. q. 8. artic. 1. & latius, quæſt. 13. artic. 1. Armilla in ver. Campſor , num. 4. Canoniſtę omnes , in c. Nauigantis, de vſuris, & ex recetionibus. D. Burſat. conſil. ſuo 399. num. 27. Addo D. Peregrinum conſ. 85. numer. 8. in 3. & Ioannem Baptiſtam Cauatium in ſua tract. de Cambijs , pag. mihi 222. in principio , c. de Cambio ſicco.* Adeundus quoque Illuſtr. *Card. Tuſcur, concl. ſua 798. n. fin. in littera C*, vbi ſubdit , quod conſuetudo admittens cambia ſicca, & illicita, non eſt attendenda, tanquam nutrititia peccati, & vſurarum: adducit *Rom. conſ. 238. numer. 11. verſ. ad tertium .*

11 Et nota, quod cambium hoc ſecundo modo celebratum eo magis dicitur ſiccum, & per conſequens vetitum, quãdo concurrunt aliquæ aliæ circunſtantiæ , & argumenta prauitatem vſurariam in eo contineri pręſeferentia ; ita pulchrè *Petrus Aug. Morla, qui ſi ſecus, aliter ſenſit .* Prout quoque conſuluit *Nauar. lib. 5. ſuorum conſiliorum , tit. de*
12 *vſuris, conſ. 31. vol. 2.* vbi omnium latiſſimè. *Morla inquam d. q. 25. de reb. cred. n. 43.*

13 Id quod etiam apertiſſimè docuit *Pius IV. Pontifex Maximus in ſua Conſtitutione lata ſub anno 1564. & Pius V. in Conſtitutione ſua 52. lata ſub anno 1571.* vbi vlterius ſubdit, cambia ipſa ſicca exercentes, dignos eſſe, & plecti debere ſupplicio aduerſus fęnerantes conſtituto , inter quos, & ipſi conumerari poſſunt .

14 Non ignorandum eſt quoque quod in Regno Caſtellæ, ac Luſitaniæ latiſſima eſt Pragmatica a Rege Sebaſtiano promulgata 19. Ianuarij 1570. per quam huiuſmodi cambia ſicca , & quæ fiunt intra regnum , additis etiam alijs iniuſtis conuentionibus ſub pęnis exterminantur grauiſſimis .

15 Sic etiam à Carolo V. Imperatore Auguſtiſſimo , & à Philippo Rege Catholiciſſimo , *l. 8. tit. 18. libr. 5. recopilat.* huiuſmodi cambia omnino eſſe vetita, ac interdicta , apertiſſimè litteris prodidit, *P. Morla d. q. 25 nu. 42. col. 2. in fine.*

16 In hoc *feliciſſimo Imperio , ac Dominio Dominorum Venetorum in Conſulto maioris Conſilij 1357. 19. Martij* , clarè prouiſum eſt , contra cambia & contractus vſurarios , vt iudicis ea reducant ad rectas , & honeſtas , quantitates, id quod etiam obſeruetur , quando denari ipſius contractus cambiorum ſtipulati eſſent per publica inſtrumenta , & prout latius apparet ex pręfato Senatuſconſulto , de quo in libris Statutorum dictæ inclitæ Ciuitatis Venetiarum , *pagin. mihi 156. à tergo .*

17 Adſunt & aliæ de huiuſmodi materia litterarum cambij partes, latæ in *Excelſo Conſilio Rogatorũ ſub anno 1593. die 14. Decembris, & ſub anno 1594. 24. April.* Quarum tenorem , cum is parum pertractationi per nos inſtitutæ conferri videatur , in præſentiarum recenſere ſuperuacaneum iudicauimus.

18 Ampliatur communis iſta Concluſio. Cambia videlicet ſicca eſſe damnata, ac prohibita, vt procedat, etiam ſi fiãt pro ſubueniendo alicui in indigentis, & pio opere faciendo , adhuc enim ea interdicta eſſe apertiſſimè teſtatur eſt Ioannes Baptiſta Lupus *in ſuo tractatu de Vſuris, §. ſecundo numero 27.*

Et hæc de cambio ſicco , de quo etiam plenioci folio diſceptat *Illuſtr. D. Card. Tuſcus concl. ſua 11. per totum , in littera C.*

19 Cambium autem ſecundo loco reale, ſicco oppoſitum, illud eſt, quod realiter ſubiectum, & ſubſtantiam habet & in quo nulla interuenit ratio mutui , latè *Ambroſ. de Vignat in ſuo tractat. de vſuris, ad cap. ſalubriter, num. 281 cum ſeq.*

20 Et duplicis generis reperitur; aliud enim dicitur minutum , & aliud per litteras .

21 Cambium minutum priori loco dicitur illud , quod eſt manuale , quando videlicet permutamus nummos aureos cum nummis argenteis , æreis , vel ex qualibet alia materia conflatis , aut è contra pro cuiuſque vtilitate .

22 Et licet, an iſtud cambij genus licitum ſit nec ne, multi contendant .

23 Crebriori tamen calculo Scribentium recepta eſt opinio affirmatiua. Sic præcisè, & late teſtatus eſt inter cæteros *Morla d. q. 25. num. 44. 45. 46. & 47. & ſequitur Gregor. Toloſ. de vſur. lib. 2. c. 2. n. 5. 6. & 7.*

24 Nec mirum ſanè , hic enim lucrum minimè conſideratur , quippe quod numiſmatis valor non attenditur , ac ſpectatur , iuxta materiam , ſed iuxta formam publicam .

25 At eiuſdem valoris eſſe numiſma æreum in ſua quantitate, ac eſt aureum , vel argenteum . *Text. eſt apertus , vbi etiam Doctores notant, in leg. 1. ff. de contrah. empt.*

26 Dicitur autem reale ; quia ſine quauis fictione re ipſa ſiue realiter , & cum effectu numiſmata diuerſorum generum , quæ ſunt veræ res , ad inuicem commutantur .

27 Dicitur quoque minutum , ſecundum aliquos quia vt plurimum, huiuſmodi numiſmatum, commutatio minutè & in parua quantitate, & ſumma peccuniarum fit. Pulchrè *Fabian. d. part. 1. de cambijs , numero quarto .* Videndus de hoc *Thomas Card. de Vio in ſuo tractat. pariter de cambijs , capitul. primo numero primo. & Lelius Zech. de vſuris, capit. 9. num. 10.*

28 Cambium vero reale ſecundo loco per litteras , tunc ſit , quando ab altera contrahentium parte in vno loco , ſiue Regno datur numiſma vnius generis , & pro eo numiſmate ab altero contrahentium aliud nnmiſmatis genus alibi , ſiue alio in reguo , litterarum, vt decet adminiculo, efficaciter conſignatur, pulchrè *Lelius Zech. d. c. de vſuris , num. 11.*

29 Huiuſmodi autem cambium vocatur reale, ratione ſuperius dicta, *n. 26.*

30 Vocatur verò per litteras, quia litteris, vt decet, efficaciter, & cum effectu perficitur, & completur. Sic poſt alios *Virginius de Boccatijs , de interd. vti poſſidetis , capitul. 18. numer. 174.*

31 Non ignorandum tamen tribus modis principaliter cambium ipſum reale per litteras confici poſſe , quid-

quid dixerit *Lelius Zech.dict.cap.9. numer.*11. qui quidem
ipſum communiter ſeptem fieri ſolere modis apertiſſimè
teſtatus eſt.
32 Primus quidem eſt, quando quis Venetijs puta habet
pecuniam, qua indiget Romæ, & eſt alius, qui habet pe-
cuniam Romæ, qua indiget Venetijs. Hi pro cuiuſque
vtilitate, & commodo cambiare, vt ita dicam, ac permu-
tare inter ſe aſſolent tantam pecuniæ quantitatem, quan-
tam ſibi neceſſariam eſſe dignoſcunt. Et hæc eſt pri-
ma ſpecies cambij realis per litteras. Et huiuſmodi
33 cambium eſſe licitum, ac permiſſum, quandoquidem
neque damnum vllum, neque lucrum alterius partis
videtur intercedere, nullus eſt, qui erat inficias. *So-
tus dict. libr. 6. de iuſtitia, & iure, quæſtione* 10. *articulo
primo. Inſtructorium negotiantium libr. ſecundo, capit. tertio.
Nauar. in dict. cap. Nauiganti, num.*61. *&* 70. cum concor-
dantibus.
34 Secundus autem modus eſt, quando quis tantam
pecuniam dat campſori Venetijs, quanta eget Ro-
mæ, vt ea ſoluatur ad nundinas Septembris, vel al-
terius menſis Romæ, vbi eam neceſſariam eſſe ſibi in-
telligit, quam debet remittere campſor per litteras
cambij ad prædictam Vrbem Romanam certa mercede
conſtituta.
35 Et huiuſmdi genus cambij, dummodo iuſti lucri, &
mercedis modus nequaquam excedatur, ſed iuxta eo-
rum generalem conſuetudinem fiat abſque dubio permit
titur, & execeri poteſt, ſic infiniti, quos refert, &
ſequitur *Morla dict. quæſt.*25. *numero* 48 *columna* 2. ferè
in fine, & poſt plures relatos reſpondit *Botta conſ. ſuo* 56.
*numer.* 10.
36 Tertius, & vltimus modus eſt, quando ſcilicet aliquis
egens certa pecuniæ quantitate in Vrbe Romana, eam
accipit cambio in eadem ciuitate cum hac conditione, &
obligatione, vt eamdem ſoluat Venetijs ad tres, vel qua-
tuor menſes à die acceptæ pecuniæ, cum quodam etiam
lucro ipſius dantis.
37 Sed an huiuſmodi ſpecies cambij ſit licita, & permiſſa,
non eſt eadem omnium Scribentium ſententia.
38 Laurentius enim de Rodulphis *Hier. Lucas, & alij*, quo-
rum argumenta referentur à *Nauar. in d. c. nauiganti, num.*
10. *Inſtructorium negotiantium, c.*7. *&* 8. & multi alj tenent
apertè, huiuſmodi cambium eſſe mutuum feneratitium
nomine cambij ſimulatum, & latens, & per conſequens
prohibitum.
39 Contrarium tamen à Theologis, & iuris Pontificij
peritiſſimis Doct. receptiſſimum eſt, & approbatiſſimum
nimirum huiuſmodi cambium ſuaptè natura permit-
tendum eſſe ceſſante omni dolo, & ſimulatione. Nam
vt apertè infinitis legibus permiſſus eſt, prout in *lege
ſi remunerandi, §. manus, ff. mandati in lege hoc iu-
re, §. Labeo, ff. de donationibus, & in lege pupillus,
in fine ff. quæ in fraudem credit. cum concordanti-
bus.*
40 Campſor pro opera ſua, & induſtria iuſtam mercedem
accipere ſecurè, & licitè poteſt.
41 Quapropter ſi cambium fictum fuerit, dicemus eſſe
ſiccum, quod maximo iure, ſummaque ratione Pon-
tifices maximi vti vſurariam redolens prauitatem, omni-
42 no damnandum, & exprodendum eſſe voluere. Sin au-
tem cambium reale, & verum fuerit dicendum, & aſſe-
rendum erit Reipublicæ eſſe admodum neceſſarium, vt
comercia, quæ qui è mundo tollit, & ex terminat, ſolem
ipſum auferre, & exterminare videtur, poſſint perſi-
43 ſtere, & permanere, & cum maiori Reipublicæ vtilitate
conſeruari. Quod etiam prudentiſſimè idem Pontifex
Pius V. conſiderans, & perpendens, cambia ipſa rea-
lia, & vera exercendi rationem Chriſtianæ Reipublicæ
permiſit.
44 Accedat iſtud cambium reale nullo pacto ad contra-
ctum mutui, quo caſu eſſet reprobatum, accedere poſſe.
Mutuum enim eius eſt naturæ, vt mutuatæ ſortis peri-
45 culum in accipientem tranferat. Cambium vero illud
campſori, ſin minus forſan ſorte principali contingat
accipere, quod quandoque accidit, abſque dubio relin-
quit, & idcirco cum is contractus ſit potius permutatio-
nis, & negotiationis, quia numiſma, vt dicitur, pro
numiſmate datur, licitus iudicatur, nec ſpe lucri in eo
damnatur, prout in alјs negotiationibus cum induſtriæ,
laborum, periculorum, expenſarum, & aliorum huiuſmodi
in præſentiarum omnino ſit habenda ratio. Sic eleganter
*Thomas Car de Vio, de cambijs, cap.*3. *numer.*2. *&* 3. *Hier. à
Luca, in ſuo pariter tract. de cambijs, verſ. ſequitur alius ter-
tius, num.*21.
46 Sed pulchra in hac materia cambiorum excitari po-
teſt quæſtio, & talis eſt. Titius mercator verè dat pecu-
niam Sempronio mercatori Barchinonenſi, acceptis lit-
teris, in quibus idem Sempronius mandat Lugduni per-
ſonæ à Titio nominatæ tot marchas ſolui. Poſtea idem
Titius requiſitus à Caio etiam mercatore ciuitatis Bar-
chinonenſis, ordinat ipſimet Sempronio, vt dictas Mar-
chas Caio, vel perſonæ ab eo nominatæ in ijſdem nun-
dinis ſoluat, & Caius in eadem ciuitate Barchinonenſi
promittit in primis nundinis in eadem ciuitate ſoluere
pretium dictarum, marcharum ſibi, vel perſonæ ab eo
nominatæ Lugduni ſolutarum, Barchinoni, veluti in illis
nundinis marchę Lugduni acceptæ pro ciuitate Barchi-
nonenſi communiter ſoluentur. Dubitatur modò, an
genus iſtud cambij ſit licitum, nec ne? An verò tanquam
ſub conſtitutione Pij V. comprehenſum, ſit interdictum,
ac vetitum?
47 In huiuſmodi difficultate *Hier. Gab. conſ. ſuo* 188. *in ſe-
cundo*, ex profeſſo, & pulchrè pro validitate reſpondit, vi-
de per eum.
48 Altera ſecundo loco non minus pulchra, quam diffi-
cilis poteſt etiam ſic proponi controuerſia, & talis eſt.
Quidam ſolicitator, ſiue actor negotiorum, quæ ex Hiſ-
pania ei Romam committuntur, cum mandato acci-
piendi pecunias ad expedienda neceſſaria ab aliquo cam-
pſore, accipit ipſas à ſemetipſo, vt liberetur ab onere
quærendi fideiuſſores dandos campſoribus, & etiam
animo lucrandi ſibi id, quod campſor lucri facturus
erat, & poſtea mittit litteras in Hiſpaniam, vt ſuus
reſponſalis recipiat illas cum cambio paulò minore
illo, cum quo ſoluendæ eſſent, ſi acciperentur a
compſore & data dilatione paulo maiore, quam dat
campſor ad ſoluendum ſibi. Quæritur, an liceat ei hoc
facere?
49 De huiuſmodi difficultate videndus *Nauar. conſilio*
32. *libr. quinto. de vſuris, volum.*2. vbi pulchrè, & ex pro-
feſſo.
50 Pro coronide autem eorum, quæ de hac materia, quod
tamen ad cognitionem terminorum ſpectat, dicturi ſumus
ſciendum eſt, in dubio ſemper cambium præſumi reale,
non autem ſiccum, quod eſt prohibitum.
51 Nemo enim vſurarius cenſeri, aut præſumi debet. Eſt
enim delictum grauiſſimum, & ſcelus nefarium, & ab om-
ni humanitate prorſus alienum, & planè Chriſtiano ho-
mine indignum, vt conſtat ex *l. merito ff. pro ſocio, & ex c.
eſtote miſericordes, extrà de reg. iur. cum concordan-
tibus.*
52 Hic ſic pro intelligentia breui terminorum, ac maiori
dicendorum facilitate præmiſſis. Ad id modo, quod prin-
cipaliter propoſiti noſtri eſt, ſermonem conuertamus.
Videndum eſt igitur, an ex ipſis litteris cambij probatio
aliqua, & obligatur oriatur?
53 In qua quidem difficultate, rem paucis, prout moris no-
ſtri eſt, complectendo, & probationem, & obligationem
ex ip-

ex ipſis duobus tamen concurrentib. videlicet, quod & materia patiatur, & quod loquantur diſpoſitiuè promanare concludito, Sic præciſè docuit *Bal.in Rubr.C.de conſt. pecun.n.*15.vbi adducit *tex.in l.Titius, iuncta l.quidam, ff. eod.tit.*& ſequitur poſt multos alios relatos *Maſcar.concl. ſua* 631.*n.*1.*&* 2.*& concl.*990.*n.*1.vbi ſubdit, quod licet regulariter per epiſtolam obligatio non contrahatur, ſed
54 inducta tantum probetur, vt in *l.epiſtola, l.emptor, §. Lucius, ff.de pactis.& in leg.Lucius, ff.de fideiuſſor.* Hoc tamen minimè procedit, ſi ſubiecta materia patiatur, tunc enim obligationem quoque ex ipſis induci clariſſimum eſt. Exemplum poteſt eſſe, quando quis conſtituit ſe ſoluturum pro alio, & obligatio in perſona alterius iam erat
55 contracta, vt probatur locis citatis, & in *l.fin.ff. de actionibus, & obligat.* cum concordantibus per eum deductis. Sequitur hoc idem præciſè Henr. *Scuuarthzenthaler.in ſuo tract.de ſtipulationibus, pag.mihi* 872.*n.*78.

56 Ampliatur iſta communis Concluſio vt adeo vera ſit, vt nec huiuſmodi litteræ cambij reuocari poſſint, antequam ſoluatur, quod ſcriptum fuit, ita præciſè *Bald. in d. Rubr.C.de conſtit.pecun.num.*16.eum ſequitur *Iaſon repetitione ſua l. admonendi, n.*152.*de iureiurando*, vbi pulchre, & poſt plures alios relatos *Maſcardus dicta concluſ.ſua* 990. *n.*2. *Addo Petr. Fuſcum in ſuis Singul.in verſ. litteras cambij, & Schuuarthzenthaler, d.pag.*872.*n* 79.

57 Ad exemplum autem pro iunioribus poteſt adduci aurea deciſio *Ioannis Andreæ in additionibus ad Speculator. in tit.de depoſito ſup.rub.* vbi talem facti ſpeciem decidit.

Depoſui aureos centum penes Titium campſorem, & dum eſſem debitor Sempronij de centum eo abſente, iubeo præfato Titio campſori, penes quem depoſueram, quod illa centum ſoluat ipſi Sempronio creditori meo. Titius deſcribit illa centum ad partitam Sempronij dubitatur, numquid ego poſſim poſtea reuocare, & inhibere ipſimet Titio ne amplius ſoluat?

58 Et decidit ibi pulchrè *Io.Andr.* pro negatiua, & ita refert plures doct. antea conſuluiſſe, ſequitur hoc idem pulchrè *Puteus deciſ.ſua* 126.*n.*3.*lib.*3. vbi quoque rationem adducit, dicens. Quia res non eſt amplius integra, prout etiam docet *Bim.conſ.ſuo* 50.*nu.*92.*in primo*, & quia litteræ cambij ex ſui natura ſunt irreuocabiles, & latius, vt per eum. Huic idem ſententiæ ſubſcripſit quoq. Illuſtriſs. *Card. Tuſch.concl.ſua* 13.*n.*2. *in littera C, & n.*3. vbi hoc limitat in quodam caſu, vt per eum, quem conſulas, & *D.Ioannes Baptiſta Cauatius in ſuo tract.de cambijs, pag.* 224. *c. de litteris, verſ. quæro an litteræ, il* 3.*& il.*4.

59 Adde, quod vbi mercatores ſe ſubſcripſerunt debitores in ſuis libris, non conceditur ipſis amplius reuocatio, quia in eorum ſcriptura ſtabiles eſſe debent, ſic preciſè *Bimius d.conſ.*50.*numero* 87.*in* 1.

60 Hanc tamen ampliationem rectè intelligas procedere, quando tales litteræ eſſent diſpoſitiuę, tunc enim eæ non poſſent amplius reuocari, ſecus ſi eſſent litteræ ſimplicis mandati ad notata in l. utrum præſentę, in *verſ.vnde falſam, ff.eodem de conſt.pecun.* Sic præciſè *Bal.in d.Rubr.C.de conſt.pecun.n.*16.*& Iaſon in d.l.admonendi, n.*152.*Sequitur P.Bimius d.conſ. ſuo* 30.*n.*84. *Addo Benuenut. Strach.de Aſſecurationibus, gl.* 11. *nu.*45. *& Illuſtr.D. Card.Tuſcum concl.ſua* 362.*n.*3.*in littera L.*

61 Præterea quod de obligatione diximus declara dumtaxat procedere, prout etiam ſuperius ex Baldo annuimus, quando hæ litteræ cambij ſunt diſpoſitiuæ, ſecus ſi enunciatiuè loquantur, hoc enim caſu probationem ſolùmodo ex ipſis induci deciditur apertè in *l.Publia, in fin.ff. depoſ.ſic precisè poſt Marſil.Toler.& alios, Maſcar.d concl.* 990.*n.*4. vbi ſubdit eas tantum probare, maximè contra illos, qui publice tenent ſtationes, ſeu banchas, vt vtar verbis *Boerij deciſ.ſua* 332.*n.*8. quia eorum epiſtolę cenſentur loco librorum, cum de conſuetudine ipſorum regiſtrentur in libris, ad tradita per *Zabarel.conſ.ſuo* 63.ſequitur hæc omnia Schuuarthzenthaler, *pagin.*873.*n.*80.*&* 81.

62 Tertio intellige hæc omnia, & declara pariter procedere quo ad perſonam dumtaxat ipſius campſoris ſcribentis, contra eum enim vtiq. probant, prout eſt *text. clariſſimus in l.ſi litteras, C.mandati.in d.l.Publia, §.fin.ff. depoſ. cum concordantibus deductis per D. Decian. conſ. ſuo* 108.*n.*15.*in ſecundo.*

Addo *Boerium deciſ.ſua* 282.*n.*7.vbi ad hanc materiam docet, quod ſi Titius ſoluat centum Sempronio pro totidem quæ recepit ab eodem, hoc in caſu litteræ ille cambij probant receptionem aduerſus ipſum Titium ſcribētem.

63 Amplia, vt ex illis ipſis litteris contra ipſummet ſcribentem, probatio inducatur non ſolū pro eo, ad quem di-
64 rectæ ſunt, ſed etiam pro tertio, ſic poſt multos relatos *D. Maſcar.d.concl.*990.*n.*5.& precipuè pro eo, qui ſoluendū erat cambium, *Rot.Genuenſ.deciſ.*146.

65 Et enim ſemper videntur in fauorem ipſius ſcriptæ, ſic poſt *Bal.& alios Dec.conſ.*108.*n.*13.*in ſecundo.*

66 Quippe quod negotium in litteris cambij ſemper dicitur ad eum ſpectare, ad quem pecunia eſt ſoluenda. *Bimius conſ.ſuo* 50.*n.*67.*in primo.*

67 Contra autem eum, cui ipſemet literæ diriguntur, neq. obligationem, neq. probationem inducunt, niſi acceptentur, quibus tamen acceptatis remanet obligatus, *iuxta l.ſi filius, ff.ad Maced. cum concord. alias per nos in ſimili deductis ſup. lib.*1. *Nunc autem addo Schuuarthzenthaler, pag.* 873.*n.*81.*&*82.*Io.Baptiſtam Cauatium de Cambijs, c.de ſoluēte in loco ad quem pag.*230.*col.*2.*verſ.quero, an recipiens, Ill.D Preſidem Menoch.lib.* 3. *preſumpt ſua* 134.*n.fin.*vbi pulchrè exemplificando docet, quod debitor, qui litteras cambij ſcripſit, non liberatur litteris ipſis, haud acceptatis ab eo, ad quem quidem ſunt directe, & qui illas complere tenetur facta per ipſum promiſſione de ſoluendo, licet fuerint acceptatæ ab eo, cuius gratia conſcriptæ fuerint, & latius vt per eum, quem conſulas, & *Cl.Fachin. conſ.ſuo* 42.*n.*3.*vol.*2.*& conſ.*62.*n.*2.*eod.*

68 Et ratio tunc ea poteſt eſſe; quoniam per litteras acceptatas dicitur facta quaſi quedam copulatio conſenſus duorum ſimultanei, vt inquit *Bal.in l* 2.*ff.de pact.& probatur in l.qui autem, in fine, ff.de conſt pec.& in l.*1.*ff. de contract.empt.in verſ.& per litteras.*

69 Epiſtola enim ſemper ſequitur, *l.*1.*de off.prefect.vrb.&*
70 *leg. ſæpe audiui Cæſarem, ff.de off.Præſid.* cum concord. & Ideo promiſſio, vel mandatum factum per epiſtolam ſemper loquētem perficitur per receptionem ipſius epiſtolæ, & ad illud tempus, quo recipitur retrotrahitur *l.qui abſē-*
71 *ti, ff.de acq.poſſ.& l.abſenti, ff.de don.* tunc.n.cum is, ad quē miſſa eſt recipit, & tacet, vel exequitur, dicitur, & ipſe conſentire, ſic mutua oritur, ex tunc obligatio, vt per illum text. dicunt & *Bart. & Bal.in l.Titius, in fi.ff.de conſt.pec.& in l.cum tabernam, §.pen.ff. de pig. cum cocord. deductis per Dec.conſ.ſuo* 108.*n.*17.*in* 2.

72 Obſeruandum eſt tamen, quod huiuſmodi litteris acceptatis, cambij periculum erit illius, cui ſoluenda eſt pe-
73 cunia, & ratio eſt in promptu, nam cum litteræ ſunt expeditæ, & acceptate, breui manu videtur illi fuiſſe numeratum, & ab eo denuò penes ipſum campſorem depoſitum, vel quia ſatisfactum illi cenſetur, ſic poſt *Bal.Marſ. & alios Maſcard.d.concl.*990.*n.*8.

74 Vel quia (vt inquit *Salic. in d.l.ſi filiusfam.ad Maced. quem ſequitur Corraſ.ind.l.admonendi, n.*73.verſ. vnde melius) dimitens litteras ipſas cambij penes campſorem, acceptat eum debitorem, *l.inter cauſam, §.abeſſe, ff.ad Maced.& è contra* campſor acceptat ipſum dimittentem, ſeu preſentantem in creditorem, & de hoc mea quidem ſententia, nulla poteſt eſſe difficultas id enim ſequitur quoque *Alex.Raudenſis, deciſ.ſua Piſan.*4.*n.*108.

75 Non ignorandum tamen, quod in ciuitate Genuæ inter

ter mercatores ibi commorantes contrarium obſeruatur, ibi enim quotieſcumque quis facit litteras cambij, & ille cui diriguntur,acceptat, & poſtea non ſoluit ipſas litteras, ſcribens,remanet obligatus. Ego enim,verbi gratia, qui pecuniam numeraui pro cambio, habeo ſecundum eos vtrumque obligatum.

77 Et aduerte, quod iſta mercatorum obſeruantia inter eos facit ius,ſic prçciſè colligitur ex Rota Genuenſi,poſt plures ibi relatos *deciſ.2. num.41. & deciſ.ſua 8.num.17. & 18.ſequitur Raudenſis d.num.*108.

78 Obſeruandum ſecundo principaliter, tunc demum litteras iſtas contra ſcribentem,& probationem, & obligationem inducere,quando ipſemet ſcribens tempore,quo ad eum, cui erant directæ,fuerunt traditæ, ac conſignatæ diuturna huius lucis vſura fruebatur, ſecus ſi antequam traderentur ex hac vita migraſſet, & hoc per doctrinam Innocentij in cap. cum dilectus, de ſucceſſione ab inteſt. de qua alias ſatis abunde ſumus loquuti. Sic in puncto de litteris cambij poſt Stracch.docuit *Maſcard. d.concl.990. num.9.*

79 Animaduertendum tertio, litteras ipſas cambij tunc demum acceptatas, ac reprobatas dici, quando ſunt lectæ, & receptæ, & in contrarium proteſtatum minimè fuerit, ſic in terminis docet *Ang.in d.l.filiusfam.in fin. & Ang.refert,& ſequitur Corſet.in ſuis Singul.verſ.taciturnitas,num.2.*

80 Hoc idem præciſè tradit *Salic.in d.leg.ſi filiusfam. vbi notat per illum text.* contra campſores acceptantes litteras cambij,vt non poſſint poſtea ſolutioni contradicere, etiamſi mercator,qui litteras ſcripſit, pendente termino ſolutionis decoxerit quod putat verum, ſi penes ipſummet,campſorem litteræ ſint dimiſſæ, & ab eo retentæ, & *Salic.*refert & ſequitur *Corraſ.in d.l.admonendi*. Sic etiam pulcherrimis alijs rationibus motus reſpondit elegantiſſimus *Dom.Vincent.de Franch.deciſ.ſua Neapolit.303.per totam*, vbi quoque Sacrum conſilium die 26. Nouembris 1583.ita iudicaſſe ſubnectit.

81 Addo *Cæpol.Caut.ſua 9.num.*1.vbi inquit,quod mercator recipiens litteras cambij,& eis iectis,ponens,eas inter alias,puta in Filcia, & non contradicens, videtur illas acceptaſſe,& ſe obligaſſe ad contenta in eis, & non poterit eum poſtea pçnitere, & per conſequens non poterit illis contenta recuſare.Sic etiam docuit *Alex.in addit.Bart.in l.cum tabernam,§.1.num.5. verſic.ex hac l.de pignoribus, Soc.iun.conſil.121.num.31.lib.2.Pariſ.conſil.5.num.206.in 4.& Rota Genuenſ.deciſ.ſua 135.nu.2. Addo Iacob. Schultes lib.1.q.ſua 243.numer.9.* vbi concordantem deducit, *D.Pacian.de probat.*

82 Ideò prudentes campſores, quando recipiunt litteras cambij,& nolunt eas approbare, ſcribunt in dorſo litterarum ſe illas recipiſſe,& non acceptaſſe.Talis enim ſcriptura in dependentibus ab animo,& ſola voluntate ſcribentis plene probat, *l.Neſennius, vbi Bart.ff.de negot.geſt. cum concord.*

83 Eſt bene verum, quod acceptans litteras ipſas cambij cum proteſtatione, & poſtea ſimpliciter ſoluens cenſetur ſoluiſſe iuxta formam litterarum ſine proteſtatione, ſic pulchre *Rota Genuenſ.deciſ.ſua 6.* Et hæc ſufficiant.

## De Litteris Cambijs.

Contra quem ſit dirigenda actio litteris cambij caſu amiſſis, ad petendam pecuniam illis contentam.

## QVÆSTIO I.

*SVMMARIVM.*

1 *Litteris cambij caſu amiſſis agendum eſſe contra illum penes quem fuerat factum depoſitum, liberando tamen ipſum mercatorem ab ipſis litteris per publicum, & ſolemne inſtrumentum. Reſpondit Bal.*

2 *Eum ſequitur Iaſ.*

3 *Et communiter omnes Scribentes.*

4 *Author autem pro veriori reſolutione diſtinguit, & num.5. cum ſeqq.vſque in finem.*

VIſo,an ex litteris cambij obligatio aliqua, & probatio oriatur,nonnullæ modo,quæ de illarundem materia à Doctoribus noſtris paſſim excitari ſolent difficultates,diſcutiendæ ſunt. Dubitatur igitur primo contra quem ſit dirigenda actio litteris cambij caſu amiſſis ad petendam pecuniam in illis contentam.

1 *Bal.in huiuſmodi difficultate in l.inſtrumenta in fi.Cod.de fideicommiſſis*,ſentit apertè,litteris cãbij in itinere amiſſis agendum eſſe contra illum penes, quem fuerat factum depoſitum,non obſtante,quod ille, ad cuius fauorem litteræ fuerunt exaratæ, illas reſtituere nequiret, liberando tamen ipſum mercatorem ab ipſis litteris per publicum,

2 & ſolemne inſtrumentum.

Hoc idem ſequutus eſt etiam *Iaſ.in repetit. l.admonendi,numer.*153.*de iureiur.* vbi pro maiori corroboratione adducit *tex.notab.in l.huiuſmodi, §.ſi ita cui,de legat.*1. *idē Iaſ.in d.leg.inſtrumenta,C.de fideicommiſ. nu.2. vbi quoque*

3 *Paulus de Caſtro.*

Hanc eamdem deciſionem *Baldi ſequutus eſt quoque Burſatus conſil.39.num.12.Maſcard.concl.ſua 931. num.8. vbi* poſt Cottam limitat quando ſimulatæ,& dedita opera fuiſſent amiſſæ,& *Schuuartzenth.in ſuo tract. de ſtipul. p.872.num.79.*

*Addo Pacian.de probationibus lib.1.c.63.nu.139.Gayl. lib.2.Obſeruat.37.numer.8. Vincentium de Franc.deciſ.ſua Neapolitana 498.nu.2. D.Io.Baptiſtam Cauatium de Cambijs,tit.de varijs quæſtionib. pag.244.in fine, & Antonium de Gramma deciſ.ſua Luſitaniæ 336.numer.*1. vbi omnium pulcherrime,& elegantiſſime. Adnectendus eſt etiam *D. Bernardus Greueus,ſummus practicus libro.2. practicarum concluſionum concl.37.in ſua coronide,num.1.& 2.*vbi nonnullos alios concordantes deducit.

Sic etiam deciſum eſſe in *capit.Regni Regis Carol.*120. apertiſsime teſtatus eſt *Nicolaus Intrigliol.lib.2.ſingul.ſuo* 70.Sic quoque inter mercatores vidiſſe Genuæ continuo obſeruari teſtatur *D.Petrus de Benintendis,deciſ.ſua Bononienſi 58.per totam.*

4 Ego autem,vt vera,& realis huiuſce controuerſiæ mea quidem ſententia,habeatur reſolutio) ita arbitror diſtinguendum. Aut hæ litteræ cambij in itinere amiſſæ,fuerãt iam delatæ ad eum, ad quem erant directæ, & ab eodem acceptatæ, & poſtea caſu amiſſæ, aut fuerunt deperditæ antequam perferrentur.

5 Si primo,firma ſit Concluſio, pro repetitione agendũ eſſe contra eum, qui litteras ipſas cambij ſemel acceptauit. Nec mirum, Campſor enim cum litteras accipit, illi-

6 co conſtituit ſe debitorem penes præferentem,contentus eſt enim illi ſoluere pecuniæ quantitatem,de qua in litteris. Pulchrè *Rota Genuenſ.deciſ.168.num.2.* vnde periculum ad ipſum tamquam debitorem merito ſpectare debet.

7 Et hinc eſt,quod ſi forſan iſte campſor, qui litteras accedit, efficeretur non ſoluendo, vel aufugeret, periculum abſque alio eſſet creditoris. Satisfactum enim ſibi videtur,

tur, ex quo campſorem illum, ſiue nummularium in debitorem acceptauit, nec aliquo pacto aduerſus eum; qui primo litteras exarauit, agere poſſet, prout in his terminis pulchris rationibus motus docuit *Bald. in l. pro debito, num. 2. C. de bon. author. iud.* poſſiden. quem poſt infinitos relatos ſequutus eſt etiam *Alexand. Raudenſ. deciſ. ſua Piſana 4. num.* 108.

8 Alia etiam poteſt adduci ratio, & eſt *Bart. in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* nam cum litteræ ſunt expeditæ, & acceptatæ, breui manu videtur illi, qui litteras pertulit, fuiſſe numeratum, & ab eo denuò, penes ipſum campſorem depoſitum, vnde merito contra illum actio intentanda eſt. Sequitur hoc idem præciſè *Petr. de Vbald. de duobus fratribus, par. 8. princ. nu.* 33.

9 Si verò ſecundo, id eſt, ſi litteræ ſunt in itinere deperditæ, antequam ad illum, ad quẽ ſunt exaratæ perferantur, tunc ſumus in comperto, periculum ſpectare ad illum, qui litteras dedit, data tamen cautione, de qua ſupra, & ita procedit aurea deciſio *Bald.*

10 Pro qua etiam facit, nam quæ litteris explicantur, nũquam ſortiuntur effectum, niſi litteris præſentatis ei, ad quem ipſæ mittuntur, per *tex. in l. qui abſenti, ff. de acquir. poſſeſſ. & per DD. omnes in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* Si ſic eſt, ergo contra illum de neceſſitate, qui litteras dedit, pro repetitione agendum eſt, non autem contra eum, ad quem litteræ erant deſtinatæ.

## An pro litteris cambij competat regulariter priuilegium hypothecæ.

## QVÆSTIO II.

### *SVMMMRIVM.*

1 *Pro litteris cambij de iure communi non competit priuilegium hypothecæ.*

2 *Subſcribens ſe litteris cambij, vel ſchedulæ, quam banchariã appellant, in qua fiat per debitorem promiſſio de ſoluendo ſub obligatione generali bonorum, non ideo minus ſe obligat, nec vllo modo contrahitur pro dicto debito hypotheca, niſi id in ſubſcriptione expreſſum ſit.*

3 *Ratio, & n. 4. & 5.*

6 *Ex conſuetudinibus, & ſanctionibus particularium locorum pro litteris cambij datur hypotheca.*

7 *Sic enim reſpectu cambij veri, & realis, diſpoſitum eſt per ſtatuta Mediolani.*

8 *Per ſtatutum Auenionenſe litteræ cambij habent hypothecam à die recognitionis.*

1 Altera ſuccedit hic dubitatio, & eſt an pro litteris ipſius cambij competat regulariter priuilegium hypothecæ.

Cui quidem difficultati ſatisfaciendo, rem de iure cõmuni pro negatiua eſſe definitam, apertè concludito. Sic in terminis docuit *Petr. Surd. conſil. ſuo 499. numre. 2. in 4.* Sequutus eſt etiam *Ioannes Baptiſta Cauat. in ſuo tract. de cambijs, pag. mihi 235. c. de action.* quæ datur occaſione litterarum cambij, vbi ſubdit non reperi iure cautum, quod detur.

2 Et hinc eſt, quod ſubſcribens ſe huiuſmodi litteris, vel ſchedulæ, quam bancharíam appellant, in qua fiat per debitorem promiſsio de ſoluendo ſub obligatione generali bonorum, non ideo minus ſe obligat, nec vllo modo contrahitur pro dicto debito hypotheca, niſi id in ſubſcriptione expreſſum ſit. Sic præciſe *Burſat. poſt Strach. ibi relatum conſil. ſuo* 103 *numer. vigeſimoquinto.*

3 Et ratio (mea quidem ſentẽtia) ea poteſt eſſe: quoniam vox iſta, cambium, antiquis Romanis, & Iuriſconſultis, prorſus incognita fuit; Qnamuis etenim inforo Romano frequentiſſimi eſſent argentarij, numularij, trapezitæ, vel menſarij, fide publica deputati ad gerenda negotia, & inſtrumenta, vt probat *text. in l. Prætor ait. in l. ſi. quis ex ar-*

4 *gentariis, in l. quidam, l. vbi, l. argentarius, ff. de edend. in leg. ſi homines, §. quoties, in l. quod priuilegium, ff. depoſiti, in leg. ſi ventri, §. in bonis de priuilegiis creditorum,* cum infinitis alij concordantibus, quos refert *Reuard. lib. 1. var. cap. 15. Forner. lib. 3. Selectionum, capit. 8. Sigon. de antiquo iure Romanorum, lib. 2. cap. 1. & Petr. Gregorius Toloſan. Syntagm. lib. 13. c. 3.*

5 Cambium tamen ipſum minimè agnouerunt. Fuit enim poſtea à Gothis, vel Longobardis adinuentum, & ab Italis, atque Hiſpanis receptum, vt conſtat ex c. 1. §. cum autem, ſit de inueſtitura feudi fuerit controuerſia, & ex cap. 1. §. ſi quis dominus, quo tempore miles, &c. vbi cambiũ ſignificat permutationem, ex gl. & communi ibidem, in eademque ſignificatione ab Hiſpanis ſumitur, *l. 1. cum ſeq. tit. 11. lib. 3. fori, l. 1. cum ſeq. tit. 16. par. 1. & l. 1. cum ſeq. tit. 18. lib. 5. Compilat. Subtilis autem Bald.* quem retulit ac ſequutus eſt *Cl. D. Peregr. ad Titulum de pactis, et conuent. in primo Conſtitutum, numer.* 115. tradidit, quod ipſemet litteræ cambiorum originem traxeruut à materia conſtituti.

6 Dixi autem (rem pro negatiua definitam iure communi inſpecto) quoniam ex conſuetudinibus, & ſanctionib. particularium locorum ſecus definitum eſt.

7 Ex nouis enim Conſtitutionibus Mediolani (vt ab his exordiar) de quib *ſub tit. de offic. Abb in §. eo amplius, libr.* 5. conceſſa eſt proculdubio hypotheca pro litteris ipſius cambij veri, & realis.

8 Per ſtatutum Auenionenſe ſub titulo de litteris cambij lib. 2. expreſſe cautum eſt, vt à die recognitionis dumtaxat litteræ ipſæ cambij habeant hypothecam, quæ cum ſit introducta à lege ſine facto hominis, tacita vocatur, ad not. per gl. in §. item Seruiana, in ver. pignoris, & ibi latè *Iaſ. Inſtitut. de act.* teſtis eſt de hoc prçciſè *Hier. Laur. dec. ſua Auenionenſ. 146. n. 1. et 4. hæc Satis.*

Dubitatur tertio loco, an ex litteris cambij contra tertium probatio aliqua inducatur?

Et aliqualem ſaltem induci, arguendo de lib. mercator. ad eorum epiſtolas, poſt *Zabar. Boer. et Menoch. docuit prçciſè Maſcard. dict. concluſ. ſua 990 numer. 6.* Hoc idem poſt *Strach. relatum tradidit quoque T. Bimius conſ. ſuo 50. nu. 83. vol. 1.*

Hic obiter nota, quod litteræ ipſæ cambij ſcriptæ alicui probant contra ſcribentem ad fauorem tertij, cui ſoluendum erat cambium pulchrè Rota *Genuenſ. deciſion. ſua 146.*

Quomodo creditori cambij ſubueniendum contra debitorem moroſum Ambigitur 4.

*Ioannes Baptiſta Coſta poſt plures relatos in ſuo tractat. de iur. et fact. ign. cent. 1. d. 24. num.* 10. inquit quod ſi debita per moroſum cambia ſint realia, præcedentem requirunt intimationem de ſatisfaciendo, ac iuſtificationem poſtea, quod ob retardatam ſolutionem fuit accepta pecunia ad cambium, interueniente quoque neceſſitate ipſiuſmet creditoris ſic accipiendi, quo caſu ipſemet debitor creditori nouo ſui creditoris integraliter exinde ſatisfacere tenebitur. Hoc idem docuit antea *Rota Genuenſ. deciſ. ſua 143. num. 1. Videndus etiam Lanarius conſil. 23. num. 6.* vbi poſt *Bal. relatum in rubr. Cod. de conſtit. pecun. n. 7.* inquit, quod

quod ad ipſum debitorem in mora conſtituendum, opus eſt, vt creditor mittat, vel eat ad accipiendam pecuniam.

## Quænam actio pro litteris cambij concedatur.

## QVÆSTIO V.

*SVMMARIVM.*

1 *Nemo ſine actione experitur.*
2 *Pro litteris cambij actio mandati regulariter competit.*
3 *Et dicitur perſonalis, vt illa, quæ oritur ex contractu, vel quaſi.*
4 *Cambium eſt contractus.*
5 *Sed an ſit nominatus, vel innominatus, non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia.*
6 *Author nominatum eſſe opinatur.*
7 *Ratio.*

1 CVm regulariter ſine actione nemo experiatur, iuribus vulgatis. Congruo hic loco quænam actio pro litteris ipſius cambij concedi, ac intentari ſoleat inquirendum eſt.

2 Et regulariter actionem mandati competere conſtat inter omne. Si enim Titius mandet Mæuio campſori, quod mihi illam pecuniæ quantitatem ſoluat, quam ego in exequutione dicti mandati ſibi numeraui, proculdubio orta eſt obligatio, ex contractu mandati, vel conſtitutæ pecuniæ, prout declarat *Bald. conſil. 348. in 1. & in Rubr. C. de conſt. pec. num. 12.* ac proinde actio, quæ ex his litteris emanat, dicitur perſonalis, vt illa, quæ oritur ex contractu, vel quaſi ad *l. 1. de act. & obligat. & l. licet, §. ea obligatio, ff. de procuratoribus cum concordantibus deductis pulchre per Clar. Dec. conſil. ſuo 108. num. 8. in 2.*

4 Cambium enim eſſe contractum, & quidem ſeparatum ab alijs, reſpondit *Bald. in conſil. ſuo 100. in ſecundo, & in leg. ſecunda, in princ. numer. 2. verſicul. item cambia, C. de vſu rei iud.*

5 Sed an ſit contractus nominatus, vel innominatus, maximopere ſe torſerunt interpretes. Videnda de hoc *Rota Genuenſ. deciſ. ſua 32. nu. 5.* vbi diuerſas, ac contrarias hac in re ſcribentium ſententias accurate deducit, & *Io. Bapt. Cauatius in ſuo tract. de cambijs, pag. mihi 212. colu. 2. verſ. ſed permutatio, Adde D. Alexand. Ambroſinum deciſ. ſua Peruſin. 35. num. 13. par. 2.*

6 Ego in huiuſmodi difficultate arbitror, cambium ipſum proculdubio eſſe contractum nominatum. Id quod etiam ſenſit ſummus practicus *D. Bern. Greuæus lib. 2. concl. 37. in ſua coronide num. 3.*

7 Litteræ enim ipſius cambij, tanquam obtinentes vim contractus nominati, & qui reuocari minimè poteſt, nullo pacto admittunt, vt liceat pœnitere, niſi accedat quoque conſenſus eius ad quem negotium pertinet. *Sic pulchre Petr. Bim. conſil. ſuo 50. num. 85. in 1.* Conferunt quæ ſcripſimus.

De hac eadem materia huius quæſtionis, videlicet, quænam actio competat ſoluenti litteras cambij pro altero, videndus *Cauatius d. ſuo tract. de cambijs, c. de actionibus, fere in fine,* vbi pulchrè diſtinguit. Satis.

## An litteræ cambij de iure communi exequutionem habeant paratam?

## QVÆSTIO VI.

*SVMMARIVM.*

1 *An litteræ cambii de iure exequutionem habeant paratam? dubitatio non eſt mediocris inter Doctores.*
2 *Fundamenta pro affirmatiua opinione, & numer. 3. 4. 5. 6. & 7.*
8 *Authores, qui hanc opinionem inſequuti ſunt adducuntur.*
9 *Qui negatiuam tenuerunt commemorantur.*
10 *Fundamenta pro hac parte, & num. 11. 12. & 13.*
14 *Et hæc opinio verior videtur authori.*
15 *Ex formam ſtatutorum mercantilium tales litteræ habent exequutionem paratam.*
16 *Et talis conſuetudo apud eos obſeruatur.*
17 *In regno Siciliæ tales litteræ habent exequutionem paratam.*
18 *Sed an id procedat tam contra ſcribentem, quam contra litteras ipſas accipientem, videndus Garzia deciſ. 9. vol. 1.*

Sed adhuc alia non minus, pulchra, quam difficilis ſuccedit hic difficultas, & eſt. An litteræ ipſe cambij de iure communi exequutionem habeant paratam.

1 IN huiuſmodi quidem propoſita difficultate, non eſt eadem omnium Scribentium ſententia.

2 Nonnullis enim placuit affirmatiua motis ex eo, quod pro ipſis litteris competat actio de conſtituta pecunia, quæ ſola actio ex æquitate prætoris retinet primæuam ſuam naturam iuris gentium, vt ex ſolo conſenſu nudo producat actionem, & etiam habeat regiam manum, qua mediante expeditur, prout ante proditas actiones expediatur, vt declarat *Iaſ. inſtitution. de actionibus, §. in perſonam, in princip.* Manus autem regia idem importat, quod exequutiuè procedere, *Bart. in extrauaganti, ad reprimendum, verſic. & figura, in fine,* & quia dantur ab initio obligato de conſtituta, decem dies, qui dantur miſerationis

3 cauſa condemnatis, vt dicit idem *Bartol. & alii, in leg. promiſſor, §. 1. ff. de cond.* Nam conſtitutum nil aliud eſt, quam ficta traditio: igitur tenetur executiuè.

4 Accedit ſecundo loco vltra alios, pro corroboratione eorundem opinionis, nam à ſententia lata pro litteris cābij non datur appellatio, vt docuere. *Socin. iun. Berous, I. Cæſar Ruginel. ac alii, quos retulit, ac ſequutus eſt D. Ioann. Baptiſt. Catius de Cambii, pagin. mihi 225. colum. 1. in fine, c. de litteris.*

5 Hoc autem nulla alia de cauſa poſſe contingere, niſi quia pro ipſis concedatur via exequutiua, adeo notum eſt, quam quod notiſſimum.

6 Præterea tertio loco conſidero, quod litteræ cambij habent vim, & effectum ſententiæ, ac rei iudicatæ, pulchrè *Crot. conſil. ſuo 190. numer. 27. in 2. Addo Rotam Genuenſ. deciſ. 2. num. 9.*

7 Sicut ergo ſententia exequutionem habet paratam, idem quoque concludendum eſt de litteris ipſius cambij.

8 Et huius opinionis extiterunt quamplurimi. *Berous inter cęteros conſ. ſuo 33. numer. 12. in 3.* vbi docet, quod hæ litteræ habent exequutionem celerrimam, & paratam, & contra quam nil ferè poteſt opponi, niſi exceptio ſolutionis, vel præſcriptionis, vel quod ſit manus illius, qui aſſeri-

aſſeritur ſcripſiſſe. *Maranta, Rota Genuenſ. ac alij relati per D. Hondedeum conſil. ſuo 29. nu. 7. in ſecundo Addo D. Garziam Maſtrill. deciſione 9. num. 7. p. 1. & Dom. Ioan. Baptiſtam Cauatium, in ſuo tract. de Cambijs, pagina mihi 225. capit. de litteris, verſ. quæro an litteræ, & pagina 239. verſiculo de exequtionem,* vbi ſubdit hoc introductum eſſe rationabiliter, quia magna eſt præſumptio fraudis contra non ſoluentem, argumento textus in lege qui ſequutus, C. de exercitor, & latius vt per eum.

9 Contrariæ autem ſententiæ adhæſerunt plurimi alij, *Bal. videlicet, Rota Ianuenſ.* ac alij, quos retulit, ac ſequutus eſt *D. Cardin. Tuſchus, in ſua concluſ. 13. num. 5. in littera C.*

Fundamentum huiuſce opinionis tale poteſt eſſe.

10 Cambiorum litteræ ſunt ad inſtar publici inſtrumenti. *Zabar. conſ. ſuo 153. in princip. Rota Genuenſ. deciſ. 2. num. 9.*
11 *& nouiſſimè Card. Tuſcus d. concl. 13. num. 1.* Item habent vim publicarum ſcripturarum de conſuetudine, licet ſint litteræ priuatæ, quia conſuetudo poteſt dare robur priuatæ ſcripturæ, & illam publicam facere; idem *Card. Tuſc. poſt alios, concl. 362. n. 2. in litt. L.*

12 Publica autem inſtrumenta de iure exequutionem paratam minimè habere, adeo notum eſt, quod notiſſimum vulgata, *l. minor 25. annis ff. de minorib. & Doctor. omnes, in l. a Diuo pio, §. ſententiam, de re iudicata; adde Fab. de Anna, conſ. ſuo 82. num. 2. poſt Vinc. de Franc. ibi relatum Clar. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 1. caſ. 17. & Honded. conſil. ſuo 29. n. 35. in 2.* Si ſic eſt, ergo, &c.

13 Præterea conſidero ergo, quod ſi vox iſta (cambium) antiquis Regnis, & Iureconſultis prorſus incognita fuit, vt ſupra diximus, qui concludi poteſt eo iure Romanorum, litteras ipſius cambij paratam executionem habere.

14 Et huic eidem ſententię, ſubſcripſit quoque *Cl. Honded. d. conſ. 29. n. 35. in 2.* & mihi etiam verior videtur in puncto iuris, & communior.

15 Nota tamen ex forma ſtatutorum mercantilium litteras ipſas cambij habere quidem exequutionem paratam, ſicut, & ſententia; quinimo, & pleniorem, quam ipſa ſententia; quia poſt tres dies, poſtquam, ipſæ fuerunt recognitæ, fieri poteſt exequutio realis, & perſonalis, quod ſecus eſt in ſententia, qua datur condemnato tempus quadrimeſtre, ad *Gl. fin. C. de vſur. rei iudic. Sic præcisè Io. Crot. d. conſ. 190. n. 25. & 26.*

16 Et aduerte, quod in cauſis mercantilibus mos, conſuetudo, & ſtatuta ipſorum mercatorum, non autem diſpoſitio iuris communis attendi debent: *Corneus conſ. ſuo 319. n. 12. in 3. & Rota Genuenſ. deciſ. ſua 7. n. 11.*

17 Obſeruandum ſecundo per Ritum Magnæ Curiæ Regni Siciliæ 18. hoc idem particulariter prouiſum eſſe. Sic enim eius verba ſonant, ( & quod literis cambij poſſit exequutio procedere ſuper quibuſcumque bonis, etiam feudalibus, tanquam tacitè obligatis.

18 Sed an id (inſpecto dicto Ritu) procedat regulariter, tàm contra ſcribentem, quàm contra litteras ipſa accipientem non eſt eadem omnium Scribentium ſententia; videndus de huiuſmodi difficultate *D. Garzia dic. ſua deciſ.* 9. per totam, vbi contra vtrumque locum ſibi vendicare: ſicq. die 10. Aprilis 1604. in Conciſtorio illius Regni, iudicatum fuiſſe concludit.

## Quædam notabilia pro coronide huius materiæ litteram cambij, & neceſſaria hic afferuntur.

IN recognitione litterarum cambij miſſarum ab vno alteri non adhiberi ſolent teſtes, qui fuerint pręſentes, & viderint cum ſcriberentur, ſed tantum qui notam manum habeant ex characteribus, ac figuris litterarum. Sic poſt *Socin. Ruin. & Puteum in ſuis deciſionibus, et alios eruditiſſimus Burſat. conſ. ſuo 103. n. 9. Hos omnes ſequutus eſt D. Maſc concl. ſua 988. n. 4.*

Et aduerte, quod recognitio facienda eſt, integra apocha Banchi exhibita, non autem quoad ſubſcriptionem tantum. Sic præcisè in Sacro Reg. Conſilio anno 1583. die 24. Octobris iudicatum fuiſſe, eo referente teſtatur *D. Vincent. de Franch. deciſ. ſua 304. per totam.* Aduerte præterea, in ipſis litterarum cambijs, litterarum comparationem plenam fidem facere. Sic præcise *Gaſpar Theſaurus lib. 1. quæſt. Forenſ. cap. 24. num. 22.* vbi ſubdit ita iudicatum.

Is, qui acceptat litteras cambij, quando non eſt debitor ſcribentis, videtur eſſe fideiuſſor illius, qui ſcribit, vt eſt *gloſſa in authen. de fideiuſſor. §. finali, verſiculo argentariorum.* Hoc ipſum tradunt Doctores in lege ſingularia, *ff. ſi cert. petat. vbi Iaſon numero 39. & Purpurat. numer. 803.* dicens eſſe communem opinionem poſt Socin. quem allegat, & nouiſſimè poſt *Vinc. de Franch. deciſione ſua 303. n. 3. D. Fabius de Anna conſil. ſuo 82. n. 6. Addo P. Bimium conſil. ſuo 50. num. 62. in primo,* vbi plures concordantes deducitur.

Soluens cambium non habet obligatum illum, cui ſoluit, ſed eum cuius mandato ſoluit, & recipiens obligatur erga mandantem, non erga ſoluentem *Rota Genuenſ. dec. 168. n. 1. & hoc per tex. in l. ſi pupilli, §. 1. de ſolut. & l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. petatur.*

Litteræ cambij ſi doceantur eſſe factæ præſumuntur in tempore eſſe confectæ, vt euitetur ſuſpitio falſi, & præſumptio delicti. Sic præcisè *Puteus deciſ. ſua 121. libr. 3. num. 4.*

Litteræ cambij, ſi commiſſio, & partita adſit, ſtatim a debito liberant, & delegationem inducunt, & ratio eſt; quia dictæ litteræ fiunt a mercatoribus inter quos proceditur ex bono, & æquo, non ſeruantur apices iuris. Sic in terminis *Puteus deciſ. ſua 124. per totam lib. 3.*

Litteras cambij acceptans ſimpliciter, ſe obligat ad omnia in eis contenta, & ſolus debitor principalis efficitur, & remanet, poſtquam promiſerit ſoluere, vel ſoluerit, & indebitum ſcribentis ſolutum poſuerit *Burſat. conſ. ſuo 39. n. 3. vol. 1.*

Litteras cambij acceptans ſub aliqua qualitate, & forma obligatur periculo, & damno ſuo exequi litteras ſub illa qualitate. Sic poſt *Pariſ. conſ. ſuo 91. vol. 1. Burſat. conſ. 39. num. 8.* Nec mirum; litterarum enim cambij receptatores, ſunt obligati ſicuti ſcriptores, *Bimius conſ. ſuo 50. n. 91. vol. 1.*

Litteris cambij acceptatis ab vno ex ſocijs aliorum nomine, etiam diſſoluta ſocietate inſolidum tenetur is ſocius, & rectè conuenitur. Sic pulchrà *P. Bimius conſil. ſuo 50. n. 131. in 1.*

Mercator ſcribens alicui per cambium, vt ſoluat centū tali, illo non ſoluente, non liberatur a primo nummulario, qui numerauit pecuniam. Sic poſt *Bal. Salic. Barbatiam, & plures alios, Burſ. d. conſ. 39. n. 18.*

Litterarum cambij locus contractus dicitur ille, ad quē fuerunt deſtinatæ, & receptæ, non autem in quo fuerunt ſcriptæ. *Alderan. Maſc. concl. ſua 7. ad General. ſtatutorum interpræt. n. 72. & 73.* vbi pulchrè.

Litteræ cambij, quibus mercatores in Plateis vniuerſalibus vtuntur; originem traxerunt a materia conſtituti; ſic præcisè poſt *Bal. Cl. D. Peregr. ad Rubric. Decret. de pactis, n. 115.*

Scribentes litteras cambij an eo non ſoluto, teneantur, videnda *Rota Genuenſ dec. ſua prima, n. 3.*

Scribens litteras cambij an teneatur, quouſq; ille cui ſunt directè ſoluerit? *vide Rot. Genuenſ. deciſ. 1, n. 6.*

Contractus cambij quatuor perſonas exigit, & vnus

poteſt

poteſt duplici perſona fungi, & qui recipit de origine alicuius, dicitur eſſe eius procuratio *Rota Genuenſ. deciſ.* 1. *num.* 27.

Scribens litteras cambij, an tunc demum obligetur cum litteræ non acceptantur, vel acceptatæ non complentur. Vide eamdem *Rotam deciſ.* 4. *n.* 7.

Recipiens litteras cambij, & producens, eas approbat: eadem *Rota deciſ.* 8. *n.* 13.

Retinens litteras cambij, per temporis ſpacium eiſque non contradicens, an eas approbet. Eadem *Rota deciſ.* 8. *num.* 14.

Acceptante litteras Cambij non ſoluente, licet creditori facta proteſtatione regredi ad ſcriptorem. Eadem *Rota d. deciſ.* 8. *n.* 19.

Non nominatus in litteris, aut contractu cambij non poteſt iure exequutiuo exigere pecunias datas cambio, licet prætenderet illas eſſe ſuas. Eadem *Rota deciſ.* 10. *per totam*.

Dans ad cambium litteris non acceptatis, quam actionem habeat? eadem *Rota Genuenſ. d. deciſ.* 10. *n.* 16.

Litteræ cambij ſolutæ ſolent remanere penes debitores, eadem *Rota deciſ.* 26. *n.* 23.

Acceptans litteras cambij, & ſoluens, non poteſt petere intereſſe à ſcribente, niſi conſtituat eum, in mora, & quando intereſſe peti poſſit, vide *Rotam Genuenſ. deciſ.* 30

Pro cambijs ſiccis non debetur intereſſe. Eadem *Rota Genuenſ. deciſ.* 37. *n.* 11.

Verba poſita in litteris cambij pro totidem cambiatis non important ſolutionem, ſecus verba pro hic habitis, vel pronumerato. *Rota Genuenſ. deciſ.* 44.

Scribẽs litteras cambij non ſolutas, ſed proteſtatas tenetur ſoluere pecunias in litteris conſtitutas creditori. Eadem *Rota Genuenſ. deciſ.* 50.

Litteris cambij non acceptatis debetur intereſſe per ſcribentem. Eadem *Rota deciſ.* 57. *n.* 2.

Acceptans epiſtolam de ſoluendo alicui, licet non ſit littera cambij tenetur ſoluere, & etiam ad intereſſe. Eadem Rota.

Solito dare, & accipere pecunias cambio debetur intereſſe ratione damni emergentis etiam à recepto, ſiue effecto non ſoluendo, & non obſtante ſolutione ſortis receptæ cum proteſtatione. Eadem *Rota deciſ.* 99.

An mercatores conueniendi ſint, vbi ſolutio litterarum cambij eſt deſtinata? vide eamdem *Rotam deciſ.* 104. *num.* 7.

Mandans per litteras cambij pecunias ſolui alicui nulla præcedente obligatione, an pro cambio remaneat obligatus? vide per eamdem *Rotam deciſione ſua* 104. *numer.* 5.

Intereſſe cambiorum debetur ſolito cambia facere. Eadem *Rota deciſ.* 134.

Qui exigere debet cambium, poteſt eo non ſoluto, pecunias cambio accipere proteſtatione facta. Eadem *Rota deciſ.* 143.

Scribens litteras cambij, ei acceptis, non poteſt ordinem reuocare. Eadem *Rota deciſ.* 168. *n.* 3.

Acceptans litteras cambij, & ſoluere promittens neç congruo tempore ſoluat obligatur ad intereſſe, ita pulchrè *Hieron. Marlian. deciſ. ſua* 54. vbi ſubdit ita ſe iudicaſſe.

Intereſſe damni emergentis cambiorum, & recambiorum non debetur, niſi aliter fuerit legitime conuentum, *Clar. Bardellon. pulchrè conſ. ſuo* 89. *vol.* 1. *per totum*.

Et hæc pauca potiora tamen ex plurimorum ſcribentium ſcriptis collegiſſe ſufficiat. Reliqua ad materiam attinentia videas ponens *Hieronymum à Luca, & Thomam de Vio in ſuis tr. de cambijs, Morlam, d. q.* 25. *Bertazz. conſ. ſuo criminal.* 254. *in* 2. & ibi addentes *Borgnin. Caual. deciſ. ſua de contract. p.* 2. *Bottam conſ. ſuo* 56. *Lelium Zechum de vſuris, & penes plures alios quos ordinatim refert, & ſequitur Coſta de iuris & fact. ignor. Cent.* 1. *diſt.* 24. *n.* 9.

Videndus quoque *D. Ariſmin. Tapatus variarum ſententiarum iuris, lib. ſecundo, tit. de Litteris cambij, & eruditiſſimus D. Leonard. Leſſius de iuſtitia, & iure, libr. ſecundo c.* 23. *per totum*, vbi pulchrè, & ampie de hac materia. Addo *Benuent. Stracham de aſſecurat. gloſ.* 11. *num.* 42. *cum ſequentibus, & Ioannem Azorium Inſtitutionum Moralium p.* 3. *lib.* 10. *tit. de Cambijs, per totum*, vbi de materia omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè.

Cambia; & recambia, vt debeantur mercatori propter retardatam ſolutionem pecuniarum ſibi debitarum, quæ requiratur vide *Cl. Farinac. deciſ. ſua Rotæ Romanæ in nouiſs.* 775.

Cambia & recambia mercatorum, quę, & an licita ſint, vide *Card. Tuſcnm concl. ſua* 11. *in littera C.*

Cambiator quando teneatur ad pecunias receptas, vt alibi ſoluantur. Adde eundem *Card. Tuſcum concluſ. ſua* 12. *in littera C.*

Cambia ſemel recepta quamdiu durent, vide eumdem *Cardin. Tuſcum concl.* 14. *d. littera C.*

An mercator, qui habuit litteras cambij pro Padua poſſit mittere, & cogere campſorem ad dandum litteras pro Roma, diſtingue.

Aut litteræ ſecundum primum modum poſſunt effectum ſortiri, & non poteſt cogi campſor, aut non poſſunt veriſſimiliter ſortiri effectum, & poteſt cogi. Sic præcisè *Io Bapt. Cautius de Cambijs, pag.* 224. *col.* 2. *in fine.*

De materia quoque litterarum cambij tractat ex profeſſo, & pleniori cornu *D. Io. Bapt. Cauatius in ſuo tractatu de Cambijs per totum*, eum cõſulas. Adeas quoque *D. Franciſcum Bernardinum Porrum in nonnullis ſuis conſultationibus exiſtentibus, poſt tractatum dicti Cauatij de cambijs, & D. Card. Tuſcum concl. ſua* 362. *in littera L, vbi pulchrè.*

Conſuetudo mercatorum circa cambia eſt, quod recipiens cambia ſtet ad periculum ſortis principalis, quia cambia, vt ſint licita, debent recipi in præmium periculi. Sic præcisè *Card. Tuſchus concl. ſua* 898. *n.* 4.

Item debent eſſe in poteſtate recipientis ad cambia, poſſe reſtituere pecunias poſt primas nundinas, alia ſunt illicita cambia, ſic in terminis idem *Card. Tuſcus d. concl. num.* 5.

In litteris cambij, cum ſint ſcripturæ priuatæ, non requiritur de neceſſitate, quod apponatur. *Ioan. Petr. Fontanello de pact. nuptialibus clauſula* 1. *n.* 7. *in fine, gl.* 1.

---

## De Litteris credentibus, ſeu fide, vel quod idem eſt, aſſertorijs.

*SVMMARIVM.*

1 *Litteræ credentiales, quę ſint, pulchrè enodat, author, & n.* 3
2 *Et cur adinuentæ.*
4 *An ex litteris credentialibus contra ſcribentem oriatur probatio; duo caſus ſunt diſtinguendi.*
5 *Litteris credentiales generalibus verbis conſcriptæ non obligant neque probant contra ſcribentem.*
*Ratio ibidem, & n.* 7. *&* 8.
6 *Exempta.*
9 *Fallit in nonnullis caſibus, de quibus vſque ad numerum* 17. *incluſiuè.*
18 *Litteræ credentiales ſpecialitatem quandam continentes, probant contra ſcribentem, & num.* 20.
19 *Exemplum.*
21 *Amplia, vt in magis procedat, quando conſcriptæ eſſent à Principe, & ſigillo ſuo authentico roboratæ.*

Hacte-

1 HActenus de litteris cambij, nunc ſecundo loco de litteris credentialibus iuxta ordinem nobis propoſitum differendum eſt.

Sunt autem litteræ credentiales. (Ne termini ignorentur eæ, quæ ferunt per illum, cui dicitur in eis eſſe credendum, ad eum, cui diriguntur. Sic præcisè colligitur ex ſcriptis per *Hippolyto Rinaldo conſilio ſuo nono, numero decimoſexto, in primo*.

2 Adinuentę ſunt autem huiuſmodi litterę varijs ex cauſis, & præcipuè quo rectius mentem noſtram explicemus, cùm enim arcana litteris ſemper committere minimè expedire vſu compertum ſit, poſſibile namque eſt, vt vel vulgus intelligat, ſiue quod ipſemet litteræ intercipiantur, vel ſubtrahantur, aut amittantur, ipſarumnet litterarum vſus iure optimo adinuentus eum. Id quod nedum à mercatoribus verum etiam à Regibus ac Principibus, (nec regni quod non conuenit, alij ſcrutentur arcana,) vt plurimum obſeruari notatur *in l. mercatores, C.*
3 *de Commer. & mercatoribus*. Sic eleganter *Benuent. Straccha de aſſecurationibus gloſ. 11. numer. 31. & 32.*

His permiſſis, videndum modo, an ex ipſis litteris ſcribens efficaciter obligari poſſit?

4 In huiuſmodi difficultate, vt vera, & realis huiuſce rei habeatur reſolutio, duos ſaltem caſus arbitror diſtinguendos.

5 Primus quidem, & principalis eſt, quando nimis generalibus verbis ſunt conſcriptæ, & hoc caſu nullum obligationis, vel probationis effectum contra ipſummet ſcribentem reſultare, cum potius ad commendationem datæ, quam aliam ob cauſam cenſeantur, tradidere paſſim Scribentes.

6 Exempla autem pro iunioribus poſſunt eſſe, veluti, ſi dicatur; Mæuio, qui tibi has meas tradet, fidem plenam adhibebis; Vel ſic; Mæuio omnibus in rebus, quæ tibi meo nomine dicet, fidem plenam adhibebis. Vel ſic; Mæuius lator præſentium eſt perſona fidelis, vnde potes de eo confidere. In his enim omnibus caſibus virtute antedictarum litterarum in prȩiudicium ipſius ſcribentis nil agi poſſe, adeo certum eſt, quam quod certiſſimum, *arg. text. in l. fin. C. quod cum eo, in l. & eleganter, §. fin. ff. de dolo malo, & in l. ſi verò non remunerandi, §. cum quidam, ff. mandati*.

7 Sic præcisè, & eleganter docuit ante omnes, *Bar. in l. Lucius Titius, nu. 1. ff. de Fideiuſſoribus, & tangit etiam in l. ſi pupilli, §. item ſi procuratori, de neg. geſtis, num. 4.* Eundem ſequuti ſunt *Canoniſtæ omnes in cap. fraternitati, de clericis non reſid.* & ibi in ſpecie *Abb. numer. 6.* vbi ſubdit, quod ſi forſan ille, cui ſcribitur, mutuaret pecuniam nuncio, vel ſecum contraheret nomine ſcribentis, nullum præiudicium inferri poſſet ipſimet ſcribenti, nec contra eum actione mandati agi poſſet.

8 Sequutus eſt etiam *Bal. in d. l. fin. C. quod cum eo, vbi ſub numer. 3.* inquit, quod litteræ credentiales informes, generales ſunt, & ideo is, qui eas affert, ſcribentem non obligat, propter nimiam enim obſcuritatem tales litteræ non valent, *arg. l. ita fidei, ff. de iure fiſci, & latius, vt per eum*.

Hoc idem quoque docuit *Pariſ. conſil. ſuo 47. num. 80. volum. 1. Benuenut. Stracha, d. gloſ. 11. num. 33. & Boerius, quæſt. ſua 282. num. 2. vbi pulchrè. Addo Clar. viros D. Menoch. de arbitr. libr. 2. centur. 1. caſu 94. numer. 20. & Maſcard. de probationibus, concluſ. ſua 627. numer. 51. concluſ. 629. numer. 1. 2. & 3. & concluſ. 1009. numer. 16.* Videndus quoque *Schuuartzenthaler in ſuo tract. de ſtipulationibus, pag. mihi 765. num. 62. & Ioachim Beuſt. in d. l. admonendi, num. 1062. cum duobus ſequent.* Addo nouiſſimè poſt hæc ſcripta viſum *D. Alexand. Trentacinq. variar. reſolut. vol. 1. lib. 3. tit. de ſolutionibus reſolut. 38. verſ. prima eſt*. Et hæc eſt veriſſima concluſio, quidquid ſubtilibus rationibus motus ſcripſerit *D. Rutgerus Rulant. de Commiſſionibus, libr. 5. cap. 14. num. 20.* dum ex litteris credentialibus, quantumcumque generalibus efficacem oriri obligationem, probationemque pleniſſimam opinatus eſt.

9 Reſtringitur autem, ac limitatur, primus iſte caſus varijs modis.

10 Primus quidem eſt, quando ex perſona ſcribentis obſcuritas hæc, quæ ex litterarum generalitate oritur, certior quodammodo redderetur, v.g. ſi is, qui litteras afferebat, & cui fidē haberi ſignificabatur, inſtitor eſſet ſcribentis in aliqua negotiatione, ſeu menſa; tunc. n. qui litteras ſcripſit, ſenſiſſe videtur in ea negotiatione, ſeu menſa, cui litteras afferens propoſitus erat, fidem adhiberi.

11 Caſus eſt notabilis ſecundum *Bart. in d. l. Lucius, num. 1. in l. quicunque §. ſed cum fullo, ff. de inſtitor. ſub illis verbis*, (plenè ſi affirmauerit mihi rectè me credere operarijs ſuis, non inſtitoria, ſed ex locato tenebitur, &c.

12 Et licet *Raphael Cuman. in d. l. Lucius, de fideiuſſoribus*, hanc ſententiam per illum text. minimè probari fuerit arbitratus, eius tamen opinio vti falſa damnatur per *Stra-*
13 *cham d. loc. n. 34.* quem vide. Hanc eamdem limitationem ſequuti ſunt etiam Communiter Scribentes *Abb. in d. c. fraternitati, d. nu. 6. verſ. vel aliud* præſumeretur, *Maſcard.*
14 *poſt Boerium d. concl. 620. n. 4. & n. 1009. n. 19.* ac plerique alij. Addo *Vital. de Camban. de Clauſ. pag. mihi 399. n. 2. ver. fallit. & Trentacinqu. citata reſolut. 18. verſ. hæc Concluſio*.

15 Coarctatur ſecundo loco ſupradictus caſus, quando in epiſtola diceretur. Adhibe latori præſentium plenam fidem ſuper me, vel periculo meo; tunc enim ſuper eo, quod poſtea actum eſſet contra mittentem, & probatio, & obligatio induceretur. Sic præcisè docuit *Bart. in d. l. Lucius, verſ. item fallit*, quod probat per *text. in l. ſi remunerandis, §. ſi quis mandauerit, in fine, ff. mandati*. Addo ego *text. in d. l. Lucius ibi*, (fide, & periculo meo) ſequitur *Stracha d. loco, num. 35. & Maſcard. d. concl. 629. nu. 7. & 1009. numer. 20.* Addo *Vital. de camban. præcitato loco, verſ. item fallit, & Trentacinq. d. reſolutione verſicul. ſecundo non procedit*.

16 Reſtringitur, ſeu declaratur tertio, quando ipſemet litteræ credentiales eſſent conceptæ in hæc, ſeu ſimilia verba; Tabellario, ſeu latori mearum litterarum mandaui, vt meo nomine faciat quidquid voluerit. Hoc enim caſu obligari poterit dominus, idemque ſcribens. Sic in terminis *Bald. in d. l. fin. num. 4. C. quod cum eo*, qui ait hoc indiſtinctè velle *text. illum*.

17 Subiunxit tamen notandum eſſe ſub iſto generali arbitrio caſum ſpecialiter prohibitum non comprehendi, vt puta donationem. *Text. eſt notabilis in l. 1. §.* vbi etiam *gl. ff. quod iuſſu*, & latius vt per eum. Sequutus eſt, hoc idem *Stracha d. loco numero 36.* & omnium elegantiſſimè *Bertaz. conſil. ſuo ciuil. 75. numero 43. & 44.* Addo *Maſcard. præcitata concluſio 1009. numero finali*.

Alias fallentias deducit *Trentacinq. citat. reſolution. 18. ver. nota, & ver. 4. & vltim. vide per eum*.

18 Alter quidem principalis caſus eſt, quando litteræ ipſæ credentiales ſunt magis ſpeciales, quam ſupradictum eſt, veluti ſi dicatur. Mæuio præſentium latori, cui animum,
19 atque conſilia credidi, ſeu quem intentionem meam plenè docui, ſuper tali negotio plenam fidem adhibebis. Hoc in caſu contra ipſum mittentem ex ipſis oritur probatio. Sic præcisè docuit *Bar. in d. l. Lucius, ver. quandoque* iſtæ litteræ, vbi ſubdit aduertendum ex his ipſis litteris, vt ſupra conceptis, non mandari, vt aliquis contractus cum eo celebretur, ſed dumtaxat, vt credatur in his, quæ refert, quod tamen ſublimitat, quando perſonæ qualitas aliud ſuaderet, vtputa ſi eſſet inſtitor, & latius, vt per eumdem Bart. qui de hac materia vberius edidiſſerit, quem vt conſulas, tibi author ſum.

20 Hoc idem omnium pulcherrimè, & latiſſimè ſequutus eſt etiam *Straccha d. gloſ. 11. numer. 37. & 38. & Maſcard. d. concluſ. 629. numero 2. & 8. concl. 1009. numer. 17.* Addo

*Abb. in capit. fraternitati, ferè in fine, & Boerium d.quæſt.* 282. *numero* 2. vbi pro corroboratione adducit *text. in litteras,C.mandati,*videndus quoque *P. Fuſcus in ſuis Singul.in verſicul.litteræ credentiæ, & Ioach Beuſt. in l.admonendi, numero* 1065.

21 Amplia, vt iſta Concluſio eo magis procedat, quando ipſemet litteræ credentiales conſcriptæ eſſent à Principe, ac ſuo ſigillo authentico roboratæ, tunc enim plenè probarent.Sic inter alios *Ioan.Kopp. deciſ. ſua 46. numero* 53.

Latius autem de materia huiuſmodi generis litterarum diſſerit *D.Alex.Trentacin.d.reſolut.*18.*vide per eum*, Adeundus quoque *D. P. Rebuff. in ſuo tract. de cedularum recognitione,num.*99. & 100. vbi etiam an ipſemet litteræ confeſſatæ, & recognitæ habeant exequutionem paratam necne,eleganter ediſſerit. Adeundus quoque *Illuſtr. Card.Tuſcus concl.ſua 366.in litter.L, & D.Anton.Gomez. Var.Reſolution.2. cap.13. numer.5.*

## De Litteris commendatitijs.

*S V M M A R I V M.*

1 *Litteræ commendatitiæ quæ ſint, deſcribuntur.*
2 *Litteræ commendatitiæ non obligant ſcribentem, & num.3.*
4 *Et hæc eſt veriſſima opinio.*
5 *Fallit primo quoad nobilitatem probandam.*
6 *Item quando in ipſis litteris commendatitijs continetur aliquid certi.*
7 *An ex verbis teſtatoris commendatitijs inducatur legatum, vel fideicommiſſum, ſi teſtator commendet aliquem hæredi videndi Doct. remiſſiuè.*
8 *De litteris commendatitijs fit etiam in iure Pontificio ſæpè mentio,prout recenſet author ex aliorum ſententia, vſque finem.*

1 VIſo, quæ ſint litteræ redentiales, videndum modo, quænam ſint commendatitiæ.

Deſcribuntur autem, vt ſint eæ, per quas ſit commendatio de vita,& moribus alicuius. Sic poſt alius Strachra de aſſecurationibus *dicta gl.vndecima numer.trigeſimo.*

An autem ex eis oriatur obligatio contra ſcribentem, non eſt leuis inter Doctores duſputatio.

2 Ego,vt apertè hac in rem meam primam ſententiam, ſentio rem pro negatiua abſque dubio eſſe definitam. *Text. vt opinior, notabilis in l. fin. C. quod cum eo,*vbi clare per I. C. deciditur, familiares epiſtolas, quibus homines plerumque commendamus, ad obligationes non eſſe protrahendas.

3 Accedit ſecundo loco *text. clariſſimus in l. ſi vero non remunerandi, §. cum quidam, ff. mandati*, vbi ſic legitur, (cum quidam talem epiſtolam ſcripſiſſe amico ſuo. Rogo te, commendatum habeas Sextilium Creſcentem amicum meum) non obligabitur mandati, quia commendandi magis hominis, quam mandandi cauſa ſcripta eſt.

Suffragari quoque videtur poſſe *text.in leg. & eleganter,§.fin.ff.mandat.*

4 Et eſt veriſſima iuris propoſitio,quam ſequuntur omnes infraſcripti *Bart.in d l.Lucius,de fideiuſſ.Bald. in d.leg. fin.C.*quod cum eo,& ibidem *Alberic.*vbi ſubdit. Ideo facilè ſe homines reddere ad ſcribendum litteras commendatitias, cum nulla ex his ſequatur obligatio, ſequitur quoque *Straccha d.gl.11. num.26. Boer. quæſtion.ſua 282. numer.2. & poſt Crauett. de antiquit. tempor. & alios Maſcard. d. concluſ. ſua 629. numer. 9. cum duobus ſequentib.* Addo *Camil.Borel.conſil.ſuo 47.num.17. Coſtam de retrotr. caſu 6.cap.8,num.6 & P. Fuſcum in ſuis ſingul. in verſ.epiſtola commendatitia, & Ioachim Beuſt.in d.l.admonendi,numero* 1058, & 1059. Videndus quoque *Vital. de Camban. de clauſul.pagin.mihi 399.numer.2.& Pyrrhus Alfanus,ad Rubric.digeſtorum,de verbor. obligat. num.4.* adnectendus eſt etiam bene eruditus *Ioann. Koppem quæſt.ſua 36.num.* 10.vbi concordantes deducit,& *Ang.in l.fin C.Quod cum eo.*Addo *D.Rutger.Rulant.de commiſſionibus l.5.c.14.n.14.*

5 Fallit primo, iſta Regula quoad vtilitatem quo ad enim eam probandam ex huiuſmodi litteris oritur probatio.Sic præciſè inter alios *Mazar.conſ.ſuo 95.numer.5.*

6 Fallit ſecundo,quando in ipſis litteris commendatitijs continetur aliquid certi, tunc enim contra ſcribentem oritur obligatio,ita *Bart.in d.l. Lucius, numero 1. per illum text.de fideiuſſor.& ſequitur Bertaz.conſil ſuo ciuil,73. numero* 33.Addo *Beuſt.d.l.admonendi, num.*1061. vbi exemplificat, puta ſi Titius in ſuis litteris commendatitijs ad Seium datis petijſſet,vt Seius vellet huic,quem commendaſſet dare mutuo centum aureos, quos vellet vigore iſtarum litterarum reſtituere: tunc enim efficaciter obligaretur,adducit corroboratione *text.in l.fin. C. quod cum eo,qui in alt.pot.in leg.ſi litteras, Codic.mandat.* Addo *Rulant.præcitato capit. numero* 15.

7 Sed pulchra hic ſuboritur dubitatio,& eſt. An ex verbis teſtatoris commendatitijs inducatur legatum, vel fideicommiſſum, ſi teſtator commendet aliquem hæredi. Videndus *Alex.conſil.158.lib.7. Crauett.tangit de antiqu. tempor.in verſic.vidimus abundè numero 47.& P.Fuſcum, in ſuis ſingularibus in verſic. epiſtola commendatitia.*

8 Pro coronide huius materiæ obſeruandum volo,quod de ipſis litteris commendatitijs in iure etiam Pontificio fit ſæpè mentio,Scripſit enim Innocent.de his,in titul.de clericis peregrinantibus,in hæc verba.

(Nota, quod aliæ ſunt commendatitiæ, & aliæ dimiſſoriæ.

9 Commendatitiæ dicuntur, per quas fit commendatio de vita, & moribus exprimuntur etiam ordines quos ibi habet.*arg.72.diſt.cap. penult. & vltimo.*

10 Litteræ autem dimiſſoriæ dicuntur, per quas dimittitur à iuriſdictione prælati *3.diſt.cap.vltimo*. Has autem non poteſt concedere prælatus minor Epiſcopo, *de offic. Archid.cap.ſignificaſti.*Commendatitias credo poſſe concedere quoslibet bonos prælatos.*Doct. omnes, in d. capit. fraternitati,de cleric.non reſidentibus,*& ibi in ſpecie Imola,vbi vlterius litterarum commendatitiarum tria inquit, ſunt genera.

11 Primum. Dimiſſoriarum,quibus clericus dimittitur, & abſoluitur à poteſtate ſui Epiſcopi, in quibus perhibetur teſtimonium de vita,& ordinibus illius: & has de iure communi ſoli concedunt Epiſcopi,non autem inferiores,

12 Secundum genus,quod datur clerico,vt ab alieno Epiſcopo poſſit inſtitui, ſeu ordinari, & hoc Epiſcopus, & Capitulum Sede vacante concedit,& quilibet, ad quem ſpectat ſpiritualium adminiſtratio in Eccleſia Cathedrali. Nechas dare poteſt,vt ſubijcit, Archid. nec Vicarius Epiſcopi niſi aliud habeat in mandatis.

13 Tertium, quod datur clerico, qui pietatis ergo peregrinatur, & hoc ab Epiſcopis regulariter ſolet concedi: ſed hæc ſatis,cum extra materiam videantur eſſe. Videndi *Canoniſtæ in d.cap.fraternitat.Borrol.conſil.70. numer.5. cum ſequent. & quæ Sancta Synodus Tridentina circa prædicta ſanctè quidem decreuerit ſeſſion.14.cap.2. & ſeq.*

## De Litteris amatoris.

*SVMMARIVM.*

1 *Adulteria ſunt difficilis probationis, ſicut & alij prohibiti concubitus.*
2 *Et ob id coniecturis, ac præſumptionibus rectè probari poſſunt.*
3 *An ex litteris amatorijs adulterium fuiſſe commiſſum rectè probari poſſit, dubitatnr.*
4 *Communis ſententia ſtat pro affirmatiua.*
5 *Ratio.*
6 *Opinio Clar. Menoch. hac in re deducitur, quam ſequitur author, num.* 8.
7 *Litteræ amatoriæ non probant matrimonium contractum, ſed bene contrahendum.*
9 *Quædam opinio Thomæ Sanchez deducitur, & num.* 10.
11 *Reprobatur per authorem, & n.* 12. *cum ſeqq. vſque in fin.*

1 CVm clam, & occulte committi ſoleant adulteria, & prohiti, concubitus, ſintque ob id difficilis probationis, vt latè reſpondit *D.Men.de arbit.lib.2.c.116.& D. Maſc.concl.57.n.3.* Factum hinc eſt, vt præſumptionibus, & coniecturis rectè probari poſſint. Sic idem *Menoch. conſ.31.num.18.& 19.* poſt infinitos relatos, & *D.Maſcar. d.concluſ.57.numer.6.& 7.*

3 Dubitatur nunc itaque; an ex litteris amatorijs adulterium fuiſſe commiſſum deprehendi poſſit?

4 In huiuſmodi difficultate communiter à Doctoribus itum eſt in opinionem affirmatiuam, dummodo ſint ſcriptæ inter amaſios, & penes eos repertæ, ac recognitæ. Sic præciſè poſt *Fel.in capit.ſcripta, numero 12. de fide inſtrumentorum, D. Hippolyt. Riminald. conſilio ſuo 261. numero 71. in tertio, & Maſcard. concluſione ſua 64. numero decimo, in fine,* vbi adducit *text. in leg.non epiſtolis, C. de probationibus. Sequitur Cardinal.Pariſ.conſilio 54. numero 64.volum.4.* Vnius eruditiſſimus *deciſione ſua 241.numero 18.in ſecundo.* Addo Ioannem *Zangerum in ſuo tractatu de tortura:capit.2.numero 76.& Clar.virum, & nunquam ſatis laudatum D.Farinacium in ſua Praxi, & Theoric.crimin.part.2.tom.2.titul.de delictis Carnis, quæſt.136. capit.4.numero 126.& 127.* vbi plures alios concordantes deducit.

5 Et ratio mea ſententia, ea poteſt eſſe, quia ad ipſum comprobandum ſufficiunt præſumptiones ac coniecturæ, vt proximè diximus.

6 *Cl.autem Menoch.lib.5.præſumptione 41.numer.fin.* docet prudentis iudicis arbitrio pro litterarum tenore hoc tribuendum: nam ſi fateretur mulier præteritos concubitus, res manifeſta contra eam eſſet. Sed hoc raro euenit, niſi imprudentiſſima ſit mulier, ſi vero eſſent litteræ quibus mulier requireret virum, vt ad eam acederet, futurum, non præteritum arguerent.

7 Quemadmodum dicimus in ſimili, quod ipſæ litteræ amatoriæ non probant matrimonium contractum, ſed bene contrahendum ad tradita per *Viuium d. deciſ. 241. num.19.& P.Aemil.Veral.lib.2.deciſ.ſua 212. numero 10.*

8 A cuius quidem Cl. Menochij opinione minimè arbitror recedendum.

9 Non omittendum eſt autem admodum *Reuerendum Patrem Thomam Sanchez in ſuo celebri tractatu de matrimonio, libro 10. titulo de Diuotio, diſputatione 12. quæſtione 3. numero 48.* poſt relatos Doct. opiniones hinc inde, eius opinionis extitiſſe, quod adulterium per ipſas litteras amatorias minimè probetur, & ſi in eis mulier proprium adulterium fateatur, & conſiderat, quod confeſſio extraiudicialis, qualis eſt hæc, non plenè probat, ſed con-
10 ſtituit dumtaxat iudicium ſufficiens ad torturam, Adducit *Abbat. & Maſcar. inter cæteros de probationibus concl. 350.numero 1. & ſequentibus.*

11 Hæc tamen tanti viri opinio, vti noua mihi parum probatur, arbitror enim ego, quod ſi mulier proprium adulterium fateatur per litteras ipſas amatorias per eaſdem contra ipſam confitentem adulterium ipſum plenè probetur, ad vulg. *l.Publia, § fin.ff.depoſiti,* & ſic etiam ſentit *Clar.Menoch.loco ſuperius admonito.* Præterea conſidero textum huiuſmodi difficultatem decidentem *in capit. penultim.de adult.* ſub illis verbis.

Mandamus, quatenus, niſi tibi conſtiterit, vel per euidentiam rei, vel per confeſſionem legitimam mulieris votum, quod adulterata ſponte fuiſſet, ipſum recipere compellas eamdem.

13 Nec reſpondeat *Sanchez, præcitato loco ſub numero 39.* confeſſionem illam factam per mulierem de qua in text. factam fuiſſe in iudicio, prout animaduertit *gloſ. ibidem, & Hoſtienſ.inter cæteros quod non contingit in caſu noſtro.*

14 Replicatur enim id minimè obeſſe, quandoquidem idem iuris, quando conſtaret de adulterio commiſſo per mulierem, vel per euidentiam rei, vel per ipſius legitimam confeſſionem, pront deciditur in *d. c. penult. vel per inſtrumenta,* vel dicta teſtium, vel per quemlibet alium legitimum modum, prout eſt *text.ad litteram in c.Cum ad ſedem, §.quia vero in princ.de reſtitutione ſpoliatorum,* & tradit idemmet *Hoſtienſ.in d.c.penult.num.3.verſ.quod ſi præ-*
15 *dicto modo.* Iam autem epiſtolam ipſius manu conſcriptam, vel ſubſcriptam legitimum eſſe modum pro dicto effectu, nullus eſt ex Scribentibus, qui erat inficias; Vnde non officit; & hac eadem opinione retenta.

16 Non refragatur modo, quod ex aduerſo deducebatur, videlicet, confeſſionem extraiudicialem minimè probare, ſed duntaxat indicium ad torturam facere.

17 Reſpondetur enim, ſupradictam regulam fallere, ſi talis confeſſio facta fuerit in epiſtola, quia tunc plene probat, per Pauli reſponſum generale *in dict. l. Publia.* Nec ſane mirum, vt enim alias diximus per epiſtolam videtur quis alioqui abſentem, dummodo ipſi præſentetur, & ab eo acceptetur, quod in caſu noſtro ſupponitur, & ſic adulterium ipſum videtur comprobari per legitimam partium confeſſionem; ſic præciſè regulam illam, quod confeſſio extraiudicialis, facta abſente parte minimè pro-
18 bet ſi facta fuerit in epiſtola, limitat, ac coarctat *Clariſs. Maſcard. de probation. concluſ.ſua 347.numero 104. cum ſeqq.* vbi tamen id ſublimitat, quando mittens ipſe reuocare epiſtolam, vel ex hac vita migraret, antequam illi, cui exarata fuit ipſamet redderetur; Sequitur hoc idem *D.Vincent.Mazinus in ſuo tract.de Confeſſione, capit.2. numero 34.* vbi plures concordantes deducit. Et hæc ſatis. An autem, & quando mulier ex ſola confeſſione, puniatur de adulterio, in præſentiarum minimè diſcutio. Sed adeundus *D.Hercules Mareſcottus variar.reſolution. lib.2. cap.89.vbi pulchrè.*

## De Epiſtola exhortatiua.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſtola exhortatiua non probat conſenſum ſcribentis ſibi præiudicialem.*
*Ratio ibidem.*
2 *Limitatur iſta concluſio in quodam caſu, ſuper quo reſpondit Soc.conſil.291.numer.7. cum ſeq.*

3 *Caſus recenſetur.*
4 *Socinum ſequuti ſunt communiter Scribentis.*
5 *An ex his verbis inſertis in epiſtola: Noli dubitare hoc facere, quia nolo, quod ex eo damnum aliquod patiaris, inducatur obligatio ad præſtationẽ indemnitatis dubitatur.*
6 *Alexander pro negatiua.*
7 *Author eſt in oppoſitum.*
8 *Ratio, & numero 9.*
10 *Opinio authoris eſt communiter recepta.*

Hominum quamplurimi, qui alicui litteras exarando diuerſimode ſibi præiudicium inferunt, cum facilimè reperiantur, an hoc idem ex litteris alicuius exhortatorijs vſu venire poſſit, contingit, hoc in loco congrue dubitari.

Ambigitur itaque.

An epiſtola exortatiua probet conſenſum ſcribentis ſibi præiudicialem?

1 HVic difficultati ſatisfaciendo, ac inſimul breuitati conſulendo: conclude pro negatiua: idque quoniam in dubio obligatio non præſumitur ad legem ſi cum aurum, de ſolut. ſic præcisè Doct. omnes inferius allegandi, quidquid poſt Fuſcum dixerit *Rutger. Ruland. de Commiſſionibus lib. 5. c. 14. num. 15. in fine.*

2 Limitatur autem iſta communis Concluſio in quodam caſu, ſuper quo ex facto conſultus reſpondit *Soc. ſen. conſil. ſuo 291. numer. 7 cum multis ſeqq. in ſecundo.*

3 Duo extabant fratres ſimul habitantes. Mæuius puta, & Sempronius, non tamen erant ſocij omnium bonorum: Mæuio cum filia natu grandis, viri potens, ac in ętate nobili reperiretur; cumque de ea viro nobili in vxorem tradenda tractaretur, quia tamen maiorem dotis quantitatem promiſſam ſponſus futurus enoptabat, idem Mæuius pater, ac frater reſpectiuè, ſed difficiles reddebant.

Sempronius alter frater hoc intellecto. Mæuio fratri ſuo abſenti ſcripſit in hæc verba. Oblatam conditionem ne dimittamus, neque per ſegnitiem, neque per ignauiam, neque per facultates. Dubitatur ante litteris prędictis ipſius Sempronij conſenſus ita arguatur, vt ex bonis communibus illi filiæ, ac nepti reſpectiuè dotem pręſtari fuerit contentus.

Soccinus ſenior, vt dixi, ex facto conſultus reſpondit ampliſſimè pro affirmatiua, rationibus, vt per eum ele-
4 gantiſſimè perpenſis. Eundem ſequuti ſunt etiam quamplurimi alij, *Crauetta de Antiquit. temporum, parte 1. verſiculo vidimus, & abunde, num. 43. & 44. Straccha dict. gloſ. 11. num. 27. Maſcardus concluſ. ſua 629. num. 12. & 13. & prius concluſ. ſua 417. num. 26. & Bertazzol. conſilio ſuo ciuili 75. numero 34.*

5 Sed pulchra hic ſuboritur dubitatio, & talis eſt Męuius ſcribit alicui puta Pamphilio in hæc verba. (Noli dubitare hoc facere, quia nolo, quod ex eo damnum aliquod patiaris) dubitatur modo, num ex his verbis inducatur obligatio ad prædeſtinationem indemnitatis.

6 *Alexander in huiuſmodi difficultate conſil. ſuo 199. lib. 7. ſentit pro negatiua.*

7 Ego vero totum oppoſitum: moueor tali ratione.

8 Quid vult aliquid, vult omne illud, per quod peruenitur ad illud, & qui vult conſequens, vult etiam neceſſarium antecedens ad illud, iuribus vulgatis.

9 Si ergo Mæuius vult Pamphylum damnum non pati, indemnitatem quoque ipſimet eumdem pollicitum eſſe aſſerendum eſt, *arg. leg. 2. de iuriſdict. omnium iudic. & l. illud, de acquir. hæred. cum ſimilibus.*

10 Et hæc (mea ſententia) eſt verior opinio, quam etiam ſequutus eſt *Crauet. in d. tract. de antiquit. temp. d. verſ. vidimus, & abundè, n. 45. & Strach. d. gl. 11. nu. 28.* Hæc ſatis.

## De litteris Onerarijs, alias de Porto, ſeu Lygagiorum.

Materiam huiuſce generis litterarum adeo doctè, & eleganter enodat *D. Benuent. Stracha d. tract. de aſſecurat. d. gl. 11. à numero 50. vſque in finem,* vt nil aliud ſuperaddi poſſe commodè videatur.

Ad ipſum ne ex ſcriptis ſcripta conficiam, ac aliena mihi vſurpare videar, lectorem beneuolum remitto. Tangit etiam *D. Maſcard. concl. ſua 990. n. 10. & Sebaſt. Medices deciſ. ſua Marchiana 6. num. 9.* vide per eos.

## De Litteris Officioſis, ſeu Reuerentialibus.

De hac litterarum ſpecie, latè & pulchrè diſſerit *D. Laderch. Imolenſ. conſil. ſuo* 101. *vide per eum.*

Videndus quoque *Clariſs. Eques D. Peregr. conſilio ſuo 94. numero 5. & 6. in primo,* vbi nonnullos alios de hac eadem materia diſſerentes deducit.

Tangit quoque *Iaſ. in l. ex his verbis, num. fin. C. de teſtamento militari, vide per eum.*

Adeas quoque *textum in l. Lucius Titius, ff. de donation. & in l. Attilius, ff. eod.*

---

## De Litteris Teſtimonialibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Litteris teſtimonialibus plena fides adhibetur.*
2 *Notariatus probatur per litteras teſtimoniales legalitatis Notarij per ordinarium loci domicilij ipſius Notarij conceſſas, quæ habeant Sigillum, & alia ſolita requiſita, & num. 3.*
4 *Contrarium ſenſit Paulus de Caſtro.*
5 *Cuius opinionem in puncto iuris eſſe veriorem atteſtatur Decius.*
6 *Priorem ſequitur Author.*
7 *Fundamenta Caſtrenſis reſoluit Hippolyto de Marſilijs.*
8 *Declaratur tamen ſupradicta opinio retenta varijs modis, de quibus, & numeris ſequentibus vſque in finem.*

1 AN Litteris teſtimonialibus plena ſit adhibenda fides? vertitur in controuerſiam. Huic autem difficultati breuiter ſatisfaciendo, conclude pro affirmatiua. Sic poſt *Baldus, Angelus, & alios, D. Hippolyt. de Marſil. in repetitione Rubricæ. C. de probationibus, numer. 311.*

2 Hinc probatur Notariatus per litteras teſtimoniales legalitatis Notarij per ordinarium loci domicilij ipſius Notarij conceſſas, quæ habeant Sigillum, & alia ſolita requiſita, talibus enim litteris vtique fidem eſſe adhibendam, poſt nonnullos relatos omnium latiſſimè, & elegantiſſimè teſtatus eſt idem *D. Hippolyt. de Marſilijs, in l. ſi quis ne quæſtio, num. 144. ff. de quæſtionibus,* vbi ſubdit hunc modum per totam Italiam, immo quaſi per totum orbem practicari. Sequitur poſt quamplures alios adductos *Clariſs. Maſcard. de probationibus, concluſ. ſua 1098. numero 5.* Addo eruditiſſimum *D. Fuluium Pacianum in ſuo pariter tract. de Probationibus, libro 2. cap. 21. numero 61. & 62.* vbi ſubdit, quod his litteris etiam in magna ſumma creditur, & imputandum eſt ei, qui non
3 procurauit eas habere. His accedunt Antonius à Sola, in conſtitutiones antiquas Sabaudiæ, tit. de depoſitionibus contra formam extrinſeca inſtrumẽtorum, *gl. 2. n. fin.*

*pag. mi-*

*pag.mihi* 127.*& Hieronym. Marilian. deciſ. ſua Genuæ* 53. *num.*6.& eſt veriſſima,& receptiſſima concluſio, quam etiam ſequutus eſt *Cl.Rimin. iun. conſ. ſuo* 339. *numer.*23. *cum ſeqq.*

4 Obſeruandum eſt tamen, contrarium ex profeſſo docuiſſe *D.Paulum de Caſtr.in conſil.ſuo* 394.*numer.*2.*volum.* 1.ſenſit enim is huiuſmodi litteris teſtimonialibus quoad probandum quem eſſe Notarium, minimè credendum eſſe. Mouetur pluribus rationibus, de quibus vide per eum.

5 Et hanc Caſtrenſis opinionem in puncto iuris eſſe veriorem teſtatus eſt *Philippus Dec.in c.*1. *n.*53. *de fide instrumentorum.*

6 A contraria tamen opinione, quæ teſte eodem Decio in præcitato loco,*& Rutger.Rulant.de commiſſion. lib.*5.*c.* 12.*n.*21. obſeruatur in Praxi minimè recedēdum iudico.

7 Nec officiunt authoritas, & fundamenta Caſtrenſis, cuncta enim adeo doctè, & eleganter diſſoluit, ac refellit *D.Marſilius in d.leg.ſi quis ne quæſt. præcitat. nu.*144. *cum ſeq.*vt nil aliud ſuper addi poſſe,vt vnuſquiſque etiam peritiſſimus fateatur,neceſſe ſit;ipſum lector conſulat; non enim ex ſcriptis ſcripta conficienda ſunt.

8 Declaratur tamen illatio præmiſſa procedere, quando inſtrumentum ex longinquis partibus adeò veniret,quod valdè difficilis, & fere impoſſibilis alia probatio exiſtimaretur,& in his præciſis terminis loquitur *Marſilius, in dic.l. ſi quis ne quæſtio, numer.*145. tūnc enim abſque aliqua recognitione probarent litteræ teſtimoniales modo tamen expeditæ apparerent in forma publica, & conſueta, & non eſſent aliqua digna de cauſa ſuſpecta.

Sic præcisè declarat *D.Maſc.d.concluſ.*1098. *nu.*6. vbi ſubdit,quod alias Sigillum foret recognoſcendum, vel ad comparationem, litterarum recurrendum.

9 Dixi autem (quando inſtrumentum ex longinquis partibus veniret) iure mertio: ſi enim proueniret ex patria,aut loco illi proximo, tunc ordine iuris ſeruato procederetur ad inquiſitionem veritatis, aliter, prout iudex arbitraretur faciendum, & practicam huius probationis docuit inter alios *D. Roland. à Valle, conſ. ſuo* 32.*num.*13. *vol.*2.Sic eleganter animaduertit *Sola,d.n.*14.*in fine.*

10 Secundo loco declaranda ſunt præmiſſa, ad hoc ſcilicet, vt faciant fidem huiuſmodi litteræ teſtimoniales non ſufficere,vt in eis dicatur. Quod talis ſit tabellio, & pro tali publicè habeatur; ſed etiam opus eſſe, vt dicatur, quod talis tabellio ſcripſit hoc præſens inſtrumentum, quod incipit ſic,& finitur ſic.

11 Et ratio eſt; quoniam litteræ ipſæ teſtimoniales non faciunt fidem niſi de contentis in eis, & ideo ſi negaretur Notarius,litteræ quidem facerent fidem de Notariatu;at ſi tabellio non negaretur, ſed ſolum diceretur aliud inſtrumentum non fuiſſe ſcriptum manu illius, tunc illæ litteræ hoc non facerent fidem, niſi & hoc in eis eſſet expreſſum; ex quo fit, vt ibi prædictæ litteræ hoc non atteſtarentur, tunc opus eſſet venire ad litterarum comparationem, etſi tabellionis copia poſſet haberi, ipſe vocandus eſſet ad iurandum,an inſtrumentum ab eo fuiſset publicatum, vel ab ea ſcriptum *iuxta tradita in §.his vero, cum §. præcedenti, in Authentica, de inſtrumentorum cautela.*

12 At ſi neque Notarij,neque litterarum eiuſdem,ex quibus fiat comparatio, neque teſtium copia poſſit haberi, eo, quia fuiſset Inſtrumentum confectum in regionibus alienis, & Notarius non negaretur, forſitan ob litteras teſtimoniales; ſed ſolum diceretur inſtrumentum non fuiſse ab eo publicatum,vel ſcriptum,tunc ex communiori Scribentium ſententia, credendum eſset inſtrumento publico propter impoſſibilitatem comparationis faciendæ, & maximè quando producens illud inſtrumentum eſset vir ſpectatæ, quidem fidei, & indubitatæ authoritatis. Sic præcisè declarat poſt alios *D.Pacian.d. libr.*2. *de Probat. præcitato capit.* 21. *numer.*63. *cum ſeq.* vbi latiori folio diſcurrit. Addo *Maſcard.d.concluſ.*1098.*numero* 7. *& Imolam ante omnes in cap.* 1. *num.* 7. *de Fide inſtrumentor.* Adeundus quoque *Lanfra. de Oriano, de fide inſtrument.numer.*7.

13 Nonnullas alias illationes proſequitur *Marſilius, in d. l.ſi quis,ne quæſt.numer.*150.*&* 151.vide per eum.

14 Adeundi de materia harum litterarum *Boer. deciſione ſua* 154.*& Matthæus de Afflictis, deciſione ſua* 251. & ibi Addentes. Et hæc ſatis.

Litteræ Legalitatis an probent? Quæritur.

DIſcutit ex profeſso hanc materiam *Illuſtr. Card. Tuſchus,concl.ſua* 363.*in littera L, eum conſulas.*

---

## De Litteris Inducialibus, ſeu Dilatorijs, vel Moratorijs.

*SVMMARIVM.*

1 *Litteræ Induciales poſſunt à Principe regulariter concedi debitoribus, ad differendam ſolutionem debiti.*

2 *Taleſque litteræ apud Italos ſunt in vſu.*

3 *Et hæc eſt ſententia receptiſſima, quidquid dixerit Natta.*

4 *Amplia,vt etiam ſine peccato,& de honeſtate iuſtitiæ concedi poſſint, & numero* 5.

6 *Non poſſunt autem concedi,cum debitum eſt iuratum.*

7 *Ratio,& numero* 8.*&* 9.

10 *Contrarium multi.*

11 *Prior tamen opinio vti verior per authorem retinetur.*

12 *Saluum conductum impetrans,ne à debitoribus moleſtetur, non defenditur,cum debitum eſt iuratum, & numero* 13.

14 *Statutum Patauinum ſub rubrica,de Fugitiuis, in cap. Dominus Poteſtas, declaratur.*

15 *Induciales litteræ poſſunt concedi contra debitum iuratum à Summo Pontifice debitoribus, Ratio ibidem.*

16 *Quod tamen non procedit in Epiſcopo.*

17 *Neceſſe eſt tamen, vt expreſſam in ipſis litteris mentionem dictus Summus Pontifex de iuramento faciat. Ratio ibidem.*

18 *Item conceduntur contradictum debitum iuratum, quando ita conſuetudine receptum eſſet.*

16 *Ratio,& numero* 20.

21 *Et aduerte, quod ita ex conſuetudine apud omnes obſeruatur.*

22 *Quinimo Dec. de hoc amplius non eſſe diſputandum ſcriptum reliquis.*

23 *Apud Gallos.*<br>
24 *In Parlamento, ac Curia Delphinali.*<br>
25 *In Regno Neapoli.*<br>
26 *In Regno Siciliæ.*<br>
27 *Aquitaniæ.*<br>
28 *In Patria Pedemont.*<br>
} *ita de conſuetudine obſeruari legimus.*

29 *Hæc tamen conſuetudo, vt improbat damnatur per Gaſparem Teſſaur.*

30 *Litteræ induciales debitoribus minimè prodeſſe poſſunt, ſi proceſſerit condemnatoria ſententia.*

31 *Siue ſit ſententia Senatus,ſiue cuiuslibet alterius Principis, quidquid dixerit Cuch.*

32 *Ratio,& numero* 33.*&* 34.

35 *Amplia, idem iuris eſſe, ſi ſententia de proximo pariter ferenda eſſet.*

36 *Ratio.*

37 *Hoc tamen declara, & intellige, prout ibi, & num. 38. cum duobus ſeqq.*
41 *Litteræ induciales debitori non conceduntur, cum debitum eſt inficiatus.*
42 *Ratio.*
43 *Et eſt veriſſima Concluſio, quidquid dixerit Pariſ. conſ. ſuo 100. in 3.*
44 *Statuti noſtri diſpoſitio, ſub Rubr. de citationibus, c. ſi quis citatus deducitur.*
45 *Litteræ induciales debitori minimè concedi poſſunt, quando cum iuramento illis renunciauit.*
46 *Ratio.*
47 *Declara.*
48 *Item non conceduntur, cum debitum eſt fiſcale.*
49 *Saluum conductum impetrans, non defenditur, cum debitum eſt fiſcale.*
50 *Statutum noſtrum Patauinum, ſub rubr. de Fugit. in c. Dominus Poteſtas, declaratur.*
51 *Cl. Peregr. de iure fiſci lib. 6. tit. 7. num. 12. cum ſeq. deducitur, & n. 52. & 53.*
54 *Item non conceduntur, ſi debitum procedat ex cauſa delicti.*
55 *Ratio, & n. 56. & 57. 58.*
59 *Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerint nonnulli.*
60 *Saluum conductum impetrans, non defenditur, cum debitum procedit ex cauſa delicti.*
61 *Item non conceduntur, cum debitum contractum eſt, ex cauſa locationis.*
62 *Item ſi debitum procedere ex cauſa dotis.*
63 *Subamplia, prout ibi.*
64 *Item non conceduntur debitori ex cauſa alimentorum.*
65 *Item debitori alicuius Eccleſiæ, vel loci pij.*
66 *Ratio.*
67 *Item ſi ageretur de debitore alicuius pupili, viduæ, vel alterius perſonæ priuilegiatæ, & numero 68. & 69.*
70 *Item non conceduntur debitori ex cauſa rerum commeſtibilium, & emptarum in publico mercatu, ac ſine moræ ſoluendi.*
71 *Item ſi debitum procedat ex cauſa depoſiti.*
72 *Item non conceduntur debitori guloſo, ac inboneſtam vitam degenti.*
73 *Item debitori tacenti ſe alias dilationes habuiſſe, vel à Principem, vel ab ipſomet creditore.*
74 *Alias limitationes, vide per Doct. remiſſiuè.*

1 INduciales litteræ, ſeu dilatoriæ, quæ debitoribus cõtra
creditores debitum petentes conceduntur, poſſunt à
Principe regulariter concedi ad differendam ſolutionem
debiti. *Text. ſunt aperti in l. quoties, & in l. vniuerſa, C. de
precibus imper. offer.* vbi etiam *Doct. omnes. De iure Ponti-
ficio* adducitur ad hoc *text. in c. reſcripta, 25. qu. 2. Sequitur
M. Ant. Cuch. in ſuo elegaati tract. de Morator. præſcr. n. 14.*
2 vbi etiam ſubdit eiuſcemodi litteras apud Italos Princi-
pis, & præcipuè Romæ, *Venetijs Mediolani*, atque in alijs
Ducum Curijs indiſtinctè concedi ſolere. Et hæc eſt ve-
3 riſſima ſententia, teſte *Carolo de Graſs. Except. ſua 32. n. 3.*
quidquid ſubtiliter conſulendo docuerit *M. Anton. Nat-
ta: conſil. ſuo 591. n. 9. cum ſequentibus.*
4 Amplia, vt huiuſmodi litteræ etiam ſine peccato, & de
honeſtate Iuſtitiæ concedi poſſint concurrentibus præ-
cipuè magna difficultate, necnon impoſſibilitate ſolutio-
nis faciendæ. Sic omnium pulcherrimè docuit *Anton.
Theſaur. in ſua Pedem. deciſ. 186. n. 3.* vbi etiam ſubdit Se-
natum ita cenſuiſſe.
5 Tredecim alias ampliationes, recenſet miro ordine,
*Cuch. d. tract. à n. 27. vſque ad 44. incluſiuè, vide per eum.*
Limitatur tamen principalis iſta Concluſio varijs
modis.
6 Et primo, vt non procedat, quando ſumus in debito
inſtrumentario, & iurato: tunc enim Principem huiuſmo-
di litteras induciales concedere minimè poſſe commu-
niter tradidere Scribentes: idque cum per *gl. in c. cum non
deceat, verſ. effectus, de elect. in ſexto*, vbi diſpoſitio Princi-
7 pis generaliter loquens non trahitur ad debitum iratum:
tum etiam quia laicus Princeps nullam habet authorita-
8 tem ſuper iuramento. Sic præcisè poſt plures relatos
docuit *Cuch. d. tract. nu. 54. & 62. & Caballin. Milleloq ſuo
764.* vbi infinitos deducit, & ampliat, vt hoc procedat,
9 etiamſi Princeps motu proprio conceſſiſſet. Sequitur in
terminis quoque *Natta conſilio ſuo 233. in primis nume-
ris, Afflict. deciſione ſua 5.* vbi per Sacrum Conſilium, ex
voto omnium conſiliariorum nemine diſcrepante ita pa-
riter fuiſſe deciſum atteſtatur, & *D. Rol. à Valle conſil. ſuo
31. nu. 13. in ſecundo*. His accedunt *Modedan. de præſcript.
concl. 5. n. 3. Marcheſ. de commiſs. ſup. Dilation. Morator. c. 1.
n. 28. cum ſeqq. Valent. de fideiuſſor. c. 3. n. 175 & Dom. Ant.
Theſaur. deciſ. ſua Pedem. 186. nu. 3.* vbi ſubdit, quod cum
hac eadem opinione tranſibat Senatus.
10 Obſeruandum eſt tamen, non defuiſſe, qui contrariam
hac in re ſectati fuerint opinionem, inter cæteros autem
adeſt eruditiſſimus *Surdus conſilio ſuo 299. in ſecundo, per
totam, & Dominus Carolus de Graſs. poſt plures alios
relatos dicta ſua Exceptione 32. numero* 8. cum ſequenti-
bus.
Rationes per ipſos elegantiſſimè deducuntur, vide per
eos.
11 A priori tamen, quam veriorem iudico, & eſt Com-
munis recedendum minimè cenſeo.
12 Sic videmus in ſimili, quod ſaluum conductum impe-
trans, ne à debitoribus moleſtetur, non defenditur, cum
debitum eſt iuratum: ſic præcisè poſt *Alexander, Iaſ. Fe-
lin Cagnol. Marſilium, Grammat. Neuizan. & plures alios,
Dom. Surd. dicto conſil. ſuo 299. num. 4. ſequitur Clar. vir. D.
Menoch. de Arbitr. libr. 2. centur. 3. caſ. 203. num. 14. & caſu*
13 *337. num. 19. & 20.* vbi ſubdit, quod Princeps ſecularis
non poteſt concedere hanc fidantiam etiam expreſsè,
quoniam contra iuramentum, quod iuris Diuini eſt, di-
14 ſpenſare non poteſt; & vlterius ſubdit; ita etiam intelli-
gendum eſſe ſtatutum noſtrum *Patauinum ſub rub. de Fu-
gitiu. in c. Dominus Poteſtas*. Dum ſtatuit prætori licere
concedere ſaluum conductum debitoribus. Sublimitatur
15 tamen, & declaratur iſta principalis limitatio, vt non
procedat, ſi Papa has inducias concederet, quia videtur,
tunc abſoluere à iuramento, ſic poſt *Cuch. & alios Theſ.
deciſ. 186. n. 5.*
16 Quod in Epiſcopo non procederet, *Brun. conſ. 46. libr.
1. & Theſaur. ibid.*
17 Obſerua tamen neceſſe eſſe, quod ipſe Summus Ponti-
fex expreſſam in ipſis litteris mentionem de iuramento
faciat, alias non videretur illi voluiſſe derogare, *ad not. in
c. Conſtitutus, de reſcript. & in d. c. Cum deceat, & de elect. in
6.* ſic præcisè poſt plures relatos *Carol. de Craſſ. dicta Ex-
cept. ſua 32. n. 6. & Surd. dict. conſil. 299. n. 3.*
18 Declaratur ſecundo, vt non procedat, quando de con-
ſuetudine aliud obſeruaretur, videlicet, vt tales induciales
litteræ concederentur etiam contra debitum iuratum,
19 tunc enim non ſolum annales, ſed etiam biennales, &
quinquennales concedi à principibus ſolent; quia con-
ſuetudo facit licitum quod alias eſset illicitum. Neque
enim virtus iuramenti, quod in omni inſtrumento ex
20 conſuetudine præcipuè notariorum inſeritur, tantæ po-
tentiæ eſse debet, vt impediat ordinariam Principis po-
teſtatem, quæ eſt, vt inducias concedere poſſit. Sic ele-
ganter inter alios declarat *Teſſaur. d. ſua deciſ. 186. n. 6.*
21 Et eſt notandum, quod ita de conſuetudine apud om-
nes peræquè obſeruatur. Quinimo *Deciſ. conſ. ſuo 352.*
22 *in fin.* dicit de hoc amplius diſputandum non eſse in ter-
ris concedentium iſtas moratorias quem ſequitur *Surd.
d. conſil. 299. nnmer. 15.*

23 Apud

23 Apud Gallos ita de conſuetudine obſeruari ſcriptum relinquit *Anton.Caius in additionib.ad Aretinum, in rub. de Exceptionibus numer.13.& de conſuetudine Cancellariæ*
24 *in Delphinatu, & Pariſijs teſtatur Guido Papa, quæſtione ſua 97.*
25 In Regno Neapolitano id veri conſuetudine pariter receptum eſſe, teſtatur *Carauita ſuper Ritu eiuſdem Regni 287. num. 9.*
26 In Regno Siciliç ſemper ita vidiſſe practicari,& obſeruari, docuit *Carol.de Graſſ. d.ſua Exceptione 32.numer.8. & num.11.* vbi ſubdit ſe vidiſſe quoque pluries pro vno, & eodem debito concedi tres, & plures dilationes, vnam poſt aliam non obſtantibus reclamationibus quotidie factis a creditoribus.
27 Sic etiam in Aquitania teſtatur *Boer.deciſ. ſua. 296. num.quinto.*
28 Sic quoque in patria Pedemont. hanc eamdem conſuetudinem inoleuiſſe, retulit poſt *Ant. à Sol. eruditiſs. Theſaur.deciſ.186.numer.6.* quam tamen in ſuis additionibus ad eamdem deciſionem 186. *D. Gaſpar. Ant.Theſaur.vti improbam*, & perniciosam accuſat. Quinimò vult monitos Princeps,ac Conſiliarios, qui tales litteras con-
29 cedunt; vt non ita paſſim ſint proni ad concedendam iſtas dilationes, niſi aliqua ſubſiſtente iuſta, & legitima cauſa, & quando debitores maxima bonorum egeſtate laborant, & latius, vt per eum.
30 Limitatur ſecundo principaliter ſupradicta Regula,vt non ſint concedendæ tales litterę,ſi proceſſerit condem-
31 natoria ſententia in foro contentioſo, ſiue ſit ſententia Senatus,vt per *Guid.Pap.q.ſua 97.* vbi pulchrè, ſiue cuiuslibet alterius iudicis, quamuis de hoc dubitauit *Cuch. de Moratoria, num. 117.* Non enim exequutio rei iudicatæ
32 poteſt differri ſub prætextu talis dilatoriæ exceptionis procedentis à Principe,medio huiuſcemodi litterarum iudicialium.
33 Et ratio quoque eſt in promptu:nam non valet reſcriptum impetratum contra rem iudicatam non adiecta clauſula. Non obſtante, *l.final.vbi Doct. C.ſententiam reſcindi non poſſe,l.fin.*Vt lite pendente, *& l.cauſas,vel lites, C.de tranſact.*
34 Quod adeo verum eſt, vt non ſufficiat dictum eſſe; Non obſtante ſententia, niſi etiam addatur, quæ tranſiuit in rem iudicatam,*Alex.conſ.94.incipit, In cauſa, & lite, num.3.& 4.lib.2. Dec.conſ.245.num.3.198.col.in princ.& conſ.ſuo 308.*
35 Amplia idem iuris pariter eſſe, ſi ſententia ipſa ſit de proximo ferenda. Patria enim ſunt, (inquit *Natta*, qui hoc docuit, *conſil.233. numer.quarto*) eſſe condemnatum, vel de proximo condemnandum, *text.no-*
36 *tabilis in leg. qui pœnæ, §. Diuus, ff. de manumiſ. cum ſimul. Addo Cuchum de Moratoria, numero 118. cum duob. ſeqq.*
37 Hanc tamen limitationem declara, ac intellige, quando lata eſt ſententia in iudicio contradictorio, ſi.n.fuiſſet ſpontanea condemnatio coram iudice, vel Senatu, tunc idem de ea iudicatur, quod de inſtrumento guarentigiato. Neque enim debitor fruſtratus eſt creditorem liti-
38 bus, & ſic ceſſat ratio, & ita in Pedemontium Senatu obſeruari docuit *Theſſaur.d.ſua deciſ.186. num.9. verſic. declaratur quarto.* Hoc idem ſequitur *Carol. de Graſſ.dicta ſua Except.32.num.44.*vbi tamen ſubdit contrarium in regno ſuo Siciliæ obſeruari. Inquit enim pluries ſe vidiſse
39 huiuſmodi litteras per debitores impetrari etiam poſt latam ſententiam,& facta adiudicatione,& deliberatione pro ſatisfactione ipſius creditoris. Aduertendum eſt tamen (& hoc ipſe innuit) quod quando in tali caſu eiu-
40 ſcemodi litteræ impetrantur, debet fieri mentio ſtatus ipſius cauſæ, alias redderetur ſubreptitia, & latius, vt per eum ſub *n.31. cum ſeqq.*

Videndus etiam de huiuſcemodi limitatione *Zerola in ſua.Praxi, in verſ.litteræ quinquennales, verſ.2.debitor. Adeundus quoque D.Alph.Moditius lib.2.ſuarum iuris Dubitationum, dubitatione 3.n.3.*
41 Coarctatur tertio principaliter,vt non proſint iſtæ induciç, ſi debitor debitum eſt inficiatus,ita pulchrè *Cuc. d.ſuo tract. de Morator.n.19.* Pena enim mendacij hoc debet importare, vt ſcilicet careat impetratis: hoc idem ſequitur *Theſ.d.ſua dec.n.7. in fine.*
42 Et eſt veriſſima concluſio,quidquid ſubtiliter,ac Inge-
43 nij ſui exercendi gratia,ſcripſerit *Card.Pariſ.conſ.ſuo 100. per totum vol. 3.*
44 Hoc idem *Statuto noſtro ſub Rubric. de citat. & ord.procedendi, capitul. ſi quis citatus*, expresſè cautum eſt: dum enim de dilatione debitoribus aſſignanda ad ſoluendum ibi tractatur, in hæc verba prorumpunt ſtatuentes.

(Si quis citatus fuerit ad iudicium, vel non citatus, ſponte venerit,& ſe debitorem confeſſus fuerit,præcipiatur,& detur ei terminus ad ſoluendum, ſecundum quantitatem debiti, &c.
45 Fallit quarto ſupradicta Regula principalis, vt videlicet huiuſmodi litteræ induciales,ſiue impetratæ, ſiue impetrandæ,non proſint,quando expreſsè,& cum iuramento illis renunciatum eſſet.
46 Nec ſanè mirum:contra renunciationes enim, & præcipuè abſque pęna periurij, non datur regreſſus. Sic præcisè poſt *Rolan.à Vall.conſ.ſuo 31.libr.2. coarctat.eruditiſs, Theſſaur.d.ſua dec.186.num.8.* vbi etiam ſubdit,ita ſæpius ſuper inobedientia huiuſmodi litterarum per Senatum
47 hoc in caſu ſe vidiſſe iudicatum, ſequi quoque hoc idem videtur *Carol.de Graſs.d.ſua Except.32. num.13.cum ſeqq. & præcipuè ſub num.16.*vbi poſt Theſſaurum declarat hoc procedere, niſi prius impleuet debitor, qui iurauit, impetraſſet abſolutionem à iuramento, tunc enim poſſet ipſi vti etiam ſine metu periurij.
48 Limitatur quinto principaliter, ſi debitum, pro quo huiuſmodi litteræ impetrantur, ſit fiſcale:ſic poſt plures relatos docuit præcisè *Carol.de Graſſ.d.ſua Except.32.nu. 22.& eſt text.ad litteram, in leg.nec damnoſa, Cod.de precibus Imper. offer.* Sic in ſimili ſaluum conductum impe-
49 trans non defenditur,cum debitum & ipſum eſt fiſcale, ſic eleganter poſt alios *Clariſs. Menoch.dict.caſ.203.num. 16.& caſu 337.numer.17.& 18.* vbi etiam ſubdit, ita in-
50 telligendum Statutum noſtrum *Patauinum ſub d. rubr.de Fugit.in precit.cap. Dominus Poteſt.Addo Surdum d.conſil. 299.num.9.* vbi plures adducit, & Cuchum dict. tractatu de Morator. num.45. cum ſeqq. vbi pleniori cornu de hac materi ediſſerit.
51 Videndus de hac eadem limitatione per illuſtris Eques *D.Peregr.in ſuo tract.de iure Fiſci, libr.6.tit.7. num.12.13. & 14.* vbi poſtquam docuit, debitori ipſius Fiſci petenti dilationem ad comparandam pecuniam, arbitrio tamen iudicis, denegari minimè poſſe: infert ſub hoc Sereniſſimo Dominio, debitores Camerarum ex cauſa præcipuè Vectigalium, certis præfinitis temporibus teneri ſolutiones ſuas facere, alias in pœnam decem pro centenario incidere.
52 Subdit etiam illa tempora præfinita ex legibus non poſſe Rectores terrarum prorogare, vt pœnam Gabellarij euadant, imò nec etiam Cl. officium ſuper Cameris poſſe prorogare terminum debitoribus Camerarum terræ firmę, ſicuti ex S C. diei 7. Aprilis 1579. cautum fuit,& 1498.16.Septembr.ſubdit tandem prærogationem
53 ipſam ſi aliquam debitor velit,à ſolomet Principe impetrandam, cuius rei ordinem ſeruandam elegantiſſimè ibi commemorat.
54 Coarctatur ſexto principaliter,ſi debitum procedat ex cauſa delicti, talia enim debita non iuuantur ex huiuſmodi lit-

di litteris iudicialibus,& ratio eſt in proptu:nam debitor
ratione delicti non eſt propriè debitor , nec creditor ex
55 ſta cauſa dicitur creditor.*Bart.in l.1.ff.ſi certum petatur* ,
& ſic dilatio conceſſa contra creditores eos non com-
prehendit.

56 Adde , quod in pœnis pecuninarijs ratione delicti
infringendis , qui non habet , vnde eas ſoluat , cor-
porali pœna puniendus eſt , *text. inſignis in leg. prima
ad fin.ff.de pęn. & Doctor. omnes in §. pęnales , de a-
ction.*

57 Accedit , nam ſi iſta debita compræhenderetur in
generali moratoria,ſequeretur, quod Princeps gratiam
conferret delinquenti non facta delicti mentione , quod
eſſe non poteſt , capit.poſtulaſti, verſiculo non ita dele-
ui , de reſcriptis , *Iaſ.in an authent. Res quę , numero
20.Cod.commun.de legat.& Carauitta , dicto ritu* 287. *nu-
mero* 12. vbi ampliat iſtam concluſionem , vt procedat ,
etiamſi propter paupertatem eſſet conceſſa dilatio,quam
tamen ampliationem limitant , quando cauſa , propter
quam fuerunt conceſſæ ipſæ litteræ induciales , vel mora-
toriæ,eſſet talis , quæ etiam in creditoribus ex delicto lo-
58 cum ſibi vendicaret; quia tunc ea frueretur debitor . ita
*Iaſon , & Carauita , in locis prædictis* , vbi ad hoc po-
nunt , exemplum , & alios concordantes allegant . Sic
etiam limitat , ac reſtringit *Carol. de Graſs. dict. Exce-
ptione* 32. *numer.* 22. *cum duobus ſeqq.* poſt plures ibi re-
latos .

59 Et hæc eſt veriſſima ſententia , quidquid poſt *Rom.
& Dec. in leg.* 1.*ff ſi certum petat.* licet acutè ſcripſerit
*Matth. Brun. de ceſſione bonorum , quæſt. ſua* 27. *princip.
numero* 8.*cum ſeq. & Cuch.dict. tractat.de morator.numero*
28.& 29.

60 Sic videmus in ſimili , quod ſi debitum eſt ex cauſa ip-
ſius delicti,debet impetrans ſaldum conductu , exprimere
qualitatem ipſius debiti : alioquin ſub ſaluo conductu ge-
nerali non continebitur , ſic poſt Rom. Rebuff. & plures
alios *Cl.vir D.Menoc.lib.2.de arbitr.cent.3.caſ.203.n.16.et
caſu 337.n.16.*

61 Reſtringitur ſeptimo , ſi debitum originem ſumpſit ex
cauſa locationis, ex quo pro talibus debitis non ſolet con
cedi dilatio , vel ſaluus conductus , & ideo debitor ex hac
cauſa, huiuſcemodi litteris inducialibus , non iuuaretur,
ita poſt gloſsam in *l.cum fructuarius , ff.de vſufruct.Specu-
latorem,et alios Cl.Menoch.d.caſu 203.numer.18. Sequitur
eruditiſſimus Carrocc.in ſuo tract.de locato, tit .de verborum
ſignificat.quæſt.16.num.2.et Carol.de Graſſ.d.Except.32.nu-
mer.25. Addo Cuchum de Morator. num.*100. *vbi adducit
text.in Authent. Sed iam cautum , Cod. de pręcibus Im-
per. offer.*

62 Fallit octauò principaliter , ſi debitum procederet ex
cauſa dotis , tunc enim ipſi debitori huiuſmodi litteræ
ſimpliciter impetratæ ex gratia non prodeſſent . Sic præ-
cisè Ioannes *Baptiſta de S.Blaſio , in tract. de priuileg.dota-
lib.priuil.289. Thom. Zerola in Praxi Epiſcop. in verſ.litte-
ras quinquennales,verſ.5. Cuch.de Moratoria,num.87.cum
ſequentib.*& nouiſſimè poſt plures alios relatos Carolus de
Graſs.d.Exception.32.n.26.

63 Sublimita tamen hanc limitationem,ſit non procedat ;
ſi huiuſcemodi litteræ impetrarentur ex iuſtitia per con-
curſum maioris partis creditorum , ſic ex profeſſo Illuſtr.
Præſes *D.Vinc. de Franchis , deciſ. ſua* 219. *per totam* ,
vbi concludit maiorem partem creditorum poſſe cogere
creditorem ipſum ex cauſa dotis ad concurrendum cum
eis in dilatione quinquennali in beneficium debitoris ,
iuxta terminos *l.fin.C.qui bon.ceder.poſſ.* Eamdem ſequitur
poſt nonnullos alios relatos *Carol. de Graſ.dict.ſua Except.
32. num.27.*

64 Limitatur quarto principaliter , vt huiuſmodi litteræ
generaliter impetratæ debitoris ex cauſa alimentorum
non proſint,ſic poſt *Cuch.in dict.tract.de Morator.numero
90 cum ſeq. et Surdum de alimentis* Carol. *de Graſſis dicta
Exeept.32.n.28.*

65 Fallit decimò quotieſcunque tractaretuur de debi-
tore alicuius Eccleſiæ , vel pij loci , ſic poſt Rebuff.
*Menoch. et alios* Carol. *de Graſſ. dict. Exception.* 32.
*numero* 35.

66 Et ratio eſt:quia Principes ſeculares non poſſunt circa
res Eccleſiaſticas aliquid ſtatuere , nec de eis vllo modo
diſponere,ita *gloſ.in cap.fi.in verſ.principales. de reb.eccl.
non alienan.ſequitur Redoan.in tract. de ipſis reb. eccleſ.non
alien.q.4.n.7.*

67 Idem iuri eſſe concludito , ſi ageretur de debitore ali-
cuius pupilli,viduæ, vel alterius perſonæ priuilegiatæ , vel
ſi debitum eſſet votus, vel ſi pro eodem debito ipſimet de
bitori alię dilationes fuiſſent conceſſæ , ſic eleganter de
his omnibus,& pulchrè *Carol.de Graſſ.pręcitato loc.numer.
13.cum ſeq.* poſt plures ibi relatos , vbi vlterius debito-
rem,qui huiuſcemodi litteras cupit impetrare,vult moni-
tum,vt ſemper in ſupplicatione, quam porrigit Principi,
68 narret ea omnia , quæ poſſent operari, vt Princeps illas
non concederet , vel difficilius concederet , rationem-
que deducit , dicens , nam alias ipſemet debitor præſu-
69 meretur in dolo , tacendo veritatem , vel exprimendo
falſam cauſam, & gratia , ſeu huiuſmodi litteræ redderen-
tur ſubreptitiæ,& per conſequens eſſent nullæ ipſo iure ,
& latius,vt per eum,quem conſulas. Cidendus quoque *Cl.
Menoch. dict. caſu* 203. *à numer.22. vſque in finem , vbi
eleganter.*

70 Idem iuris pariter eſſe concludito in venditione
rerum commeſtibilium in pleno mercatu , ſeu foro
facta , & maximè ſi abſque termino ſoluendi per
venditorem ipſis emptoribus dato venditio celebra-
ta fuerit , quia ſtatim eis venditione facta debet ſol-
ui , *ad leg.1.de nundin.ſic præcisè Boer. deciſ.ſua.296.nu-
mer.ſexto.*

71 Fallit duodecimo,ſi debitum procedat ex cauſa depoſi-
ti, tunc enim huiuſmodi litterę minimè proſunt , *text.in
l.ſi quis, vel pecunias, C.depoſit.et ſequitur Boerius deciſ.ſua
296.num.4.* vbi ſubdit ita de anno 1524. tertio Maij iudi-
catum fuiſſe:Addo *Cuch.de Morator.num.70. cum infinitis
ſequentibus* , vbi omnium pulcherrimè , & latiſſimè ,
& *D.Vincentium de Franch.deciſ.ſua* 151. vbi ita quoque
ſe referente in Regio Conſilio fuiſſe iudicatum te-
ſtatur .

72 Limitatur tertiodecimo , ſi agatur de debitore gu-
loſo , luſore , ac vitam inhoneſtam degente , meretri-
cando , vel per tabernas , de cuius mala vita habeatur
ſcientia . Sic poſt *Bald.in Authent.qui locum,in fine, Cod.
de collat.Marcheſan.dict. capit.primo commiſſ.4.numero fin.
in fine .*

73 Coarctatur tertiodecimo,nam huiuſmodi litteræ mini-
mè prodeſſent debitori tacenti impetrationem alterius
dilationis ſibi datæ à Principe , quoniam tunc ob vitium
ſubreptionis irritarentur,ſic poſt Rebuffum,Menochium
Farinaccium , & alios*Clar. Carol. Bardellon. poſt hęc edita
viſus,conſ.ſuo 30.n.fi.volum.*1. vbi ſubdit idem iuris, quaſi
eſſe, ſi ipſemet debitor ſubreticeret ſe aliam dilationem
ab ipſomet debitore obtinuiſſe,& rationem adducit,quo-
niam ſi Princeps id ſciuiſſet , non ita de facili huiuſmodi
litteras ſibi conceſſiſſet .

74 Infinitas alias fallentias deducit *Cuch.à n.54.vſq.ad* 156.
*vide per eum .*

# An dilatio conceſſa principali debitori ad ſoluendum medio huiuſcemodi litterarum inducialium proſit ſuis fideiuſſoribus in ſupplicatione non nominatis?

## QVÆSTIO I.

*SVMMMRIVM.*

1 *Dilatio conceſſa principali debitori ad ſoluendum medio huiuſcemodi litterarum inducialium, non prodeſt ſuis fideiuſſoribus.*
2 *In obligationibus ſoluendi exceptio, quæ competit reo, non prodeſt fideiuſſoribus ſuis.*
3 *Ratio, & num.4.*
5 *Beneficium conceſſum debitori principali, ne conueniatur, vltra, quam facere poteſt, non prodeſt fideiuſſoribus ſuis.*
6 *Ceſſio bonorum facta per principalem debitorem, non prodeſt fideiuſſoribus, nec eos liberat ab obligatione.*
7 *Beneficium reſtitutionis in integrum competens principali debitori, non prodeſt ſuis fideiuſſoribus.*
8 *Dilatio conceſſa principali debitori ad ſoluendum, non prodeſt fideiuſſori quando ad petitionem partis conceſſa eſſet, ſecus ſi motu proprio concedentis.*
9 *Differentiæ ratio, & n.10.*
11 *Item prodeſt fideiußoribus, quando fuit debitori principali conceſſa à creditoribus.*
12 *Item quando ipſemet fideiuſſor non renunciauit beneficio cedendarum.*
13 *Latius explicatur per authorem.*
14 *Fideiuſſor poteſt renunciare beneficio cedendarum.*
15 *Dilatio conceſſa principali, prodeſt fideiuſſoribus, quando adeſſet obligatio faciendi.*
16 *Item quando principali debitori id prodeſſet.*
17 *Latius Cuch.de hac materia.*

De litteris inducialibus præludia quædam, vt ita dicam hactenus attigimus. Nunc autem ad præcipuas quaſdam de ipſis quæſtiones deueniendo, dubitari primo loco contingit; An dilatio conceſſa principali debitori ad ſoluendum medio huiuſcemodi litterarum inducialium, proſit ſuis fideiuſſoribus, in ſupplicatione non nominatis.

1 IN qua quidem difficultate, rem paucis perſtringendo, concludo pro negatiua, ita Doctor. omnes *in dict. leg. quoties Codic. de præcibus Imper. offeren. & in leg. filiusfam. §. ſtipulatus ſum, ff. de verb. oblig. Sequitur. P. Fuſcus in ſuis ſingul. in litter. D, numer. 11. Clar. Menoch. dict. caſu de Arbitr. 293. numer. 26. & 337. num. 22.* vbi loquitur in ſpecie de ſaluo conductu, & *Bou. in ſuo eleganti tractat. de ſtatutaria Vrbis præſcriptione, gl. 21. numer. 64. & 65.* vbi etiam ſubdit, quod in obligationib. ſoluendi, exceptio, quæ competit reo, non prodeſt fideiuſſorib. ſuis. Addo
2 nouiſſimè *D. Carol. de Graſ. d. ſua Except. 32. num. 37. & D. Cæſarem Barz. deciſ. ſua Bononiẽſi 77.* vbi omnium latiſſimè ac elegantiſſimè diſcutit ad partes hunc articulum, & hanc eandem ſententiam firmis rationibus corroborando, quælibet omnia; quæ in contrarium excogitari poſſunt, acutè refellit.

3 Ratio autem huiuſce Concluſionis, mea ſententia, ea poteſt eſſe: quia cum hæc exceptio reſpiciat perſonam debitoris, cui miſerationis cauſa indulgetur, ad euitandam ceſſionem bonorum, vt per *Doct. omnes in l. finali, Cod. qui bon. ced. poſſ.* non egreditur eius perſonam, prout quoque conſiderat benè eruditus *Domin. Fab. de Anna conſil. ſuo 82. numero* 8. Et quia exceptiones, quæ perſonæ cohæ-
4 rent non tranſeunt ad fideiuſſores, nec eis proſunt regulariter, *leg. exceptiones, la ſeconda, ff de exceptionibus, leg. & fideiuſſor, de iudic. & leg. 1. Cod. de fideiuſſorib. cum ſimilibus.*

5 Sic in ſimili videmus, quod beneficium conceſſum debitori principali, ne conueniatur vltra quam facere poteſt, non prodeſt fideiuſſor. ſuis, *leg. ſi fideiuſſor, vbi gl. Bartol. & Alex. ff. de re iud. Brun. in tract. ceſſ. bonorum, queſt. 25. 4. queſtio. princip. num. 1. et ſeq. et q. 6. numer. 8. eiſdem 4. q. principalis.*

6 Item infertur, quod ceſſio bonorum facta per principalem debitorem, non prodeſt fideiuſſoribus, nec eos liberat ab obligatione, §. final. vbi *Aret. numer. primo Inſtit.* de replication. leg. hæres à debitore, §. quod ſi ſtipulator, & ibi *Bart. ff. de fideiuſſ. et Guid. Pap. deciſion. ſua* 211.

7 Sic quoq; beneficium reſtitutionis in integrum competens principali debitori, non prodeſt ſuis fideiuſſoribus *Aretin. in d. §. fin. num. 5.* de replication. & latiſſimè *D. Sfortia Oddus in ſuo tractatu de reſtitutione in integrum, queſt. 48. per totum.*

8 Hanc tamen concluſionem intelligas primo procedere quando dilatio fuiſſet conceſſa ad petitionem partis, ſecus ſi motu proprio concedentis, quia tunc prodeſt etiam ſuis fideiuſſorib. *Salic. in d. leg. quoties*, & alij plures, quos refert, & ſequitur *Carol. de Graſs. dict. ſua Exceptione 32. numero* 42. Sequitur quoque *D. Anna, dict. conſil. 82. numero* 9.

9 Differentiæ ratio in promptu; nam in primo caſu, ad importunitatem huiuſmodi litteræ conceſſæ videntur; & ob id non comprehenduntur fideiuſſores, cum talia reſcripta ad læſionem tendant; in ſecundo autem conti-
10 nentur, quia reſcriptum ex motu proprio latiſſimè eſt interpretandum: ſic eleganter *Marcheſ. in tract. Commiſſionum, ſiue Reſcriptorum vtriuſq; ſignaturę, commiſ. cap. 4. c. 1. num. 24. in fine.*

11 Obſerua quoque, quod prodeſt fideiuſſoribus quando induciæ fuerunt conceſsæ debitori ab ipſiſmet creditorib. ſic per pulchras rationes *Valent. de Franc. de Fideiuſsor. c. 3. n. 172. cum ſeq.*

12 Secundo intelligas principaliter procedere, quando ipſemet fideiuſſor renunciauit beneficio cedendarum, nempe quod non opponet creditoribus, vt ſibi cedant actione aduerſus debitorem principalem, quia ſi ſecùs, poterit abſque dubio vti dilatione conceſſa ipſimet principali, ſic poſt *Bal. Cuch. & aliso, Graſs. d. Except. n. 43. ſequitur Anna d. conſ. 82. n. 10.*

13 Obſcurum eſt id (inquiens) explico.
Si fideiuſsor in caſu propoſito non renunciauerit beneficio cedendarum actionum, nempè quod per ipſum non opponetur, vt dixi, creditoribus vt ſibi cedant actiones aduerſus debitorem principalem, & forte vrgeatur à creditoribus ad ſoluendum, ſatis hoc ipſo tutus eſse videtur, vt interim pendente citatione conueniri non poſſit, poterit namq. ſe offerre paratum ſolutioni modo ex aduerſo per ipſos creditores ſibi cedantur actiones contra principalem, cum autem ipſi eas cedere non poſſint ſaltẽ
14 efficaciter, durante dilatione ipſa medio litterarum, ſequitur; quod ab agendo interim, & ipſi debeant repelli, *arg. l. Stichum, aut Pamphilium. §. pen. de ſolution. et faciunt tradita per gloſſam in l. ſi ſtipulatus, §. fi. de fideiuſſ.* opus eſt ergo, vt dixit, vt fideiuſſor renunciauerit dicto beneficio cedenda-

cedendarum cui per ipſum renunciari vtiq; poſſe per *l.penult.de pactis arbitrata eſt.gl.in l.niſi eod. tit.de pactis.*

15 Tertio declaratur, vt non procedat, quando eſſet obligatio faciendi, quia tunc dilatio in his litteris conceſſa principali, prodeſt ſui fideiuſſoribus ſic poſt *Bal. Marcheſ.* & *alios*, *D.Carol. de Graſs.dict.Exception.num. 43.verſ.4.*

16 Quarto, & vltimo intellige, vt fideiuſſor non gaudeat priuilegio conceſſo principali debitori, quando principali non noceret, ſecus ſi ipſi remaneret inutile, quia tunc prodeſt etiam fideiuſſoribus, ita *Bouius de ſtatut. §. 31. numero 69.* & *Graſs. poſt alios, dict. Exception. 32.num.41.*

17 De huiuſcemodi difficultate adeundus *Cuch. de Moratoria, à n.122.vſq; ad n.144.incluſiuè,* & *D. Hercules Marescot.variar.reſol.lib.2.c.159.*

An inferior à Principe, poſſit concedere moratoriam dilationem, & ſic has induciales litteras debitoribus.

## QVÆSTIO II.

COncluſiuè procedendo dicas, quod non, ſi dilatio ipſa medio huiuſcemodi litterarum concedit ex mera gratia, ita *Paul.de Caſtr.in leg.1. §.qui Magiſtratum,num.9.per textum,* & *gloſ.ibi ff.* quod quiſque iuris.Sequitur *Carauita d. Ritu 287. num.3.* & *Theſſaur.dec. 298. in fine.*

Secus eſt autem, ſi concederetur ex iuſtitia, prout eſt dilatio quinquennalis, quæ conceditur debitori concurrenti maiori parte creditorum, talis enim dilatio poteſt abſque dubio per quemcumque iudicem dari, & concedi, ſic poſt *Ang.Caſtrenſ.Alex.* & *alios Carol.de Graſſ.d.loco, n.45.* & *Carauita d.loco nu.4.Videndus Viuius,deciſ.ſua 38. n.7.* & *8.lib.1.*

An huiuſmodi litteræ induciales, quę conceduntur debitoribus ad ſatisfaciendum creditoribus ſuis, præſumantur in dubio conceſſæ à Principe motu proprio, an verò ad petitionem partium?

## QVÆSTIO III.

HVic quidem difficultati ſatisfaciendo, eas ad petitionem ipſius partis fuiſſe conceſſas, non autem motu proprio, niſi hoc in reſcripto expreſsè ſit inſertum, concludas. Nec ſanè mirum. Clauſula enim illa, motus proprij, in dubio nunquam pręſumitur, niſi probetur, ſic expreſsè concludit *Carauit.d.Ritu, nu.12.Grammaticus conſ.34.num.4.* & *nouiſſimè D. Carol.de Graſſ.dict. loco, numer.46.* qui quidem opinatus eſt etiam, quod quando dilatio eſset generaliter conceſſa omnibus debitoribus, præſumeretur conceſſa motu proprio ipſius Principis.

An beneficium quod per has litteras conceditur debitori, tranſeat ad ſuos hæredes, & eis proſit?

## QVÆSTIO IV.

ET pro negatiua concludito. Sic poſt *Imol. in leg. maritum, ff.ſoluto matrimonio, Paulnm Fuſcum in ſuis Singul. in littera D, numero 11.* & *plures alios Domin. Cæſar de Graſſis dict.loco, numer.47.* Sic in ſimili videmus in beneficio, ne quis conueniatur, vltra quam facere poteſt, quod non tranſit ad hæredes. *Brunus inter cęteros, de Ceſſione bonor. quęſt.ſexto numero 8. 4. quæſt. principali.*

A quo die incipiat currere dilatio in his litteris conceſſa, an à die ceſſionis ipſarum an à die, quo fuerint præſentatæ, & notificat creditoribus.

## QVÆSTIO V.

ET dicas quod à die conceſſionis, ſic in puncto *Guid. Pap. deciſ. ſua 109. numero primo*, vbi adducit pro confirmatione *text. in capitul. eam, te, de reſcript. in capitul. dilectus, de præbendis, in capitul.2. de decimis,* & *in cap.ſi propter*, vbi Archidiacon. de reſcriptis in 6. & ſubdit etiam, quod ita ſeruat ſtylus Curiæ Parlamenti, Idem *Singul.in ſuo 714. Sequitur Carauita,d.Ritu c.80.n.9.Cuch.de Moratoria, num.152.et poſt Brunum,Bouium,et plures alios, Graſ.d.loco n.8. Addo Moditium pręcitata dubitat.3.n.2.*

Sed pulchra hic ſexto loco ſuboritur dubitatio, & talis eſt.

QVidam debitor ſtetit per vigintiquinque annos, quod non ſoluit, impetrauit poſtea dilationem quinquennalem. Elapſis triginta annis, dubitatur an creditori exinde competat amplius actio ad petendum quod ſibi debebatur?

*Bald.in dict.leg.quoties, Cod.de precib.Imper.offerendis, numero 2.* mouet hanc difficultatem, & ſoluit, vide per eum.

Ego rem pro affirmatiua eſse definitam, per textum *in leg.fin.C.qui bon.ced.poſſ.* exiſtimo, ſic enim in fine ibi legitur (Nullo præiudicio creditorum, cuiquam ex quinquennij dilatione circa temporalem præſcriptionem generando) quid clarius?

Poſt hæc ſcripta reperi *Cuchum de Moratoria, nu.111. ita ſentientem,* & *text.in d.l.finali, ſub illis verbis adducentem,* Satis. Alia etiam pulchra ſeptimo loco ſubingreditur dubitatio, & eſt. An beneficium, quod per has litteras debitori conceditur, extendatur, etiã ad creditores futuros? Moditius eruditiſſimus præcitata dubitatione *3. numero primo poſt Guidonem Papam, Oinotomum*, ac alios relatos concludit pro negatiua, ipſum conſulas adeundus quoque *Clariſ. Dom. Carolus Bardellonus conſilio ſuo 30. numero 38.* vbi plures alios concordantes deducit.

---

## De annalibus, & quinquennalibus dilationibus breuis, ac elegans diſceptatio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Princeps poteſt concedere debitori dilationem annalem.*
2 *Item etiam quinquennalem.*
3 *Vlteriorem autem nequit.*
4 *Et ſi concederet, nec quo ad quinquennium ſuſtineretur.*
5 *Contrarium tamen Cuch.de Moratoria.*
6 *Et differentia inter dilationem annalem, et quinquennalem in modo procedendi.*
7 *An in dilatione annali ſit præſtanda cautio a debitore de ſoluendo in fine ipſius dilationis? non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia.*

8 Nonnulli

8 *Nonnulli eum teneri arbitrati ſunt, ratio ib. & nu.9.*
10 *Contrarium alij multi.*
11 *Corroboratur, & n.12.*
13 *In dilatione quinquennali talis cautio ſine dubio præſtanda eſt.*
14 *Et ſi forſan non detur reſcriptum, haud valet.*
15 *Amplia etiam ſi his litteris remittatur talis cautio.*
16 *Et eſt veriſſima ſententia, quidquid dixerit Iaſon.*
17 *Quam tamen limita, quando in ipſis litteris adeſſet Clauſula, Non obſtante.*
18 *Hæc tamen cautio præſtari debet, ſi petatur ab ipſo creditore, aliàs ſecus, & nu.19.20.& 21.*
22 *Ratio.*
23 *Quando lex, vel ſtatutum requirit, quod preſtetur certa fideiuſſio, aliter actus non valeat, debet ſemper ipſum ſtatutum intelligi, ſi petatur à parte, & nu.24.& 25.cum ſeq. vſq; ad 30. incluſiuè.*
31 *Debitor ſi facta diligenti inquiſitionem non poteſt inuenire fideiuſſores, gaudet beneficio iuratoriæ cautionis, & numer.32.*
33 *Et hęc ſententia eſt receptiſſima.*
34 *Effectus inſignis reſultat debitore non ſoluente poſt quinquennium, nam in carcerem detrudi poteſt, nec Amplius ad beneficium ceſſionis dimittitur.*
35 *Cur iuratoria cautio fuerit adinuenta, explic at ibi author, & n.36. & 37.*
38 *An datio fideiuſsorum de qua ſupra debeat fieri tempore, quò ipſę litteræ induciales impetrantur, an verò poſſit poſtea pręſtari ex interuallo, videndi Doctores remiſſiuè.*
39 *Dilatio quinquennalis conceditur debitori ad inſtantiam creditorum concurrentium pro maiori quantitate, cumuloque crediti.*
40 *Et tollit beneficium ceſſionis bonorum.*
41 *Et hoc non modo, vbicunq; concurreret diſparitas, & maior quantitas crediti eorumdem creditorum concurrentium, ſed etiam ſi concurret æqualis quantitas, vt tunc benignior ſententia admittatur.*
42 *An quinquennalis dilatio concedi poſſit à Principe ad inſtantiam dumtaxat debitorum, ignorantibus, & inuitis etiam ipſiſmet creditoribus pulcherrima eſt difficultas.*
43 *Viuius concludit pro affirmatiua, ſubditq; ita iudicatum.*
44 *An maior pars creditorum in præiudicium minoris partis poſſit remittere creditum, vel concedere dilationem debitori & quomodo? Videndus Maceratenſis in ſuis Reſolutionibus.*

De litteris inducialibus. Hactenus, in genere. Nunc autem de earumdem ſpeciebus congruo loco diſſerendum eſt.

1 SCiendum eſt itaque, quod Princeps poteſt concedere
debitori dilationem annalem, ſeu litteras induciales
ad annum interim non ſoluendi debitum, prout nota-
2 tur *in leg.quoties, C. de pręcibus Imper.offerendis*, ac etiam
dilationem medio earundem litterarum quinquenna-
lem, prout eſt text.ad litteram *in l.fin. C.qui bonis ced.poſſ.*
3 vlteriorem autem nequit, *Caſtrenſ. in dict. leg. quoties, in fine.*
4 Quinimò ſi concederet, nec quoad quinquennium
ſuſtineretur, ſic poſt alios *Zerola in ſua Praxi, in verſic.*
5 litteræ quinquennales, *in verſ.4.* iſtæ litteræ, licet contra-
rium ſenſerit *Cuch.de Moratoria, numer.194. cum ſeq.* vbi
pulchrè.
6 Eſt tamen differentia inter iſtas dilationes in modo
procedendi. In prima enim quæ eſt annalis, ſufficit iurare
ipſum debitorem eam impetraſſe pro vrgenti ſua neceſ-
ſitate, ſine fraude, nec erit opus alia probatione, nec audiri debent creditores oppoſitum probare volentes, cum
tamen in quinquennali neceſſe ſit, vt probet ſe adeò ne-
ceſſitate premij, vt debitum ipſum exoluere nequeat. Sic
poſt *Boerium, Quintil. Mandoſ. & alios, Cuch.de Moratoria, num.23.*
7 Sed an in iſta annali ſit præſtanda cautio à debitore de
ſoluendo in fine ipſius dilationis, non eſt eadem omnium
Scribentium ſententia.
8 Nonnulli enim opinati ſunt eum non teneri, moti quia
in mora modici temporis non fit præiudicium, *arg.*
9 *leg.ſi debitori, ff. de iud.* & quia quid differtur, non au-
fertur, *dict.leg.quoties, & leg.quamuis, ff. de arbitr.cum ſimil.*
10 Contrariam verò opinionem poſt *Iaſ. & alios in dict.*
*leg.quoties*, vti veriorem, ſequutus eſt inter cæteros *Boer.d.*
*ſua deciſ.296. numero 2.* vbi etiam ſubdit, quod eſt com-
munis, & poſt plures alios relatos *Cuchus de Moratoria,*
*n.24. & 53.*
11 Quæ quidem ſentētia mihi optimè videtur confirmari
per *text.in l.vniuerſa, C.eod.tit.de pręc. Imper.offerendis,*
ſic enim ibi legitur (vniuerſa reſcripta,) & ſic (prout ego
interpretor, tam annalia, quàm quinquennalia,) quæ in
debitorum cauſis ſuper præſtandis dilationibus promul-
gantur, non aliter valeant, niſi fideiuſſio idonea ſuper de-
biti ſolutione præbeatur.
12 Præterea ſuffragari etiam videtur poſſe *text.in l.ſi debitori, vbi Iacobin.de S. Georgio, de iudic.* nam in caſu dictæ
legis, quadrimeſtris dilatio conceditur, & tamen cautio
proculdubio exigitur, ergo multo magis ea requiretur in
annali.
13 In dilatione autem quinquennali huiuſcemodi cautio-
nē per debitorem præcisè præſtandam eſſe nemini dubiū
eſt, ſic inter cæteros *Botr.d.dec.296.nu.3. Guid.Pap.deciſ.*
*ſua 109.Paul.Fuſc.in ſuis Singular.in litt.D, nn.11.Carauita*
*d Ritu 287.n.5.*& poſt plures alios relatos, *Carol.de Graſſ.*
*d.ſua Except.32.n.97. & eſt communis opinio,* licet aliter
ſenſerit *D. Amator Rodriq.in ſuo tract.de execution.ſententię c.8.n.40.41.*
14 Et ſi forſan non detur, reſcriptum haud tenet ad ipſius
debitoris vtilitatem, *Afflict.deciſ.278.*
15 Quæ concluſio ampliatur, vt procedat, etiam ſi his lit-
teris remittatur talis cautio, quia non obſtante tali remiſ-
ſione, debitor ſi vult earum gaudere beneficio, tenetur
hanc eamdem cautionem de ſoluendo in fine ipſius dila-
tionis præſtare, ita *Doct.omnes in d.l.vniuerſa, C.de præcib.*
*imper.offer.* Sequitur poſt alios *Graſſ.d.loco nu.98.*
16 Et eſt veriſſima ſententia, quidquid dixerit Iaſ. in d.l.
vniuerſa in fine.
17 Quam tamen limita, quando in ipſis litteris adeſſet
Clauſula, Non obſtante. *Sic* poſt multos relatos idem
*Graſſ.num.96.* Prēterea ampliatur, vt eo magis procedat,
in inſtituore, vel alicui negotiationi prępoſito, hi enim
proculdubio tenentur dictam cautionem prēſtare, ſi prē-
dicto beneficio vti velint, ſic præcisè idem *D. Rodriq.dict.*
*cap. 8. num.41.*
18 Intellige tamen, vt debitor, cui fuit conceſſa dilatio,
teneatur præſtare cautionem per modum, vt ſupra, ſi ab
19 ipſis creditoribus petatur ipſa fideiuſs. ad *leg. ſi quis filium, §.ſtipulatio, ibi, cum interpellatus.ff. de Collat.* Quam-
uis enim tex in d.l.vniuerſa, ſub illis verbis (aliter non
valeat) videatur innuare, quod abſque alia interpel-
20 latione, ipſa cautio ſit præſtanda. Attamen *gl. et DD.*
ibi contrarium eſſe verius cenſuere, verbum namque
illud (non valeant) prolatum a lege, intelligitur cum ef-
fectu, non autem ipſo iure: Hanc eamdem ſententiam
21 ſequuntur, & alij communiter *Alex.conſil.210.in 2.Marſil.in Rubr.de fideiuſs.num.145.Surd.conſil.124.num.primo*
*et 2.Carauit.in ritu 189.numer.5.et 287.numer.5.Marcheſ.*
*de commiſs.ſuper dilationibus Moratoria, commiſs. quarto.*
*num.8.*

*num.8. ad infiniti alij*, quos refert, & ſequitur *Graſſ.d.loco num.* 100.

32 Ratio autem huiuſce conclusionis ea poteſt eſſe nam
in omni materia, in qua aliquis tenetur præſtare cautio-
nem, intelligitur ſemper, ſi à parte, in cuius fauorem præ-
ſtari debet, petatur, ita *Abb.conſil.96. num.4. Lancel.de
Attent.tit.de attent.reſtitut.in integr.pend.p.2.c.28.numer.*
72. & plures alij. Addo ego *Paulum de Caſtro, in dict.leg.*
23 *vniuerſa* vbi etiam ponit Regulam perpetuo menti te-
nenda, quod ſcilicet, quando lex, vel ſtatutum, facta ſint
quod præſtetur certa fideiuſſio, aliter actus non valeat,
debet ſemper ipſum ſtatutum intelligi, ſi petatur a parte.
24 Vnde infert ad ſtatutum huius noſtræ Magnif. Ciuitatis,
quo cauetur, quod ſi forenſis coueniat ciuem, debeat præ
ſtare fideiuſſorem idoneum de ſoluendis expenſis, aliter
proceſſu factus non teneat, docuit *Paulo de Caſt.ſe alle-
gaſſe*, & obtinuiſſe per hanc legem, cum gl. quod tale ſta-
tutum debet intelligi, ſi talis fideiuſſio petatur à forenſi,
alias ſi non fuit petita, & proceſſum eſt in cauſa, valet
præceſſus.

25 Sic etiam, ſi ſtatutum alicuius Ciuitatis, prout eſt no-
ſtrum, dictaret, quod appellans non audiatur, & quod
proceſſus ab eo factus ſit nullus, niſi præſtiterit cautionẽ
de reſtituendis expenſis, intelligitur, ſi fuerit facta requi-
ſitio, ita *Rip.in l.4.§.hoc autem iudicium, num.5.ff.de dam-
no infecto, & in l.ſtipulatus, n.80.ff.de verb.oblig. Sequitur
Ioannes de Amicis conſ.ſuo 28. & 33.n.32. & D.Brunor. d
Sol.in Compend propoſitionum iur. in verſ.fideiuſſio à lege re-*
26 *quiſita*, vbi etiam ſubdit, hoc procedere, etſi in ipſo ſta-
tuto inſeta eſſet Clauſula. Aliter actus non valeat, ibique
plures alios concordantes deducit.

27 Item ad hoc facit quod voluit *Ant. de Butr. in cap.pen.
de iud.vbi voluit*, quod ſi extaret ſtatutum, vt iudex tenea-
tur cauſam expedire cum conſilio ſapientis. tale ſtatutum
intelligatur, ſi à parte fuerit petitum, vt cauſa hoc modo
expediatur. Quam ſententiam ſequuntur *Alex.conſ.122.
lib.2.& Ripa in d.l.4. §.hoc autem iudicium, n.3.ff.de damno
infecto, qui etiam ſub n.4.* infert ad ſtatutum, quo diſponi-
tur, vt iudex compellat agnatos ad compromittẽdum de
28 lite inter eos vertente. Intelligitur enim ſi ab aliqua ex
partibus hoc fuerit petitum, allegat *Butrium in c.cum ve-
nerabilis de iudic.*

29 Sic etiam confert ad hoc, quod voluit *Machell. Pa-
roc.ſuo 45.numero 7.* vbi dicit, quod ſi ſtatutum diſpo-
nit, alicui detur terminus ad aliquid agendum, intel-
ligitur, ſi talis terminus fuerit a parte petitus, allegat
*Iaſ.in dict.leg.admonendi, numer.10. & 11.cum ſeq.de iure-
iuran.*

30 Infinita alia ſimilia ad hoc apprimè congruentia de-
ducit elegantes *Iaſ.d.l.vniuerſa, in primis numeris, & D.
Carol.de Graſſ.d.Except.32.n.100. cum infinitis ſeqq.* vide
per eos.

Sed iuxta prædicta quæro: quid ſi facta diligenti inqui-
ſitione, debitor non poteſt inuenire fideiuſſores, an amit-
tat hoc priuilegium ſibi conceſſum.

31 Et breuiter dico, quod non, ſed, ei conceditur dilatio
cum iuratoria cautione, prout diſpoſitum eſt in *l.omnes,
verſ.hac autem inclita vrbe, vbi Bal.in prin.C. de epiſcop. et
clericis. idem Bal.in auth.Cui relictum, n.7. et 8.C.de in d.vi-*
32 *duit.tollen. vbi Paul.de Caſtr. concludit*, quod qui debet fi-
deiuſſores præſtare releuatur, ab illo onere, ſi non poteſt,
vel cum magna difficultate poteſt: & hæc ſententia eſt re-
33 ceptiſſima, eam enim ſequuntur infiniti ex Neothericis,
quos omnes pulchro ordine refert, & ſequitur *Carol.de
Graſſ.d.loco, n.118.119.120. et 121.* ad lectorem remitto.
Addo *Barzium, deciſ.ſua Bononienſ.78.n.3.* vbi etiam ſub-
dit in fin; effectum inſignem reſultare debitore non ſoluẽ
34 te poſt ipſum quinquennium in carcerem enim tunc de-
trudi poterit, nec amplius ad beneficium ceſsionis ad-
mittetur, & *D.Marcheſ.d.commiſ.4.c.1.n.11. et cum ſeq.*

35 Et hoc proculdubio fuit introductum, ne contingat,
quod impotentia inueniendi fideiuſſorem ipſi debitori
adimat prorſus beneficium, quod ſibi commiſerationis
cauſa indulgeri ſolet.

36 Sic etiam cautio plena ob paupertatem remittitur,
*Fel.in cap.ſignificantibus, de offic.deleg. Dec. et alij, in capit.*
37 *1.de procuratoribus, et* immobilia non poſſidens, de iudi-
cio ſiſti cauere minimè tenetur. *deciſ.Pedemont.1.numer.
9.Ang.Iaſ.et alij in leg.Iulianus, in fin, ff.qui ſatiſd.cog.
Satis.*

Quæro ſecundo loco, an datio fideiuſſorum, de qua ſu-
pra debeat fieri tempore, quo ipſemet litteræ induciales
impetrantur, an vero poſſit præſtari poſtea ex inter-
uallo.

38 Huic difficultati ſatisfaciunt Communiter *Doctores
in dict.leg.vniuerſa, et in ſpecie Iaſ.numer.7. cum ſeq.* vide
per eum.

39 Pro coronide tamen totius præſentis materiæ notan-
dum volo, quod ipſa dilatio quinquennalis debitori con-
ceditur ad inſtantiam creditorum concurrentium pro
maiori quantitate, cumuloque crediti, in tantum, quod
ea ipſa dilatio tunc elargitur, etiam reluctantib. ſeu inuitis
alijs creditorib. non concurrentib. pro eorumdem mino-
ri ſumma crediti, qui itidem eo caſu condemnantur, me-
rito quidẽ ad concurrendum, *tex.eſt expreſſus in finali, C.
qui bon.cedere poſſ.ſequitur Franc.dec.ſua 82.n.1.cum ſeqq.
Pariſ.conſ.10.n.1.in 3.ac plures alij.*

40 Et talis conceſſio quinquennalis dilationis tollit, & ex
cludit beneficium ceſſionis bonorum, vt ſuperius tactum
fuit, & habetur in d.l.fin. & ſequitur poſt alios *Pariſ.conſ.
ſuo 100. n. 2.*

41 Et hoc non modo, vbicumque concurreret diſparitas,
& maior quantitas crediti eorumdem creditorum cõcur
rentium, ſed etiam ſi æqualitas qualitas concurreret, vt
tunc benignior ſentẽtia admittatur, ſic apertus eſt *tex.in
d.l.fin. vbi Doct.omnes, et ſequitur Viuius deciſ.ſua 38. nu-
mer.1. vol.1.*

42 Sed an huiuſcemodi quinquennalis dilatio proſit con-
cedi à Principe ad inſtantiam dumtaxat debitorum, igno
rantibus, & inuitis etiam ipſiſmet creditoribus? pulcher-
rima eſt difficultas *Viuius dec. ſua 38* diſcutit ex profeſſo
43 hunc articulum, & ſub nu.2. cum ſeq. concludit pro affir-
matiua, ſubditq; in Regia Audientiæ terræ Barri, non ſe-
mel ita obſeruatum, vide per eum.

44 Quæres etiam, an maior pars creditorum in præiudi-
cium minoris partis poſſit remittere creditum, vel dila-
tionem concedere ipſimet debitori? Pro reſolutione vi-
dendus *M.Anton. Maceratenſis variar.reſolut.c.18. libr.2.
pag.294.*

Et hæc de hac materia ſufficiant. Pro ſatietate vidẽdus
*Graſſ.d.except.32. per tot. et Cuch.in d.ſuo tract. de Morato-
ria* adiungas etiam nouiſſimè *D. Alexand. Trentacinq.
Variar.reſolut.lib.3 titul.de ſolution.reſolution.1.2.& 3.* vbi
omnium latiſsimè, ac elegantiſsimè, adnectendus quoq;
præfatus *D. Amator. Rodriquez.d.c.8.à num.36. vſque in
finem, vbi pulchrè et D. Matthias Stephan de iuriſd.lib.2.p.
1.c.7 n.390. cum ſeq.*

---

## De Litteris Apoſtolicis.

*SVMMARIVM.*

1 *Ex litteris Apoſtolicis plena fides ſeu probatio inducitur, et num.2.3. et 4.*

5 *Ratio.*

6 *Amplia*

6 *Amplia in nonnullis caſibus de quibus,et n.7. et 8.*
9 *Non ſolum litteræ ipſius Summi Pontificis probant, ſed etiam eæ, quæ ſcriptæ ſunt per Cardinalem ipſius Pontificis nepotem, habentem tamen latiſſimam ſuperintendentiam.*
10 *Ratio,et num.11.*
12 *Litteræ Summi Pontificis probant, quando Papa atteſtatur de facto ſuo proprio tantum,et in illo ſe fundat.*
*Et adeò probant,vt nec probatio in contrarium admittatur.*
13 *Quod procedit, etiamſi teſtificetur quidpiam in cauſa ſuæ Eccleſiæ.*
14 *Si Pontifex aſſerat aliquem eſſe ſuum Capellanum, ſeu Cubicullarium,ſtatur ſuę aſſertioni.*
15 *Item ſi dicat aliquem eſſe ſuum familiarem.*
16 *Idem ſi narret aliquem renunciaſſe beneficia per procuratorem.*
17 *Idem ſi aſſerat quem eſſe nuncium Sedis Apoſtolicæ.*
18 *Litteræ Papę, ſi atteſtentur de facto alieno,ſolummodo pręſumptionem inducunt,et n.19.*
20 *Limitatur ſi Summus Pontifex aſſereret ſe de tali facto informatum fuiſſe, tunc enim ſibi etiam facto alieno atteſtanti adhibenda eſſet fides.*
21 *Quidquid dixerint nulli.*
22 *Litterę Pontificis carentes titulo dignitatis, nullam fidem faciunt.*
23 *Quinimò,ſunt ſuſpectæ ob ſtylum Curię non ſeruatum.*
24 *Litterę Apoſtolicę, etſi exequutionem habeant paratam, tamen ſunt iuſtificandę.*

Hactenus de varijs litterarum generib. à priuatis perſonis conſcriptis pro virili noſtra diſſeruimus. Supereſt modò,vt nonnulla de his,quæ à publicis, ſiue in dignitate conſtitutis exarantur,breuiter edoceamus. Inquirendum eſt igitur primo.

An ex litteris Apoſtolicis plena fides, ſeu probatio oriatur.

1 IN quam quidem propoſita difficultate concluſio ſit pro affirmatiua,*textus eſt notabilis,in cap.cum in iure, de officio deleg.et in Clementina prima*, vbi etiam Canoniſtæ omnes de probation. vbi Summus Pontifex mandat ſibi aliquid aſſerenti plenariam fidem adhiberi,quod etiã
2 elicitur *ex cap.nobiliſſimus,95.diſtinct.ſequitur D.Lapus allegat.ſua 7.*vbi dicit, quod ex litteris Papæ, in quibus ipſe commendat aliquem iudici ſæculari tamquam Plebanum talis plebis,plenè probatur illius Plebania.*Idem allegatione ſua 121.et 122.* Sequitur quoque *Ioannes Andreas in capitulo non licet,de regulis iuris,in 6.* dicit,quod accuſatus
3 coram iudice ſæculari, producendo litteras, in quibus Pontifex illi tamquam clerico confert beneficium,probat ſe clericum.
4 Sic etiam *Socc.conſ.296.In cauſa,quę vertitur, colum.1. num.32.verſ.*ſed tamen non obſtante, docet,quod fundus poteſt probari liber, vel cenſualis per litteras Summi Põtificis, in quibus cum aliqua iſtarum qualitate illum nominet, addo *Philipp.Port. conſ.ſuo 22.n.21.& conſil.25. num.22.*
5 Nec mirum de his omnibus alicui videri debet:ſi enim ſtatur litteris cuiuſlibet iudicis atteſtantis aliquid de his, quæ pertinent ad officium ſuum,*l.ſi publicanus,§.rebus,de public.Abbas in cap.poſt ceſſionem de probat.*quanto magis ſtandum erit dicto Summi Pontificis,cuius authoritas ſupereminet omnibus alijs.
6 Ampliatur autem iſta Concluſio varijs modis, & Primo, vt eo magis procedat, quando ſumus in antiquis, tunc enim ex ipſis litteris plena proculdubio oriretur probatio,& ſic præciſè *D.Alferius allegat.ſua 14. num.7. & ſequitur Put.deciſ.ſua 306.lib.3.*vbi pulchrè docuit,litteras antiquas Papæ certi quid aſſerentes,quo ad ſolutionem decimarum,plenè ad victoriam ſufficere. Addas etiã *D.Matthiam Colerum,conſil.ſuo 30.n.82.* vbi tradit,quod de factis antiquis narratio Papæ in litteris etiam recentioribus probat plenè,etiam vbi alias non probarent,ibique nonnullos concordantes deducit,vide per eum.
7 Ampliatur ſecundo, vt præcipuè ſibi locum vendicet, quando in ipſis litteris Papa loqueretur diſpoſitiuè, ſic præcipuè poſt alios *Maſc.concl.ſua 1253.n.51.*
8 Quinimò epiſtola ipſius Papæ verba diſpoſitiua continens,ac aliquid, quod eſſet dubium, declarans, ſeruatur pro lege,*Ang.in l.item veniunt,§.cæterum, de petit.hæred. Surd.poſt alios conſil.ſuo 333.n.13. in 4.*
9 Ampliatur tertiò, vt non ſolum litteræ ipſius Summi Pontificis probent, ſed etiam eæ, quæ ſcriptæ ſunt per Card.ipſius Pontificis nepotem,habentem tamen,vt vul-
10 gò dicitur,ſuperintendentiam. Et ratio eſt: quia tunc cẽſentur ſcriptæ ex Pontificis mandato, viuæ vocis oraculo ei facto,ſic præciſè *Cæſar de Graſſ.deciſ.ſua 112 num.12.et per totam. Videndus Simon de Pret.conſil.40.nu.4.in 1.& Monald.conſil.109.n.9.in 2.* vbi poſt Felinum, & alios do-
11 cuit, quod litteris ſcriptis ex mente Papæ, plena fides eſt adhibenda,cum quotidie ſeruetur de ſtylo Curię. Adeundus quoque *Clariſſ.Dom.Farin.deciſione ſua. Rotæ Romanæ 602.num.2.* vbi poſt *Grammaticum,Mohedan.* & alios docuit quòd clericatus per litteras Vicarij ipſius Papæ probatur.

Nota tamen,quod cedulæ,ſeu epiſtolæ Cardinalis non creditur;ſed bene contra cedulæ Vicecancellarij, quia eſt officialis atteſtatur de ijs,quæ conceduntur à Papa, *Put. deciſ.328.lib.1.*
12 Intellige tamen hæc omnia, quando Papa atteſtatur de facto ſuo proprio tantum, vel in illo ſe fundat, tunc enim ex litteris ipſius plena fides inducitur, & probatio pleniſſima,vſq.eo,vt nec probatio in contrarium admittatur,*d.Clem.1.de prob.& ibi Gl.in verſ. feciſſe narramus, cum concord.deductis per Maſc.concl.ſua 139.n.1. & concl. 1233.n.52.& 53.*
13 Quæ Concluſio etiam procedit, ſi teſtificetur quidpiã in cauſa Eccleſiæ,nam in illa cauſa, & teſtis eſſe poteſt, & de eadem iudicare;*Butr.in c.cum veniſſent num.19.de Iud. Ioannes Crotus, in tractatu de teſtibus, §.6. numero 217.*
14 Ex quo fit, quod ſi Pontifex ipſe aſſerat aliquem eſſe ſuum Capellanum,ſeu Cubicularium, ſtatur ſuæ aſſertioni, vt reſpondit *Gemin.conſil.59. in princip.vt ſupr.diximus.*
15 Idem ſi dicat aliquem ſuum eſſe familiarem.
16 Idem ſi narret aliquem renunciaſſe beneficia per procuratorem nam creditur fuiſſe procuratorem, etiam ſi non conſtet de mandato, quod etiam locum habet, ſi aſſerat aliquem eſſe procuratorem, quod tamen falſum dijudico, ita pulchrè docet hæc omnia *Maſc.præcit.concl. 139.in primis numeris.*
17 Idem iuris pariter eſſe concludito, ſi in ipſius Summi Pontificis litteris, quem eſſe nuncium Sedis Apoſtolicæ enuncietur,adhuc enim ex ijs plena ad illius fauorem orietur probatio,ſic eleganter Pariſ. *dicto conſil.17.num.1. in quarto.*
18 Si autem atteſtetur de facto alieno,tunc ſumus in comperto, quòd ſolum eius litteræ præſumptionem inducunt,ita colligitur ex *Lapo præcit. Allegat.ſua 7.*vbi ex dictis Scribentium,*d.Clem.1.concludit,*litteras Papę narrantes coram ipſo factam renunciationem, adeò probare renunciationem, vt nihil in contrarium allegari poſſit, de facto enim proprio Summus Pontifex tunc atteſtatur, ſed ſi dicat talem obijſſe in curia, tunc non probant, ſed ſolum inducunt præſumptionem transferrentem onus probandi in aduerſarium, & hoc quia aſſertio ipſius
19 Papæ eſt facti alieni. Hanc eandem diſtinctionem

ſequitur, & comprobat *Imol.ac omnes Canoniſtæ in dict. Clement.1.de probat.* & poſt hos omnes relatos *D. Maſc. concl.ſua 1233.n.35. cum ſeq.*

20 Limitatur tamen hoc, quando Summus Pontifex aſſereret ſe de tali facto informatum fuiſſe, tunc enim ſibi etiā
21 de alieno facto atteſtanti adhibēda eſſet fides. Quidquid dixerint nonnulli. *Dec.in ſpecie conſ.ſuo 576.in fine, ita Canoniſtæ omnes, in d.clem.1.de probat.* De hoc autem cum per alias ſatis abundè dictum fuerit in tractatu noſtro de verbis enunciatiuis *lib.2.q.2.*

Hæc in præſentiarum tetigiſſe ſufficiat, ad ibi ſcripta, & per *Maſcard.concl.139.& 1233.* lectorem beneuolum remitto.

22 Obſeruandum eſt autem pro coronide, quod ſi epiſtola ipſius Summi Pontificis abſq; ſuæ dignitatis titulo alicui eſſet perlata, nullam proculdubio fidem faceret.

23 Quinimò eſſet ſuſpecta ob ſtylum Curiæ non ſeruatum, ſic poſt *Cagn Menoch.& alios D.Maſcard. concluſ ſua 627.num.22. Addo Socin iun.conſilio ſuo 189.num.57. in ſecundo,* vbi præcisè docet, quòd litteræ Apoſtolicæ falſæ reputantur, ſi ſtylus, & conſuetudo. Sedis illius non reperiantur. Sequutus eſt nouiſſimè *Clar. D.Petrus de Cabal, conſ.ſuo 95.n.18.in ſecundo.*

24 Obſeruandum ſecundo, quod litteræ Apoſtolicæ, etſi exequutionem habeant paratam, attamen ſunt iuſtificandæ pulchrè *Clar.Dom.Farinac. deciſion.ſua 356. Rotæ Romanæ in nouiſſimis,* per totum, & quod habent exequutionem paratam, poſt *Mohedanum tradidit idem Clar.Dom. Farin.deciſione ſua 366.num. primo,* id quod etiam ſequutus eſt *Illuſtriſſ.Card.Tuſchus, concluſ. ſua 369. in littera L.* Et hæc ſufficiant. Latius de materia dictarum litterarum Apoſtolicarum diſceptat idem *Dom.Cardin.Tuſcus, concluſ.ſua 361.367 & 368.* cum nonnullis alijs ſequent. vide per eum. Sat enim mihi loca tetigiſſe. Adde etiam *Dom. Herculem Mareſcottum, libro ſecundo Variarum Reſolut. cap.9.*

---

## De Litteris Epiſcopi, ſeu cuiuslibet alterius iudicis Ordinarij.

*SVMMARIVM.*

1 *Litteris Epiſcopi, ſeu alterius iudicis ordinarij authentico ſigillo ſigillatis, & teſtium ſubſcriptorum manu propria roboratis plena fides adhibetur.*
2 *Verbum iſtud (Ordinarius) non ſolum comprehendit Epiſcopos, ſed etiam inferiores, & ſpeciales ordinarios.*
3 *Litteræ Epiſcopi, vt ſupra, conceptæ, vim publici obtinent documenti.*
4 *Litteræ Epiſcopi ſigillatæ, vt ſupra, non ſolum probant in leuibus, ſed etiam in arduis, & non ſolum in litteris promulgatorijs, ſed diſpoſitionis, ſed etiam citatorijs, vel continentibus aliquam ſententiam, & in litteris teſtimonialibus.*
5 *Exemplum.*
6 *Litteræ Epiſcopi, vt ſupra non ſolum probant in ſpectantibus ad officium ſuum, ſed etiam in alienis negotijs.*
7 *Contrarium docuit Felinus.*
8 *Fundamentum, & n.9.*
10 *Et eſt receptior, & verior opinio.*
11 *Quæ eo magis ampliatur, vt vera ſit in iudicialibus.*
12 *Intellige tamen hoc procedere in his, quæ non pendent ab arbitrio iudicis.*
13 *Si Epiſcopus faceret fidem de præſentatione facta coram eo, vel de inſtitutione per eum facta, ſibi abſque alio crederetur.*
14 *Sic etiam ſi atteſtaretur ſe ordines alicui contuliſſe.*
15 *Vicecurato de matrimonio atteſtanti, cum atteſtetur de pertinentibus ad officium ſuum, creditur.*
16 *Litteris epiſcopi, vt ſupra conceptis, non creditur, quando contra ipſum præſumptio eſſet fraudis, & præcipuè in præiudicium tertij.*
17 *Exemplum.*
18 *Epiſtolæ epiſcopi ſuo ſignatæ ſigillo, & teſtium ſubſcriptorum manu propria roboratæ creditur, etiam in non ſpectantibus ad eius officium, cum conſuetudine ita receptum eſt, & n.19.& 20.*
21 *Ratio.*
22 *Item epiſtolæ ipſius, vt ſupra conceptæ, creditur, quando agitur de leuibus.*
23 *Item quoad ſemiplenam probationem, & n.24.*
25 *Item ſi proferatur aduerſus eam producentem, vel aduerſus eum, cuius ſigillum litteris fuerit impreſſum, & n.26.*
27 *Litteræ epiſcopi ſolo ſuo ſigillo ſigillatæ, ſine ſubſcriptione teſtium, ac ſine tabellione, probant in his, quæ ſpectant ad eius officium, & n.28.*
29 *Ratio.*
30 *Litteræ epiſcopi ſolo ſuo ſigillo ſigillatæ, probant dumtaxat in ſpectantibus ad eius officium.*
31 *Et ideo ſi ſigillum eſſet appoſitum in teſtamento, & ſic circa actum non ſpectantem ad ſuam iuriſdictionem nihil probaret.*
32 *Sic etiam ſi ipſemet Epiſcopus in ſua collatione quem eſſe filium in patrimonialem atteſtaretur, ſibi vtique fides denegaretur, & n.33.*
34 *Sic quoque ſi ageretur de probanda dotatione ad quandam capellam, & de illa Epiſcopus in ſuis litteris atteſtaretur, ſibi vtique minimè fides adhiberetur.*
35 *Ratio.*
36 *Litteras Epiſcoporum, ac aliorum Ordinariorum etiam ſigillo ſuo authentico roboratas nullam probationem facere docuit eſt verior.*
38 *Amplia, vt locum ſibi vendicet etiam in his, quæ non pertinent ad officium Epiſcopi.*
39 *Exemplum ibidem.*
40 *Item amplia, etiam ſi ipſiuſmet Epiſcopi litteræ eſſent ſigillatæ ſigillo alieno, puta Capituli.*
41 *Ratio, & num.42.*
43 *Litteræ Epiſcopi ſolo ſuo ſigillo ſigillatæ, non probant, cum agitur de præiudicio tertij.*
44 *Ratio ex Menoch. & num.45.*
46 *Item non probant in iudicialibus in præiudicium alterius, & num.47.*
48 *Item quando contra Epiſcopum ſcribentem eſſet præſumptio fraudis, & num.49.& 50.*
51 *Obijcitur contra, & num.52.*
53 *Soluitur, & num.54.*
55 *Declara ex Maſcardo, & n.56. et 57.*
58 *Litteris Vicarij Epiſcopi, ſeu eius locum tenentis, non creditur.*
59 *Litteris Epiſcopi ſuo ſigillo munitis non creditur, quando ſunt teſtimoniales ſuper facto de præterito, exempla ibidem.*
60 *Amplia, ex Maſcardo, etiamſi litteræ prędictæ non forent putè teſtimoniales, ſed recitatoriæ.*
61 *Limita pluribus alijs modis, de quibus remiſſiuè per Doctores.*
62 *Litteris extraiudicialibus Epiſcopum, et Abbatum creditur, etiam quando tempus, et contra tertium, ſed de conſuetudine non de iure.*
63 *Litteræ Epiſcopi ſubſcriptæ, ſed non ſigillatæ, item abſque ſubſcriptione teſtium cenſentur litteræ priuatæ, quib. duntaxat creditur contra ſcribentem, probato, quod ipſe ſcripſerit.*
64 *Et non probant contra tertium.*
65 *Non ſufficio ſigillum, vbi neceſſaria eſt ſubſcriptio.*
66 *De materia harum litterarum videndus Card. Tuſcus.*

**An litteris Epiſcopi, ſeu alterius iudicis ordinarijs plena fides adhibeatur?**

**Contingit ſecundo loco dubitari.**

Grauiſſima ſanè, ac vaſtiſſima eſt huiuſmodi difficultas: ea enim decem Concluſionibus licet ſatis confusè, abſoluit *D. Abbas, in cap. poſt ceſſionem, num. 3. & 4. de probationibus*, quem ibidem ſequuntur Communiter Doctores.

Ego autem pro faciliori veſtrum intelligentia, ac exactiori huiuſce controuerſiæ explicatione, totam hanc materiam tribus dumtaxat aſſertionibus, ſingulas multifariam extendendo, & limitando, ea maiori breuitate, qua concedetur abſoluam.

Sit igitur Prima Concluſio.

1 Litteris Epiſcopi, ſeu alterius Ordinarij. (Hic obiter
2 nota, quod verbum hoc Ordinarius) non ſolum comprehendit Epiſcopos, qui ſunt generales Ordinarij, *capit. cum Epiſcopus, de off. ordin. lib. 6. & cap. 1. eod. tit. ſed etiam inferiores*, & ſpeciales ordinarios, vt eſt *text. iuncta gloſ. notab. in cap. ordinarij, de off. ordin. in 6.*) authentico ſigillo, ideſt, publica authoritate comprobato, ſigillatis, & teſtium ſubſcriptorum manu propria rohoratis, plena fides adhibetur: ita traditum eſt ab Innocentio, in *capit. 1.* in prima oppoſitione, extra de fide inſtrumentorum, & ſequuti ſunt Canoniſtæ omnes, *in d. c. poſt ceſſionem*, vbi in ſpecie *Abb. & Felin. num. 3.* vbi vlterius de hoc dicit eſſe *textum in cap. ſi Canonici, de off ordin. in 6. in cap. quoniam contra, & cap. pen. de procuratoribus*. Sequitur quoque *Clariſs. Dom. Maſcard. concluſione ſua 628. numer. 1. Hieronymus Gigas, conſil. ſuo 21. num. 10. & nouiſſimè Schuuartzenthaler, in ſuo tractat. de ſtipulat. pag. mihi 830. numer. 19.*

3 Ratio autem huiuſce Concluſionis mea ſententia poteſt eſſe, quia huiuſmodi litteræ publici inſtrumenti valorem obtinet, *iuxta cap. 2. de fide inſtrumentorum; ſequitur Crauet. conſ. ſuo 122. n. 14. & Strozzius de Vicario Epiſcopi, lib. 1. q. 64. n. 15.*

Ampliatur autem Communis iſta Concluſio varijs modis.

4 Et primò, vt locum ſibi vendicet non ſolum in leuibus, ſed etiam in arduis, & non ſolum in litteris promulgatorijs, ſeu diſpoſitionis, ſed etiam citatorijs, vel continentibus aliquam ſententiam, vel ſi ſint litteræ, vt appellant, teſtimoniales, atteſtantes aliquid factum, vel non factum,
5 v. g. quod Titius permutarit beneficium cum Sempronio, vel alia huiuſmodi. Sic præciſè inter cæteros *Felin. in d. c. poſt ceſſionem, n. 5.* quem ad litteram ſequutus eſt *D. Maſc. d. concl. 628. n. 2.* vbi vlterius ſubdit hoc idem decidendo corroboraſſe *Doctores de Rota deciſ. ſua prima, alias 22. tit. de probationib. in Nouiſſ.* qui tamen de hoc, vt videri poteſt, nec verbum quidem.

6 Ampliatur ſecundò, vt procedat non ſolum in ſpectantibus ad officium ipſiuſmet Epiſcopi ſigillantis, ſed etiam in alienis negotijs. Sic præciſè *D. Abbas, in d. c. poſt ceſſionem, n. 5. in principio, & in verſic. tertio dico*, vbi pro corroboratione adducit *text. in d. cap. 2. de fide inſtrumentorum*, *vbi text.* indiſtinctè loquens, æquiparat eas inſtrumento confecto manu tabellionis, ſequitur ſunt etiam *Domini de Rota, d. deciſ. 1. de probationibus, in nouiſſ. & D. Maſc. d. concluſ. ſua 628. n. 3.*

7 Contrarium tamen hac in re ſenſit expreſsè *Felin. in d. c. poſt ceſſionem, n. 4. verſ.* ſed contrarium, cum ijs, quæ ibidem adducit, aſſerens tantum epiſtolas Epiſcopi probare in pertinentibus ad eius officium, idque *argum. text. in cap. cum dilecta, de reſcriptis*, vbi ſi litteræ fuerint ſigillatæ ſigillo alicuius Collegij, probant dumtaxat quoad negotia ipſiuſmet Collegij.

8 Et hæc opinio, quæ quidem mea ſententia videtur verior, ea fulcitur ratione, nam ſigillum ſolum probat ſuper his, ſuper quibus eſt inuentum, *c. ſignificauit, de appell. & docuit latiſſimè Maſc. concluſ. ſua 627. n. 48. & 49. & concl. 1308.*

9 Quinimo *Dec. in d. c. poſt ceſſionem*, docuit, quod authoritas ſigilli reſtringitur ſemper ad cauſam, & officium, quo ſigillum conſtitutum fuit.

10 Et hanc Felini ſententiam, quam veriorem, vt ſupra dixi, dijudico, ſequuti ſunt etiam plurimi alij, quos pulchrè deducit *Maſcard. d. ſua concl. 628. n. 5. & 6. Addo Viuium, deciſ. ſua 184. n. 10.*

11 Quæ quidem eo magis ampliatur, vt vera ſit in iudicialibus, in ijs enim ſine diſcrimine non creditur Iudici, vel Epiſcopo, in præiudicium alterius. Sic notatur in capitulo, quoniam contra de probationibus, quod videtur confirmari ex dicta deciſione *Dominorum de Rota 1. titul. de prob. in princ. ibi* (dummodo non procedat vt iudex, quia tunc ſecus, vt in *ſup. cit. c. quoniam contra.*)

12 Intellige hoc tamen procedere in his, quæ non pendet ab arbitrio iudicis, ſecus in his, quæ ex iure officij pro arbitrio ſuo poteſt diſponere, nam tunc ipſi creditur, teſtis eſt poſt *Bald. & Dec. relatos, Dom. Maſc. dict. concl. ſua 628. num. 9.*

13 Et hinc eſt, quod ſi ipſemet Epiſcopus faceret fidem de præſentatione facta coram eo, vel de inſtitutione per eum facta, aut alijs huiuſmodi, ex quo ageretur de his, quę pro arbitrio ſuo poteſt diſponere, plena fides abſq; dubio ſibi adhiberetur, ſic eleganter poſt *Rotam Romanam, Rochum Lambertinum, & alios, Dominus Monaldus, conſil. ſuo 82. n. 16. vol. 1.*

Sequitur eſt *Dominus Nicolaus Garzia de beneficijs, p. 8. c. 4. n. 39.* vbi poſt plures alios relatos reddit rationem, dicens, nam factum præſumitur ſolemniter actum, niſi contrarium probetur, & latius per eum.

14 Sic etiam ſi ipſe atteſtaretur ſe ordines alicui contuliſſe, ſibi plenè ob eamdem rationem crederetur. *Grammat. pulchrè deciſione ſua 81. n. 1. Addo Clariſs. Maſcard. concluſ. ſua 305. de probationibus, num. 1. & per totam*, vbi etiam an clericatus per litteras Epiſcopi probari poſſit pulcherrimè diſceptatur. Adeundus quoque eadem re, *Illuſtriſs. Cardin. Tuſcus, concluſione ſua 378. in littera C, vbi latè.*

15 Prout creditur vicecurato de matrimonio atteſtanti, cum atteſtetur de pertinentibus ad officium ſuum. *Monald. conſil. 42. n. 19.*

16 Subampliatur ſecundo loco, opin. Dom. Felini, vt eo magis procedat, quando contra Iudicem, vel Epiſcopum ſcribentem præſumptio eſſet fraudis, tunc enim ipſi in præiudicium tertij non creditur.

17 Exemplum erat, in dicta deciſione prima, de probationibus, vbi non creditur ordinario ſcribenti contra Apoſtolicum impetrantem, ſi dicat ſe prius contuliſſe beneficium quam Summus Pontifex, vel exequutor eius, non enim ſibi fides adhibetur propter fraudis ſuſpicionem, & latius id proſequitur *Dominus Abbas, in dicto capitulo poſt ceſſionem, numero quarto, verſic. non obſtat ſtylus Palatij.*

Limitatur autem recepta iſta ſententia Felini, videlicet, quod Epiſtolæ Epiſcopi ſuo ſignatæ ſigillo, non creditur in non ſpectantibus ad eius officium, varijs modis.

18 Primus quidem eſt, niſi conſuetudo extet in contrariũ; tunc enim nullo habito diſcrimine, fides adhiberetur litteris ipſius iuxta id quod per conſuetudinem ipſam eſſet introductum, ita Canoniſtæ omnes, in dicto c. poſt ceſſionem. *Felin. in ſpecie num. 8. et Decius, numero quadrageſimoprimo.*

19 Sequitur etiam *Baldum in Rubrica, C. de fide inſtrumen-*

*torum,columna vltima, verſic.ſeptimum, & vltimum complementum,num.*41. dicens huiuſmodi conſuetudinem efficere poſſe, vt credatur talibus litteris in quocunque facto. Addo poſt plures alios relatos *Dominum Maſcardum dicta concl.ſua 628.num.*12. *cum duobus ſequentibus*, & *Schuuartzenthaler,de ſtipulat.pag.*829.*numero* 4. *vbi pulchrè*.

20 Subamplia,vt talis conſuetudo efficiat, vt non ſolum credatur ipſius litteris cum ſigillo, ſed etiam ſolo ſigillo fides adhibeatur,*ita Dec.in d. c.poſt ceſſionem, num.*43. & *communiter Doctores*.

21 Nec mirum (mea ſententia) ex generali enim totius orbis conſuetudine, quam etiam ſeruat Palatium Apoſtolicum in his,quæ ſpectant ad ſuum officium: ſigillum ipſius Epiſcopi reputatur authenticum *Doctores de Rota, dicta deciſione prima, in princip.* ac proinde ſumma cum ratione ſibi creditur.

22 Coarctatur ſecundò principaliter ſupradicta ſententia Felini, quando agitur de leuibus, in ijs enim litteris Epiſcopi indiſtinctè creditur:ita *Bald.* & *communiter omnes, in dicto cap.poſt ceſſionem,vbi Abb.in ſpecie, ſub num.*4. dixit,in leuibus etiam credi extra officium, per ea, quæ habentur *in cap.*1.*de cleric.peregrin.* Sequitur poſt infinitos relatos Dominus *Maſcardus,dicta concluſione ſua* 628. *numer.*16.& 17. *Idem concluſione ſua* 1225. *numer.*10. *Addo Schuuartzenthaler, de ſtipulationibus, pagina* 83. *numer.*15.

23 Limitatur tertiò, quo ad ſemiplenam probationem, abſque difficultate enim ex talibus litteris ſemiplena oritur probatio.Ita Innocent.*in c.in præſentia,de renunc. vbi Card.*& *Imola,*& *ſequitur poſt Abb.Dominus Maſc. d. concluſ.*628 *n.*18.

24 Hinc colligebat *Dec.in d.c.poſt ceſſionem,num.*47. quod in omnibus illis caſibus, in quibus ſemiplenæ probationes ſufficerent, ex huiuſmodi litteris plena fides emanaret.

25 Limitatur quarto, ſi eiuſmodi litteræ proferantur aduerſus eas producentem,vel aduerſus eum, cuius ſigillum litteris fuerit impreſſum, contra enim illos probandi hæ litteræ vim habent, argumento *l.Publia,§.fin.ff.depoſiti, leg.ſi procuratorem, de procuratoribus*, & *leg.*2.*ſupra de rebus creditor. Sic Canoniſtæ omnes in dict. cap. poſt ceſſionem*.

26 Hinc eleganter docet *Bart.in l.*2.*de ſtipul. ſeruorum.* Inſtrumentum procurationis confectum ab eo, qui procuratorem conſtituit, aduerſus eum fidem facere, non autem pro ipſo. Et hæc ſatis.

Latius de iſta Concluſione per *Dominum Abbatem,in d.c. poſt ceſſionem,n.*5.*vide per eum*.

Sequitur Secunda Concluſio.

27 Litteræ Epiſcopi ſolo ſuo ſigillo ſigillatæ ſine ſubſcriptione teſtium,ac ſine tabellione,probant in his,quę ſpectant ad eius officium,ita *Innoc.in c.*1.*in fine, extra de fide inſtrumentorum*, vbi fidem adhiberi ait litteris cuiuslibet prælati,de his,quæ ſui officij ratione facere debet, vel poteſt, veluti Archiepiſcopi litteris ad Concilium Suffraganeos aduocantis,vel ad Suffraganei electionem, iuxta *capitulo ſi Epiſcopus,*11.*diſtinct.*18.*et capitulo non debet.*2.*diſtinct.*65. *Refert Panormit. in dicto capitulo poſt ceſſionem, numero* 4. *in* 7. *oppoſitione*. Sic etiam concludit Ioannes Andreas in additionibus ad *Speculator*, §. *nunc dicendum reſtat,columna* 7. *titul.de inſtrumentor. editione*, vbi firmat expreſſis verbis adhibendam fidem litteris etiam citra adminiculum teſtium, ſi modo hæ conſcriptæ ſint de eo,quod ſigillantis officium concernit, idem tradit *Bald. in Rubrica, C. de fide inſtrumentorum*. Sic quoque decidunt Auditores Rotæ Romanæ, *in d.deciſ.*1. & *deciſ.*10. *de probationibus in nouiſs.Iidem in deciſ.ſua* 16. & 17. *eod. tit,de prob.in antiq.Sequitur Bertachinus, de Epiſcopo, in* 8. *part.tit.*3.*q.*16.*Allegat Bal.in l.ſi qua,C.de Epiſc.* & *Cleric. in* 4 *colum.* vbi dicit credi litteris Epiſcopi de Sacerdotio Clerici.

Sic tandem cenſuit *Cl.Dom. Nicolaus Garcia, in ſuo eleganti tract.nuper edito,de beneficiis,parte* 8. *c.*4.*nu.*35.*cum ſeq.*vbi tradit, quod creditur litteris Epiſcopi ſolo ſigillo ſuo ſigillatis ſine notario, & teſtibus, ſuper reſignatione facta in ſuis manibus per eum admiſſa, & collatione ſubſequuta & facit ſemiplenam fidem,dummodo omnia in litteris ſuis contenta,coram eo,& per eum vno, & eodem tempore facta,& completa exiſtant, alias non facerent fidem niſi de vltimo actu,quia omnia,& ſingula prædicta ſpectant ad officium ſuum,& inter ſubditos ſuos extra iudicium per eum expediunt, & vt latius per eum, quem omnino conſulas.

28 Et hoc procedit etiam, quando litteræ Epiſcopi concernunt factum alienum; ideo ſi in litteris ipſius ſuo ſigillo ſigillatis narretur præſentatio facta,vel inſtitutio, probatur vtique ipſa præſentatio, vel inſtitutio, quia litteris ipſiuſmet Epiſcopi creditur quoad eius officium, ita voluit eadem *Rota Roman.deciſ.ſua* 11.*alias* 423. *tit.de iurepatronatus,in nouiſs.*& *ſequitur Milis,in Repert.in verſ.litteris Epiſcopi,plurimos alios concordantes,refert,*& *ſequitur Dom.Maſcard.concluſione ſua* 991 *num.*1.*et Schuuartzent. in ſuo tractatu de ſtipulationibus,pagina mihi* 827.*num.*6.*et ſeptimo.Addo Petrum Æmil,Veral.deciſ.ſua* 408. *numero tertio, part.*2. Videndus tamen *Dominus Maſcard. Concluſion. ſua* 1222.*ferè per totam*, vbi pulchrè de hac materia.

29 Ratio autem huiuſce concluſionis ea poteſt eſſe, quoniam ſigillum ipſius Epiſcopi eſt publicum, ſecundum *Caſtrenſ.in l ſi procuratorem, ff. de procur.et Bal.in l.ſi qua per calumniam,in fin. C. de Epiſc.et Cler.*

Sequitur Rota Romana,*d.deciſ.*1.*de probationib. in nouiſs.* Et hinc eſt, quod ſigillum ipſius authenticat ſcripturam in pertinentibus ad eius officium,quod ſecus eſſet in ſigillis priuatorum,quia illis nulla adhibetur fides.

30 Quod tamen intelligendum eſt in his, quæ ſpectant ad eius officium, vt firmauimus ſupra.

31 Et ideo ſi ſigillum eſſet appoſitum in teſtamento, & ſic circa actum non ſpectantem ad ſuam iuriſdictionem nihil probaret, ſecundum *Bal.in l.fin.col.fin.verſ.quod ſi ſcriptura teſtamenti,C.de fideicomm.*

32 Sic etiam ſi ipſemet Epiſcopus in ſua collatione quem eſſe filium patrimonialem atteſtaretur, ſibi vtique fides

33 denegaretur,quia non deponeret de his,quæ ad officium ſuum pertinent,& ideo agens vti filius patrimonialis, debebit ſe eſſe probare talem: non enim per aſſertionem Epiſcopi probatur ſe per ſupradicta filium patrimonialem, & ita anno Domini 1552.die 22.Iunij, iudicatum fuiſſe teſtatur *Petrus Æmil.Veral. deciſ.ſua* 308. *part.*1.*et deciſ.*289.*p.*2.

34 Sic quoq; ſi ageretur de probanda dotatione ad quandam Capellam,& de illa Epiſcopus in ſuis atteſtaretur,ſi-

35 bi vtique fides minimè adhiberetur: & ratio eſt:quia talis dotatio non ſpectat ad eius officium, ſed dependet à facto,& voluntate aliorum. Sic eleganter inter alios *Dom. Franciſc.Monald.conſ.ſuo* 82.*n.*17. *vol.*1.

36 Obſeruandum eſt tamen contrariam hac in re defendiſſe ſententiam,*Felinum,in d.cap.poſt ceſſionem,n.*7.ſenſit enim ibi,litteras Epiſcoporum, vel aliorum Ordinariorum etiam ſigillo authentico, & teſtibus, qui ſe non ſubſcripſerunt,munitas,nullam probationem facere: idque per dicta Innocentij,*in cap.*1.*de fid.inſtrument.*ac aliorum ibidem citatorum, & propter periculum damni, quod ex falſitate probationis reſultare poſſet,ſubdit: quod ſicut

viuæ

vide voci Epiſcopi in grauibus non ſtatur, *capit. ſi Epiſcopus, ſexta quæſtione 11. & capitulo quoniam contra, de probationibus*, ita nec mortuæ, quæ faciliter fraudare poſſet.

37 Retenta tamẽ priori opinione vti veriori, ac receptiori, ampliare illam poteris, vt locum ſibi vendicet etiam in
38 his, quæ non pertinent ad officium Epiſcopi; vt ſtatuerunt Domini *de Rota deciſ. ſua 12. tit. de procuratoribus in nouiſs.* vbi cenſuerunt valere procuratorium ad cauſas ſo-
39 lo ſigillo Epiſcopi ſigillatum, dummodo ſit ſigillum recognitum, quod alias non probaret; ad quod citatur ibi *Hoſtien. in c. 1. de procuratoribus, cum ibi allatis*, & tamen illud procuratorium ad cauſas, eſt extra officium Epiſcopi: idem obſeruauit *Nicolaus de Mil. in ſuo Repert. in verſ. litteris Epiſcopi, Felin. et iam ipſemet in d. c. poſt ceſſionem, n. 14. & D. Maſc. d. concl. 991. n. 4. & 5.*

40 Amplia ſecundo, etiamſi ipſiuſmet Epiſcopi litteræ eſſent ſigillatæ ſigillo alieno, *puta Capituli: adhuc enim ple-*
41 *nam fidem facient*. Nec mirum, tum quia Epiſcopus eſt
42 caput ipſius Capituli, capitulo nouit, & capitulo quanto, de ijs, quæ fiunt a Prælat. tum etiam quia nihil intereſt, ſi quis alieno ſigillo ſignet, dummodo dicat, vel proprio, *iuxta textum in l. ad teſtium, §. ab ipſo*, vbi etiam Bart. de teſtamentis, & per Ioannem Firman. de Epiſcopo, *lib. 3. part. 1. num. 28. verſ. poteſt etiam ſigillatio*. Sic eleganter docet, & ampliat *Mandoſius conſilio ſuo 30. n. 8.*

43 Limitatur autem primò, recepta iſta Concluſio, vt locum ſibi minimè vendicet, cum agitur de præiudicio tertij, contra illo enim litteræ Epiſcopi etiam ſigillatæ non probant; ſic *Soccin. conſilio ſuo 258. columna penultima, in ſecundo, Rota Romana deciſione 158. in antiquis, tit. de procuratoribus*, volens, quod in præiudicialibus non credatur ſigillo iudicis, ſequitur etiam *Monald. conſilio ſuo 82. num. 20. volum. 1. & Cl. Menoch. poſt plures relatos, lib. 2. de arbit. centur. 1. caſu 94. num. 23.* vbi etiam rationem deducit, dicens; quia hæ litteræ principaliter non ſunt de his, quæ ad
44 eius officium ſpectant, *iuxta cap. poſt ceſſionem, de probat.* ſed conſideratur tamquam litteræ priuati cuiuſdam amici amico datæ.

Eumdem *Menoch. refert & ſequitur Domin. Maſcard. concluſ. ſua 627. num. 15. Addo eumdem dict. concl. ſua 991. numero ſeptimo, & 8. vbi poſt Archid. Fel. & alios*, docuit, non eſſe credendum litteris Epiſcopi, vbi læditur ius partis, niſi tamen habeat teſtium ſubſcriptionem: quo caſus
45 fides adhibetur. Hoc idem ſenſit etiam *Paul. Borgaſius, in ſuo tractatu de irregularitate, parte ſexta, quæſtion. 8. capit. de publicatione, excommunicationis, numero 3. & 4.* vbi clarè docuit litteris ſolius Epiſcopi dicentis ſe excommunicaſſe, vel anathematizaſſe aliquem, fidem minimè eſſe adhibendam, niſi adſit in illis ſubſcriptio teſtium, & Notarij. Sequitur *Vgolinus, de cenſuris, cap. 21. §. 2. numer. 16. & cap. 19. §. 1. numero quinto*, vbi an quis litteris excommunicari poſſit, & abſolui omnium elegantiſſimè ediſſerit. Videndus quoque *Ioachim. Beuſt. in l. admonendi, de iureiur. num. 779.* An autem excommunicatio facta de aliquo per litteras ordinarij probari poſſit in præſentiarum non diſcutio, ſed adeundi *Clariſs. Maſcard. concluſ. ſua 703. & Illuſtriſs. Card. Tuſchus, concluſ. 444. num. 12. in littera E.*

46 Secundo loco effectu caret iſta Concluſio in iudicialibus, in quibus citra diſcrimen iudici, vel Epiſcopo non adhibetur fides in præiudicium alterius ita *Innocent. in d. cap. quoniam contra de probat.* cuius dictum veriſſimum
47 arbitratur *Bellamera, in deciſione ſua 361.* vbi deciſum vlterius reliquit non credi atteſtationibus cum ſigillo Cardinalis, vel vicecancellarij in iudicio: ſequitur hoc idem poſt alios relatos *Maſcard. d. concluſ. 991. n. 11. & 12. Addo Schuuartzen. d. ſuo tractatu, de ſtipulat. pagina mihi 828. num. 9.*

48 Tertio limitare poteris concluſionem non procedere quando contra Epiſcopum ſcribentem eſſet præſumptio fraudis, vt ſi ipſe atteſtetur contra Apoſtolicum impetrantem ſe primo contuliſſe beneficium, quam Papa, vel eius exequutor: nam in hoc ipſi non crederetur propter fraudis ſuſpicionem, ita *Abb. in d. cap. poſt ceſſionem, colum. ſexta, verſ. ratio prædictæ concluſionis, de probationibus, & ibi Decius, num. 35. verſic. ſecundo* fallit, idque ea ratione,
49 quæ ſæpè accidit, quod Epiſcopi, vel eorum Cancellarij anticipent datam, vt fraudent Apoſtolicos impetrantes, idemque ſeruari de ſtylo Palatij Apoſtolici dixerunt *Domini de Rota, deciſione prima, num. 2. de probationibus, & deciſione ſua 10. alias 348. eodem tit. in nouis*, vbi id etiam
50 ampliatur in quocunq; alio collatore, vel Nuncio Apoſtolico habente poteſtatem conferendi beneficium, quia eorum ſolis litteris ſigillatis non ſtabitur, ſed recipiens beneficium ab illis, tenebitur probare, quod ſit in taxa propter præſumptionem fraudis. Hoc idem confirmat *Felin. in d. capit. poſt ceſſionem, num. decimoſeptimo, verſ. 5. de probat. qui ad hoc allegat text. in capitul. 1. de procurator.* vbi maior ſolemnitas requiritur, quando extat fraudis ſuſpicio, & ſequitur *Milis, Socin. ſen. Gem. & poſt plures alios Maſcard. dicta concluſion. 991. num. decimoquinto, Addo Schuuartzenthaler, dict. pag. 828. de ſtipulationibus, numero 10.*

51 Obijcitur, quod litteris ſigillatim delegatorum, & ſubdelegatorum creditur, ex doctrina *Archidiaconi, in cap. a ſubdelegato. de offic. deleg. in 6.* igitur pari ſaltem ratione idem videtur dicendum de litteris Epiſcopi.

52 Sicuti etiam videtur obſtare *deciſio Rotæ 348. alias 10. de probation. in nouiſſ.* dum ibi voluit, quod proceſſus factus per executorem probatur per eius litteras, quod etiam ſequitur *Natta conſ. ſuo 649. n. 12. in 4.*

53 Sed optimè reſoluuntur hæc obiecta per *Do. Maſcard. d. concluſione 991. num. 17.* dicit enim ibi, quod ideo creditur litteris ſubdelegatorum, quia ceſſat præſumptio fraudis: ex quo ſubdelegatio eſt leuis præiudicij: ſecus eſt autem in collatione beneficij, in quo agitur de graui præiudicio.

54 Sic etiam ſoluitur illud de exequutore: ideò enim ſecundum eum fides adhibetur eis litteris, quia non extat præſumptio fraudis, cum agatur de leui præiudicio, quo caſu creditur litteris ipſius Epiſcopi; & adducit *Felin. in d. cap. poſt ceſſionem.*

55 Quapropter ſub num. decimooctauo, hanc limitationem principalem intelligendam exiſtimet ſtante fraudis
56 ſuſpicione, ſecus illa ceſſante, vbi exemplificat, veluti ſi ille, cui ordinarius contulit, reperiatur in poſſeſſione beneficij ante datam litteram impetrantis Apoſtolici, vel ante intimationem litterarum Epiſcopo factam, nam tũc fraus excludit, & conſequenter ipſis litteris plena fides adhibenda erit: adducit pro corroboratione authorit. addentium, ad dictam *deciſionem 22. de probat. in nouiſſ.* vbi etiam atteſtatur de obſeruatione Rotæ, & quod alias iuxta hanc ſententiam in quadam cauſa, quam ipſe habuit in concordi conſilio omnium Dominorum de Rota pronunciauit.

57 Secundo loco interpretatur Dominus *Maſcardus ſub num. 19.* hanc limitationem non procedere, quando litteræ eſſent plurium prælatorum, quibus magis creditur, quam vnius, vt in capitulo tum litteris de teſtibus cum concordantibus, per eum ibi deductis, & prius per *Felin. qui & hoc ipſe ſequitur in dicto cap. poſt ceſſionem, num. 16. verſ. fallit nono.*

58 Quarto principaliter limitabis concluſionem non procedere in Locumtenente, ſeu Vicario Epiſcopi, cuius litteris non creditur, vt litteris ipſiuſmet Epiſcopi, ita poſt *Bellamer. deciſione ſua 301. Maſcard. d. concluſ. 991. num. 20.*

59 Quinto limita, quando litteræ huiuſmodi ſunt teſtimoniales ſuper facto de præterito, puta, quia ad petitionem partis ſcribit talem excommunicaſſe, vel ordinaſſe, vel beneficium contuliſſe, vel ſaltem ſententiam tuliſſe, quia & eo caſu non ſtatur ipſis literis, etiamſi ſint ſuper facto ſcribentis; & multo minus ſi de alieno. Sic poſt *gloſſam, in cap. teſtes, tertia q. 9. Calderin. Abb. & alios Dominus Maſc.*
60 *concl. ſua præcitata 991. num. 21. & 22.* vbi ampliat hoc procedere, etiamſi litteræ prædictæ non forent puræ teſtimoniales, ſed recitatoriæ, vt quæ narrarent ita factum eſſe ad aliquem finem, qui ſit, vel mandatur fieri per iudicem ratione illius facti recitati, puta quia recitat ſe tale beneficium contuliſſe, ideo mandat illum in poſſeſſionem induci, vel poni, ſiue talem ſententiam protuliſſe, & propterea mandat eum de tali poſſeſſione remoueri, vel ſimilia, nam & iſto caſu ipſæ litteræ non probant illud factum de præterito. Rationem ibidem adducit, vt per te videre poteris.

61 Pluribus alijs modis limitatur ſupradicta Regula, de quibus per *Doctores, in d. c. poſt ceſſionem, & præcipuè per Felin. & per Maſc. d. concl. 991.* vide per eos.

62 Notandum tamen volo pro coronide huiuſce Concluſionis quod litteris extraiudicialibus Epiſcoporum, Abbatum, aliorumvè ordinariorum, non creditur, quod ad tempus conceſſionis attinet, ſicut nec ſigillis, præterquam in præiudicium ipſorum, & producentis, maximè vero ſi teſtes nulli ſubſcripſerint, ne alioquin facile ſit prælato fraudem comminiſci in eius necem, cui antea ius fuerit iam quæſitum; ſed quamquam iuris ratio ita ſuadet, attamen inueterata conſuetudine pleriſq; Senatuſcõſultis approbata receptum eſt, vt huiuſmodi ſcripturarũ in omnibus tanta fides ſit, quanta ſi eſſent publicæ, non ſolum ſi ab ipſis Ordinarijs ſubſcriptę ſint, ſed & ſi ab eorum dumtaxat amanuenſibus, quamuis alij teſtes nulli interuenerint; itaque ſi quis earum fidem in dubium reuocare velit, perinde falſi accuſationem inſtituere, & crimen ſubſcribere debet, ac ſi publicum inſtrumentum eſſet impugnaturus. Sic præciſe in cauſa Illuſtr. D. Vincentij Laurei Cardinalis de Mondeui, & Reuerendi Petri Goyet de Prioratu Mantuacenſi Colitigantium 7. Kalen. Martij 1589. in Senatu Pedemontium iudicatum fuiſſe, teſtatus eſt eruditiſs. D. Antonius Faber, in ſuo Codice Fabriano, *lib. 3. tit. 14. defin. 19.*

Sequitur Tertia Concluſio.

63 Litteræ Epiſcoporum ſubſcriptæ, ſed non ſigillatæ, imò abſque ſubſcriptione teſtium, cenſentur litteræ priuatæ, quibus dumtaxat creditur contra ſcribentem, probato, quod ipſe ſcripſerit, *d. l. Publia, & l. ſi procuratorem, de procuratoribus.*

64 Et non probant contra tertium, niſi prout aliæ ſcripturæ priuatæ, de quibus, *in l. ſcripturas, C. qui potiores, & ſupradictum fuit.* Sic præciſè *Fel. in d. c. poſt ceſſionem, n. 18.*

65 Amplia, vt quantumuis publicum ſigillum habeant, nullam tamen fidem faciant, niſi ab eo ipſo, cuius nomen præſeferunt, ſubſignatæ ſint, aut ab amanuenſi eius, aliovè, qui ſubſignandi mandatum habeat, & poteſtatem. Sic præciſè Senatum Pedemontium ſæpius iudicaſſe teſtatus eſt *Antonius Faber. in ſuo Codice Fabriano, lib. 4. tit. 14. defin. 20.* vbi ſubdit id locum etiam habere in litteris iudicis, ſeu alterius cuiuſcumque perſonæ publicæ, & hæc ſatis.

66 Videndus de materia *Illuſtr. Card. Tuſc. concl. ſua 365. in littera L, vbi pulchrè, & Dominus Erneſtus Cothoman. conſ. ſuo 47. per totum, addas D. Guzmam, d. c. 4. num. 36. cum pluribus ſeq.*

---

# De Litteris Imperatoris, Regis, vel cuiuſlibet alterius Principis, & præcipuè non recognoſcentis Superiorem.

## SVMMARIVM.

1 *Litterę Imperatoris, Regis, vel cuiuslibet alterius Principis plenam fidem faciunt.*
2 *Principi aſſertioni regulariter ſtandum eſt.*
3 *Præſumitur enim ſemper Iuſtitiæ plenus, & idcirco omnia deliberatè, & prout conuenit, facere.*
4 *Quinimò ſemper preſumendum eſt, quod ipſiuſmet Principis litteræ proceſſerint de iuſtitia.*
5 *Cum Princeps ſibi poſſit in cauſa propria ius dicere, fides etiam ſuæ ſcripturæ eſt adhibenda.*
6 *Litterę Principis vim legum obtinent.*
7 *Et hinc eſt, quod vti tales ius faciunt quoad omnes.*
8 *Quinimò arctant ſcientes abſque vlla publicatione.*
9 *Niſi tamen eſſent litteræ particulares ipſorum Principum ad lites.*
10 *An autem generaliter ſint pro legibus obſeruandæ, videndi Doct. remiſſiuè.*
11 *Epiſtola Principis fidem faciat, licet etiam fuerit conſcripta manu alicuius ſui ſcribæ, eius tamen mandato.*
12 *Et probat etiam contra tertium.*
13 *Ratio.*
14 *Declara.*
15 *Litteris ipſiuſmet Principis ſtatur, licet in illis enuncietur aliquem commiſiſſe delictum.*
16 *Limitatur ex ſententia Authoris, cum ageretur de crimine rebellionis, propter quod bona veniunt publicanda.*
17 *Litteris inferioris à Principe neutiquam creditur in præiudicium tertij.*
18 *Quinimò regulariter ipſis plena fides non adhibetur, niſi in illis enarratorum pleniſſima fiat comprobatio.*
19 *In omnibus illis caſibus, in quibus litteræ Principis operantur, ac fidem faciunt, debet adeſſe ipſius Principis ſubſcriptio, ac ſigillum.*
20 *Item in illis debet fieri præmiſſio nominum ſuarum dignitatum, ac titulorum, & n. 21.*
22 *Cum veriſimiliter de validitate, ſeu veritate litterarum ipſius Principis dubitatur, tunc ea non ſunt ſemper exequendæ, ſed ipſi reſcribendum.*
23 *Et ſuperueniente poſtea noua iuſſione ipſius Principis obediendum eſt.*
24 *De materia huiuſce quæſtionis videndi Doctores remiſſiuè.*
25 *Plurimæ ſunt aliæ litterarum ſpecies, de quibus ibi.*

## An Litteræ Imperatoris, Regis, vel cuiuslibet alterius Principis fidem faciant?

## QVÆSTIO III.

Materia iſta, vt vnuſquiſque videt, eſt ſatis ampla, ac difficilis, & ideo à Doctoribus multis in locis controuerſa. Nos autem cum etiam de ea in tractatu noſtro de verbis enunciatiuis, *lib. 2. q. 4.* non ineleganter, ac ſatis abundè diſſeruerimus; in præſentiarum dumtaxat nonnulla ipſimet apprimè congruentia breuiter attingemus.

1 Sit igitur firma Concluſio. Litteras huiuſmodi principum probare, ac plenam fidem facere.

2 Principis enim aſſertioni regulariter ſtandum eſt, vulgata

gat a *Clem.1.de probationibus*, vbi Canoniſtæ omnes; præ-
3 ſum itur namque ſemper Iuſtitiæ plenus, & idcirco omnia
deliberatè, & prout conuenit, facere, & ideò non eſt cre-
dendum, quod falſum dicat, *leg.2.§.meritò, & §.ſi quis à*
*principe, ff.ne quid in loco publico, & l.ex facto, in princ.ff.de*
*vulg.cum infinitis concordantibus deductis pulchrè per Ma-*
*ſcar.concl.ſua 1233.num.22.*
4 Quinimò ſemper præſumendum eſt, quod ipſius prin-
cipis litteræ proceſſerint de Iuſtitia. *Afflict.deciſ. ſua 51.*
*num.3.* Addo eumdem *Maſcard. concl. ſua 628.numer.20.*
5 vbi docet, quod cum princeps ſibi poſſit in cauſa propria
ius dicere, quod ideo fides etiam ſuæ ſcripturæ eſt adhi-
benda; videtur etiam ſequi *Aſinius, in ſua praxi, p.2.§.1.*
*c.54.num.7.*
6 Amplia primò, vt huiuſmodi litteræ vim legum obti-
neant, argumento *l.1.ff.de conſtit.princip. & §.ſed & quod*
*principi, inſt.de iure naturali.* Sic eleganter *Lancell.Gallia,*
*conſil.ſuo 25.numer.122.* vbi loquitur in ſpecie de litteris
Imperat. Addo *Barbatiam conſil.ſuo 21.nu.1.* in ſecundo,
vbi docet, quod epiſtola eius, qui poteſt legem condere,
pro lege eſt obſeruanda: ſequitur *Nicolaus de Agaz.con-*
*ſil.ſuo Feudali, 5.num.2.inter conſilia Alberti Bruni.*
7 Et hinc eſt, quod vti tales ius faciunt quo ad omnes,
*Leonard.à Lege, in ſuis conſil.36.& 116.*
8 Quinimo arctant ſcientes abſque vlla publicatione, vt
pulchre docuit *Coſta, de iuris, & facti ignorantia, diſtinc.75.*
*cent.2.num.3.*
9 Niſi tamen eſſent litteræ particulares ipſorum princi-
pum ad lites; tunc enim dicuntur Reſcripta, & non egre-
diuntur perſonam illius, in cuius fauorem ſcriptæ ſunt,
prout inter alios docet *Bald.conſil.ſuo 106.num.4.in 6.*
10 An autem generaliter ſint pro lege obſeruandę, viden-
dus *Salon de Pace, in proœm.ll.Tauri, numer.451.fol.65.&*
*Aldobrandin.conſil.66. Videndus quoque D. Alphonſus Mo-*
*ditius poſt hæc edita viſus lib.2.ſuarum dubitationum, dubi-*
*tatione ſecunda, per totam,* vbi hoc idem, An epiſtola prin-
cipis vim legis obtineat, & quid in inferiore ab ipſo prin-
cipe, pleniori cornu diſcutit ac pertractat.
11 Amplia principaliter ſecundo, vt epiſtola principis fi-
dem faciat, licet etiam fuerit conſcripta manu alicuius ſui
ſcribæ, eius tamen mandato, ita *Franc.Marcus deciſ.ſua*
*629.num.1.in ſecundo.*
12 Extende principaliter tertio, vt probet etiam contra
tertium.
13 Nec ſanè mirum. Huiuſmodi enim litterę ab habenti-
bus poteſtatem legis condendę conſcriptę, abſque dubio
habet vim legis. Sic poſt *Bal.in l.exemplo, num.4.C.de pro-*
*bationibus, & Ruin.conſil.121.num.11.in 4.Dom.Maſcard.*
*concl.ſua 630.num.1.& prius concl.ſua 627.nu.12.& 13.*
14 Intellige tamen ſecundum *Dec.in c.poſt ceſſionem, num.*
48.de probat. dummodo ita res ſe habeat de conſuetudi-
ne, vt indiſtinctè litteris huiuſmodi fides adhibeatur. Eũ-
dem refert idem *Maſcard.d.concl.630.num.2.*
15 Amplia quarto, vt litteræ ipſiuſmet principis fidem fa-
ciant, licet in illis atteſtetur aliquem commiſiſſe delictum,
adhuc enim narratio illa principis eſt ſufficiens probatio
delicti. Sic poſt infinitos relatos hanc opinionem verio-
rem, & receptiorem eſſe teſtatur omnium elegantiſſimè,
*Viuius, omninò videndus, opinione ſua 639.nu.1.*
16 Limitarem tamen ego, cum ageretur de maximo cri-
mine rebellionis, propter quod bona veniunt publicāda,
tunc enim ipſius litteris, niſi aliter de delicto ex actis le-
gitimè præcedentibus appareret, ſtandum non eſſet. Sic
eleganter *Pichus conſil.97.num.85.*
17 Notandum tamen, quod litteris inferioris ab ipſomet
principe, neutiquam creditur in præiudicium tertij, *text.*
*cum materia, in Clem.1.de prob. & in c.poſt ceſſionem, eod.*
*tit. ſequitur Cl.Peregrinus poſt Card.Dec. & alios relatos,*
*conſil.ſuo 16.num.15.vol.1.*
18 Quinimò regulariter ipſis plena fides non adhibetur,
niſi in illis enarratorum pleniſſima fiat cõprobatio, pro-
ut eſt *gloſs.quam omnes ſequuntur, in Clement.1.in verſic.*
*recuſaſſe, de probationibus, ſequitur Natta, conſil.ſuo 179.*
*num.15.*
19 Obſeruandum pręterea, quod in omnibus illis caſibus,
in quibus litteræ principis operantur, ac fidem faciunt,
debet adeſſe ipſius principis ſubſcriptio, ac ſigillum, *cap.*
*inter dilectos*, vbi *Innoc.& alij, de fide inſtr.l.bene à Zeno-*
*ne, & ibi Ang.C.de quadrien.preſcr.l.ſacri affatus, C.de di-*
*uer.reſcript. cum concordantibus deductis per Natt.conſil.*
*ſuo 420.num.46.ſequitur Rebuff.poſt Paulum de Monte Pi-*
*cho, conſil.ſuo 97.numer.45.in ſuo tract.de chirographorum,*
*& cedularum recognitione, num.4.*
20 Item debet in illis fieri præmiſſio nominum ſuarum
dignitatum, ac titulorum, quod ſi non fiat, ipſas litteras
fide carituras, concludunt communiter *Doctores, in ſpecie*
*autem Padil.in d.l.ſacri affatus.*
21 Item in fronte earumdem ſuarum epiſtolarum, vel cõ-
ſtitutionum debet ſemper ineſſe inſcriptio illa, Ego Leo-
nardus Donato, puta, Dei gratia, Dux Venetiarum, &c.
Cur autem illa verba (Dei gratia) ſint apponenda, latiſ-
ſimę docuit inter cęteros *Moditius, dicti.lib.2.Dubitation.*
*ſuarum, dubit.1.num.1.cum ſeqq.* eum conſulas.
22 Notandum poſtremò, quod quando veriſimiliter de
validitate, ſeu litterarum ipſius principis veritate dubita-
tur, tunc non ſunt ſemper exequenda, ſed ipſi reſcriben-
dum, ſecundum *Bald.conſil.64.in 1.parte*, & ſuperueniente
poſtea noua iuſſione ipſius principis obediendum, ſequi-
23 tur *Foller.in ſua Praxi 1.p.ſecundæ partis, pag.mihi 250.*
*num.33.*
24 Et hæc breuiter tetigiſſe ſufficiat, pro ſatietate viden-
dus *Maſcard.concluſ.ſua 1233.Gabr.de probat.concl.ſua 2.*
*& plurimi alij*, quos omnes ordinatim recenſui, *d.tract.de*
*Verbis enunciatiuis, loco iam admonito. Videndus quoque*
*Illuſtriſs.D.Card.Tuſchus, concl.ſua 377.in littera L*, vbi an,
& quando litteræ principum non valeant, tamquam ſub-
reptitiæ, eleganter ediſſerit.
25 Sunt & aliæ quamplurimi litterarum ſpecies, de qui-
bus paſſim in iure noſtro, & per Doctor. particulariter
fit mentio prout ſunt litteræ Gratiæ, litteræ Iuſtitiæ, lit-
teræ Executoriales, Monitoriales, Subreptitiæ, Dimiſ-
ſoriales, Pęnitentiariæ, Compulſoriales, ac aliæ huiuſmo-
di. Verum quia circa propoſitum nobis tum obligatio-
nis, tum etiam probationis finem, ad quem reliquiæ om-
nes eæ, de quibus ſupra ſermonem habuimus, reſpexere,
minime verſantur, de ijs in præſentiarum differere ſuper-
uacaneum, quinimo extraneum iudicauimus. Videndi
igitur qui de illarumdem materia latiſſimè, & ex profeſſo
conſcripſere. Satis.

De compulſorialibus omnium latiſſime, *Scaccia, libr.*
*ſecundo, de iudic.cauſ.ciuil.cap.11.num.803. vſque ad 895.*
*vide per eum.*

*Finis Libri Tertij.*

# DE SCRIPTVRA PRIVATA TRACTATVS D. NICOLAI DE PASSERIBVS A IANVA I. C. PATAVINI

## LIBER QVARTVS.

### De Libris Rationum.

*SVMMARIVM.*

1 *Liber rationum quid ſit, definitur.*
2 *Libri rationum ſunt varij, quod explicatur, & num.3.& 4.*
5 *Qui bene diſtinguit, proximus eſt veritati.*
6 *Liber rationum alicuius priuati regulariter non probat pro ſcribente, & num.9.10.& 11. eſtque hoc receptiſſimum, num.14.*
7 *Ratio, & num.8.*
12 *Partitæ ſcriptæ manu creditoris, & ad vtilitatem ipſius ſcribentis non probant, niſi aliter verificentur.*
13 *Inſtrumenta Notariorum quorum fides de publico approbata eſt, non probant in fauorem ipſius ſcribentis.*
15 *Liber rationum priuati non ſolum non probat pro ſcribente, ſed nec etiam pro eius hærede, etiamſi illi ſucceſſerit Fiſcus, vel Eccleſia.*
16 *Liber rationum defuncti, qui fuit habitus vir probus, ac bonæ famæ, inducit aliquem præſumptionem pro ipſius hærede, & eſt veriſſima Concluſio, num.21.22.& 23.*
17 *Ratio.*
18 *Animus defuncti non præſumitur corruptus, nec etiam corrumpi poteſt, ſicut viuentis.*
19 *Mors ſcribentis augent fidem libri ſui.*
20 *Mors habet vim iuramenti, & num.23.*
24 *Liber rationum defuncti, non ſolum præſumptionem aliquam inducit pro eius hærede, verum etiam ſemiplenam probationem.*
25 *Et ad plenam inducendam ſufficeret vnus teſtis, vel poſſit hæredi deferri iuramentum in ſupplementum probationis verioris, ſi ſciebat veritatem.*
26 *Contrarium multi tenuere.*
27 *Et eſt communis.*
28 *Concilia ex mente Ripæ, & aliorum, & num.29. & 30.*
31 *Liber rationum defuncti facit præſumptionem, ſeu ſemplenam probationem, ſi fuit conceptus in forma rationum, alias nec præſumptionem inducit.*
32 *Liber rationum defuncti iunctis alijs præſumptionibus, ſeu adminiculis plenè etiam probant.*
33 *Liber rationum defuncti, qui fuerat bonæ conditionis, ac famæ, ſecundum ſtatuta Veneta non probat, ſed bene præſumptionem quandam inducit, ita vt honeſtiori parti deferatur iuramentum.*
34 *Ex proprio rationum libro creditoris haud etiam conuincitur debitor in cauſa fiſcali.*
35 *Amplia etiamſi debitam non tantum in vno libro rationum, ſed etiam in pluribus eiuſdem creditoris ſcriptum reperiatur.*
36 *Si aduerſarius meus librum meum rationum, contra me producat, vel eo vtatur, non ob id ex eo ad mei fauorem oritur probatio.*
37 *Aliæ ampliationes referuntur pro Doctores remiſſiuè.*
38 *Liber rationum priuati probat etiam ad eius fauorē in dependentibus ab eiuſdem voluntate, & nu.39.& 41.*
40 *Sublimita ex Maſcardo.*
42 *Liber rationum donatoris dubiam illius mentem declarat.*
43 *Sic etiam ex eo probatur conſenſus contra ſcribentem.*
44 *Liber rationum priuati probat pro eo, quando multa capitula ipſius libri vna oſtenduntur, vel per inſtrumenta publica, vel aliter, & quando liber ipſe in aliquo nec redargui, nec conuinci poteſt de mendatio, et num.47.& 48.*
45 *Ratio, & num.46.*
48 *Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerint nonnulli.*
50 *Amplia, etiamſi partitæ non verificatæ, eſſent alicuius momenti.*
51 *Contrarium multi.*
52 *Opinio Authoris.*
53 *Clar.Menochij.*
54 *Sublimita tamen in Capitulis ſeparatis, & num.55.*
56 *Liber rationum probat pro ſcribente, quando ſcripta in eo ſunt veriſimilia, & num.58.60.61.& 62.*
57 *Exemplum ex Iaſ. & alijs.*
59 *Neceſſarium eſt tamen iuramentum ipſius ſcribentis.*

63 *Libris*

63 *Libris publicis eo magis fides adhiberi ſolet, quando continetur in ipſis aliqua enunciatio poſſibilis, ac veriſimilis.*
64 *Quædam opinio Decii deducitur.*
65 *Improbatur per Pyrum Alfanum.*
66 *Liber rationum priuati probat pro ſcribēte, ſi agatur de modica quantitate, iuncto tamen iuramento ſcribentis.*
67 *Secus ſi magna ſumma lib. 832. quæ non eſt parua ex Riminald. ibid.*
68 *Et hæc eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerit Bologn.*
69 *Item probat pro eo, cum agitur de modico præiudicio.*
70 *Item cum ſumus in connexis, & ſubordinatis.*
*Exemplum ibidem.*
71 *Ratio.*
*Contrarium multi.*
72 *Opinio Authoris.*
73 *Liber rationum probat pro ſcribente, ſi conſuetudine; vel ſtatuto caueatur, vt d. libro plenè etiam in fauore ſcribentis credatur.*
74 *Amplia, etiam ſtatutum ipſum diſponat, vt reſpectu magnæ ſummæ libris rationum credatur.*
75 *Declara, & num. 76. & 77.*
78 *Liber rationum alicuius priuati ſi ſit perſona nobilis, honeſta, legalis, & fide digna, aliqualem indiſtinctè ad ſui fauorem præſumptionem facit.*
79 *Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerit Hippolytus Riminald.*
80 *Item conſonat cum diſpoſitione Statutorum Venetorum.*
81 *Amplia, vt ſi in ipſoſmet libro appareat de debito, & credito, & veriſimilia contineantur, ex eo etiam plena oriatur probatio.*
82 *Ratio.*
83 *Liber rationem probat pro ſcribente, cum actus celebratus non impugnatur, & quando continet veriſimilia.*
84 *Quod tamen limita in memoriali, vel ſchedula in dict. libro rationum reperta.*
85 *Item limita, ſi dictus liber careat fortaſſis nominibus contrahentium, item de die, ac Conſule.*
86 *Quod declara, vt ibi.*
87 *Liber rationum probat pro ſcribente, quando verſamur in antiquis.*
88 *Ratio.*
89 *Quod tamen fallit quando ageretur contra tertium.*
90 *Hoc tamen minimè procedit, quando in eodem libro multæ aliæ partitæ veræ apparerent, & concurrentibus aliis adminiculis.*
91 *Liber rationum probat pro ſcribente, quando continet data, & recepta.*
92 *Debent tamen iſta contineri clare, ſingulariter, & ſpecifice.*
93 *Alias ſecus eſſet.*
94 *Aliæ limitationes afferuntur per Doct. remiſſiuè.*
95 *Liber rationum contra ſcribentem plenè probat.*
96 *Amplia ex Bologn.*
97 *Et eſt receptiſſima concluſio.*
98 *Ratio, & num. 99.*
100 *Liber rationum probat contra ſcribentem, ſiue aduerſario præſente, ſiue abſente fuerit conſcriptus.*
101 *Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerint nonnulli.*
102 *Quod maxime in mercatoribus tales libros habentibus procedit.*
103 *Liber rationum priuati, probat contra ipſum ſcribentem, ſiue in ipſo libro inſertus ſit dies, & Conſul, ſiue non, ſiue etiam deſint aliæ ſolemnitates.*
104 *Item contra eum probat, ſi quis per ſe, ſiue per alium hunc librum rationum conſcripſerit, & num 105.*
106 *Amplia, vt etiam locum habeat, ſi is, qui me mandante conſcripſit meum librum rationum, ſit ſuſpectæ, atque deploratæ vitæ.*
107 *Liber rationum probat contra ſcribentem, etſi is, contra quem ſuus liber rationum producitur, negauerit ſe hanc particulam dicti libri rationis, quæ contra ipſum facit, vel ſcripſiſſe, vel mendaſſe ſcribi.*
108 *Ratio.*
109 *Imò ſi aliquid ſcriptum eſſet in libro mei aduerſarij manu mea, talis liber probaret contra ipſum.*
110 *Ratio.*
111 *Liber rationum priuati non ſolum probat contra ſcribentem, verum etiam contra eius hæredes.*
112 *Declara tamen, & intellige, prout ibi, & num. 113.*
114 *Liber rationum priuati non probat contra ſcribentē, quando ipſomet libro nulla cauſa debiti eſſet expreſſa.*
115 *Ratio, & num. 116.*
117 *Contrarium tenuit Dec.*
118 *Concilia, & declara, & num. 119. & 120.*
121 *Librum rationum probare ſemiplenè contra ſcribentem, etſi in eo nō ſit expreſſa aliqua cauſa arbitratus eſt Schraderus, in l. admonendi, ff. de iureiur.*
122 *Liber rationum non probat contra ſcribentem, quando is, qui librum ipſum conſcripſit, probaret illam particulam, quæ ex ſuo illo libro contra ſe allegatur, vel proprio, vel miniſtri ſui errore fuiſſe conſcriptam.*
123 *Ratio.*
124 *Liber rationum non probat contra ſcribentem reſpectu illius, qui huic libro rationum contradixit, vel eum impugnare mixus fuit.*
125 *Declara, & num. 126.*
127 *Nec pariter contra eum probat, ſi is, contra quem ipſe liber producitur, non vnam particulam tantum, ſed totum illum librum ſuum eſſe inficietur.*
*Quod tamen fallit, ſi litterarum comparationis adminiculo adiuuetur, ibid.*
128 *Comparatione litterarum accedente ex libro rationum plena inducitur probatio.*
129 *Memoriale, vel ſchedula in libro rationum alicuius reperta, contra illum minimè probat.*
130 *Ratio.*
131 *Contrarium Dec. & Schraderus.*
132 *Eorum fundamentum.*
133 *Prior tamen vti verior, & Communior per authorem retinetur.*
134 *Declara, & num. 135.*
136 *Licet quis in vno libro ſcribat ſeparatim data, vel ſoluta tantum, & in alio libro ſcribat tantum accepta, tamen hi duo libri cum ſe inuicem reſpiciant, vnum librum rationū dicuntur conſtituere, ac proinde plenam fidem contra ſcribentem faciunt.*
137 *Liber rationum contra ſcribentem, aut omnino probat, aut omnino improbat.*
138 *Alia de hac regula per Doctor. remiſſiuè.*
139 *An ille, qui librum rationis conſcripſit, in quo reperitur aliquid annotatum contra ſe, & ad fauorem Caij, poſſit ab ipſomet Caio medio iuris adſtringi ad eiuſdem ſui libri editionem? dubitatur.*
140 *Concluſio ſit negatiua. Fundamenta ibidem, & n. 141.*
142 *Limita, & num. 143. cum duobus ſeq.*
146 *Quonam autem remedio iſte aſtringi poſſit, an ſcilicet officio iudicis nobili, ſeu mercenario, an verò actione mandati, dubitatur.*
147 *Videndi Cagnol. & Maſſinius.*
148 *An actor cogi poſſit ad editionem ſui libri vtcunque priuati faciendam reo? dubitatur.*
149 *Conclude ex ſententia Caroli Bardelloni pro affirmatiua, rationes vide ibidem.*
150 *Liber rationum priuati non probat pro tertio in præiudicium tertij.*
151 *Multum tamen adminiculatur.*
152 *Quinimò probat etiam ſemiplenè. Intellige, vt ibi.*

Scripturæ priuatæ tres præcipuas extare ſpecies apocham videlicet,epiſtolam,& librum rationum ſatis abundè ſupra docuimus. De apocha,& epiſtola hactenus.Nūc de libro rationum, & ſic de tertia ſpecie in hoc quarto libro congrue diſſerendum eſt,

1 Definitur autem liber rationum, (vt hinc exordiar)per *I.C.Labeone in l.ſi quis ex argentarijs,§.rationem,ff.de edendo*, vt ſit vltro, citroque dandi, accipiendi, credendi, obligandi, ac ſoluendi ſui cauſa negotiatio. Sequitur *Schrader. in l.admonendi, de iureiurando,num.*264. vbi etiam *Ioachim. Beuſt.num.*1012. *Sichard.in l.rationes, num.*2.*C.de probat. & Ioannes quoque de Vico Mercato,in l.*1.*n.*8.*C.de edendo*, dum inquit,librum rationum illum eſſe, qui ſolum continet data,& recepta. Nec ab opinione tantorum patrum recedendum dijudico, quidquid ſubtilibus rationibus motus docuerit *Pyrrus Alſan.in d.l.*1.*nu.*14. *C.de edendo.*

2 Obſeruandum eſt autem,quod libri ipſi rationum ſunt varij. (Quemadmodum, & hoc docuit Dominus Sigiſmundus *Scaccia,lib.*2.*de iudic.cauſ.ciuil c.*11. *numer.*104.) Quidnam enim ſunt cōfecti ab aliquo ratione ſui officij, vt olim erat nummularius, *l.quidam,§.nummulario, ff.de edendo*,exactor tributorum,& theſaurius,*l.illatæ,C.de fide inſtrumentorum.*

3 Quidam verò ſunt ab aliquo confecti ratione ſuæ adminiſtrationis,vt ſunt libri tutorum,curatorum, inſtitorum, & huiuſcemodi aliarum perſonarum,ad *l.*1.*§.officio, de tutel.& rationibus diſtrahend.*

4 Et quidam poſtremo loco ſunt libri pro arbitrio, & voluntate vniuſcuiuſque,prout res poſtulat,conſcripti,& ſunt ij,quos quiſque ſibi priuatim conficit.De ſingulis,ac prius de ijs, qui à perſonis priuatis conficiuntur, diſpiciamus.

5 Pro pleniori autem dicendorum intelligentia, ac maiori addiſcentium facilitate, tres apprimè diſtinguendos eſſe caſus exiſtimo. Qui enim benè diſtinguit, proximus eſt veritati, vt inquit *Salic.in procœmio,C.col.*2.

6 Primus itaque, ac principalis caſus eſt, quando liber ipſe rationum continet aliquid pro ſcribente. Tunc an plena ex eo ad illius fauorem oriatur probatio,contingit dubitare.

In qua quidem difficultate receptiſſima eſt opinio negatiua.Ea enim plurium Iuris Conſultorum authoritate, & Pontificijs,& Imperialibus.Conſtitutionibus comprobatur.Namque textus ſunt aperti,in *l.inſtrumenta,in leg. rationes,& in l.exemplo, C.de probationibus, in l.*2.*& l.fin. C.de conuen.fiſc.debitor.libr.*10.*in l.nuda ratio, de donationibus in c.*2.*extra de fide inſtrumentorum,& in Clementina vnica,§.*1.*& ibi gloſ.in verbo,Rationem, verſ.item ſcias,de vſuris cum concordantibus.*

7 Nec ſanè mirum; Exemplo enim perniciosum eſt (inquit Imp. *Gallien.in d.l.exemplo,*) vt ei ſcripturæ credatur, qua vnuſquiſque ſibi annotatione propriam debitorem conſtituit.

8 Accedit, quod ſi ipſis rationum libris in fauorem ipſorummet ſcribentium crederetur, de facili præberetur occaſio delinquendi, prout poſt *Crauett. & Cephal.animaduertit Fab.Turret.conſil.ſuo* 20.*num.*7.*in* 1. *& Hippol. Rimin.conſil.ſuo* 132.*num.*20.

9 Hanc eamdem ſententiam amplexi ſunt,vt dixi, Communiter Doctores. Eam enim inter cęteros tenuit *Bart. in d.l.nuda ratio,num.*7.*in d.lege exemplo, & in Authent. Et ſi contractus,nu.*9.*&* 14.*C.de fide inſtrumentorum,idem in d.l.admonendi,num.*26. quem ibidem cęteri ſequuntur, *Bald.Alex.& Iaſ.num.*120.*Lanfranc. de Oriano,num.*50. *Curt.iun numer.*124.*Corraſ.in* 3.*part.numer.*61. *Schrader. numer.*267.*& ex modernioribus Ioachimus Beuſt. numer.* 1013.

10 Sequuti ſunt etiam *Canoniſtæ omnes, in d.capit.ſecundo, de fide inſtrumentorum,vbi in ſpecie Abb.ſub numer.*9. *& Felin.num.*21. *His accedunt Ioannes de Vico Mercato, poſt plures alios relatos in lege prima,num.*20.*vbi etiam Bologn. num.*18.*Alfan.num.*18.*& Maſſimius, nu.*53. *C.de edendo, Petrus Auguſt.Morla,in ſuo Emporio Iuris Ciuil.par.*1.*qu.* 17.*num.*5.*tit.de reb.cred.& plurimi alij.*

Ex conſulentibus hoc idem docuere *Hip.Riminald.poſt alios conſil.ſuo* 132.*num.*17. *Cephal.conſil.ſuo* 475.*num.*5. *&* 508.*num.*21.*&* 22.*Pret.conſil.*92.*num.*6.*vol.*1. *Eugen. conſil.*8.*num.*42.*Honded.conſil.*91.*num.*86.*vol.*1.*& conſil.* 39.*num.*49.*in ſecundo. Beccius,conſil.ſuo* 47.*nu. vndecimo, & nouiſſimè Fab.Turret.conſil.ſuo* 20.*num.*7.*in* 1.*& conſil.* 77.*num.*28.*in* 2.

11 Addo *D.Maſcard.concl.ſua* 976.*numer.*1. *vbi* infinitos alios deducit,addo *Carroccium,dec.ſua* 104.*num.*10. *Hectorem Felicium, Allegatione ſua iuris* 32.*num.*7. *part.*3.*& D.Stephanum Gratianum nouiſſimè, deciſ.ſua March.*137. *num.*1.vbi etiam docet, quod partitæ ſcriptæ manu cre-
12 ditoris, & ad vtilitatem ipſius ſcribentis, non probant, niſi aliter verificentur,& meritò: nam, & inſtrumenta
13 Notariorum,quorum fides de publico approbata eſt,nō probant in fauorem ipſius ſcribentis,*l.de eo,& l.diuus,ad legem Corneliam,de Falſis.*

14 Eſtque hoc apud omnes receptiſſimum,teſte *Rota Genuenſi,deciſ.ſua* 132.*num.*5.*&* 148.*num.*3.

Ampliatur autem Communis iſte primus caſus varijs modis.

15 Et primo,vt liber rationum alicuius priuati nō ſolum non probet pro ſcribente,ſed nec etiam pro eius hęrede, etiamſi illi ſucceſſerit Fiſcus, vel Eccleſia,text.eſt apertiſſimus, inter chartulas,*C.de conueniend.fiſci debitor,lib.*11. Sequitur poſt *Bald.Boer.deciſ.ſua* 105.*num.*5. *& alios,D. Maſcard.concl.ſua* 976.*num.*2.

16 Limitatur tamen hæc ampliatio in libro rationum defuncti, qui fuit habitus vir probus, ac bonæ famæ, nam talis liber inducit ſaltem aliqualem præſumptionem pro ipſius hærede.

Ad hoc autem comprobandum ſolet per *Bart.in d.leg. admonendi,num.*27.*allegari tex.in l.qui cum maior, §.final. ff.de bon.liber.qui text.* tamen non multum probat,vt admonet, ibid.*Rip.ſub num.*113. melius facit *textus,in l.non omnes,§.à Barbaris de re milit.& in l.rationes,verſic.Solas, C.de probationibus,ſequitur Paciroł.conſil.*140.*numer.*6.*& num.*20.*& Andreas Alferius conſil.ſuo* 60.*num.*72.*Addo poſt Rum.Cl.Menoch.lib.*5.*præſumpt.*5.*num.*5.

17 Eſtque ratio ſecundum *Bald.in d.l.rationes, nu.*1.*in fin.* quod libro rationum defuncti maior fides adhibetur,quā viuentis,prout docuit,& *Cæphal.conſil.ſuo* 749.*n.*12.*Surd. conſil.ſuo* 245.*num.*19.*&* 543.*numer.*2.*Bimius conſil.*109. *num.*65.*in* 2. *& alij.*

18 Animus enim defuncti non præſumitur corruptus,nec etiam corrumpi poteſt,ſicut viuetis, prout tradit *Hippol. Rim.poſt alios,conſil.ſuo* 547.*nu.*2.*in* 5.*Anch.libr.*1.*q.fam.* 55.*num.fin.& Viuius,deciſ.ſua* 114.*num.*11.

19 Adde mortem ſcribentis augere fidem libri ſui. *Dec.in leg.*1.*C.de edendo,Boer.deciſ.ſua* 105.*numer.*6. vbi eleganter,pulchrè,& latè. *Gratian.deciſ. ſua* 94.*nu.*10.*cum ſeqq.*
20 vbi etiam docet,quod mors habet vim iuramenti.

Et quod iſta qualis, qualis probatio, ſeu præſumptio
21 hoc in caſu abſque dubio oriatur, tenuerunt Communiter *Doct.poſt Bart. Fulg.Caſtrenſ. & alios Doct.Iaſ.in d.leg. admonendi,numer.*120.*vbi etiam Curt.iun.dict.numer.*124. *Lanfranc.de Oriano ibidem, numer.*50. *verſic.addit vnum; Corraſ.numer.*61.*&* 62.*in tertia parte. Schrader num.*268.

*verſic.*

*verſic.ſecundo, non habet locum, & nouiſs.Ioachim Beuſt. num.* 1016.

22 His accedunt Canoniſtæ omnes,in *d.c.* 2.*de fide inſtrum.* & *ibi in ſpecie Abb.num.9. & Felin.nu.*24. Sequitur quoque poſt alios relatos *Herculanus,in ſuo reſp.pro Sereniſſimo Etrurie Magno Duce,num.*334.*Pariſ.conſil.ſuo* 104.*nu.* 76.*cum ſequentibus in primo,Honded.conſil.ſuo* 39.*num.*51. *in ſecundo,Beccius conſil.ſuo* 47.*numer.*12.*vbi latiſſimè, & Maſcard.concl.ſua* 976.*numer.*3.*Addo Zucchard.conſil.ſuo* 56.*num.*12.vbi præcipue hoc procedere intelligit, quando probaretur, quod libri producti eſſent dicti mortui, item, quod eius manu forent ſcripti.

23 Addo etiam *Surd.deciſ.ſua* 103.*num.*5. & 199.*num.*2. vbi pulchrè Videndus quoque *D.Hippol.Rimin.conſil.ſuo* 506.*num.*18.vbi amplius ſubdit,minimè iuramento opus eſſe,ex quo mors,vt dixi,ipſius vim,ac efficaciam præbet, & *conſil. ſuo* 665.*num.*6.*in* 6.

24 Ampliatur Primo iſta limitatio; nam talis liber defuncti non ſolum præſumptionem, aliquam inducit pro eius hærede; vt ſupra diximus, verum etiam ſemiplenam probationem, ita *Caſtrenſ.in d.l.admonendi, num.*43.*vbi quoque Ripa,num.*123.*Sequitur præcisè Cardinalis Pariſ.conſil. ſuo* 7.*num.*15.*vol.*4.*Beccius, conſil.ſuo* 47.*num* 12.vbi pulchrè,& poſt infinitos relatos *D.Viuius, deciſione ſua* 184. *num.*12.& 13.*His adde Scacciam, c.*11.*infra deducendo,nu.* 261. vbi nonnullos concordantes adducit.

25 Addo quoque *Boerium,deciſ.ſua* 105.*num.*5.vbi ſubdit, quod ad plenam inducendam ſufficeret vnus teſtis, vel poſſet hæredi deferri iuramentum probationis verioris,ſi ſciebat veritatem,vt voluit *Bart.in l.admonendi,ff.de iureiurand.Sequitur hoc idem poſt Boer.nouiſſimè Petrus. Surd, conſil.ſuo* 542.*nu.*3.

26 Contrarium tamen voluerunt expreſsè *Bart. & Iaſ.d. nu.*120.*in fin.*& relinqui omnes ſupra allegati,& eſt Communis opin.prout retulit *Ripa loco citato,*& docuit etiam latè *Bolog.in repetitione d.l,*1.*C.de edendo, num.*21.

27 Sed fœdere etiam diſtinctionis hæ duę diuerſæ Scribentium ſententiæ conciliari poſſunt: aut enim loquitur de probo viro bonitate regulari, ideſt, de eo,qui fuit habi-
28 tus vir bonus in gradu communi, & tunc procedat opinio *Bartol.*

29 Aut vero loquimur de viro probo probitate præexcellenti,& extraordinaria,& tunc procedat opinio *Caſtrenſ. ac ſequacium.*

30 Et ita conciliat *Rip.d.leg.admonendi,præcitato loco,* vbi etiam maximè aduertendum cenſet in hac materia,an is, qui librum ipſum cōſcripſerit poſt litem motam,vel ante ex hac luce migrauerit, ſequitur poſt eum *D.Maſcard.d. concl.*976.*num.*6.& *Beuſt.in d.l.admonendi,num.*1018.& 1019.*Addo Becc.d.ſuo conſil.*47.*num.*12.& 13.& *in terminis poſt alios Honded.conſil.ſuo* 39.*num.*50.& 51.*vol.*1.

31 Obſeruandum eſt tamen hanc limitationem, non in omni libro rationum defuncti procedere, ſed dumtaxat in eo, qui habet, & continet formam debitam rationum, puta quando in eo reperiuntur data, & accepta,vel debita,& credita Sic poſt *Bald.Alexand.Iaſ.& alios,D.Maſc. d.concl.ſua* 976.*num.*7. & *Beuſtius,in d.l.admonendi, num.* 1017.Hoc idem voluit etiam dicere *Schrad.ibidem d.num.* 268.*verſic.quod tamen ita capiendum eſt,et ſequitur in terminis doctiſſ Honded.d.conſil.*39.*num.*52.

32 Ampliatur ſecundo ſupradicta proxima limitatio:nam talis liber defuncti iunctis alijs præſumptionibus, ſeu adminiculis plene etiam probat, ita *Bart.in d.l.admonendi,* vbi ceteri *Doct. & Canoniſtæ omnes, in d.cap.*2.*de fide inſtrumentorum.*

Sequitur *Boer.deciſ.ſua* 105.*d.numer.*5. *Guid.Pap.q.ſua* 441. vbi quænam ſint iſta adminicula ſigillatim enumerat.Quemadmodum etiam facit *Sigiſmundus Scaccia cap.* 11.*inferius allegando,num.*262.& nos pleniori folio diſſeruimus infra de libris mercatorum, *Pariſius conſ.ſuo* 104. *num.*77.*in primo, Gail.Gabr.*ac plurimi alij, quos longa ſerie ſequitur,ac deducit *Dom.Maſcard.d.concl.* 966.*num.* 8.& *num.*74.*Addo Brunor.à Sole, in ſuo compendio propoſition iur.in verſicul.liber defuncti,Crauetta, conſil.ſuo* 434. *nu.*23.*p.*3.*Iacob.Schultes in ſuis locis Communibus, in verſ. liber,nu.*1.*Turret.poſt Cuman.Beroum, Beccium, & plures alios relatos,conſil.ſuo* 9.*num.*10.*in* 2.*vbi de magis Communi,& nouiſſimè Clariſſ.Equitem D.Peregrinum, conſ.ſuo* 90. *num.*9.*in tertio.*

Et de hoc mihi videntur eſſe *text. aperti, in dict.leg.inſtrumenta domeſtica, & in d.leg.rationes,verſic.Sola, C.de probat.*

Hæc, de Iure Ciuili, & traditionibus Scribentium inſpectis, dicta ſint.

33 Iure autem Municipali inclitæ Ciuitatis Dominantis Venetiarum expreſsè cautum eſt, in hac materia,vt liber quidem rationum defuncti, qui fuerat bonæ conditionis, ac famæ,nō probet, ſed bene præſumptionem quamdam inducat, ita vt honeſtiori parti deferatur iuramentum. Sic præcisè agitur *lib.*1.*Statutorum eiuſdem Ciuitatis; cap.* 48. *verſus fin.*

34 Secundo loco extenditur adeo ſupradicta principalis concluſio,vt ex proprio rationum libro creditoris,haud etiam conuincatur debitor in cauſa fiſcali, *textus eſt expreſſus,in d.leg.exemplo,C.de probationibus, & in lege inter chartulas confiſcari,Cod.de conueniend. fiſci debitor.libr.*10. *cum concordantibus,per Boer.deductis,deciſ.ſua* 105.*nu.*3.

35 Extenditur principaliter tertio, etiamſi hoc debitum non tantum in vno libro rationum,ſed etiam in pluribus eiuſdem creditoris ſcriptum reperiatur, adhuc enim pro ſcribente fidem non facit *argum.* §.*penult. Inſtit.de teſtib, & l.vnum,ff.eodem titulo, ſic in terminis Schrader.in d.leg. admonendi,num.*268.*verſic.*2. *extenditur.*

36 Extenditur quarto,vt procedat,licet aduerſarius meus hunc librum rationum contra me producunt, vel eo vtatur, adhuc enim pro me ſcribente nulla fides ex eo promanabit. Sic poſt *Abbas Bald.Alexan.& alios Schrader. d.num.*268.*verſic.tertio hoc procedit.*

Ampliatur poſtremò, vt idem iuris ſit licet agatur de partitis extractis ex libris ipſis rationum, partitæ ipſæ appareant poſtea firmatæ per ſaldum factum manu allegati debitoris,adhuc ex ipſis partis non oritur probatio ad fauorem ipſius ſcribentis,niſi aliter de ſuo edoceat credito,ſic in terminis docuit *Cl.D.Petrus de Cabal.conſil.ſuo deciſiuo* 68. *in* 2.

37 Multas alias ampliationes ad hanc regulam deducunt Communiter ſcribentes,in *d.l.admonendi, & Maſcar.inter alios,d.concl.*976.*à num.*9.*vſque ad* 71.*vide per eos.*

Nobis potiores,& ad rem facientes ea breuitate maiori,qua potuimus tetigiſſe ſufficiat.

Hæc autem Cōcluſio ita ampliata aliquot pariter no-
38 tabiles limitationes recipit: Et primò non habet locum in illis, quæ in libera ipſius ſcribentis voluntate ſita ſunt: in his enim liber ipſemet rationum pro eo plenam vtiq; fidem facit,adducit communiter *text.in l.Neſennius*, vbi etiam *Bart.num.*4.*de negot.geſt.* qui quidem *text.loquitur in ratihabitione,*& de eo, qui in ſuo libro rationū ſcripſit, quod præſtabat alimenta animo repetendi, qui quidem animus rectè probatur per dictum librum rationum, idē *Bart.hoc docet in lege nuda,num.*7.*de donationibus, in Authentica.Et ſi contractus,C.de fide inſtrumentorum, & in d. l.admonendi,numer.*26 *in fine,quem ibidem cæteri alij communiter ſequuntur Caccialup.in ſpecie,numer.*71. vbi etiam exemplificat in aditione hæreditatis, *Iaſ.numer.*111.*Curt. iun.num.*124.*Lanfranc.de Oriano,numer.*50. *verſic.*4.*caſus eſt,Coraſ.in dicta* 3.*parte,num.*63.*Schrader. d.numer.*268.

*verſic.*

*verſic.hæc concluſio, & nouiſſimè poſt Ripam,in eadem lege*
*num.*112.*Bouſtus,num.*1014.*& Petrus GilKen.in d.l.inſtru-*
*menta, num.*22.*Cod.de probat. vbi nonnullos concordantes*
*adducit.*

His accedunt *Canoniſtæ omnes, in d.c.*2.*de fide inſtrum.*
*& ibi in ſpecie Felin.num.*22.*Bologn.quoque in lege* 1.*num.*
22.*C.de edend.& Petrus Auguſtinus Morla,d.q.ſua* 17.*nu.*
39 *ſeptimo.* Ex conſulentibus hoc idem etiam docuere, *Gra-*
*tus conſil.ſuo* 118.*num.*13.*in primo,Marcobrun. conſil.*5.*nu.*
11.*P.Paſet.conſil.ſuo* 94.*num.*4.*Pret conſ. ſuo* 142.*nu.*14.
*&* 19.*in primo,*vbi quoque ſubdit, quod liber ipſe ratio-
num confectus de expẽſis,probat, & fidem etiam facit de
earum quantitate, & nouiſſimè per Illuſtr.Eques, ac Do-
meus *M.Ant.Peregrin.conſil.*94.*num.*6.*in primo.*
40 *Adde D.Maſcar.poſt plures alios relatos concl. ſua* 976.
*num.*72.*&* 73.vbi etiam poſt alios hoc ſublimitat, ſi in
ipſo libro deſcripta ſint alia ex quibus actus cum alio ce-
lebratus impugnetur. Adde etiam *Viuium, deciſ.ſua* 456.
*num.* 11.*& Cappel.Toloſ.q.ſua* 497.
41 Et hæc eſt veriſſima iuris limitatio; quam ſequutus eſt
etiam eruditiſs.*D.Scaccia poſt hæc edita viſus,lib.*2.*de Iud.*
*cauſ.ciuil.c.*11.*num.*139,*cum ſeq.* vbi exemplificat duobus
modis,ac reſtringit,vt per eum.
42 Sic videmus in ſimili, quod liber rationnm donatoris,
dubiam illius mentem declarat,*Petr.de Caball. poſt alios,*
*per d.leg.Neſennius, conſil.ſuo* 26.*num.*9.
43 Sic etiam ex eo probatur conſenſus contra ſcribẽtem.
*Hippol.Rim.conſ.ſuo* 280.*nu.*47.*in* 3.
44 Limitatur ſecundo principaliter Regula ſupradicta,
quando multa capitula ipſius libri rationum vera oſten-
duntur,vel per inſtrumenta publica, vel aliter, nec liber
ipſe in aliquo redargui,vel conuinci poteſt de mendacio,
vel falſo,tunc enim plena ex eo ad fauoremſcribentis ori-
tur probatio.
Nec ſanè mirum, Sicut enim vna particula falſa totum
45 librum rationum ſuſpectum reddit argum. eorum, quæ
notantur in *l.ſi ex falſis,Cod.de tranſact. & docet Soc. iun.*
*conſil.*131.*num.*11.*in* 3.*Plot.conſil.* 88.*num.*8. *Crau.conſil.*
386.*num.*15. *& alij.*
Ita etiam propter multa capitula vera, vel approbata
46 totus liber ipſe rationum verus, vel probatus cenſeri de-
bet,vt contrariorum contraria exiſtat diſciplina, *l.& ſi*
*contra,ff.de vulg.ita pulchrè poſt Caſtrenſ.& Ang.docet Iaſ.*
*in d.l.admonendi,nu.*128. vbi ſubdit, quod hæc deciſio tã-
quam noua,& ſingularis,eſt bene cordi tenẽda. Eumdem
ſequuti ſunt ibidem *Schrad d.numer.*268.*verſic.tertio hæc*
*concluſio,& D.Ioach.Beuſt.num.*1026 *cum ſeqq.*
His accedunt *Gab. poſt infinitos relatos in ſuis concluſio-*
47 *nibus,tit.de præſumptionibus concl.*5.*num.*1.2. *&* 3. vbi de
*magis communi Card.Pariſ.conſil.ſuo* 90.*num.*3.*et quarto,*
*et conſil.*47.*vol.*1. *Herculan.in vulgato illo ſuo reſp.pro Se-*
*reniſſ.Ferrariæ Magno Duce num.*338.*Proſp.Paſeth.conſil.*
*ſuo* 75.*numer.decimotertio,et* 190.*numer.*6.*Sequitur etiam*
*Natta conſil.ſuo* 581.*num.*15. *Cephal.conſil. ſuo* 508.*num.*
34.*Hippol.Riminald.conſ.ſuo* 489.*numer.*30. *et* 35.*et prius*
*conſil.ſuo* 132.*num.*3. *Hoc idem tradunt quoque Pet.Surd.*
*conſil.ſuo* 543.*num.*4.*et deciſ.ſua* 199.*numer.*3.*vbi adducit*
*inter alios Purpur.conſil.*519.*Natta citato loco,et Crauett.*
*conſil.*350.*num.*15.*videndus idem Crauet. conſil.*198.*num.*
6.*&* 969.*num.*32.*in quinto,addo Siluan. conſil.*21.*num.*10.
*in ſecundo,Camil.Borel.conſil.ſuo num.*20.*cum ſeqq.Burſat.*
*conſ.*224.*num.*8.*Fab.Turret.conſil.ſuo* 100.*nu.*40.*in primo.*
*Monal.conſil.*98.*num.*3.*D.Maſcar.poſt infinitos deductos,d.*
*concl.ſua* 976.*num.*75.*& prius concl.ſua* 362.*nu.*18 *Marc.*
*Anton.Maceratenſ.variarum reſolutionum,lib.*2.*c.*19.*nu.*1.
*& nouiſſimè Clar.Farinac.conſil. ſuo* 13.*num.*6. *& ibi Ad-*
*dentes in litter.A, vbi adducunt Rotam Rom.in nouiſſimis,*
*dec.ſua* 813.*n.*15.*cum ſeqq.p.*1. Atteſtantem hanc eſſe ma-
gis communem,& in Praxi ſeruandam opinionem.

48 Et hæc in ſumma eſt veriſſima limitatio, quidquid di-
xerit *Bolognet.in l.*1.*num.*23.*verſic.ſed in contrarium, C.de*
*edendo,& Cephal.ibi contrarius. Proſper Paſeth. conſil.ſuo*
47.*num.*46.*poſt Purpur.& Ripam relatos,*cui quidem ſen-
tentiæ videtur quoque adhæſiſſe *Ioſeph.Ludouic.deciſ. ſua*
*Lucana* 42.*nu.*36. *&* 37.
49 Et pro hac eadem opinion. ita fuiſſe iudicatum atte-
ſtatur Clariſſ.vir.Dom.*Decian. cõſil.ſuo* 28.*nu.*34. *&* 62.
*num.*32.*in tertio.* Sic etiam in Sacra Regia audientia Ba-
renſi in cauſa aliquorum de Ciuitate Bari,Anno Domini
1589.& in Regia Audientia Capitinatæ Apuliæ, Comi-
tatuſque Moliſij,Anno Domini 1583. varijs in cauſis iu-
dicatum fuiſſe aſſeuerat doctiſſimus *Viuius deciſione ſua*
132.*num.*8.*& deciſione ſua* 445 *num.*8.*Addo poſt hæc ſcri-*
*pta Cl.Menoch.lib.*3.*præſumpt.* 63.*à num.*1. *vſque ad num.*
9.*incluſiuè,*vbi infinitos propemodum pro hac eadem o-
pinione deducit,eamque acutiſſimè à quibuſcumque ad-
uerſariorum obiectis propugnat,ad defendit,ipſum con-
ſulas.
50 Ampliatur iſta limitatio, vt procedat etiam ſi partitæ
non verificatæ magni eſſent momenti,ita *Iaſon, dict.nu.*
128.*Gabriel.poſt Corneum,Ruinum,& alios,d.concluſionem*
5.*num.*3.*Maſcard.d.concl.num.*76.*addo Anchar. d.qu.*55.
*num.*10.
51 Contrarium tamen ſenſerunt *Decius, Afflictus Ripa,et*
*alijs relati,*per eumdem *Maſch. d.concl.num.*77.
52 Ego pro qualitate circumſtãtiarum hac in re multum
arbitrio iudicis poſitum eſſe exiſtimo, prout etiam ſcri-
ptum reliquit *Salic.in l.vnica,numer.*7.*in fine,C.de confeſſ.*
*& Turret.conſil.ſuo* 77.*num.*30.*in ſecundo.Addo Clar.Me-*
*noch.d.præſumptione* 63.*numero decimo, cum ſequentib. &*
*præcipue ſub num.*12.vbi ampliat relatam iſtam commu-
nem opinionem,multo magis procedere,quando aduer-
ſarius iſtius librum habentis, negaſſet vnam ex parcellis
contentioſis,& illa deinde fuiſſet ab illo verificata,nam
tunc reliquæ ſine controuerſia veræ præſumerentur, &
latius vt per eum.
53 Sublimita modò iam dictam limitationem non pro-
cedere in capitulis ſeparatis,quia in his non faciat fidem,
ſic poſt *Dec.Purpurat.Ripam, & plures alios docuit Ma-*
*ſcard.d.concluſione,numer.*78.*& Gabriel.ante eum d.concl.*
5.*in fine, addo Cephalum conſilio ſuo* 58.*nu.*34. vbi pulchrè
54 diſcurrit,& *Dom.Hippol.Riminal.conſilio ſuo* 132. *num.*18.
*cum ſeqq.* vbi quænam capitula ſint connexa, & quænam
ſeparata,poſt alios eleganter ediſſerit. Videndus etiam
idem *Rimin.conſilio ſuo* 489.*num.*33.*&* 34.*&* 686.*numer.*
42.*cum ſeqq.* vbi quoque regulas illas, quod ſcriptura in
vno falſa,in ceteris præſumitur falſa,& vno vera,in certis
præſumitur vera,intelligit veras in connexis,non autem
inſeparatis.
55 Latius de hac aadem limitatione diſſerit *Bologn.in d.l.*
1.*num.*23. vide per eum.
56 Tertiò principaliter fallit ſupradicta Concluſio, ſi illa,
quæ conſcripta ſunt in ipſo libro rationum, ſint admodũ
veriſimilia, & habeant probabiles coniecturas, vel præ-
ſumptiones pro ſe,tunc enim illi etiam pro ſcribente,ac-
cedente tamen illius iuramento plene creditur,ſic præci-
57 puè inter cœteros coarctat *Iaſon, in dict.lege admonendi,*
*num.*125.vbi exemplificat in tutore, curatore, vel nego-
tiorum geſtore in aliquo libro rationum ſcribente expẽ-
ſas alimentorum pupilli,vel familiæ,vel quod dedit mer-
cedem præceptoribus ſui pupilli,de cuius profectu appa-
ret,vel quod ædificium eſt refectum, cum enim iſta ſine
expenſis minimè fieri poſſint,*leg.final.Cod.de alim.pupill.*
*præſtand.* certè conſiderata veriſimili qualitate facti, &
quantitate expenſatum,credetur dicto ſoli libro rationũ
pro ſcribente,ſaltem cum eius iuramento,ad *l.lex quæ tu-*
*tores,C.de adminiſtr.tutorum.*
Sequitur hoc idem poſt *Iaſ.Lanfran.de Oriano,in d.leg.*
*admo-*

*admonendi, num.50.verſic.2.caſus, Curt.iun.nu.125.Corraſ. in 3.part.num.65. Schrader.d.num.268.verſ.4.prædicta, & nouiſſime Beuſt. num.1025.*

58 His accedunt *Canoniſtæ omnes, in d.cap.2. de fide inſtrumentorum, & in ſpecie Felin.num.23. Ioan.de Vico Mercato, ſequitur in l.1.num.23.C.de edendo, vbi quoque Mantua, num.15.verſ.fallit tamen. Ex conſulentibus huic etiam ſententiæ ſubſcripſerunt. Dec.conſ.596.num.9.Cephalus conſil. 85.num.38.& 631.num.37. Mazzol.conſil.16. num.16.& 17.Crauett.conſil.73.num.41.158.num.9.258.nu.18.275. num.8.384.num.10.434.numer.18. Paſeth.conſil. ſuo 190. num.7.Decian.conſil.ſuo 51.num.74.in ſecundo Cioſ.conſil. 106.numer.15.in 2.Honded.conſil.91.num.8. in 1.Rubeus conſil.31.num.72.in primo.Surd.conſil.543.num.6.vbi infinitos deducit, & nouiſſimè Fabius Turret.conſil.ſuo 100.nu. 41. in primo.*

59 *Addo Hippolyt.Riminald.conſil.ſuo 489. num.19.& 14.* vbi quoque ſubdit expreſſe, neceſſarium eſſe iuramētum ipſius ſcribentis, id quod etiam poſt plures relatos docet *ſub num.22.& 23.videndus etiam conſil.ſuo 665.nu.5.in 6.* Hoc idem de iuramento firmauit *Anchar. d.q.ſua 55.nu. 4.& omnes ſupra citati.*

60 Hanc eadem limitationem ſequitur etiam *Magon.deciſ.ſua Florentina 95.nu.5. Cæſar Vrſil. in addit.ad Afflict. deciſ.ſua 40.num.18.P.Surd.deciſ.ſua 105.numer.6. Viuius deciſ.ſua 64.numer.8.Cl.D.Farinac.deciſ.ſua Rotæ Romanæ 845.nu.1.D.Maſcard.poſt infinitos relatos d.concl.ſua 976. num.82.& 95.& nouiſſimè Carroc.deciſ.ſua 104.numer.7.* vbi etiam ſubdit hoc præcipuè procedere concurrente penuria, & difficultate probationum, id quod etiam docuit ante eum *Curtius iunior in l.1.num.3. C.de edendo,* & ſufficit, vt deducatur difficultas virtualiter tantum, *Carrocc.ibidem.*

61 Adde ex ſententia *Alphani in d.l.1.n.18.* requiri etiam vltra ſupradicta, videlicet iuramentum, & difficultatem probationis, vt qui ſcripſit, ſit vir bonus, & integræ vitæ, vt nullo modo dubitari poſſit de eius fide, *arg.l.ſi quis, §. cogentur, ff.eodem.* Idem vt de modica quantitate tractetur prout etiam paulò infra dicetur.

62 Et hæc in ſumma eſt veriſſima limitatio, ac ab omnibus communiter approbata.

63 Hinc videmus in ſimili, quod libris pariter publicis, eo magis fides adhiberi ſolet, quando continetur in ipſis aliqua enūciatio poſſibilis, ac veriſimilis, ſic præcisè *D.Herculan.* qui & ipſe hāc eamdem limitationem ſequutus eſt, *in præalleg.ſuo reſponſ.num.328.& prius ſub num.203.*

64 Obſeruaudum eſt tamen, *Decium virum ſummæ eruditionis, in d.c.2.num.38.de fide inſtrumentorum,* opinatum eſſe, quod ſupra diximus, de iuramento, quod ſcilicet debeat intercedere, minimè locum ſibi vēdicare, ſi mortuus fuerit is, qui ſcripſit, tunc enim ex eiuſdem ſententia etiā abſque iuramento plena, & abundans fides eius libro habenda eſt. Mouetur: quia plenius mortuis credendum eſt, quam viuis, ad *l.ſi quis in graui, §.11.ff.ad Sillanian,* Eiuſdē ſententiæ ante ipſum fuit quoq; *Caſtrenſ.in conſil.ſuo 301. num.3.lib.1.* dum putauit mortem iuriſiurandi loco haberi.

65 Subtilis autem Pyrrus Alphanus, in *d.l.1.num.19.* aliter ſenſit, exiſtimauit enim, quamuis mortuus ſit, qui ſcripſit, tamen non eſſe plenè eius libro rationum credendum: nam id, quod ex aduerſo deducitur, mortuis, ſcilicet ampliorem fidem habendam eſſe, verum eſſe exiſtimat in eis tantum, quæ morientes dixerunt, vel ſcripſerunt, non in alijs, quæ viui ſcripſerunt, & morientes, vt veriſimile eſt, non ſunt recordati, & ita procedit *tex.in l.ſi quis in graui, §.1.* & ſibi videtur tradi hæc differentia in *l.rationes, C.de probationibus.* Quare ſecundum eum, mors habebitur loco iuriſiurandi in ijs tantum, quæ mortis tempore dicta ſunt, & huic ſententiæ & ego aſſentior.

66 Quarto principalitur fallit ſupradicta Concluſio, ſi agatur de parua, vel modica quantitate, tunc enim ipſi libro rationum iuncto iuramento ſcribentis, plenè etiam pro ipſo fides adhibetur, ſic poſt alios *Ripa in d.l.admonēdi, n.126.* vbi etiam *Coraſ.n.64. Schrad.d.num. verſic.5.hæc Concluſio, & Beuſt.n.1025.in fine.* Sequitur *Ioannes de Vico Mercato, in l.1.n.21.C.de edendo,* vbi ſubdit, hoc præcipuè procedere, quando aliter adeſſet difficultas probationis, & *Mantua ibid.n.15.verſic.2.fallit.* His accedunt *Paſeth. conſ.190.nu.8.Borell.conſ.82.n.16.Aſinius in ſua Praxi, §. 7.c.5.limitatione 59.n.9.Maſchald.d.concl.ſua 976.nu.fin. & Hippolyt.Riminald.conſil.ſuo 52.n.153.& 489.n.27.&* 28.vbi tamen poſt plures relatos ſubdit ſecus eſſe, ſi de

67 magna ſumma tractaretur, dicitque quātitatem lib.832. non eſſe paruam. Adeundus eſt etiam de hac limitatione *D.Scac.d.c.11.n.76.cum ſeqq.* vbi hac opinione firmata, quæcumq; à Scribentibus ex aduerſo obijci poſſunt acute reſoluit, vide per eum.

68 Et hæc eſt veriſſima limitatio, quidquid ſubtiliter dixerit *Bolognet.in d.l.1.C.de edendo, ſub nu.20.* Et ratio eſt, quia (vt dicit *Paulus de Caſtro,* & ſequitur idem *Scaccia d. n.176.in fine,* in expenſis paucis nō ſolet parari probationes, quæ autem ſummæ dicātur magnæ, vel paruæ, à iudicis arbitrio pendere docuit idem *D.Scaccia, d.c.11.n.295.*

69 Adde idem iuris eſſe, cum agitur de modico præiudicio. *Crauetta poſt alios, conſil.182.numer.15.Vrſil.in addit. ad Afflict.d.ſua deciſ.40.num.19. Eug.conſil.44.num.23. ac plures alij.*

70 Coarctatur quinto principaliter ſupradicta Concluſio in connexis, & ſubordinatis, nam ſi quis alleget, vel in medium proferat, ex libro rationum contra ſcribentem, omnia connexa, & ſubordinata illi capitulo allegato pro ſcribente contra ipſum allegātem, plenam fidem faciunt, vtputa, ſi quis, veluti Sempronius in lib. ſuo rationum ſcriberet ſe vendidiſſe fundum pro centum Caio, & Caius emptor illum fundum à venditore petens ad probandum hunc contractum producat librum illum rationum contra ipſum Sempronium venditorem: tunc ſicut ipſe Caius ex illomet libro rationum probaret fundum ſibi venditum, ita & ipſemet liber rationum cōtra ipſum plenam fidem faceret, cum ſcilicet ipſi Sempronio venditori ad centum nomine pretij fundi obligatum eſſe. Sic præcisè docuit *Bart.in l.quædam, §.nummularios. vbi etiam Ang. ff.de edendo, argum.l.etiam, §.1.ff.de minoribus, & leg.Publia, §.final.ff.depoſ.* Sequitur latiſſimè *Iaſon, in d.leg.admonendi, num.129.* vbi etiam *Curt.iun.num.125.verſ.ſecundo. Addo Ripam, num.124. Schrader. d.num.168.verſic.ſexto, hæc concluſio, & doctiß. Beuſt.numero.1030.* His accedunt idem *Curt.iun.in leg. prima numer.7.* vbi etiam *Ioannes de Vico Mercato, num.23.verſic.quinto, & Pyrrus Alphanus, num.20.C.de edend.Felin.in d.cap.2.num.25.de fide inſtrument.Barbat.conſ.ſuo 54.nu.11.& 19.volum.3.Card.Pariſ. conſ.ſuo 90.nu.2.vol.1.Paſet.conſ.109.n.5.P.Aug.Morla, d.q.17.nu.10.& poſt infinitos alios relatos D.Maſcar.d.concl.ſua 967.num.79.Addo Rotam Roman. deciſ.276.lib.2.p. 3.& Viuium, deciſ.ſua 132.num.9.cum ſeqq.* vbi etiam rationum deducit dicens, quoniam confeſſio in libro ratio.

71 num diuidi non poteſt, vt per *Alex. in l.Publia, §.1.in fine, ff.depoſit.* & ſic liber rationis etiam quod contineat diuerſa capitula, probat propter veritatem officij, vt per *Ang.in l.ſumptus, C.de adminiſtr.tutor. & Cin.in l.lex, quæ tutores, C.de iure deliber. Adeundus quoque Sichard.in l.rationes, num.8.C.de probat.*

72 Contrarium tamen voluit poſt *Ioannes Andr.in addit. ad Spec. Abb.in d.c.1. & Card.Pariſ. ſibi parum conſtans, conſ.ſuo 47.num.10.libr.1.* ac multi alij. Vide, quæ de hac materia latius nos deduximus infra.

73 Sexto principaliter fallit ſupradicta Concluſio, ſi conſuetudine, vel ſtatuto caueatur, vt libro rationum plene

etiam in fauorem ſcribentis credatur, talem enim con-
ſuetudinem valere receptum eſt, Bald.in l.1.num.16. C.de
ſumma Trinitate, argum.c.cum dilectus, extra de fide inſtru
men. Sequitur Caccialup.in d.l.admonendi, n.72. vbi etiam
Beuſt.n.1020. His adde Bolognet.in d.l.2.C.de edendo n.24.
vbi etiam Ioannes de Vico Mercato, n.23.verſic.4.& Man-
tua, numer.15.verſic.ſed vltra. Adeundus quoque D.Anton.
Tiaggi. nuper editu, in ſuo tract.de conſuetud.q.11.n.520.&
D.Hector Felicius, allegat.ſua iuris 44.num.12. part.tertia,
vbi nonnullos alios concordantes deducit, & ſubdit con-
ſuetudinem iſtam extare Eugubij.
74 Amplia, etiamſi ſtatutum ipſum diſponat, vt reſpectu
magnæ ſummæ libris rationum credatur, ita Abb.in cap.
bonæ, il 2.num.12.extra de poſtul.prælat. Bal.in l.1.num.13.
C.de confeſs. ac plures alij.
75 Hoc tamen, quod dictum eſt valere conſuetudinem,
vel ſtatutum, quæ vult, vt plena fides libro rationum ad-
hibeatur, non procedit, quando conſuetudo, vel ſtatutum
diſponeret, vt cuilibet rationum libro nulla habita diſtin
ctione credatur talis enim conſuetudo, quia, & honeſtati
repugnat, & præbet occaſione delinquendi, non valet, ita
Iaſ.in leg.age cum Geminiano, Cod.de tranſact. & Alexan.
conſil.3.nu.5.lib.2.argum cap.erit, diſtinct.4.& l.conuenire,
ff.de pactis dotal. Sequitur hoc idem in terminis Hebertin.
Zuchard.conſil.ſuo 56.nu.11. vbi amplius ſubdit, quod iſta
conſuetudo debet eſſe annorum quadraginta de iure Ca-
nonico.
76 Obſeruandum preterea, quod in omnibus illis caſibus,
in quibus valet ſtatutum, vel conſuetudo, vt libro ratio-
num pro ſcribente plene credatur, non ſimpliciter ita in-
77 telligitur, vt debeatur in omni, caſu ipſi libro plena fides
adhiberi, ſed iudex bene inſpectis omnibus circumſtan-
tijs, videlicet, qualitate ſcribentis quantitate debiti, & ſi-
milibus modò plenum modò minorem fidem huic ipſi li-
bro adhibere debebit argum l.3.§.1.de teſtib. ita Bald.in d.
l.1.num.3.de confeſſ.& Abb.in d.cap.bonæ. Sequitur Galli-
nius in ſuo tractat.de verbor.ſignificat.libr.quinto, capit.20.
num.220.
78 Fallit ſeptimo loco ſupradicta Regula, ſi is, qui librum
ipſum rationis conſcripſit, ſit perſona nobilis, honeſta;
legalis, & fide digna, tunc enim, ſiue is vitam ducat, ſiue
vita defunctus ſit, hic liber rationum pro eo non ſemiple-
nam quidem probationem, prout opinatus eſt Cephal.
conſil.ſuo 374.num.37.& Ioannes de Vico Mercato, in d.l.1.
numer.22.C.de edendo, ſed præſumptionem aliquam facit,
ac inducit, ita Bart.in d l.admonendi, num.26. & Canoniſtæ
in d.cap.2.vbi in ſpecie Felin. num.24. de fide inſtrumentor.
idque arg.leg.rationes, C.de probationibus, & l.qui cum ma-
ter, §.fin.ff.de bon.liber. Sequitur hoc idem Bimius conſ.ſuo
188.num.107.in 2.Surd.deciſ.ſua 105.numer.5.6. & multi
79 alij. Et eſt veriſſima concluſio, (quidquid dixerit Hippol.
Riminald.conſil.ſuo 344.num.73. qui nec præſumptionem
induci quidem opinatus eſt. Quinimò iſta Doctorum cō-
cluſio conſonat mirum in modum cum diſpoſitione Sta-
tutorum inclitæ Ciuitatis Venetiarum, iiſdem enim cautum
80 legimus, ſub titul.de præſumptionis, verſic.tertia præſumptio
pag.mihi 6. quod liber rationū priuati continens aliquod
pro ſcribente, non probet, ſed benè præſumptionem fa-
ciat, vt honeſtiori quidem parti deferatur iuramentum.
81 Amplia, vt ſi in ipſomet libro appareat de debito, &
credito, & veriſimilia contineantur, ex eo etiam plena
oriatur probatio, ſic præcisè poſt alios D.Cæſar.Barzius
dec.ſua Bononienſi 24.num.7. cum ſeqq.
82 Nec mirum ſanè libro enim viri honeſti, & benè ordi-
nato plenè, credendum eſt Bart.in l.admonendi, ff.de iure-
iurando, & Cuman.conſ.31.num.1. Sequitur Barzius, d.loco,
83 vbi præterea ſub quod ſtatur plenè ipſi libro rationum
pro ſcribente, cum actus celebratus non impugnatur,
iuxta communem opinionem, & quando continet veri-
ſimilia, vt ſupr. Addo Flamin.de Rubeis, conſil.ſuo 32.num.
66.in primo.
84 Quod tamē ita accipiendum eſt, vt non habeat locum
in memoriali, vel ſchedula, quę in ipſo libro rationum re-
peritur, illa enim pro ſcribente nec præſumptionem qui
inducit, ita Bald.in d.l.rationes, & Iaſ.in d.leg.admonendi,
num.116.& alias tetigimus.
85 Secundo hoc pariter verum intellige, niſi liber ipſe ra-
tionum careat fortaſſis nomine contrahentium, item
die, ac Conſule: tunc enim ne præſumptio quidem ex eo
ad fauorem ipſius ſcribentis inducetur, ita Ioan. Andreas
in addition.ad ſpecul.§. nunc dicendum, num.4. verſic.quid
ſi prædictis, de inſtrumentorum editione, ſequitur Plot.
conſil.88.numer.vndecimo, & Ioannes de Vico Mercato, in
leg.prima, numer.24.C.de edendo, pro corroboratione ad-
ducit text.in leg.1.§.rationem, cum ibi not. Cod eod.titul.de
edendo.
86 Quod tamen limitando declara, niſi forſan iuſta, ac
probabili cauſa iudex ipſe moueatur, vt huic libro ratio-
num die, ac Conſule carenti fidem aliquam adhibeat, ita
Ioannes Andr.in addition.ad eumdem ſpecul. d.§.nunc
dicendum, num.4.verſ.ſupradicta.
87 Coarctatur octauò Regula ſupradicta, quando verſa-
mur in antiquis, tunc enim liber ipſe rationum, ad fauo-
rem etiam ſcribentis fidem promeretur, ſic pręcisè P.Pi-
ch.conſil.ſuo 97.num.23.Surd.conſil.429.num.40 in tertio.
P.Enriquez conſ.ſuo 56.num.4.vbi adducit text. in c.cum
88 cauſam, de probat.& nouiſſimè P.Bimius conſil.ſuo 109.nu.
58.vbi pro ratione conſiderat magna eſſe vim, & effica-
ciam ipſius antiquitatis.
89 Sublimitatur autem hoc, quando agitur contra tertiū,
ſic præcisè D.Eugenius conſil.ſuo 44.num.19.cum ſeqq. vbi
90 hoc tamen minimè procedere ſubdit, quando in eiſdem
libris multæ aliæ partitæ vere apparerent, & concurren-
tibus alijs adminiculis.
91 Coarctatur vltimo loco memorata regula, ſi liber ipſe
rationum contineat data, & recepta, & ita contra ſcri-
bentem aliquid complectatur, tunc enim ad fauorem etiā
ipſius ſcribentis, probationem plenam inducit, ſic præci-
sè Bart.conſil.ſuo 28.num.7.in tertio, Borel.poſt alios conſil.
ſuo 82.num.18.
92 Aduerte tamen, quod debent in eo ſingulariter, & ſpe-
cifice ipſa data, & recepta contineri, ad hoc, vt veritas, &
falſum deſcriptorum appareat, Gozad.conſil.17.num.10.
apertiſſimè Surd.conſil.ſuo 391.numer.53. in tertio, vbi ad-
ducit textus in lege antepenult.de conditionibus, & demon-
ſtrat.& infinitos concordantes. Sequitur Iacobus Scultes, in
93 ſuis locis communibus, in verſicul.liber, num.ſecundo, vbi la-
tè alias ſi inordinate, ac confuſe conſcriptus eſſet, nihil
probaret, ad tradita per Cephalum, conſilio ſuo 674.nu-
mer.30.
94 Multas alias limitationes deducunt Doctores præno-
tatis locis, & præcipuè Maſcar.d.concl.976.vide per eum.
Videndus quoque Dominus Bolognet, in d.leg.1.de edendo,
num.18.& 19.

Hæc quo ad primum caſum ex pro-
poſitis.

Secundus autem principalis caſus eſt, quando liber ra-
tionum continet aliquid contra ſcribentem, tunc enim,
quid iuris ſit, oritur dubitatio.
95 Et conſtituendam eſſe concluſionem, quod liber ipſe
rationum contra ſe ſcribentem plenè probet, affirmarūt
Communiter interpretes, ita Accurſ. per illum textum, in
l.quædam, §.nummularios, ff.de edendo, & Gl.in Clementi-
na 1.§.cæterum, in verſic.rationum de Vſuris. Sequitur Bar.
in d.§.nummularios, num.2.& in l.admonendi, de iureiuran.
num.26. vbi etiam reliqui Doctor. Iaſon in ſpecie, in repeti-
tione,

tione,num.112.Caccialup.num.71.Curt iun.num.124.Lanſr.
de Oriano,num.50.Corraſ.in 3.parte, num.66. & nouiſſimè
Schrader.num.266.& Ioachim.Beuſt.num.1031.His acce-
dunt Doctores omnes in l.1.C.de edendo, & in ſpecie Iaſ.ſub
num.3.Curt.iun.num.2.Ioannes de Vico Mercato,poſt alios,
num.8.mantua, num.15.Pyrrus Alfanus,num.9.Maſſinius,
num.53.Cagnol.num.18.& 19.vbi ſubdit,hoc ideò proce-
dere,quia non eſt veriſimile quod contra ſe quis ſcribat,
niſi veritas ita ſe habeat, & Bolognet.num.27. vbi pariter
96 dixit idem iuris eſſe, ſiue ipſemet ſcribens fateatur eſſe
ſuam ſcripturam,ſiue neget,& poſtea appareat. Sequun-
tur hoc idem Canoniſtæ omnes,in d.cap.2.de fide inſtrum.&
ibi in ſpecie Abb.num.10.& Felinus,num.28.

Ex conſulentibus huic etiam ſententię ſubſcripſerunt;
Gratus conſilio ſuo 122.num.1.in ſecundo P.Portius, conſil.
170.num.19.Laurent.de Pinu,conſil.158.num.8. Pancirol.
conſil.74.num.7. Hippol.Riminald.conſil.ſuo 180.num.46.
cum ſeqq.& conſil.489.num.20.Preteus, conſil.142.num.
44.volum.1.Honded.poſt alios, conſil.ſuo 39.num.54. in ſe-
cundo,Petr.de Caball.conſil.ſuo 138.numero quarto,Burſat.
conſil.ſuo 39.numer.34.vbi concordantes adducit. Pariſius
conſil.ſuo 47.numer.4.vol.1.Rain.Corſus,lib.2. indagat iur.
cap.27.ac plures alios & teſtatur de communi. His adde P.
Auguſt.Morlam,d.qu.17.tit.de rebus creditis, num.2.Dom.
Maſcard.poſt plures relatos,concl.ſua 977.numer.1. Sebaſt.
Medicem deciſ.ſua Marchiana 6.num.18.& Alexan.Rau-
denſ.deciſ.ſua Piſana 19.numer.63. Videndus quoque Sigiſ-
mundus Scacciam,de iud.cauſ.ciuil.libro ſecundo,cap.vnde-
cimo,num.84.& D.P.GilKen.in l.inſtrumenta, num.19.C.
de probationibus.

97 Et hæc eſt veriſſima, & receptiſſima concluſio quid-
quid dixerint nonnulli relati per Maſcard. dict. concluſ.
977.num.3.

98 Nec ſanè mirum, licet enim huiuſmodi confeſſio tam-
quam parte abſente ſcripta plenam probationem indu-
cere minimè poſſe videatur ad l.certum, §.ſi quis abſente,
de confeſſis,quia tamen ſcriptura ſemper loquitur, & ha-
bet actum,permanentem,ad l.Ariani, Cod.de hæreticis, &
tempore productionis libri pars pręſens eſt,videtur con-
feſſio ipſa facta præſente parte, quæ quandocumque po-
teſt confeſſiones acceptare,ac ratificare, ſic poſt Bartol.
& Corraſ.& alios, in d.l.admonendi, Dominus Maſcardus
dict.concluſione 977.numero 2.& Dominus Morla, dict.qu.
17.num.3.& 4.Sic etiam egregiè poſt alios.Portius, dicto
conſil.ſuo 170.num.19.Addo poſt hęc ſcripta Schuartzen-
taler,de ſtipulationibus,pag.mihi 753.num.29. & eruditiſs.
Andr.Fachineum lib.11.ſuarum iuris controu.c.32.vbi plu-
ribus iuribus, & rationibus hanc eandem opinionem
communiter.

99 Ampliatur autem principalis iſta concluſio varijs mo-
dis; Et primo vt locum habeat,ſiue aduerſario præſente,
ſiue eo abſente, hic liber rationum fuerit conſcriptus per
100 ſupradicta,ſic poſt alios Ripa,in dict.leg.admonendi, nu.
117.cum ſeqq.quem ibid.ſequutus eſt Beuſt.num.1035.&
Schrader.num.266. verſicul. quod primo, poſt Bartol.in leg.
4.ff.de donation.relatum. Addo GilKen.in d.l.inſtrumenta,
num.21.

101 Et eſt veriſſima limitatio quidquid dixerint non-
nulli.

102 Quod maximè in mercatoribus habentibus tales li-
bros procedit,vt not. Bartol.in leg.prima, num.11.& alij,
C.de edendo.

103 Secundo extendenda eſt iſta Concluſio, vt ſit vera,ſi-
ue in ipſo libro rationum inſertus ſit dies,& conſul,ſiue
non, ſiue etiam deſint aliæ ſolemnitates, Sic in terminis
Abb.in d.cap.2.num.12.de fide inſtrumentorum,pulchre D.
Iaſon.in repetit.dict.leg.admonendi, numer.115. vbi ſubdit
104 hoc eſſe notandum, id quod etiam ſequitur ibidem
Schrader.num 266.veſic. quarto extenditur, & Beuſt.nu.
1034.Addo Surdum conſil.ſuo 489.numer.20.in quarto,&
Dom.Maſchard.d.concl.977.num.11. vbi plures deducit.
Adeundus quoque D.Pyrrus Alfanus in dict. leg.num.11.
C.eodem,licet prima fronte titubare viſus ſit;& D.GilKen.
præcitato, num.12.

105 Extenditur tertio, vt etiam locum habeat, ſiue quis
per ſe,ſiue per alium hunc librum rationum conſcripſe-
rit,ita Abb.in d.cap.2. num.12. & præcipuè Addentes ibi,
in litt.D.Sequitur poſt Ioannem Andream in addit.ad Spec.
Schrader.in d.l.admonendi,num.266.verſic.ſecundo exten-
ditur,& D.Petr GilKen.præcitato numer.21. verſic.neque
etiam.Addo D.Iacobum Berretam conſil. ſuo 117.per totũ,
vbi conſuluit,quod liber rationum priuati plenè probat
contra illum,etiamſi ſit ſcriptus per illius inſtitutorem,
ſeu ratiocinatorem.

106 Subampliatur iſta tertia principalis ampliatio, vt e-
tiam locum habeat, ſi is, qui me mandante conſcripſit
meum librum rationum,ſit ſuſpectæ, atque deploratam,
nam nihilominus hic liber rationum contra me plenam
fidem facit,argum. l.cum mandato,ff.de minoribus, & l.ſi
quis teſtibus,ita Schrader. d.num.366.

107 Extenditur quartò principaliter ſupradicta conclu-
ſio,vt etiam locum ſibi vendicet, ſi is, contra quem ſuus
liber rationum producitur,negauerit,ſe hanc particulam
dicti libri rationis, quæ contra ipſum facit vel ſcripſiſſe,
vel mandaſſe ſcribi,quia vtroq;caſu præſumitur ab eo,vel
108 alio de ipſius tamen conſenſu: ſcriptum fuiſſe, niſi eui-
denter contrarium docere poſſit, ita tradit Bald.in Rubr.
n.13.verſic.ſed hic quæro,C.de fide inſtrument. & omnium
pulcherrimè Iaſ.in repetit.d.l.admonendi, num.112.in fine,
cum ſeqq. Sequitur poſt alios relatos Schrad. ibidem d.nu.
266.in verſic.5.extenditur,& Ioachim. Beuſt.numer.1033.
Addo Mantuam in l.1.num.15. C.de edendo.

109 Imò ſi aliquid ſcriptum eſſet in libro mei aduerſarij
manu mea:talis liber probaret etiam contra ipſum: quia
110 eius voluntate id ſcriptum crederetur, ſic poſt Cuman.
Ripam,& alios D.Maſcar.d.concl.ſua 977.num.10.

111 Ampliatur quinto, vt ex tali libro non ſolum oriatur
probatio contra ſcribentem,ſed etiam contra eius hære-
des,vel ſingulares ſucceſſores argum.leg.publia,§.fin.ff.de-
poſit.Sic poſt Crau.de antiquit.tempor. & alios D.Maſcard.
dict.concluſio 977.numer.12. & D.Farinacc. deciſ. ſua 110.
num.4.

112 Intellige tamen, quando is, quo abſente aliquid ſcri-
ptum,vel relatum eſt in ipſum librum rationum,eius fa-
uorem recipiens, hoc habeat ratum viuo ſcribente, nam
illo ante ratihabitione aduerſarij mortuo: talis ſcriptura
contra illius hæredes plenam fidem non facit: per mortē
113 enim dicitur ceſſare voluntas, & loquela ſcribentis,leg.
4.ff.locati,c.ſi gratioſè,de reſcript.lib.6.Bart.& Iaſ.in l.cen-
teſimus,§.fin.ff.de verb.oblig.Sic eleganter docuit poſt Bu-
trium,Schrad.in d.l.admonendi,d.numer.266.verſic.3. hæc
concluſio,vbi quoque Bal.in l.1.nu.15.C.ſi ex falſ. cauſ.&
in l.ſi quis ex argentarij, §.ex hoc. de edendo contrarium
ſententijs,opinionem acute refellit.

114 Limitatur autem hæc eadem principalis Concluſio
varijs etiam modis,& Primò, vt non procedat, quando
in ipſomet libro rationum, nulla cauſa debiti eſſet ex-
preſſa, vtputa ex cauſa mutui, quia tunc ex eo contra ip-
ſummet ſcribentem plena minimè oriretur probatio; ſic
115 poſt Bart.Rom.& alios, Dom. Iaſ.in d.l.admonendi num.
115.verſic.limita iſtum primum caſum: vbi etiam ratio-
nem deducit,dicens, quia ſcriptura libri rationum non
eſt modus inducendæ obligationis, ſed ſi in ea inſeratur
cauſa,propter inſertionem ipſius cauſæ bene præſumitur
obligatio inducta iuxta l.cum de in rem verſo, ff.de vſuris,
116 quam rationem ſequitur quoque ex profeſſo: Beccius
conſil.ſuo 5.num.9.& facit etiam:nam liber non poteſt in-
ducere obligationem ſine cauſa vt per Bald.in Rubrica de

fide inſtrumentorum,& per Bologn.in lege prima num.17.in
fine, Cod.de edendo,& facit lege cum de indebito, §.fin.ff.de
probationibus.

Hanc eandem ſententiam ſequutus eſt quoq;poſt infi-
nitos relatos D.Maſch.d.concl. ſua 977.num.16.His acce-
dunt Abb.in d.c.2.de fide inſtrumentorum,numer.12.& ibi
Addentes in littera C,& Felin.num.31. Addo Franc.Becc.
d.conſ.ſuo 5.n.8.vbi pulchrè, & Pyrr.Alf.in d.l.1.nu.12.

117 Obſeruandum eſt tamen contrarium ſenſiſſe Dec.in
d.c.2.in fin.num.9.

118 Sed reconciliari poſſunt hæ diffidentes inter ſe DD.
opiniones,ſi dicamus priorem ſententiam procedere,vbi
etiam non adeſſent aliquæ coniecturæ de cauſa debiti:A-
119 lias coniecturis exiſtentibus poteſt procedere op. De-
cijs.Vbi enim requiritur probatio de vera cauſa ſufficiēs
etiam coniecturæ,ſic poſt Bald.Alexan.Beltrand.& alios
conciliat.expreſſè D.Maſcar.d.concl.977.num.18.

120 Hoc idem latè tradit,& ſequitur Ioan.de Vico Merca-
to,in l.1.n.11.& 12.C.de edend. vbi docet etiam ſufficere,
quod cauſa ipſius dati, vel recepti ſit præſumpta,licet nō
expreſſa, ibique pro faciliori omnium intelligentia non-
nulli exempla deducit,vide per eum.

121 Nota tamen (vt nil intactum relinquam) Schrad.pla-
cuiſſe,d.numer.266.verſic.2.concl. Bartol.librum rationum,
in quo non ſit expreſſa cauſa debito, ſemiplenam adhuc
contra ſcribentem fidem facere, idque per gl.in verſicul.
vacante,lege inter chartulas, C.de fide inſtrumentorum,libr.
10.Videndus etiam Felin.in dict.cap.2. de fide inſtrument.
num.30.

122 Coarctatur principaliter ſecundo,quando is, qui li-
brum ipſum rationum conſcripſit, probaret iſtam parti-
culam,quæ ſuo libro contra ſe allegatur,vel ſuo vel mini-
ſtri ſui errore conſcriptam: tunc enim ex huiuſmodi ra-
tionum libro cōtra eum nulla fides, vel probatio induce-
123 retur,namque conceſſum eſt confeſſionem etiam libro
rationum,vel alio ſcripto documento inſertam,probato
errore reuocari: ſic poſt Iaſ.in l.error,num.29.C.de iur.&
fact.ignor.& in l.2.n.5. C.de inſtit.& ſubſt. Schrader.in d.l.
admonendi,d.num.269.verſ.4.prædicta.

124 Fallit tertio loco prædicta cōcluſio reſpectu illius,qui
huic libro rationum contradixit, vel cum impugnare ni-
xus fuit,is enim ex hoc eodem libro nihil contra ſcriben-
tem allegare,vel medium proferre poteſt, arg.c.ex eo,de
reg.iur.in 6.& cap.cum olim,& ibi.Abb.extra, de cenſibus,
ſic poſt Bart.in l.poſt legatum,ff.de his,quibus indign.Roman.
Specul.& alios Felin.in d.c.2.num.31.verſ.fallit vltimo,de
fide inſtrumentorum. His accedit D.Iaſon.in d.l.admonendi,
ſub numer.116.cum ſeqq. vbi etiam id pluribus ſimilibus
comprobat,prout etiam repetit Beuſt.ibidem, num.1039.
cum ſeqq.& Schrader dict.num.266.verſ.5.prædicta. Hoc
idem ſequitur etiam Ioannes de Vico Mercato, in leg.1.nu.
10.Vbi etiam Bologn.numer.17.in fine,C.de edendo, & poſt
plures relatos.D.Maſcar.d.d.concl.977.numer.finali.Addo
poſt hæc ſcripta Schuuartzenthal.de Stipulationibus, pag.
mihi 755.num.30.cum ſeqq.

125 Declaratur tamen iſthæc limitatio,vt minimè proce-
dat,quando eum,qui impugnauit,pęnituiſſet:nec mirum
ſanè,cū quis enim aliquod commodum amittit, eo quod
impugnauit,permittitur ei facultas pęnitendi ante ſentē-
tiam,l.Papinianus §.meminiſſe,vbi nemo commodum cō-
ſequi debet ex eo,quod oppugnare conatus eſt.

126 De materia autem, an, & quando quis ex actu impu-
gnato commodum ſentire poſſit necne, omnium latiſſi-
me diſſerit Ant.Gabr.libr.6.ſuarum Concl.concl.1.per tot.
Vide per eum.Hieron.quoque Butigella poſt Alex.& alios
relatos,in l.1.n.23.C.de edendo.

127 Limitatur principaliter quarto, ſi is, contra quem li-
ber ipſe rationum producitur, non vnam particulam
tantum:ſed totum librum rationum ſuum eſſe inficietur;
tunc enim talis liber contra ipſum ſcribentem plene non
probat niſi litterarum comparationis adminiculo adiu-
uetur: Comparatione enim litterarum accedente, iuxta
128 communem Doctorum ſententiam, ex libro rationum
plenam poſtea induci probationem, teſtis eſt Bartol.in
dict.leg.admonendi, numer.29. & Iaſ.in repetition.numer.
131. & nos alias plene diximus. Sic præciſè coarctat
D.Schrad.in dict.leg.admonendi,d.num.266. verſiculo pri-
mo enim.

129 Reſtringitur quinto principaliter, vt propriè proce-
dat iu libro rationum,in quo continuè debita, & credita
ſcribuntur: ſecus autem eſt,ſi quis fortè in aliquo memo-
riali vel ſchedula aliquid contra ſe ſcripſiſſet: licet enim
illud memoriale vel illa ſchedula in libro rationum repe-
riatur; adhuc tamen contra ſcribentem nihil probat. Ad
130 hoc enim, vt ex eodem libro rationum plena contra
ſcribentem oriatur probatio, requiritur vt in eo conti-
nuè,& iuſto ordine, data, & accepta ſint ſcripta, lege ſi
quis ex argentarij,§.rationum, ff.de edendo. Bald.in l.ratio-
nes,num.1.C.de probat.& Ludou. Roman.in d.l.nuda ratio,
num.7.de donationibus.

Sic in terminis limitat poſt alios D.Iaſ.in repetit. d.leg.
admonendi,num.115.verſic.2.limita, vbi eleganter, & ibi-
dem quoque Beuſt.numer.1036. Sequitur Ioannes de Vico
Mercato,in l.1.num.9.C.de edendo,vbi quoque Butigella,n.
22.& Alphanus,num.12.Felin.in d.c.2.numer.30.& poſt
plures alios relatos,D.Maſcar.d.concl.ſua 977.num.19.His
accedunt Rota Rom.in nouiſs.libr.2.deciſ.14.num.1.part.3.
Alexand. Raudenſ.deciſ.ſua Piſana 14.num.106.& plures
alij.Addo poſt hæc ſcripta eruditiſs. Hondedeum conſ.ſuo
39.num.53.in ſecundo,& num.55. vbi ſubdit etiam quod
liber confectus in forma rationem,nec facit pręſumptio-
nem aliquam etiam ex iudicis arbitrio, ſi non continet
omnia data, & recepta.

131 Contrarium tamen ſenſit ex profeſſo Dec. in d.cap.2.
n.19.& D.Schrader.in d.l.admonendi, d.n.206.verſic.ſexta
concluſ.Bart.arbitrati ſunt enim ij ex illo memoriali, vel
ſchedula plenam contra ipſummet ſcribētem adhuc pro-
bationem reſultare,moti ex eo,quod magis.

132 Communiter Doctores concludunt:confeſſionem de
debito, vel de alia re,quæ chartæ, vel ſchedulæ cuilibet
tam iudiciali,quam extraiudiciali,abſente aduerſario,in-
ſcripta eſt, plenam fidem contra ſcribentem facere, ac
ſemper ab ipſomet aduerſario acceptari, poſſe de qua
quidem Concluſione per Bart.in d.l.nuda, nu.4. & in leg.
certum,§.ſi quis abſente,de confeſſis, & per Iaſon.in l.cum
te tranſegiſſe,num.12.de tranſact.& in l.2.num.4. C.de in-
ſtitutionibus & ſubſtitution.

133 Sed à priori ſententia vti veriori,ac Communiori mi-
nime arbitror recedendum.

134 Credo tamen eam primo non habet locum, quoad
ſemiplenam probationem,nam quælibet confeſſio etiam
non ſcripta,& abſente aduerſario facta ſemiplenam pro-
bationem facir,c.fin.extra de ſucceſſ. ab inteſt.

135 Secundo non habere pariter locum in vſurarijs con-
tra illos enim hæc ſchedula,vel memoriale propter deli-
ctum illorum,plenam fidem faceret, Baldus in Rubrica n.
14.C.de conſtit. pecunia, idque argumento Clementinæ pri-
mæ,de Vſuris.Vide,quę ſcripſimus infra de libris Vſurarij
num.21.& 22.

136 Pro coronide ſciendū eſt,licet quis in vno libro ſcri-
bat ſeparatim data,vel ſoluta tantum,& in alio libro ſcri-
bat accepta tantum, tamen hos duos libros, cum ſe inui-
cem reſpiciant, vnum librum rationum conſtituere, ac
plenam fidem contra ſcribentem facere,Bal.in d.l.1.num.
14.C.de confeſſ.id quod etiam ſequitur Schrad.in d.l.admo-
nendi,d.n.266.in fine.

137 Sciendum præterea,quod liber ipſe rationum contra
ſcribentem non probat in parte,ſeu aut omnino probat,
aut

aut omnino improbat, ſic præciſè poſt alios *Rota Rom. in nouiſſ.deciſ.ſua 726.num.4.lib.2.*

138 Aliæ limitationes afferuntur ad ſupradictam Regulã principalem,per *Felinum,in d.c.2.& Doctores,in d.leg.admonendi,ac Maſcard.d.concl.977.vide per eos,* Alias etiam retulit *Pyrrus Alfanus,in l.1.num.13.& 14.C.eod.nec non & num.17.ipſum conſulas.*

139 Sed pulchra,pro coronide huius ſecundæ cõcluſionis poſſet hic excitari quæſtio,& eſt;An ille, qui librum ipſũ rationis conſcripſit, in quo aliquid reperitur annotatum contra ſe,& ad fauorem puta Caij, poſſit ab ipſomet Caio medio iuris aſtringi ad eiuſdem ſui libri editionem?

140 In qua quidem difficultate, rem paucis de more perſtringendo,conclude pro negatiua.Moueor vulgatiſſima illa iuris Regula. Reum conuentum non teneri adere actori rationes,& inſtrumenta,quibus actor contra ipſum reum vtatur,*l.1.& vltima,C.de edendo,pulchrè,& latè Cl. Dom.Menochius de Arbitrarijs,lib.2.centur.5.caſu 499.n. 1.& 2.& nos latiori folio docuimus,infra hoc eod.libr.4.tit. de Libris Mercatorum, pag.316.num.1.2.3.&* 4. in antiquis, ergo &c.

141 Accedit ſecundo principaliter, nam communis ſtat ſcribentium ſententia,ab illis dumtaxat edendos eſſe ſuarum rationum libros ad inſtantiam petentium,qui ratione publici officij tenentur ipſos conficere,prout ſunt Argentarij,ſeu Nummularij,Mercetores,Gabellarij, ac alij, huiuſmodi, ſic poſt alios eruditiſſimus *Fuluius Pacianus, de probationibus,lib.1.cap.63.num.93.cum ſeqq.* & nos loquendo de Mercatoribus tradidimus infra, *pag.329.nu. 49.& 54.* pariter in antiquis.

Clarum eſt autem priuatum conficientem ſimpliciter ſibi priuatarum rationum librum memoriæ ſeruãdę cauſa,non teneri ipſum conficere ratione publici officij, igitur nil mirum, ſi nec ad ipſius editionem vllo pacto tenetur.

142 Et hæc eſt veriſſima concluſio,quam tamen limita, quando liber ipſe rationum conſcriptus eſſet mandante eo,vel procuratore illius,qui editionem ipſam petit,tunc enim abſque alio ab ipſomet ſcribente ad ipſius petentis inſtantiam,liber ipſe edendus eſſet,*l.ſi quis,§.pertinere,et l.prætori,§.huius edicti,vbi gloſſa,ff.de edendo,* cum cõcordantibus deductis per *D.Pacianum, d.c.63.num.1.*

143 Obſeruandum eſt tamen,quod in caſu huius fallantiæ pro obtinenda iſta editione, duo concurrere debent, alterum,quod ratio ſit ſcripta, puta me mandante,alterum vero,quod mea interſit, nec ſufficeret ſolum mandatum ſine vtilitate mandantis,nec ſola vtilitas ſine mandato.

Item quod ad iuſtificandũ cauſam ipſius editionis non ſolum ſufficit mandatum expreſſum,ſed etiam tacitum, vel præſumptum, cuius quidem taciti mandati præſumptio arguitur, ſi me puta præſente, rationes ipſæ fuerint ſcriptæ, vel fuerint ſcriptæ contemplatione mei tertio meo nomine acceptante. Sic præciſè, ſed longè latius,& elegantius docet hæc omnia Pacianus, *d.cap.63.n.2.* cum pluribus ſequentibus, quem omnino conſulas; ſat enim mihi res ſummatim tetigiſſe. Adeundus quoque doctiſſimus *Maſſinus in d.l.1.nu.60. C.eod.* vbi exploſa opinione *Ioannis Bolognetti contrarium ſententijs,* hanc eandem opinionem,quod ſcilicet iſta duo requirantur,mandatum, & intereſſe,vti veriorem,ac communiorem, pulchris rationibus corroborat,atque confirmat.Videndus itidem, ſub numer.61.vbi an ad hoc vt fiat editio, de qua loquimur,ſemper mandatum, & intereſſe ſimul ſufficiant, pulchra adhibita diſtinctione, id enodat, atque reſoluit,ad eum,ne ex ſcriptis ſcripta conficiam, beneuolum lectorẽ remitto. De hoc eodem, an ſcilicet iſta duo copulatiuè requirantur, mandatum, & intereſſe, videndus in ſimili *Clariſs. Fachineus,lib.11.ſuarum iuris controuerſiarum,c.84. vbi pulchrè.*

144 Obſeruandum ſecundo principaliter, in alio etiam caſu ab ipſomet ſcribente ſuarum rationum priuatarum editionem faciendam eſſe, quando ſcilicet qualitas perſonæ actoris ſuadet, vt æquitate moueatur Iudex, ſicuti quando Agricola litterarum ignarus, ſe locatoris rationes ſequutum eſſe affirmat,eaſque edi petit,ſic poſt *Paulum Pichum,Alciatum, & alios, docet præciſè Cl.Menoch. d.caſu 499.num.69.*

145 Aliud eſt etiam exemplum huius æquitatis quando amicus amico,inter quos magna intercedebat amicitia, mutuo dedit centum puta, nulla ab eo accepta cautione, & is mutuatarius deceſſit relicto hærede, à quo qui mutuo dedit, petit ſibi edi rationes ipſius defuncti, quibus vult adhibere,fidem hoc enim caſu cogi poteſt hęres ille, nam magna hic verſatur æquitas,ob id, quod confiſus eſt mutuans ille de amici mutuatarij fide,& bonitate,& quia hic agitur de exoneranda defuncti conſcientia, quam exonerare tenetur hæres,c.Tua nos,de Vſuris.Sic eleganter docet idem *Clariſs.Menoch.d.caſu num.70.*

Sequutus eſt poſt alios nouiſſimè *D.Petrus Cabal.conſil.ſuo deciſiuo 122.num.11. in 2.*

Alia etiam exempla deducit idem *D.Menoch.præcitato caſu,vide per eum.*

146 Sed hic alia pulchra ſubingreditur dubitatio, & eſt, quoniam remedio cogendus ſit iſte priuatus in caſibus, in quibus teneatur edere, ad editionem ſui proprij libri rationum faciendam, an ſcilicet officio iudicis Nobili, ſeu Mercenario,an verò actione mandati.

147 Pro reſolutione huiuſce difficultatis,videndi inter ceteros *Cagnol.& Maſſinius,in d.l.1. C.de edend.ille ſub num. 99.hic verò ſub num.finali, vbi pulchre.*

Sed hæc de editione facienda à reo dicta ſint,latius autem eandem materiam proſequitur *D.Nicolaus Euerard. iun.conſil.ſuo 51.per totum vol.1.*

148 Quid autem iuris exiſtat reſpectu actoris? ſupereſt videre.

149 Rem autem paucis perſtringendo, cõclude Actorem ipſum teneri edere ipſi reo librum rationum ſuarum vtcumque priuatum,& ſcriptum adhuc eo minimè mandante,ad *l.non eſt nouum,vbi Doct.C.edendo.* Sic præciſè poſt plures relatos *Cl.D.Carolus Bordellon.conſil.ſuo 54. nu.12. & 13.* in primo,qui ſubdit,quod ſi ſecus diceretur, nihil ſpecialitatis eſſet in reo,cum actori rationes eo mandante factæ ab ipſomet reo edandæ ſint, iuxta *l.1.vbi Doctor. C.de edendo,* & quia fauorabilior eſt,cauſa rei,quam actoris,& latius vt per eum, quem conſulas. De hac eadẽ materia editionis librorum faciendæ ab ipſomet actore, videndus *Ill.Card.Tuſcus,concl.ſua 44.in littera E.*

Duo tamen hic principaliter obſeruanda ſunt,pro coronide huius materiæ. Alterum quidem eſt, quod ad exhibendum librum,quemſub iuramento deperditum aſſeuerat,actor ipſe,ſiue reus non tenetur,ſi maximè diligentiam in eo perquirendo fecerit,& alias ad illum cuſtodiẽdum non erat obligatus, ſic eleganter docuit *Cl.Farinac. in ſuis deciſionibus Rotæ Romanæ nouiſs. deciſ.238.per totã,* vbi etiam tradidit, quod ſi quis ex contractu, vel obligatione ad rem cuſtodiendam tenetur ad probandam illius amiſſionem per ſolum iuſiurandũ non admittitur, ſecus ſi ad eius cuſtodiam non eſt obligatus,& latius,vt per eũ.

Alterum verò eſt, quod exhibitionem libri ab aliquo petens, exiſtentiam eius penes eum, à quo petitur, probare debet,ſic præciſè idem *D.Farinac.deciſ.ſua 239.* vbi etiam an cenſuris Eccleſiaſticis quis ad exhibitionem libri cogi poſſit, eleganter ſubnectit. Videndus quoque *deciſ.ſua 241.* vbi docet,quod exhibitio libri ſine intereſſe partis,non datur, & quod hæres ad exhibitionem libri à defuncto poſſeſſi, non tenetur, ſed ſufficit, quod iuramento aſſeueret ſe non habere,& latius,vt per eum,quem conſulas.

Sequitur Tertia Concluſio.

150 Liber rationum alicuius priuati non probat regulariter pro tertio, maximè in præiudicium tertij: Sic per *l. inſtrumenta domeſtica, l. exemplo, iuncta l. rationes, C. de fide inſtrum. docuit poſt alios plures relatos D. Burſatus, conſilio ſuo 321. numer. 73. Sequitur poſt Felinum Clariſſ. Maſchard. dict. concl. 979. num. 1. Addo Maſſinium, in d. l. 1. num. 53. C. de edendo.*

151 Eſt tamen verum, quod pro ipſo tertio contra alium tertium multum adminiculatur, *Socin. poſt alios conſil. ſuo 259. col. 2. poſt medium, verſic. 3. principaliter, vol. 2. allegat notata per Bartolum in leg. nuda, de donationibus,* maximè ſtante morte ipſius ſcribentis, pulchrè *D. Farinac. dec. ſua Rot. Rom. 844. num. 4.*

152 Quinimò probat etiam ſemiplenè, ita *Bertach. in ſuo repert. in verſic. Liber rationum, in verſic. 8. & addentes ad Aufrer. deciſ. Toloſana 496. num. 3.* vbi tamen intelligunt, quando liber ipſe rationum eſt hominis probi, ac probæ fidei. Sequitur poſt *Iaſonem Vrſill. in ſuis additionibus ad Afflict. deciſ. ſua 40. num. 19. & hæc ſufficiant.*

Videndus de hoc tertio capite *Clariſſ. Dom. Fachin. poſt hæc edita viſus lib. vndecimo, ſuarum iuris controuerſ. c. 34. vbi pulchrè.*

---

## De Fide Libri rationum tàm pro Actore producente, quàm contra ſe copioſa, ac dilucida explicatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Cum liber rationum continet data, & recepta, an is, contra quem producitur, teneatur illi fidem adhibere tam pro ſe, quàm contra ſe. Maxima eſt inter ſcribentes altercatio, & num. 3.*
2 *Exemplum.*
4 *Nonnulli ſenſere, quod ipſi libro ſtandum ſit tam pro, quam contra.*
5 *Alij verò, quod ipſi dumtaxat credatur contra ſcribentem.*
6 *Opinio Authoris eſt, quod ſtetur in hoc arbitrio iudicis, & vide num. 12.*
7 *Fundamentum eius elicitur ex leg. Publia, §. finali, ff. depoſit. quæ declaratur ibidem.*
8 *Quid ſit Trophyma, vide remiſſiuè.*
9 *Interpretatio Mattheſiani, & Bolognetti ad illum textum affertur.*
10 *Refellitur per Authorem, & num. 11.*
13 *Author pro perfectiori intelligentia ſupradictæ difficultatis nonnullos caſus diſtinguit, de quibus vide à numer. 14. vſque in finem.*

PRoſequendo eamdem materiam Libri rationum, de pluribus alijs hic dubitari contingit.

1 Primò enim vertitur in controuerſiam, cum in ipſo rationum libro à priuato confecto acceptum, & datum ſcriptum eſt: an is, contra quem ipſemet liber à Scribente producitur, teneatur illi fidem adhibere tam pro ſe, quàm contra ſe? exemplum ſit.

2 *D. Aloyſius Tomaſinus in ſuo libro rationum conſcripſit*, ſe à me centum mutui nomine accepiſſe, in alia deinde eiuſdem libri pagina ſcripſit, ſe mihi quinquaginta ſoluiſſe. Dubitatur, an ego, qui volo iuuar illo libro rationum contra dictum Aloyſium ſcribentem, tenear etiam illi libro acquieſcere contra me ipſum?

3 In huiuſmodi difficultate maximoperè Scribentes noſtri ſe torſerunt.

4 Plerique enim in eam iuerunt ſententiam, vt teneat ipſimet libro acquieſcere, tam pro me, quam contra me. Huiuſce autem opinionis extitere infiniti, quos *ç. præcedenti deduximus, num. 70. & 71.*

5 Alij autem opinati ſunt, huic libro rationum non eſſe credendum in commodum Scribentis, etſi contra ipſum credatur: Et hanc opinionem probarunt *Abb. Pariſ ac alij, relati ſupra d. c. nu. 72. Addo Laurentium à Pinu conſil. ſuo 158.* vbi pulcherrimis quidem rationibus motus hanc eamdem opinionem tuetur, atque defendit, vt per te ipſum videre poterit.

6 (Ego autem, vt hac in re meam promam ſententiam) in iudicis arbitrio totam hanc difficultatem reſidere exiſtimo, an ſcilicet is, contra quemlibet ab ipſo ſcribente producitur, teneatur illi libro credere tam pro ſe quam contra ſe.

7 Meam autem hanc opinionem exiſtimo amplexam, ac plenè deciſam eſſe à Iuriſconſulto, *in l. Publia, §. finali, ff. depoſiti.* Cuius verba hæc ſunt. (Titius Sempronio ſalutem. Habere me à vobis auri pondo plus minus decem, & diſcos ſuos, & ſaccum ſignatum, ex quibus mihi debetis decem, quos apud Titium depoſuiſtis, item quos Trophyma decem.) Quid autem ſit Trophyma, videndus *Cl. Menoch. lib. 2. de arbitrar. Centuria 1. caſu 93. num. 17. ac alij, quos deduximus in tractatu de verbis Enunciatiuis, libr. ſecundo, qu. 17. num. 8.* Item ex ratione partis veſtri decem, & quod excurrit.

Vides (vt puto) in hac epiſtola contineri debita, & credita, (vt vulgo dicitur.) Nunc videamus, an probet contra ſcribentem, quod ſcilicet debeat id, quod fatetur ſe debere, & reſpondet Iuriſconſultus in hæc verba.

Quæro, an ex huiuſcemodi ſcriptura aliqua obligatio nata ſit, ſcilicet quoad ſolam pecuniæ cauſam attinet; Reſpondit ex epiſtola, de qua quæritur, obligationem quidẽ nulla natam videri, ſed depoſitarum rerum probationem impleri poſſe.)

8 Ex quibus verbis deducitur: epiſtolam probare contra ſcribentem, quatenus ſcripſit ſe habere res depoſit. §. Sed quæritur tandem, an probatio inducatur ex ea in fauorem ipſius ſcribentis, quatenus ſcripſit, ſibi quoque deberi decẽ, & alia.

Reſpondet Iuriſconſultus in hunc modum. (An autem is quoque, qui deberi ſibi decem in eadem epiſtola cauit, probare hoc poſſit, quod ſcripſit, iudicem æſtimaturum.

Quibus verbis appareat, arbitrio iudicis relictum eſſe, vt ipſe æſtimet, an per epiſtolam illã probare poſſit ſcribens ſibi deberi illa decem, de quibus ibi.

9 Reſpondet *Mattheſilan. Singulari ſuo 78. epiſtolam, de qua fit mentio in d. leg. Publia, præcitato §. finali,* deferre ab ipſo libro rationum: nam epiſtola eſt vnum corpus continens plura capita ſeparata, & ideò mirum non eſt, ſi pro parte acceptari queat, pro alia verò parte repudiari, ſed liber rationum continens plures partitas, videtur continere orationem indiuiſibilem, & partitæ videntur connexæ, quare meritò in totum tam pro, quam contra approbandus eſt: ita Mattheſilanus, qui ſubdit hanc doctrinam eſſe mirabilem, ac à nemine tactam: eundem ſequutus eſt *D. Bolognet. in præcitata l. 1. numer. 23. verſic. vnde pro ſolutione, C. de edendo.*

10 Sed (pace tantorum virorũ dixerim) iſthæc ſua opinio nequit ſubſiſtere; idem eſt enim in libro rationum, quod in epiſtola, ſiquidem & liber & epiſtola cõtinere poſſunt varia capita inter ſe diuerſa, & penitus diſtincta, vt propterea ad eorum diuerſificationem, nullo modo cum ratione deueniri poſſit: Accedit præterea, nam ſi epiſtola illa

illa plura capita ſeparata continuiſſet, ibi Iuriſconſultus
11 non iudicem æſtimaturum dixiſſet, ſed fidem ei minimè
adhibendam, vtpotè in ſeparatis, *ad l. etiam, §. illud*, de mi-
noribus, ergo.

Itaque concludo, huic ſententiæ omnino acquieſcen-
dum eſſe propter Iuriſconſulti authoritatem ita deciden-
tis in epiſtola, cum nulla diuerſitatis adferri poſſit inter
12 eam, & librum ipſum rationum, & ſic inter cæteros ſenſit
quoq. *Bal. in conſil. ſuo* 156. *vol.* 3. qui ſubdit, iudice hunc
conſiderare debere diligenter, an rei veritas inueniri poſ-
ſit veriſimili ratione, & cauſa perpenſa, quæ ſanè veritas,
vbi ipſi alijs conieсturis apparere non poteſt, debet ipſius
ſcribentis qualitatem conſiderare, videlicet ſit vir bonus
eſt, & bonæ famæ, ſi quantitatis magna non eſt, & ſimilia,
& latius, vt per eum. Sequuti ſunt quoque duo clariſſima
iuris lumina *D. Menoc. de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 1. *caſu* 93. *n.*
2. *&* 3. vbi plures concordantes deducit, & *D. Fachinæus*,
*lib.* 11. *ſuarum Iuris controu. c.* 33. *Addo eruditiſſimum Mu-
noz de Eſcobar, in ſuo perutili tract. de Ratiocinijs Admini-
ſtratorum, c.* 13 *n.* 3.

13 Sed pro pleniori, ac profectiori huiuſce difficultatis in-
telligentia, nec non pro maiori addiſcentium facilitate,
plures caſus, qui de facili in praxi contingere ſolent, ſe-
quendo maiorum noſtrorum veſtigia, arbitror diſtin-
guendos.

14 Primus quidem eſt, cum agitur de integro libro ratio-
num inter diuerſas perſonas de diuerſis negotijs; tunc
certiſſimi iuris eſt, quod ſi vnus dicti libri partem pro ſe
15 approbet dictus liber minimè approbatus intelligitur
quoad alios, nec ſanè mirum. Res enim inter alios acta
tertio minimè obeſt, & quia hic ceſſat omnis connexita-
tis ratio, cauſa. Sic in ſpecie poſt Bolognettum tradidit
*Clar. Menoch. dict. caſu* 93. *n.* 4. *Sequutus eſt quoq; Munoz de
Eſcobar d. c.* 13. *n.* 4.

16 Secundus eſt caſus, quando agitur de toto ipſo libro
rationum inter multas perſonas de vno tamen negotio
pertinenti ad omnes ſimul: puta quando plures ſocij ha-
bent vnum negotiorum geſtorem, vel inſtitorem ad ne-
gotium vnum, veluti ad artem Lanæ, vel pannorum: ſi is
negotiorum, geſtor librum conficiat ſuper actis in illo
negotio, ſi vnus ex illis ſocijs inſtitorem illum dumtaxat
conſtituit, librum approbauit, ipſi ſocio ſcripta per eum
negotiorum geſtorem ſolummodo præiudicat, non vero
alijs, qui eum non elegerunt, vel approbauerint: quam ſē-
tentiam tenet *Alex. conſ.* 168. *n.* 2. *&* 3. *in* 2. vbi concludit,
quod non compelluntur alij ſocij fidem præſtare libro il-
lius inſtitoris, qui ab altero ſociorum, cæteris non man-
dantibus adſcribendum adhibitus fuit: quod ſi omnes ta-
lem factorem elegerunt, & vnus ex ſocijs librum probet,
talis approbatio omnibus alijs, quippè qui vnum corpus
iudicentur, ſine dubio præiudicabit, ita, & præciſè docuit
*D. Menoc. d. caſu* 93. *n.* 5. *&* 6. *& D. Eſcobar, d. c.* 13. *n. pariter*
5. *&* 6.

17 De hac tamen materia videndus idem *Alex. præcitato
conſil.* vbi pulcherrimè, & tradita per nos inferius titulo
de libris rationum alicuius ſocietatis per totum.

18 Tertius principalis adducitur caſus, quando agitur de
libro rationum integro ex diuerſis negotijs, & cauſis, (in-
ter eaſdem tamen perſonas) tunc qui aliqua capitula ip-
ſius libri pro ſe approbauit, non tamen cogitur approba-
re alia capitula diuerſa contra ſe, vt ex ſequenti exemplo
patebit pone enim, quod in pagina vigeſima ipſius libri
ſcriptum ſit, (Ego Aloyſius debeo centum Nicolao ex
cauſa mutui;) & poſtea in pagina quinquageſima ſcriptū
exiſtat. (Nicolaus mihi Aloyſio quinquaginta debet ex
cauſa venditionis.) Si prędictus Nicolaus ad ſui vtilitatem
acceptet parcellam de centum ſibi ab Aloyſio debitis,
non tamen cogitur aliam acceptare de 50. in quibus ipſi-
met Aloyſio vigore dicti libri factus eſt debitor, & ratio
eſt in promptu; cum enim ſeparatæ hæ omnino ſint cau-
19 ſæ, & parcellæ, partem quis acceptare poteſt, & partem
improbare, ad *l. etiam, §.* 1. *de Minoribus*, & vbi diuerſa ſūt
20 cauſæ, variatio non improbatur, *l. in cauſæ, §.* 1. *de procu-
ratoribus.* Sic præciſè docuit poſt plures relatos *Clar. Me-
noch. d. caſu* 93. *n.* 7. 8. *&* 9. *& ſequutus eſt D. Eſcobar, d. cap.*
21 13. *n.* 7. *cum duobus ſeqq.*

Aduerte tamen *Dom. Crauettam, de antiq. temporum, p.*
4. *n.* 70. docuiſſe hunc caſum non habere locum, quando
aliæ parcellæ diuerſæ cauſæ veræ iudici viderentur inſpe-
ctę perſonæ qualitate, videlicet, cum vir probus eſt, cum
veriſimilia ſunt, & cum non ſunt magnæ ſummæ, cum ſe-
quitur præciſè *D. de Eſcobar, d. c.* 13. *n.* 9.

22 Sed ego ſequendo veſtigia *Cl. D. mei Menochij d. c.* 93. *n.*
9. opinor quidem declarationem in ſe veram, ſed caſui
noſtro non multum conuenire, hæc enim fides, quæ his
minutis parcellis à iudice adhibebitur, non prouenit, ex
eo, quod aduerſarius ſcribentis approbarit illud, quod ad
ſui commodum ſcriptum eſt, ſed dependet a ſolo ipſius
iudicis arbitrio, qui iuxtà leges, ac æquum & bonum iu-
dicat, illum falſitatem ſcribendo minimè commiſiſſe, nam
& extra caſum noſtrum ei creditur, fideſque adhibetur, vt
alias ſupra deduximus, & tradit *Dec. in d. l.* 1. *n.* 4. *C. edendo,
ab ipſomet Menochio relatus.*

23 Quartus principalis caſus eſt, quando agitur de libro
rationum integro inter eaſdem perſonas ex eodem ne-
gotio à ſcribente tractato nomine ſui, & aduerſarij, vtpo-
tè quando agimus de libro rationum tutoris, curatoris,
depoſitarij, vel œconomi, & ſimilium: ſi enim vnus ex ip-
ſis in aliquibus paginis ſcribat accepta ad vtilitatem ſui
24 minoris, vel domini; in alijs vero ſcribat daret impenſa
diuerſis modis, temporibus, vel cauſis, hoc caſu ſi minor,
vel dominus acceptat, quæ ad ſui vtilitatem recepta fuiſ-
ſe ſcripta ſunt, tenetur etiam acceptare, quæ ſunt ad ſui
detrimentum, ſic præciſe docuero *gl. in d. l. Publia, §. fin. ff.
depoſiti, Angel. Cuman. Corn. Parlador. Greg. Lupus, ac plu-
riq. alijs, quos refert ac ſequitur eruditiſſ. Munoz de Eſcobar.
d. c.* 13. *n.* 10. Et ratio ex eorumdem ſententia eſt in prom-
ptu: quia quando liber eſt confectus ex neceſſitate officij
ſeu miniſterij, accepta, & data in eodem libro contenta,
quaſi connexa, & inſeparabilia iudicantur propter vnita-
tem officij, vt optimè etiam docuit Iuriſconſultus in *l. ſi
quis ex argentarijs, §. ſi initium, ff. de edendo: ergo & pro, &
contra d. libro ſtandum eſt, &c.*

25 Confirmatur; quia connexorum idem eſt iudicium,
nec poteſt fieri de vno, quin fiat de reliquo, *c. ſi quis obie-
cerit, c. ſi quis probandus,* 1. *q.* 3. *c. quando, vbi Dec. notabili* 3.
*de iudicijs.*

26 Connexa namque pro vno reputantur lege quod con-
claue, *ff. de damno infect. & ſequitur Crauet. conſ.* 275. *n.* 4.

27 Huic eidem ſententiæ ſubſcripſit quoque Dom. meus
colendiſſimus *Menoch. d. caſu* 93. *n.* 10. *&* 11. Duobus ta-
men additis, vnum ſcilicet, quod fides talis adminiſtrato-
ris ſit approbata, *ad textum, in l. cum quæreretur, ff. de ad-
miniſtratione tutorum*, & loquendo in adminiſtratore Rei-
publicæ. Item probat *tex. in l. Caius, de Vſuris.* Alterum
vero, quod vnitatem, ſeu connexitatem negotij conti-
neat, *vt in l. cum actum, §. planè ſi quid, ff. de negotijs geſtis.*
28 Inſuper ſupradictis duobus concurrentibus, docuit ibi
male conſuluiſſe *D. Abbatem, conſil. ſuo* 36. *in fine, lib.* 2. *&
Alex. conſil.* 186. *n.* 6. *in* 2. *rationib.* vt per eum, quem om-
nino conſulas. Hanc eamdem ſententiam, quam pro de-
ciſione iſtus quarti caſus firmauimus amplexus eſt quoq;
*Excell. D. Scaccia, lib.* 2. *de iudicijs cauſ. ciuil. c.* 11. *num.* 303.
*&* 304.

29 Quintus principalis adducitur caſus, & eſt, quando agi-
tur da ſola vna parcella in libro rationum ſcripta inter
eaſdem partes, quæ continet acceptum à ſcribente, & ex-
inde ab eo datum, vel impenſum, quod quidem datum eſt

ex

ex vna cauſa, acceptum verò ex altera,diuerſis temporib. Exemplo pro iunioribus Scriptum eſt in libro. (Ego Nicolaus mutuo accepi ab Aloyſio kalendis Ianuarij præſentis Anni 1611. quinquaginta) in alia vero proxima eiuſdem libri parcella ſic annotatum reperitur. (Ego Nicolaus torquem auream commodato dedi Aloyſio Idibus Februarij proximè euoluti.) Hoc caſu ſi Aloyſius acceptet librum ad ſui commodum,vt probet ſe centum mutuo dediſſe, non tamē cogitur acceptare partem alteram,vt teneatur commodato, & ratio eſt: quia ſeparata hæc ſunt, & penitus diuerſa ob cauſarum, & temporum diuerſitatem, *l.etiam*,§.1. *de minoribus*.

30 Neque refert,quod in eodem libro,ſeu pagina vtraque parcella ſcripta ſit, quoniam hoc non facit, vt connexa dici poſſint,vt probat *d.l.etiam*,§.1. *& l.ampliorem*, *C.de appellationibus*,vbi capita ſententiæ ſeparata iudicantur, quamquam vna ſententiæ ſcriptura contineantur,& ita

31 declarat præciſè inter alios *Clar.Menoc.d.caſ.93.n.12.& 13.vbi cum Alex.Bellono,& alijs tenet*,quod non cogitur approbare ſubſtitutiones in teſtamento factas, qui iam legata probauerit, quia licet ſub vna ſcriptura contineātur,tamen cauſæ connexæ non ſunt. Hoc idem ſequutus eſt etiam *Munoz de Eſcobar*, *d.c.13.n.13*.

32 Sextus principalis caſus eſt, quando agitur de vna ſola parcella in libro rationum conſcripta inter eaſdem partes ex eadem cauſa,& eodem tempore. Pono exemplum: in libro rationum Aloyſij reperitur ſcriptum per hæc verba. (Ego Aloyſius centum habui mutuo à Nicolao, quæ ipſi promiſi reſtituere, cum primum Romam petierit Excell.D.Paulus frater meus,)vel ſic: (Quod mutuum ſtatim pro dimidia reſtitui) vel quid ſimile, an hoc caſu ſi Nicolaus velit iuuari probatione dicti libri,vt illa centum petat, teneatur etiam reſiduum eius ſcripturæ ad ſui detrimentum acceptare. Maxima eſt apud Doctores noſtros difficultas,& altercatio.

33 Ego autem (rem paucis perſtringendo) exiſtimo,in arbitrio iudicis eſſe poſitum, an eidem Aloyſio ſit credēdum circa illam quantitatem temporis, vel conditionis, quàm ipſi mutuo adiecit: quæ opinio (mea quidem ſen-

34 tentia)rectè comprobatur per *textum in d.l.Publia*,*§.fin. ff.depoſiti*. Neq; refert,quod ibi I.C.in epiſtola loquatur, quia inter eam, & librum rationum in hoc nulla eſt differentia,vt ſupra deduximus, & latiori folio demonſtrat *Cl. Menoch.d.caſu 93.n.15.cum tribus ſeq.Fachin.d.c.33. libr. 11.ſuarum iuris controu.& Munoz de Eſcobar d.c.13.n.14. Addo Laurentium à Pinu conſ. ſuo 158.n.11.*

35 Ipſe Iudex igitur ex coniecturis perpendet,(prout etiā ſupra dictum fuit,) quæ fides hoc caſu ſit tali partitæ adhibenda; ſi vero nullum inuenerit impedimentum,rectè iudicabit, ſi librum illum eamdem fidem facere pro ſcribente,quàm contra ſcribentem pronunciauerit,idq; ille, qui libro iuuatur,non ægrè laturus eſt.Inconſtantis enim

36 viri eſt, ſine cauſa iuſta partem approbare, & partem impugnare in eadem indiuiduaq;fide,*argum.l.in cauſam*, §.1.*de Procuratoribus*.

37 Adde,quod qui ſcripturę fidem in vna parte probauit, in altera illi annexa, vel connexa non debet poſſe improbare,ad tradita *in l.Caius,de Vſuris*. Hanc eamdem ſententiam, quod dictus rationum liber in hoc caſu tā pro ſcribente, quam contra ipſum ſit approbandus iubente iudice,vltra prædictas rationes,quinque alijs ſolidiſſimis fundamentis adeò acutè, & eleganter corroborat, ac communis,quæque exinde,quæ in contrarium obijci poſſunt, reſoluendo. Iureconſultorum Monarcha *D. Menochius d. caſu 93.à n.19.vſque ad 32.* incluſiuè, vt nil amplius deſiderari poſſe, vt vnuſquiſque fateatur neceſſe ſit, eum igitur lector conſulat. Eamdem inſequutus eſt etiam *D.Munoz Eſcobar d.c.13.n. 14.& 15.*ac plures alij,& mihi ſine dubio videtur veriſſima ſententia.

Vide tamen,quæ in hoc propoſito in contrarium ſcripſit *D.Scaccia d.cap.11.n.306.*cum aliquibus, & quæ alias per nos ſcripta fuere,ſupra *lib.1.q.3.n.89.cum ſeq. & cogita*.

38 Declaratur tamen iſthæc ſupra firmata concluſio, vt locum minimè habeat, quādo aduerſarius huius ſcriptoris,qui acceptauit ſcripta ad ſui commodum, probare vellet ſcripta deinde ad ſui detrimentum vera non eſſe; exēplū(Aloyſius ſcripſit in ſuo Codice. Ego A.mutuo accepi à Nicolao centum, ex quibus deinde quinquaginta reſtitui) inquit Nicolaus(accepto iſtam confeſſionem,me ſcilicet mutuo dediſſe centum, & nego me deinde recepiſſe 50.quod probare volo.) Vel ſi ita eſt ſcriptū:(Ego Aloyſius à Nicolao centum mutuo habui, quæ ſub conditione promiſi reſtituere) tunc Nicolaus poteſt negare conditionem aliquām reſtitutioni adiectam fuiſſe. Hæc autem declaratio clarè probatur ex *text.in l.Aurelius*, *§.idem quæſiit de liberatione legata,vbi Bar.& cæteri,et ex l.ſi qui-*

39 *dem,C.de tranſactionibus*. Et ratio quoque ea poteſt eſſe; quia confeſſio illa qualificata cōfitenti prodeſt in dubio, cum eius fides probata videatur ab aduerſario, quæ ratio ceſſat,vbi contrarium probatur, & ſic inter cæteros præciſè docuit *Cl.Menoch.d.caſu 93.n.33.cum duobus ſeq.* vbi latiſſimè,& ſequutus eſt *Munoz de Eſcobar,d.c.13.n.16.*

40 Declaratur ſecūdo principaliter,vt minimè procedat, quando illi qualitati adiectæ reſponſioni, vel ſcripturæ dicti rationum libri, præſumptio aliqua aduerſaretur, exemplum(Mæuius ſcripſit in ſuo Codice rationum:Ego mutuo habui decem à Pamphylo, ex quibus medietatem reſtitui)modo conſtat ipſum Mæuium fuiſſe debitorem pro alia ſumma ipſi Pāphylo, cui adſtrictus erat grauiori obligatione, ita vt præſumptio ſit hæc quinque fuiſſe in grauiorem cauſam ſoluta,*iuxta l.in his,de ſolutionibus*, vel alia ſimilis eſt præſumptio contra ipſum ſcribentem: hoc caſu ſcriptura pro parte acceptari poterit,quantum ſcilicet creditori prodeſt,& pro alia parte reijci. Sic etiam eleganter docuit poſt alios idem *Cl.Menoch. d. caſu.93. n. 36.cum duob.ſeq.*vbi latius inſiſtit, ipſum conſulas.

41 Videndus quoque *eruditiſs. D. Scaccia d.c.11.a n.298. vſque ad 322.*incluſiuè,vbi hanc præciſam materiam, an, & quando is, contra quem liber rationum producitur, poſſit ipſius acceptare vnam partitam,& aliā repudiare duab.pulcherrimis inſpectionibus adhibitis,de ipſiſque latiſſimè diſſerendo,ac diſceptando pulcherrimè enodat, atq;pertractat: *adeundus quoque præcitato cap.ſub n.332.*

42 *vſque ad 523.*vbi an,& quando confeſſio qualificata, ſeu habens plura capitula annexa poſſit pro parte acceptari, & pro parte non,vndecim concluſionibus propoſitis, atque mature diſcuſſis omnium latiſſimè,atque elegantiſſimè diſceptatur,ad eum, ne ex ſcriptis ſcripta conficiam, lectorem beneuolum relego.Sat enim mihi de hoc loca tetigiſſe.

43 His adde *Clar.Pacianum de probationib.lib.1. c.28.n.23. cum quatuor ſeq.* vbi de hac eadem materia, an ſcilicet ſcriptura dati, & recepti dicatur eſſe connexa, an vero ſeparata, ita vt pro parte repudiari poſſit, & pro alia acceptari,latiſſimè diſcurrit,eum conſulito. *Adeundus idem d.lib.1.c.25. per tot.* vbi exceptionem qualificatam obijciens,an confiteri,vel negare cenſeatur,onuſque probandi cui incumbat,& in quibus caſibus confeſſio qualificata diuidi,ſeu in parte, & partibus acceptari poſſit, omnium latiſſimè atque elegantiſſimè pertractat.His adnectendus eſt etiam *Munoz de Eſcobar,d.c.13.n.18.vſq. in finem*, vbi an, & quando in ipſo libro rationum contineantur connexa,& quando ſeparata,pleniori cornu & ipſe diſcurrit, adeas quoque *Ioachim.Beuſt.in l.admonendi,n.1030.de iureiurando,& hæc ſatis*.

De

## De Connexis, ac ſeparatis vtiliſſima tractatio.

*SVMMARIVM.*

1 *De Connexis tractatur in Statutis, in Reſcriptis, in Contractibus, in Iudicijs, in Sententijs, ac tandem in vltimis voluntatibus.*

2 *Connexio diuerſis reſpectibus in iure conſideratur. Hoc autem clarè deducitur, & n.3.4.5.& 6.*

7 *Quæ dicantur connexa, variæ extitere ſcribentium opiniones.*

8 *Prima opinio eſt, quod connexa dicantur, quando eſt vnum factum cum ſuis qualitatibus, exempla ibidem, & num.9. & 10.*

11 *Secunda eſt opinio, quod connexa dicantur ea, quorum vnum non poteſt ſtare ſine altero, exempla ibid.*

12 *Adulterium cum lenocinio connexum eſt.*

13 *Connexa etiam dicuntur, quorum vnum tendit ad perfectionem alterius.*

14 *Item quando vnum eſt conſequens alterius exemplum ibid.*

15 *Alij cenſere, quod connexa dicantur ea, quæ habent ſimul correſpectiuitatem, exemplum, ibid.*

16 *Connexa ſecundum alios ſunt ea, quę ex continentia factorum ſeparationem minimè recipiunt.*

17 *Exemplum, & n.18.*

19 *Connexa itidem ſunt, quæ ſub vna ſpecie continentur.*

20 *Item quę ſunt indiuidua, exemplum, ibid. & n.21.*

22 *An eadem ſit ratio Eccleſiæ, ac cæmiterij ipſius Eccleſiæ, videndus D. Pacian. remiſſiuè.*

23 *Quæ dicantur connexa ſecundum alios, ſtandum eſt iudicis arbitrio.*

24 *Reprobatur autem hæc opinio per D. Scacciam, fundamentum eius ibidem.*

25 *An omnes caſus à iure ſint deciſi, ita vt arbitrium iudicis debeat ceſſare, videndum Menoch.*

26 *Connexorem idem eſt iudicium, atque determinatio, & numer.28.*

27 *Connexa, vel inuicem vnita, communicant ſibi actiones, iura, conſuetudines, priuilegia, & immunitates, de his autem duabus regulis videndus Pacianus remiſſiuè.*

### De Connexis.

CVm in proximè diſcuſſa quæſtione, & etiam alibi ſæpius retulerim aliqua capita dici connexa, & aliqua ſeparata, cumq. materia iſta & vtiliſſima, & ad rem noſtram maxime pertinere videatur, necnō tam latè pateat, ac adeò frequens, & quotidiana ſit, vt nihil ſit vt illius, nec magis expediat, quam ſummo ſtudio illius notitiam per-
1 fectè adipiſci, de ipſa enim in Statutis, in Reſcriptis, in Contractibus, in Iudicijs, in Sententijs, ac denique in vltimis voluntatibus, ſæpiſſimè diſputari contingit, prout inter cæteros puſchrè animaduertit *D. Pacianus de probationibus, lib.2.c.26. in primis numeris*, poſtulat iure merito iſte locus, vt quæ connexa, & quę ſeparata dicantur, maturo ſtudio, ac diligentia deſpiciamus.

2 Illud autem in primis ſciendum eſt, connexionem diuerſis reſpectibus in iure noſtro conſiderari. Alia enim dicũtur eſſe connexa ratione rei, vt ait *gloſſ. in l. eum actũ*,
3 in verbo non poſſit, ne negotijs geſtis, vbi tradit, quod connexum, vel inſeparabile quid eſſe dicitur ratione rei, in quam impenditur, non autem ratione impenſæ.

4 Alia dicuntur eſſe connexa ex diſpoſitione iuris, vt eſt cura Parochialis, & ſacerdotium, item Canonicatus, & præbenda.

5 Alia ex diſpoſitione hominis, vt ſunt beneficia ſimul vnita, & ciuitates, vel prouinciæ, vel populi ſimul vniti, & in obligationibus, vt obligationes correſpectiuè, vel reſpectu perſonarum, quarum aliæ dicuntur re coniunctæ, aliæ re, & verbis, & aliæ verbis tantum.

6 Alia tamdem reſpectu duorum contrariorum, de quibus quidem omnibus cum omnium latiſſimè, & profeſſo diſſeruerit *D. Pacian. d.c.26. a n.4. vſq. ad* 15. in præſentiarum denuo diſſerere, ac ſermonem habere ſuperuacaneum iudicauimus, ipſum igitur lector conſulat.

7 His ita generaliter cognitis, capiendo pro nunc connexorum materiam. (De ſeparatis enim in ſequenti capite præcipuam tractationem habebimus) ſciendum eſt varias extitiſſe Scribentium noſtrorum ſententias, in docēdo, quænam connexa dici poſſint, ſingulas referamus.

8 Prima quidē opinio eſt, quod connexa dicantur, quando eſt vnum factum cum ſuis qualitatibus, ideſt confeſſio qualificata, puta ſi dico, me tibi centum ſub conditione promiſiſſe, item ſi dico me tibi centum promiſiſſe pacto incontinenti adiecto, vt tu pro me ires Romam, nam cum ineſſe dicatur, quod incontinenti ſit, *l. lecta, verſ. dicebam, ff. ſi cert. petat.* perinde eſt, ac ſi vnico contextu facta
9 eſt promiſſio. Sic præcisè docuit *Bar. in l. Aurelius, §. item quæſijt num.3. de liberatione legat. ſequitur Clar. Menoch. de arb. lib.2. cent.1. caſu 95. num.14. D. Hercules Mareſcottus lib.2. var. reſol cap.45. num.3. & D. Sigiſmundus Scaccia dict. cap.21. num.362. verſic. prima opinio eſt, cum duobus ſeq.*

10 Addo *Abbatem in c. bonæ memoriæ, il ſecondo, num.29. de poſtul. prælator.* vbi aliud ponit exemplum, veluti ſi dicatur (confiteor me recepiſſe à te centum, quæ mihi debebas ex cauſa mutui;) Sequitur præcisè *Maranta in ſuo Speculo p.6. artic.5. n.27. Addo Pacian. d.c.26. n.24. et Vincentium Mancinum de confeſſione c.1. n.23.*

11 Altera principalis opinio eſt, quod connexa dicantur ea, quorum vnum non poteſt ſtare ſine altero, qualia ſunt antecedens, & conſequens neceſſarium, ſic præcisè *Franc. Aretinus, in c. translato, n.3. de conſtit.*

Hoc idem ipſemet docuiſſe viſus eſt, *conſ. ſuo 29. n.20. verſ.* his breuiter præmiſſis, qui reſpondit connexa dici illa, quorum vnum pendet ab altero, ac exemplificat in mandato de ſuſcipiendis mutuo pecunijs pro negotiorũ adminiſtratione, quod quidem eſſe connexum ipſis negotijs ac adminiſtratis, patet *ex l.1. §. non autem, de exercit. actione. & ex l. ſi tutor poſt pubertatem, de tutelis*, & rationibus diſtrahendis; cum concordantibus. Hanc Aretini traditionem ſequutus eſt in terminis *D. Crauetta, conſil. ſuo 232. num.1. vbi concordantes adducit textus, in cap. ſi quis obiecerit, in cap. ſi quis præbendas, q.3. & gloſ. in cap.1. in verbo tale, de Filij presbyterorum, lib.6.* vbi in connexis prohibito vno, prohibitum cenſentur, & alterum, nec vnum ſine altero poteſt impleri, adducit quoque *D. Ang. conſ. ſuo 326. ex themate, col.3. in 4. dubio*, vbi reſpondit, quod ſi vnus hæredum ex pluribus contrauenit contractui ob dolum, vel metum illatum in totum, etiam quoad alios ipſe contractus reſcinditur, quoniam contractus connexitas quid indiuiduum iudicatur, non enim ius, & dolus poteſt eſſe ſolummodo in parte ipſius contractus, ſed opus eſt, vt in toto interceſſerit, ſequitur quoq; *D. Pacianus, & Cl. Menoch. d. caſu 95. n.8. & n.14.* verſus finem, vbi exemplificando ſubdit. Adulterum cum lenocinio
12 connexum eſſe, vtpote ab eo deſcendens, adducit *Bart. in l. qui reus, de publ. iudic. & in l.2. §. ſi publico, de Adulter.* Et
13 cum hac opinione concordant etiam hi, qui dicunt connexa eſſe ea, quorum vnum tendit ad perfectionem alterius, iuxta ea, quæ ſcribit idem *Menoch. d. caſu 95. n.5. verſ. dicitur etiam connexum*, vbi ad comprobationem adducit
14 *textum in l. cum actum, §. planè ſi quid connexum, de negotijs geſtis, & num.16.* vbi ſubdit connexa ea dici, quando vnum eſt conſequens alterius, exemplum eſt ex ipſius ſen-

tentia,

tentia, veluti ſi ego dixerim;Fateor me per Apocham eſſe confeſſum a te accepiſſe centum,ſed illud aſſeueraui dixiſſe ſub ſpe futuræ numerationis,vel ſi dicam te mihi dediſſe decem,quæ tibi ſolui.Huic eidem ſecundæ principali ſcribentium opinioni adhæſit quoque *D.Scaccia d.c.*11.*n.*366.*Addo eumdem D.Menoc.conſ.ſuo* 123.*n.*22.*& Munoz de Eſcobar,d.c.*13.*n.*17.

15 Tertia eſt opinio principalis Scribentium, quod connexa dicantur ea, quæ habent ſimul correſpectiuitatem, ideſt,reflectuntur ad inuicem, ſicut loquendo de confeſſione ſenſit *Veral.dec.ſua* 186.*n.*2.*par.*1.& in terminis noſtris,*Gabriel lib.6.ſuarum Concluſionum, tit.de regul.iuris, concluſione prima,n.*37.vbi adducit concordantem *Grammaticum deciſ.ſua* 103.*num.*156. *cum ſeq.* vbi tradit exemplum,dicens, ( promitto tibi Stichum, quia pro eo promittis mihi decem,& latius, vt per eum,quem conſulas. Hanc eamdem opinionem ſequutus eſt quoq; *D.Scaccia d.c.*11.*num.*367.*&* 368.vbi alio modo exemplificat, vide per eum.

16 Quarta opinio videtur eſſe,quod cōnexa ſunt illa, quæ
ex continentia factorum ſeparationem minimè recipiūt,
vt ſcribit inter cæteros,*Laucell.de attent.p.*2.*c.*12.*limit.*2.
*n.*17.vbi adducit *text.in leg.*1.*C.ſi vnus ex plur.appell.*cum
17 multis Doctorum authoritatibus, ad hoc concordantib.
exemplum etiam poteſt eſſe ( mea ſententia ) in iure Patronatus,quod dicimus ſpiritualitati annexum,*c.quanto, de iud.& c.de iure Patronatus*. Non enim ſine corruptione ſeparari ſpiritualitas à temporalitate poteſt, cum in
18 ea temporalitate viuat ſpiritualitas,vt anima in corpore
*c.ſi quis obiecerit,*1.*q.*3.& ibi Turrecremata, & *D.Thomas* 2.2.*q.*100.*art.*1.*in reſponſione ſexti argumenti*.

De hac quarta opinione videndus *Pacianus d. cap.*26. *num.*43.

19 Quinto loco extitere alij, qui autumarunt ea connexa dici,quæ ſub vna ſpecie continentur,adducunt *textum, in l.etiamſi,*§.1.*de minoribus*.

20 Item ſexto reperti ſunt, qui connexa eſſe indiuidua
exiſtimarunt,exemplum eſt in vna domo alteri connexa,
cum ex vna ad alteram patet aditus, *ad l.quod conclaue, ff. de damno infecto,& alibi Paul.in l.prediſs,* §. *Balnea, ff.de leg.*3. Has domos coniunctas habet, quod idem eſt, ac ſi
connexas dixiſſet;ſic ( inquit *Anch.in conſil.*160.) cæme-
21 terium Eccleſiæ connexum dicitur, ob id polluto cæmeterio,polluta ipſa Eccleſia dicitur,*c.*1.*de conſecratione Eccl.vel Altaris.Rota dec.*6.*de conceſſ.præbend.* in nouis,quæ ob id decidit, quod habens gratiam in certa Eccleſia de beneficio inibi vacaturo, poteſt acceptare beneficium vacans in cæmeterio, vel ambitu, vel capellis ipſi eccleſiæ contiguis ſituatum.

22 An autem ſemper eadem ſit ratio eccleſiæ, ac cæmeterij ipſius eccleſiæ,omnium elegantiſſimè docet *Pacian. d. c.*26.*a n.*26.*vſq.ad* 34.eum conſulas.

23 Septima adducitur opinio eorum,qui agnoſcentes aliquid dici connexum diuerſimodè ſecundum ſubiectam materiam,tenuerunt relinqui arbitrio iudicis,quæ dicantur connexa;ſic poſt Imolam, & Alciatum hanc opinionem retulit *C.Menoch.d.caſu* 95.*n.*4.vbi ſubdit eam non eſſe penitus aſpernandam, nonnullos alios eamdem inſectantes deducit quoq.*D.Scaccia d.c.*11. *n.*379.

24 Obſeruandum eſt tamen, quod iſthæc ſeptima opinio damnatur præciſè per dictum *Dominum Scacciam d. c.*11. *ſub num.*377.*cum ſeq.*qui hac præcipua ratione mouetur, quod omnes caſus iure ſint deciſi, id quod pluribus medijs confirmare conatur, vnde ſubdit arbitrium iudicis penitus debere ceſſare; ſubiungit tamen in certis dumtaxat caſibus per eum relatis ipſius iudicis arbitrio locum eſſe,ipſum conſulas.Non enim hic omnia,& præcipuè extra materiam mihi chartis committenda ſunt,adeas quoque ipſum *d.c.*31.*ſub n.*297.

25 De hac tamen re,an ſcilicet omnes caſus à iure ſint deciſi,nec ne,ita vt arbitrium iudicis debeat ceſſare, videndus *Cl.Menoch.de arb.lib.*1.*in proœm. per totum*.

Relatis hucuſque opinionibus circa connexorum deſcriptionem,de quibus etiam aliqua diximus *ſup.lib.*1. *q.*3.*n.*102.*&* 103.

26 Nunc duæ ipſis ſtatuendæ ſunt Regulæ. Quarum prior eſt,quod connexorum idem eſt iudicium, atque eamdem determinatio.

27 Altera vero, quod connexa vel inuicem vnita communicant ſibi actiones,iura,conſuetudines,priuilegia, & immunitates. De hiſce autem duobus axiomatibus ex profeſſo adeò doctè, & eleganter diſſerit, atque diſceptat *Cl. Pacian.d.lib.*1.*c.*26.*a n.*15.*vſq.in finem,& c.*27.*per totum*, vt vniuſcuiuſque alterius opera ſuperuacanea ſine dubio exiſtat, ad ipſum igitur lectorem beneuolum relego. Sat enim mihi ſummatim pro tyronum intelligentia tetigiſſe, quæ dicantur connexa, cum de ipſis ſuperiori capite mentionem fecerimus.Et hæc ſatis.

28 De priori illa regula,quod connexorum idem ſit iudicium,pulchrè,& latè diſſerit quoq. *D.Gailius lib.*1. *Pract. obſeru.c.*35.*n.*10.*Adeundus quoq.Illuſtr.D.Card. Tuſc.concluſ.ſua* 626.*in littera C*, vbi vſque ad ſatietatem, conſulas eundem *concl.ſua* 625. *&* 627. vbi pulchrè de materia connexorum.

---

## De Separatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Sicuti diuerſis reſpectibus connexio conſideratur, ita etiam ſeparatio varijs modis conſiderari ſolet,de quibus, & numer.*2.

3 *Negotium poteſt dici ſeparatum origine,cauſa,& condemnatione,de quibus modis D.Pacianus remiſſiuè*.

4 *Item à Cauſarum origine,à forma,à materia, & à fine quid dici poteſt ſeparatum ex Menoch.*

5 *Cognito vno ex Correlatiuis cognoſcitur,& alterum*.

6 *Separata ea dicuntur, quæ quidem ſunt facta diuerſis temporibus ex ſententia Bart. exemplum ibid.*

7 *Item ſi incontinenti ſunt plura, ſed quolibet eſt per ſe & eſt vnum non venit ad determinationem alterius*.

8 *Prior opinio Bart.de qua n.*7. *improbatur per Menochium, & alios*.

9 *Fundamenta eius,& n.*10.

11 *Saluatur tamen per Pacianum remiſſiuè*.

12 *Capitula ſeparata etiam dicuntur, quando inter ipſa ponitur,ſeu adeſt aduerſatiua illa (ſed)*

13 *Exemplum eſt, ſi dicatur, Fateor,quod mutuo dediſti mihi centum, ſed tamen feciſſe pactum de non petendo, vel ea tibi reſtitui*.

14 *Cautela Maranthæ deducitur*.

15 *Contrarium quoad ſupradicta exempla ſenſerunt multi, & n.*16.*&* 17.

18 *Author non recedit a priori opinione ſupra relata*.

19 *Fundamentum eius*.

20 *Videndus Pacianus de probationibus,lib.*1.*c.*12.22.*&* 23.

VIſum eſt de connexis,nunc relinquum eſt, vt de ſeparatis aliqua ſeiunctè dicamus. Antequam autem ad
eorum materiam pertractandam me accingam,præſcien-
1 dum eſt, quod ſicuti diuerſis reſpectibus connexio conſideratur, ita etiam ſeparatio varijs modis conſiderari ſolet, quandoquidem ſatis illud certum eſt, quod ſeparatio non ſolum cadit inter facta penitus diuerſa, vt ait *Bal.in l.*
2 2.*num.*5.*verſ.ſed hic dubitatur, C.de re iudicata*, verum etiam cadit circa eamdem rem, vel cauſam, ſiue propter

diuer-

diuerſitatem inſtantiæ eiuſdem cauſæ, vt notat *Caſtrenſ. in*
*conſ. 12. n. 5. verſ. ſecunda ratio, vol. 1.* Siue propter diuerſi-
tatem iuris, vel defenſionis in eadem cauſa concurrentis,
vt tradit *Aret. in conſ. 29. n. 25.* vbi tradit, quod licet cauſa
poſſeſſorij, & cauſa petitorij ſint connexæ reſpectu ſubie-
cti, ideſt reſpectu eiuſdem rei: diuerſitas tamen inter eas
cadit, quia ſeparatam cauſam defenſionis habent, cum
alio iure petitorium, alio poſſeſſorium defendatur, quæ
iuris diuerſitas id operatur, vt licet in cauſis connexis Iu-
des, qui finiuit vnam cauſam, remaneat ſuſpectus in altera
connexa, cum præſumendum ſit, quod ipſe opinioni ſuæ
ſit faturus, ſecus tamen eſt, quando in cauſa connexa con-
currit ſeparata cauſa defenſionis, nam tunc vt ſuſpectus
recuſari non poterit. Sequitur hæc omnia præcisè *erudit.*
*Pacian. de probationibus, lib. 1. c. 18. in primis numeris*, vbi
etiam latius inſiſtit.

3 Secundò præſciendum eſt principaliter, quod negotiũ
poteſt dici ſeparatum tribus modis, id eſt origine, cauſa,
& condemnatione, prout inter alios eleganter explicat,
atque exemplificat idem *Pacianus d. c. 28. a n. 4. vſq; ad 9.*
incluſiuè quem omnino conſulas. Videndus quoq. *Cl. Me-*
4 *noch. conſ. ſuo 123. n. 20. cum quinq. ſeqq.* vbi non ſolum à
cauſarum origine, verum etiam à forma materia, & à fine
an aliquid ſeparatum dici poſſit, elegantiſſimè docet, at-
que conſiderat.

His ſic ad euidentiam præmiſſis. Quænam dicantur ſe-
parata, videndum modo eſt. Etſi enim ex his. quæ ſupra
proximè diximus de connexis, naſcatur cognitio ipſo-
5 rum ſeparatorum, quia contrariorum, ſeu correlatiuorũ
cognito vno, cognoſcitur, & reliquum iurib. vulgatis: at-
tamen Doctores noſtri non omittunt ſpecialiter decla-
rare, quænam, & ipſa dicantur.

6 Separata autem dicuntur eſſe ea, quæ quidem ſunt fa-
cta diuerſis temporibus ſic præcisè docuit *Bar. in d. l. Au-*
*relius, §. item quæſiſt, n. 3.* vbi adducit *gl. in l. ſi quidem, C. de*
*exception.*

Exemplum eſt ſi dicatur. (Mutuaſti mihi decem, quæ
poſt annum tibi reſtitui.)

7 Item ſi incontinenti ſunt plura, ſed quolibet eſt per ſe,
ideſt vnum non venit ad determinationem alterius, ſeu
quæ ex diuerſitate factorum ſeparationem recipiunt, ſic
in terminis idem *Bar. in d. §. idem quæſijt, in fin.* vbi adducit
*textum, in l. etiam, §. 1. de Minoribus, & in l. ſcire debemus.*
*de Verb. obligat.* Sequuntur præcisè infiniti, quos refert, &
inſequitur, *eruditiſſim. Pacianus, d. cap. 28. num. 10. His adde*
*Marcabrun. ab Anguill. conſ. ſuo 29. n. 43. D. Lancell. de at-*
*tentatis, c. 22. limitatione 2. num. 4. & doctiſſimum Scacciam*
*d. c. 11. n. 370. & 371.* vbi poſt Abbatem ſubdit exemplum
eſſe poſſe: ſi dicatur: Fateor quidem me tibi centum debe-
re ex cauſa mutui, ſed tu è contra mihi teneris in mille ex
alia cauſa, puta emptionis, vel locati; Addo *Vicentium*
*Mancin. de confeſſione, c. 1. n. 24. & D. Herculeum Mareſc.*
*variarum reſolutionum lib. 2. c. 45. n. 4.*

8 Obſeruandum eſt tamen priorem illam opinionem a
*Bart. ſupra relatum dicentem* (capitula ſeparata dici, cum
continent plura diuerſis temporibus facta) improbari
præcisè per *Cl. ac eminentis doctrinæ præſidem Menoch. de*
*arbitr. d. caſu 95. num. 20.* inquit enim illius ſententiam de
9 directo aduerſari *Vlpiano in l. eum actum, §. planè, de nego-*
*tijs geſtis*, vbi conſiderat connexitatem non inſpecto tem-
porum interuallo, quo geſtum, perfectumque eſt nego-
tium. Ergo patet ibi, quod neque in connexis temporis
diuerſitas conſideratur.

10 Mouetur exinde per *textum, in l. etiam, §. 1. de minori-*
*bus*, vbi intelligit Modeſtinus ſeparata dici etiam ſi incõ-
tinenti fiant, eademq. ſcriptura complectantur, cum in
ſententia ibi vno tempore de reb. diuerſis prolata, ſepa-
rationem conderet. Menochij veſtigijs adhæſiſſe viſus eſt
quoque *Petrus Auguſt. Morla, in ſuo Emporio Iuris Ciuilis,*
*p. 1. titulo de fide inſtrumentorum, q. 3. n. 10. & bene eruditus*
*Scacc. d. 11. præcitato, n. 370.*

11 Verum iſthæc Menochij, & ſequacium opinio damna-
tur, & rectè (meo quidem iudicio) per doctiſſimum *Pa-*
*cian. d. cap. 28. ſub num. 20. cum duobus ſeqq. eum conſulas.*
Adeundus eſt quoq. ſub *num. 11. cum pluribus ſeqq.* vbi an
diuerſitas temporis in actibus interueniens inducat di-
uerſitatem capitulorum, & è conuerſo, an vnitas tempo-
ris connexitatem faciat, omnium latiſſimè, & elegantiſſi-
mè diſceptatur.

12 Capitula ſeparata ſecundo principaliter ea intelligun-
tur eſſe, quando inter ipſa ideſt, ſeu ponitur aduerſatiua
13 illa (ſed) veluti ſi dicatur. (Fateor, quod mihi dediſti
mutuo centum, ſed feciſſe pactum de non petendo, vel ti-
bi ea reſtitui;) in his enim duobus caſibus poteſt accepta-
re confeſſionem quo ad mutuum, & reijcere quo ad pa-
ctum de non petendo, vel ſolutionem allegatam, quia
eiuſdem confeſſio continet duo capitula ſeparata. Sic
prçcisè docuit inter alios *Lanfran. de Oriano in tractat. de*
*confeſſ. nu. 28. in fin.* Hoc idem infiniti quoq. ſequuti ſunt:
quos refert, ſequitur *Cl. Pacian. d. lib. 1. de probat. c. 28. num.*
14 *35. prius cap. 24. per tot.* vbi concluſionem firmat genera-
lem, quod huiuſmodi exceptionem proponens habetur
pro confitente, & ſibi eam incumbit onus probandi, &
ideo ſummus *Practic. Maranta in ſuo ſpec. p. 6. art. 5. n. 28.*
huic eidem adhærens, & ipſe opinioni, cautelam poſt
Aret. tradit ad reſpondentis debitoris, vel reſpondeat ſub
iſta verborum formula. Nihil mihi mutuaſti, propter
quod ſim tibi obligatus.

15 Obſeruandum eſt tamen contrarium in vtroq; exem-
plo, ſiue facti ſpecie quam plurimis placuiſſe. Quoad pri-
mum enim (dum dicebatur: ſeparata ea intelligi, cum quis
dixit: Fateor, quod mutuo dediſti mihi centum, ſed tamen
feciſti pactum de non petendo) contrarium ſenſere, poſt
*Signorol. de Homodeis, Fulg. & alios Boer. deciſ. ſua 243. n. 9.*
*verſ. alia, & ſecunda opinio*, dicens eam in grandi iacere
æquitate. Et *Cl. Menoc. d. caſ. 95. num. 14.* tradunt enim hi,
quod pactum de non petendo, vel quietantia allegata
ſunt de connexis, vel dependentibus a negotio principa-
li, & ideo confeſſio, prout ſtat, & iacet, ſit acceptanda,
quod idem ſequutus eſt *Caualc. ac alij relati per eumdem*
*Pacian. d. c. 28. n. 34. Addo Scacciam d. c. 11. n. 575.*

16 Quod autem ſpectat ad ſecundum, videlicet, vt ſepara-
ta pariter ea dicantur, quando dictum ſit (Fateor quod
mutuo dediſti mihi centũ, ſed tibi ea reſtitui) contrarium
ex profeſſio tenuit *Petr. Surd. in deciſ. ſua Mantuana 258.*
17 *per totam*, vbi ita iudicatum ſubnectit: mouetur inter alia
ex Doctrina *Bartoli in d. l. Aurel. §. idem quæſijt, de liber. le-*
*gata*, vbi vult, quod ſi vnum extat capitulum, vel plura cõ-
nexa, confeſſio diuidi non poteſt, ſi contra confitentem
non militat iuris præſumptio, & ibi quæcunque, quæ in
contrarium obijci poſſunt, acutè reſoluit, in ijdem ſerè
terminis pro hac eadem opinione reſpondit *Clar. Hippol.*
*Rimin. conſ. ſuo 127. per totum*, vbi ſubdit ita per binas con-
formes fuiſſe iudicatum, & exequutum.

18 Ego autem, (vt quid ſentiam, libere loquar) arbitror
Concluſionem, & Regulam ſupra firmatam, videlicet,
quod iſta reuera dicantur, & ſint ſeparata eſſe veriorem,
id quod etiam in ſimili facti ſpecie *ſupr. l. 1. q. 3. n. 93. cum*
*ſeq.* late firmauimus. Moueor, vltra ibi deducta, quod fa-
ctum reſtitutionis, vel pacti de non petendo, non potuit
19 contigiſſe tempore receptionis, ſed alio diuerſo, ergo vbi
factorum diuerſitas extat, confeſſio poteſt pro vna parte
tantum acceptari, & pro alia repudiari, ad tradita per
*Bal. in l. vnica, C. de confeſſ.* Sed de his ſatis. Videndus *D. Io.*
*Gutierez l. 1. Practic. quæſt. q. 126. et Cl. Pacianus præcit. cap.*
*28. in præcitatis locis*, vbi latè, videndus idem in *cap. 40. per*
*totum*, vbi an excipiens intelligatur fateri, an vero negare,
& cui incumbat onus probandi omnium latiſſimè diſce-
ptatur.

ptatur. Adeundus quoque *cap.22.per totum*, vbi an ſolam iuris exceptionem obijciens,veluti,quando reus conuentus nil aliud dicit,quam ſolui, vel feciſti pactum, de non petendo, intelligitur negare, an laudare intentionem ipſius Actoris latiſſimo folio pertractat, perlegendus tandem in *c.43.eod.libr.1.*vbi excipiens conditionaliter, hoc modo dicendo.Si mutuaſti,ſolui,aut feciſti pactum,de nō petendo,cenſeatur fateri,an negare,onuſq; probandi cui incumbat, & quomodo ſuccuratur, à quo mutuum petitur,quod ſecreto reſtituerat, omnium exactiſſimè diſcurit,atque determinat,cum igitur lector omnino conſulat: Adeat quoque *Card.Tuſcum,concl.ſua 60.in littera C.vbi late de materia ſeparatorum.*

Sed iam ad alias quæſtiones iuxta ordinem nobis propoſitum properemus.

Dubitatur igitur ſecundo loco,numquid reperto vitio in vna partita libri cęteræ aliæ quoque partitæ eiuſdem libri vitientur.

Huic autem difficultati (diſtinguendo duo genera vitiorum) adeò doctè,& eleganter ſatisfacit *D.Scaccia d.c.11.à num.323.vſque ad 327.incluſiuè*,vt nil ſupra (mea quidem ſentētia) deſiderari poſſit,ad eum igitur ne ſcriptis ſcripta conficiam lectorem beneuolum relego.

Vide, quæ de hac eadem materia diſſeruimus *ſupra de libris rationum, n.45.& 46 pag.mihi 256.*

Certio loco dubitari contingit, numquid proteſtatio iuuet producentem librum, & proteſtātem ſe dumtaxat cum producere,& in parte quibus?

Pro reſolutione huiuſce difficultas videndus quoque idem *Scac.d.c.11.nu.329.cum duob.ſeqq.*vbi tres caſus diſtinguendo totam hanc materiam diſcutit, atq; complectitur. Et hæc ſatis. Conferunt mirum in modū,quæ ſcripſimus *ſup.lib.1.q.3.num.158.*ibi lector videat.

## De libris dominorum contra ruſticos, ac eorum colonos.

*SVMMARIVM.*

1 *Libris dominorum contra ruſticos, ac eorum colonos minimè creditur.*
2 *Ratio.*
3 *Amplia ex Carrocio,etiamſi concurrant adminiculo de quibus per Guid.Pap. q.ſua 441.*
4 *Contrarium tenuit M.Ant.Maceratenſ.*
5 *Fundamentum eius.*
6 *Prior tamen opinio vti verior per auth.retinetur.*
7 *Limitatur tamen, quando partitæ dictorum librorum eſſent veriſimiles, & quando maior pars earum eſſet comprobata,& quando in ipſis adeſſent data & recepta.*
8 *Item ſi ipſemet ruſtici, ac colonis conſentientibus libri eiuſmodi à dominis conſcripti eſſent, vel ruſtici ipſimet pro ſe eos allegarent.*
9 *Item ſi ageretur de modica ſumma.*
10 *Prouiſio Excell.conſ.Rogat. 1451.9.Auguſti in hac materia deducitur.*
11 *Liber inter dominum,& emphyteutam dumtaxat ſemiplenè probat, cum agitur de fauore ipſius domini.*

De libro rationum alicuius priuati, an,& quando fidē faciat, hactenus vidimus in genere. Nunc ad particulares perſonas illos conſcribentes deueniendo, de aliquibus dubitare contingit.

Et primo, An libris Dominorum contra ruſticos: ac eorum colonos, fides adhibeatur.

1 IN qua quidem difficultate conclude pro negatiua *tex.* ſunt ad litteram in *l.inſtrum. C.de prob.in authen.ſi quis vult, in fin.Cod.qui potiores, cum concordantibus.*
2 Et ratio etiam eſt in promptu, quia hi libri nil aliud
ſunt,quam priuata ſcriptura, cui quidem non credi,adeo
notum eſt,quam quod notiſſimum.
3 Hoc idem ſequitur in terminis *Daniel Moller libr.4.ſemeſtr.c.37.n.1.& D.Carroc.dec.ſua 140.num.final.*vbi ampliat,etiamſi vltra præfatos libros concurrant adminicula,de quibus per quid. *Papam,quæſt.ſua 441.*

Quinimo *Moller.d.loco* ſubdit ita iudicatum Addo *D. Rutgerum Rulant. de commiſs.lib.5.c.13.num.2.*
4 Contrariam tamen ſentētiam in his terminis probaſſe
viſus eſt *D.Marc.Ant.Maceratenſ.lib.5.var.reſol.c.19.nu.*
5 2.& reddit rationem: nam inter colonum, & dominum
proceditur de plano, & æquo, ſicut inter ſocios: inter
quos liber ipſe priuatus probat.
6 Sed à priori,vti veriore,ac communiori minimè recedendum dijudico, quam tamen limita varijs modis. Et
Primò, quando partitæ dictorum librorum eſſent veriſi-
7 miles,& quando maior pars earum eſſet comprobata,ſeu
verificata,& quando in ipſis adeſſent data, & recepta, tunc enim plenam contra ipſoſmet colonos probationem inducerent.Sic eleganter inter alios *D.Maceratenſ.d. reſolut.19. num.3.& 4.*
8 Coarcta principaliter ſecundo memoratam Cōcluſionem,quando ipſiſmet ruſticis,ac colonis conſentientibus libri eiuſmodi cōſcripti eſſent, vel ruſtici ipſimet eos pro ſe allegarent,tūc enim plena ex illis contra eos non ſecus ac contra dominos, ac patronos induceretur probatio. Sic eleganter poſt plures relatos *Moller.d.c.37.nu.2.*
9 Tertio principaliter limita; ſi ageretur de parua, vel modica quantitate: tunc enim aſſertioni dominorū contra ipſoſmet colonos apprimè ſtandum eſſe, docuit poſt infinitos relatos *D.Caroc.d.caſu 104. num.9.*
10 Nota pro coronide. Senatuſc.Rogat.1451.9.Auguſti prouiſum eſſe, vt libro priuato patroni locantis domum, non credatur, niſi per vnum annum dumtaxat in præiudicium ipſius conductoris,ſeu inquilini, ſic expreſſe legitur in conſultis inter *Stat. Venet.pag.151.c.18.*
11 Obſeruandum poſtremò,quod liber priuatus inter dominum,& emphyteutam dumtaxat ſemiplenè probat,cū agitur de fauore ipſius domini. Sic poſt alios *D.Hipp.Rimin.conſ.ſuo 432. num.13.in 4.*

## De libro factoris contra dominum.

*SVMMARIVM.*

1 *Liber factoris contra dominum fidem facit.*
2 *Ratio,& num.3.*
4 *Amplia, vt probet etiam contra hæredes ipſius domini.*
5 *Item, vt ex eodem libro oriatur probatio contra dominum, etiam in fauorem tertij.*
6 *Item vt dicto libro ſtetur etiam cōtra dominum in fauorem ipſiuſmet factoris ſcribentis, quatenus tamen fides eius agnita eſt à domino,qui negotijs eum præfecit.*
7 *Dubitat tamen hac de re Crauet.& ſe remittit.*
8 *Notabile deducitur.*

Viſo,an libris dominorum contra colonos fides adhibeatur, videndum modo, an è contra liber factoris contra ipſum dominum fidem faciat?

1 HVic quidem difficultati ſatisfaciendo conclude breuiter pro affirmatiua. Moueor tali fundamento.
2 Liber rationum alicuius priuati plenam fidem regulàriter contra eum adhiberi,nullus eſt,qui eat inficias,*text. ſunt apertiſſimi in l.Publia,§.fin.ff.depoſit.in leg.cum de indeb.ff.de probat,in lege ſatiſdatio, ff.rem rat.hab.& in leg.*

genera-

*generaliter, C.de non num.pecun. cum concordant.* & ſupra latius dictum fuit.

3 Sed liber tentus à factore alicuius domini ab eodem conſtituto, proinde habetur, ac ſi ſcriptus ſit ab ipſo dominio. *Reg. Qui per alium, de reg.iur.* ergò. Plena illi libro contra ipſummet dominum fides adhibenda erit.

Et hanc eamdem ſententiam, quàm veriſſimam arbitror, ſequuti ſunt etiam ſubtil. *Fulg. conſil.* 102. *nu.*2. *& doctiſs. Crau. conſ.*815. *n.*14.

4 Amplia, vt dictus liber probet etiam contra hæredes ipſius domini: ſic præcisè *Fulg. loco iam alleg.*

5 Amplia ſecundo, vt ex eodem libro oriatur probatio contra dominum etiam in fauorem tertij, ſic *Crau. d. conſ. n.*14. *in princ.*

6 Amplia tertio, vt dicto libro ſtetur etiam contra dominum in fauorem ipſiuſmet factoris ſcribentis, quatenus tamen fides eius agnita à domino eſt, qui negotijs eum præfecit.

7 Sic præcisè *Crauett. d. num.*14. eſt bene verum quod ipſe poſtea dubitat, remittendo ſe ad ſcripta in ſuo tractatu *de antiq. temp.*

8 Notandum tamen pro coronide huius materiæ, quod damna, & intereſſe, refundere tenetur facto, qui librum penes ſe exiſtentem domino ſuo exhibere recuſat, nec mirum, cum in dolo præſumatur eſſe. Sic præcisè poſt *Cald. & Soc. Clar. Farinac. deciſ. ſua Rotæ Romanæ.* 237. *per totam*, vbi ſubdit ipſummet factorem minimè excuſari propter bilancij exhibitionem, & latius, vt per eum, quem conſulas.

Hactenus de libris, quos pro arbitrio, & ex ſui propria voluntate quiſque ſibi priuatim conficit, diſſeruimus. Nunc de illis, qui ab aliquo ratione ſuæ adminiſtrationis ſolent confici, vt ſunt tutorum ſcilicet, curatorum, inſtitorum, adminiſtratorum, & huiuſcemodi aliarum perſonarum, ordinatim diſpiciamus.

---

## De libris tutorum, curatorum, ac aliarum huiuſmodi perſonarum, breuis diſceptatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Quilibet tutor tenetur conficere librum rationum, expenſis tamen pupillorum.*

2 *Ratio.*

3 *Qualem autem, vel quid ipſe continere debeat, ne contra eum iuretur in litem, ibidem deducitur, & n.*4. *&* 5.

6 *Libris rationum tutorum, curatorum, exequutorum, negotiorum geſtorum, & procuratorum, regulariter non ſtatur pro ſe.*

7 *Fallit autem hæc in ſummis paruis, maximè ſi ſint veriſimiles, ac claræ, ac maior pars earum comprobata.*

8 *Et præcipuè, quando ipſomet tutor ex hac vita migrauit.*

9 *Quæ dicatur ſumma magna, & quæ parua, conſideranda eſt perſona minoris.*

10 *Vel etiam relinquitur ſecundum alios iudicis arbitrio.*

11 *Libris tutorum, & ſimilium perſonarum ſtante veriſimilitudine, fides etiam adhibitur in magnis ſummis ex Crauetta.*

12 *Et hanc ſequitur author.*

13 *Dummodo tamen multa concurrant, de quibus, n.*14.15.16.17.18. *&* 19. *cum ſeq. vſque ad* 28. *incluſiuè.*

29 *Amplia, etiamſi illemet liber fuerit à tertio conſcriptus.*

30 *Quod quis poteſt regulariter per ſe ipſum facere, poteſt etiam per alium illud idem facere.*

31 *Amplia ſecundo, ſiue hi libri producantur ab illis, qui eos confecerint, ſiue ab eorum hæredibus.*

32 *P. Montani opinio diſplicet authori.*

33 *Hæredes tutoris adminiſtratæ tutelæ rationem reddentes, ipſius adminiſtrationis librum exhibere tenentur, & ad eum edendum, caſu quo nollent, poſſunt etiam cogi.*

34 *Contra librum tutoris legitimè confectam non poteſt etiam obijci de libro Notarij contraria continentis.*

35 *Tutor diligenter cuſtodire debet librum rationum.*

36 *Et ideo dicenti ſe illum confeciſſe, ſed poſtea amiſiſſe non crederetur etiam cum iuramento.*

37 *Quinimò præſumptio contra eum oriretur ipſum ab eo malitiosè occultatum.*

38 *Niſi tamen probaret, quando illum amiſiſſet, & quomodo.*

39 *Tutor librum rationum cum ipſius tutelæ adminiſtratione reddere tenetur, etiam non requiſitus.*

40 *Quid autem in huiuſmodi rationibus reddendis obſeruandum ſit pulchrè docet D. Menoch.*

41 *Liber tutoris, vel curatoris non probat contra tertium.*

42 *Fallit in ſummis paruis, nam tunc probat etiam contra pupillum, & n.*43.

1 VEteri quidem conſuetudine receptum eſt, quemlibet tutorem librum rationum expenſis tamen pupilli conſcribere debere, in quo omnia data, & accepta, redditus, exitus, & expenſas, & quæcumque adminiſtrauit, clarè, & ſingillatim deſcribere teneatur, ita vt omnia in eo ſingulariter de die in diem, tam reſpectu eius, quod recipitur, quàm eius, quod expenditur, inſerantur. Quod quidem ideo factum eſt, vt ex eo veritas, vel falſitas elici
2 poſſit, vel vt contra eum probari poſſit contrarium, iuxta *l. apparitores, C. de exact. tribut. l.* 1. §. *officio, ff. de tutel. & ration. diſtrahend. & lege ſi quis, ff. de condit. & demonſtrat. cum concordantibus deductis per Preteum conſilio ſuo* 25. *num.*13. *& per Cephal. conſ. ſuo* 674. *nu.*24. *&* 678. *num.*47.

3 Et hæc in genere minimè poni debere obſeruandum, adeò vt ſi omnia non ponantur ita clarè, & vel ponantur tantum quidem in genere, reſpectu eorum, quæ non fuerint poſita, vel fuerint in genere, abſque tempore, cauſa, die, menſe, & anno, & perſonarum, & locorum nominatione, iurari poterit in litem contra illum, quippe qui talem librum confecerit, ita vt ex ipſo iuramento res, & rerum quantitas, pretium, æſtimatio, fructus, & redditus, contra ipſum tutorem, vel curatorem, qui ad confectionem talis libri rationum tenetur, probentur recepti, & demum generaliter contra talem, in litem iu-
4 rari poterit, perinde ac ſi nullum librum confeciſſet, præuia ſemper tamen iudicis taxatione. Sic pulcherrimè poſt *Crauett. de antiquitatibus tempor.* §. *limitatur quarto, numero* 44. & plures alios *Paulus Montan. in ſuo tractatu de tutel. capit.*32. *regul.*8. *numero* 1. *Addo Seraphin. de priuileg. iuramenti, priuileg.*31. *numero* 115. *Ioſeph. Ludouic. concluſ. ſua* 29. *pag.* 73. *columm.* 1. *in fine, Petrum Aemil. Verral. deciſ. ſua* 157. *part.*2. *& Clariſs. Menochius de Arbitrar. libr.*2. *centur.*3. *caſu* 208. *numero* 19. *&* 20. vbi quo-
5 que ſubdit rationem dicens, nam rationum perplexitas idem efficit, ac ſi non eſſent confectæ, cum quid actum ſit, diſcerni minimè poſſit.

Videndus quoque eruditiſs. *Dom. Munoz. de Eſcobar in ſuo eleganti tractatu de Ratiocin. Adminiſtratorum, cap.*10. *per totum, & præcipuè ſub n.*42. *cum ſequenti.*

6 His ad euidentiam ſic breuiter præmiſſis, ſciendum modo eſt, quod libris rationum ipſorummet tutorum, curatorum, exequutorum, negotiorum geſtorum, & procuratorum regulariter non ſtatur pro ſe. Sic poſt *Cin. Bart. Caldum, & plures alios firmauit pro regula Clar. Dom. Maſc. concl. ſua* 976. *n.*60.

7 Declara modo hanc concluſionem intelligendam eſſe

in ſummis magnis, ſecus autem in paruis, maximè ſi ſint veriſimiles, clare, ac ſpecificatæ, & maior pars earum comprobata, quia in his creditur etiam poſſe, accedente potiſſimum eorum iuramento. Sic poſt alios *Corneus, conſilio ſuo 319. in littera X, volum. 3. Ruinus conſil. 18. numero ſecundo, in quarto,* & poſt nonnullos alios relatos *Dom. Maſcardus dicta concluſione ſua 976. numero 61.* Sequitur hoc idem poſt infinitos prope deductos *Tiraquel. in ſuo tractatu de iudic. in rebus exiger. ferendo numero 7. Clariſs. Decian. conſil. ſuo 85. numero 36. in 2. Hippol. Riminald. conſilio ſuo 686. numero 45. Surd. conſilio ſuo 290. numero 48. & in ſuo tractatu de Aliment. quæſtione 8. titul. 6. numero 76. Addo Paulum Montan. de iure tutel. dict. capit. 32. regul. 8. numero 3. & numero 6. & 7. & Vincentius Manz. in ſuo pariter tractatu de tutel. quæſtione 3. tertiæ quæſtionis principalis, numero* 12. videndus quoque eruditiſſimus *Scaccia, cap. 11. inferius allegando, n. 248. cum duobus ſequentibus,* vbi pulchrè.

8 Et hoc quidem præcipuè procedit, quando ipſemet tutor ex hac vita migraſſet. Sic eleganter in terminis poſt *Alciat. & Menoch. de præſumptionibus, Polydor. Ripa, de Actis in Mort. artic. c. 38. n. 15.*

9 Quæ autem dicatur ſumma magna, vel parua, conſideranda eſt perſona minori, an ſcilicet ſit pauper, vel diues, an ruſticus, vel ciuis, ſic poſt *Matheſilan. Paridem de Syndicat. Guid. Papæ,* ac plures alios clarè docuit *Borgnin. de tutor. & curatore, n. 213.*

10 Vel etiam relinquendum eſt iudicis arbitrio: Ad tradita per *Scacciam lib. 2. de Iudic. cauſ. ciu. c. 11. n. 181.*

11 Obſeruandum tamen contrarium hac in re firmaſſe *Crauett. de antiquit. temp. d. verſ. limitatur quarto, num. 28. cum ſeq.* is enim ſtante veriſimilitudine, libris tutorum, & ſimilium perſonarum adhibendam eſſe quoque fidem in magnis ſummis ampliſſimè teſtatus eſt, id quod etiam clarè docuit *Alexand. de Neuo, conſil. ſuo 39. nu. 2. & 3. & ſequi etiam videtur M. Brunus conſ. ſuo 139. nu. 48.* dum indiſtinctè loquitur.

12 Sequendo autem hanc opinionem, videlicet, quòd liber ipſe tutorum, & ſimilium perſonarum probet etiam pro ſe in magnis ſummis, vt voluit *Crauett. vt ſup.* intellige tamen eam dummodo infraſcripta concurrant.

13 Primò, vt data, & recepta clarè, & indiſtinctè complectatur, prout inter alios docuit eleganter *Montan. d. cap. 32. reg. 8. n. 1. & 14. cum ſeq.* vbi etiam nonnullos deducit caſus, in quibus reddere rationem tam claram, ac diſtinctam haud neceſſarium, ſapientibus viſum eſt.

14 Nota tamen minimè neceſſe eſſe, vt ſpecies monetarum per ipſum in dicto libri deſcribantur, ſed ſufficere, vt in eo duntaxat annotetur, tantum tali die, menſe, & anno fuiſſe ſolutum, datum, receptum, & expenſum, ac pro tali cauſa, ſic eleganter, ſed longe latius docuit poſt alios eruditiſs. *Burſat. conſil. ſuo 325. numer. 6. ſequitur Farinacc. nouiſſimè conſilio ſuo 96. numero 36. in 1.* vbi etiam ſubdit
15 librum ipſius tutoris, vel negotiorum geſtoris non debere eſſe defectuoſum, ſed continere debere omnes receptas pecunias, adducit concordantem *Beroum conſ. ſuo 191. n. 28. in primo.*

16 Expoſcitur ſecundo, quod d. liber cauſam contineat, ad not. per *Bart. in d. l. nuda ratio, de donat. & ſequitur Crau. in d. §. limitatur quarto n. 46.*

17 Hoc tamen intellige neceſſarium ad plenam probationem inducendam, nam etſi cauſam non contineret, ſemiplenè tamen probaret, ſic poſt *Ro. Corneum, Iaſon. & alios Crau. d. n. 46. ſequitur Maſc. d. concl. 976. n. 65.*

18 Requiritur tertiò, quod in eo adſit appoſitio temporis, aut diei, *Alex. conſilio 70. columm. 3. lib. 1. & in conſ. 77.*
19 *col. 2. in 6.* Hoc autem intellige, quando ſine expreſſione ipſius diei non poteſt intelligi, quando datum, vel acceptum curſum ſit, ſed eſſet omnino incertitudo, prout contingit in nauicularijs continue ſpecies transferentibus, vel inferrentibus niſi enim per ipſos dies illationis præcipua edocetur, non poterit poſtea illatio, nec quid illatum fuerit, clare verificari, *ad l. comperimus, de Nauic. libr. 11.*
20 Secus tamen eſſet, ſi ex omiſſione ipſius diei non emergeret incertitudo, & ambiguitas, quia tunc ſufficeret deſignare annum, vel menſem, vel aliud tempus ipſius dati, vel accepti, puta tempus vindemiarum, vel menſium; ſic eleganter *Montanus d. reg. 8. nu. 2.* Videndus de hoc tertio requiſito *Munoz. Eſcobar. d c. 10. nu. 52. cum plur. ſeqq.* vbi omnium latitiſſimè, ac elegantiſſimè.

21 Quarto ſupradictam concluſionem procedere intellige, dummodo perſona, quæ ſcribit, ſit fide digna, ita *Bald. in l. vnica, columm. 3. Cod. de confeſſ. Alexand. conſil. vlt. li. 7. Socin. conſ. 161. col. 2. & Crauet. de antiquit. tempor. d. verſ. 4. limitatur, numero 32. quidquid ſcripſerit Scaccia, dict. c. 11. num. 254.*

22 Quinto, dummodo ipſemet liber contineat veriſimilia. Sic poſt *Paul. de Caſtr. Iaſ. Dec. & alios, Crauett. d. verſ. quarto limitatur, n. 35.*

23 Sexto dummodo concurrat iuramentum ipſius ſcribentis. Sic præcisè poſt alios *Crauett. præcitato verſ. limitatur quarto, num. 47.* vbi ſubdit in hoc Scribentes omnes vnanimi voto cōſentire. De his duobus poſtremis requiſitis vide *D. Scacciam lib. 2. de Iudicijs cauſ. ciuil c. 11. nu. 153. cum pluribus ſeqq.* vbi omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè; videndus idem de poſtremo *ſub n. 255.*

24 Septimò dummodo talis liber contineat ſolum rationes pertinentes ad bona eius, de cuius adminiſtratione agitur. Sic poſt *Socin. Crau. ſupracitato loco, n. 51.*

25 Et quod in dicto libro rationes tutoris, ac pupilli minimè commiſceri debeant, poſt *Socinum reſpondit Ceph. conſ. ſuo 674. n. 25. & ſequutus eſt Scaccia d. c. 11. nu. 260.* vbi ſubdit hoc ideo diſpoſitum eſſe, quia miſcens res ſuas cum rebus eius, cuius eſt adminiſtrator, videtur velle eas occultare, & per conſequens contra eum præſumitur, quod ſit in dolo.

26 Poſtremò, ac vltimo eam procedere intelligas, dummodo interueniat difficultas aliter probandi quam per ipſum librum rationum; ita *Bald. in l. 1. C. de edendo, Iaſ. in d. l. admonendi, Crau. dicto loco, n. 34.* & ſequitur hæc omnia requiſita Clariſſimus vir, & numquam ſatis laudatus *D. Maſcar. concl. ſua præcitata 976. à n. 63. vſque ad 71. incluſiuè,* verumtamen aduerte, quod iſta difficultas præſumitur in omnibus actibus, qui communiter fieri ſolent ſine præſentia teſtium, & propterea ſatis eſt, quod iſta difficultas allegetur virtualiter, & effectualiter, licet non expreſsè; quare ſufficit, quod quis iurauerit contenta in libro eſſe vera; quia ex tali iuramento admiſſo colligitur tacita allegatio & difficultas ipſa probationis. Sic poſt alios animaduertit eleganter *Dom. Scaccia dict. capit. 11. numero 257.*

27 Hiſce omnibus, de quibus ſupra coniunctim concurrentibus huiuſcemodi perſonarum libris pleniſſimam fidem adhiberi etiam in ſummis maximæ quantitatis, Communi ſententia receptum eſt.

Secùs eſt autem, ſi non concurrant, vt per totum conſilium voluit *Beltran. conſ. ſuo 136. lib. 1. p. 2.* vbi contra adminiſtratorem cuiuſdam hoſpitalis ex profeſſo conſultus reſpondit.

28 Nota tamen quod ſi forſan ſupradicta iſta omnia requiſita, minimè concurrerent, non ideo minus (mea quidem ſententia) concludendum eſt, prout ſupra Cōmuniter, quod dictis tutorum libris plena fides minimè adhibeatur. Opinor enim ſufficere, quod ex ipſis aliqua interueniant. Quid enim ſi tutor vel curator iam in fata conceſſerit, vt iuſiurādum requiſitum amplius per ipſum præſtari nequeat? Quid ſi nullus diei adiectus ſit, cū de opere conſtet? Quid ſi cū alias probationes haberet, ex im-

peritia

peritia ſuo tempore illas non produxerit ? Cogita tamen.

29 Amplia hoc adeo verum, etiamſi illemet liber fuerit à
tertio conſcriptus. Sic poſt *Crau. Anch. in ſuis Quæſtioni-*
*bus, & Straccham, D. Borgn. dicto tract. de tutor. & curat.*
*num.* 212. Sequitur ante eum *Alex. de Neuo, conſil. ſuo* 39.
*numero* 1. vbi pro ratione conſiderat, quod regulariter il-
30 lud, quod poteſt quis facere per ſeipſum, poteſt etiam
per alium illud idem facere, *l. ita autem, §. geſſiſſe, ff. de ad-*
*miniſtr. tutor. & l. qui per alium, de regul. iur. addo Munoz.*
*Eſcobar. de Ratiocin. adminiſtrat. cap.* 10. *numero* 41.

31 Amplia ſecundo hoc pariter procedere, ſiue libri pro-
ducantur ab illis, qui eos confecerint, ſiue ab eorum hæ-
redibus. Sic poſt alios *Montan. d. regul.* 8. *numero* 4. vbi
32 tamen ſubdit hoc procedere, modo ſint paruæ, & non
magni momenti expenſæ, cui tamen in hoc ob ſupradicta
minimè aſſentior.

33 Hic obiter nota, hæredes quoque tutoris adminiſtratæ tutelæ rationem reddentes ipſius adminiſtrationis librum exhibere debere, & ad eum edendum, caſu quo nollent, cogi etiam poſſe, vt ampliſſimè pulchris rationibus motus reſpondit *Ceph. conſil. ſuo* 674. *num.* 14. *cum infinitis ſeqq. in* 5. *addo Dom. Munoz. de Eſcobar. in ſuo eleganti tractat. de Ratiocin. adminiſtrat. cap.* 10. *numero* 6. vbi etiam ſubdit hæredes ipſius tutoribus in dolo eſſe præſumi, ſi rationes præceſſoris minimè reddant, & ob id contra eo in litem iurari poſſe.

34 Amplia tertio, vt contra talem librum tutoris ita legitimè confectum non poſſit etiam obijci de libro alicuius Notarij contra ex profeſſo continentis. Sic poſt *Caſtrenſ. Decium, Menoch. & alios, Ioſeph. Ludouic. concluſ. ſua* 29. *pagin. mihi* 73. *in princip.*

35 Huiuſmodi autem librum taliter confectum diligenter
36 cuſtodire debet ipſemet tutor, & ideo dicenti ſe illum
confeciſſe, ſed poſtea amiſiſſe non crederetur etiam cum
iuramento, ſecundum *Gratum conſil. ſuo* 23. *numero* 20. &
*Menochium conſilio ſuo* 354. *numer.* 1. vbi plures alios con-
cordantes deducit.

Nec immeritò, quando enim aliquis rem aliquam tenetur cuſtodire, non ſtatur eius iuramento quando dicit ſe illam perdidiſſe, ſed neceſſario caſum probare debet. Sic eleganter poſt alios *D. Munoz. de Eſcobar de Ratiocinijs adminiſtrat. cap.* 10. *numero* 4.

37 Quinimò præſumptio contra illum orirerur, ipſum ab eo malitioſè occultatum, prout notatur *in l. ſi quis ex argumentarijs, §. penult. ff. de edend. & l. cum ita legatur, §. ſpecies, ff. de leg.* 2.

38 Niſi probaretur, quando illum amiſſet, & quomodo, ſecundum *Socinum ſent. conſil.* 159. *numero* 50.

39 Quin etiam, quod fortius eſt tutor, ipſe iſtum librum rationum cum ipſius tutelæ, & curæ adminiſtratione reddere tenetur etiam non requiſitus, ſecundum DD. communiter, in Clem. quia contingit, de religioſ. domibus & ſequitur *Card. Pariſ. conſil. ſuo* 21. *num.* 55. *in* 2.

40 Quid autem in huiuſmodi rationibus reddendis obſeruandum ſit, doctiſſimè explicat more ſuo menclator egregius, ac vir Iuriſperitiſſimus *D. Menoch. de arbitr. libr.* 2. *cent.* 3. *caſu* 209. *per totum*; quem conſulas, addo *D. Munoz de Eſcobar. d. cap.* 10. vbi latiſſimè, & *D. Nicolaum Intrigiolum libro* 1. *deciſione ſua Regni Siciliæ* 32. *per totum*, vbi quando tutor ipſe teneatur edere libros ipſos rationum eleganter ediſſerit. Amplia, *vt dicta ſup. numero* 35. *cum ſeq.* procedant etiam in hærede ipſius tutoris, adhuc enim eius iuramento credi non debet, ſe non habere libros confectos à patre ſuo de adminiſtrata tutela: ſic in terminis pluribus rationibus motos, & ex profeſſo reſpondit *Clar. vir D. Menoch. d. conſil. ſuo* 354. *per totum*, vbi etiam quæcumque in contrarium obijci poſſunt, acutiſſimè refellit; ipſum conſulas.

Sed pulchra (pro coronide huius materiæ) oritur hic dubitatio, & eſt.

An liber tutoris, vel curatoris probet contra tertium.

41 In qua quidem difficultate conclude pro negatiua. Ita *Ioſeph. Ludouic. loco inferius allegando.*

42 Fallit autem in ſummis paruis, quando tamen liber ip-
ſarum rationum eſſe ſolemniter confectus. Sic poſt *Ca-*
*ualc. de tutor. & curat. Ludouic. deciſione ſua Lucenſi* 42. *nu-*
43 *mero* 39. & 40. *cum ſequent.* vbi etiam docet, quod con-
tra pupillum probat in paruis ſummis, adducit *text. in leg.*
*cum quæreretur, ff. de adminiſtrat. tutor. & Burſat. conſilio*
105. *numero* 27. *libro* 1.

Et hæc ſufficiant. Latius de hac materia diſſerunt *Montan. Mancin. & alij*, qui de iure tutel. & Curationum tractatus præcipuos conſcripſere. Vide per eos. Addo *Solam in Conſtitutiones Sabaudie, pagin. mihi* 156. *gloſ.* 3. *per totam.*

Adeundus quoque *D. Munoz. de Eſcobar, d. capit.* 10. *per totum*, vbi latiſſimè de materia. His adde etiam *Scacciam d. cap.* 11. *à numero* 247. *vſque ad* 260. *incluſiuè, Hieron. Marilian. deciſione ſua* 13. *per tot.* vbi loquitur in ſpecie de executione teſtamenti, & *D. P. Gilken. in l. inſtrumenta, numer.* 23. *cum quattuor ſeqq. C. de probation.* vbi latè. Adeundus quoque *Clar. Farinacc. deciſ. ſua Rotæ* 43. *centuria* 4. vbi inter cætera docuit libro ipſius tutoris non ſtari in partibus non acceptatis, niſi aliunde iuſtificentur, & latius vt per eum, videndus *idem deciſione* 483.

---

## De Libro Adminiſtratoris.

### *SVMMMRIVM.*

1 *Liber rationum adminiſtratoris circa expenſas ab eo factas creditur etiam quoad ſui fauorem, pluribus tamen concurrentibus, de quibus ibi.*
2 *Quæ ſi non concurrant, ſecus eſt.*
3 *Ad hoc, vt dicto libro adminiſtratoris ſtetur, multa etiam alia debent intercedere ex ſententia Ludouici, quæ ibidem deducuntur, & numero* 4. & 5.
6 *Pulchra quæſtio.*
7 *Adminiſtrator licet libros rationum edere cogatur, liberatur tamen ab editione, eos oſtendendo, vt eorum fiat copia, & numero* 8.

1 LIber Rationum adminiſtratoris circa expenſas ab eo factas plenè ſtatur, his tamen concurrentibus, quod expenſæ ſint veriſimiles, & concurrat difficultas probandi, ſimuſque in actibus qui fieri conſueuerunt abſque teſtibus concurrant etiam qualitas cauſæ, legalitas ſcribentis, bona fama, & quod expenſa non ſit exceſſiua reſpectu patrimonij, quod adminiſtrat, & de iſta veriſimilitudine iudici conſtet: tunc hiſce omnibus, vt dixi, intercedentibus, liber rationis adminiſtratæ probat etiam ad fauorem ipſius ſcribentis: ſic poſt alios omnium latiſſimè, & elegantiſſimè docuit de hæc omnia *Clariſs. Crauett. de antiqu. tempor. d. verſ. limitatur* 4. *numer.* 32. *cum ſequent.*

2 Alias ſi prædicta non concurrant, vel maior pars ipſorum, non ſtatur vtique *dict. libro adminiſtratoris*, vt per totum conſilium, voluit *Beltran. ſuperius relatus dict. conſilio ſuo* 139. *libro* 1.

3 Sequitur hoc idem *Dom. Ioſeph. Ludouic. d. concluſione ſua* 29. *pagin.* 73. *column.* 1. *verſ. amplia* 18. vbi etiam ſubdit, quod ad hoc, vt liber ipſius adminiſtratoris probet, debent ſingulariter omnia in eo deſcribi de die in diem, tàm reſpectu eius, quod recipitur, quam eius, quod

expenditur, vt tantum, ex tali fundo, tanto à tali colono, 4 tantum, à tali debitore, tantum tali die, tali menſe, & anno, & in tali re expenſum, & ſi ponantur in genere non probant, & debet inſeri dies, quemadmodum in libris publicis, alias poterit contra tales iurari in litem, ac ſi nul- 5 lum librum confeciſſent, ex quo dolus, & deceptio præſumeretur, & ipſi tenetur ad intereſſe; ſequitur hoc etiam præciſè *Petrus Aemil. Veral. deciſ. ſua 157. num. 5. & 6. p. 2. & per totam*, vbi pulchrè, & latè de hac materia, ipſum lector conſulat. His adiungas *Cl. D. Menoch. conſil. ſuo 913. numero 6. cum ſeqq.* vbi pulchrè.

6 Sed non minus pulchra, quam ſubtilis oritur hic dubitatio; & eſt. An ſi promiſſum fuit per dominum adminiſtratori, quod in rationibus ſimplici eius dicto fidem præſtabit, An (ſi hoc caſu) librum rationis non exhibeat, adhuc contra adminiſtratorem iuramentum litem deferri poſſit; an vero ipſius libri confectio, ex dictis verbis illi remiſſa videatur; videndus de huiuſmodi difficultate *D. Munoz. de Eſcobar, de Ratiocin. adminiſtr. cap. 10. num. 7. cum ſequenti*, vbi omnium latiſſimè.

7 Pro coronide autem huius materiæ obſeruandum volo, quod licet ipſemet adminiſtrator, vel qui adminiſtrationis reddere rationem tenetur, libros edere cogatur. *Bal. in leg. cum teſtamento, numero 4. C. de teſtamento manumiſſ.* ab ipſa tamen editione liberatur, ſi codices ipſarum rationum oſtendit, & copiam deſcribendi faciat; edere enim non plus importat, quam Codices oſtendere, & copiam deſcribendi facere, *l. 1. § 1. & leg. argentarius, §. edi autem, ff. de edendo*, & quod ſufficiat libros oſtendere, 8 vt legi poſſint, & calculari rationes abſque eorum traditione, ſcripſere *Soc. Pariſ.* ac alij, quos retulit, ac ſequutus eſt *Clar. D. Farinacc. deciſion. ſua Rotæ Romanæ 767. num. 2. & 3.* vbi ſubdit, quod libri ſi ſint communes, non ſolum quoad negotium, & intereſſe, ſed etiam quoad dominium, propter diſcordiam partium eligi debet tertius, apud quem deponantur, & latius, vt per eum.

Animaduertendum ſecundò principaliter, quod licet regula ſit, quod quælibet adminiſtrator, ſiue ſit publicus, ſiue priuatus, debeat librum rationum conficere, & ritè confectum retinere, ideoque omnia data, & recepta ſcribere alioquin contra eum iurare poterit in litem, nec excuſabitur ſub prætextu alicuius conſanguinitatis: attamen dicta regula coarctatur in patre, qui bona filij adminiſtraſſet, ſicut enim ipſe de adminiſtratis non tenetur rationem reddere, ita nec etiam tenetur ſuæ adminiſtrationibus librum aliquem rationum conficere. Sic eleganter poſt plures relatos declarat, & animaduertit *Cl. vir D. Farinacc. Fragmentorum Crimin. p. 1. num. 52. & 53. pag. 5.*

Quid iuris autem ruſtico, & alia ſimplici perſona, numquid, excuſetur à non confectione huius libri rationum? in præſentiarum non diſcutio, ſed te remitto, ad eumdem *Cl. Farinacc. d. loco, numer. 54. Videndus idem ſub num. 47. cum ſeq.* vbi adminiſtrator non conficiendo librum rationum an, & quando, & quomodo puniatur omnium elegantiſſimè diſcurrit, eum omnino conſulas, & hæc ſatis. Latius autem de materia ipſius capitis diſſerit quoque *Clar. D. Menoch. d. conſil. 193. vide per eum.*

## De Libro Patroni Nauis.

*SVMMARIVM.*

1 *Liber Patroni nauis in terra bene compoſitus, facit fidem contra participes etiam ad beneficium ipſiuſmet patroni.*
2 *Expenſæ factæ per inſtitorem, debent refici per ſocios, & participes.*
3 *Beneuenuti Strachæ doctrina deducitur.*
4 *Liber, ſeu Cartularium nauis probat contra patronum ipſius nauis.*
5 *Nauium patroni in mari tenentur reddere rationem ſingulis participalibus, nec ſe excuſare poſſunt, eo quod teneantur eam reddere patronis in terra.*
6 *Nauis credendum eſt in his, quæ eius concernunt officium.*

1 LIber patroni nauis in terra bene compoſitus, facit fidem contra participes etiam ad beneficium ipſiuſmet patroni; itaque ſi ipſemet patronus pro fulcienda, & reficienda, & expedienda naui, ac pro alij ad eius vſum opportunis aliquid expenderit, de expenſiſque rationem confecerit, ipſi ſuo libro fides indubitata adeo adhibetur, vt vnuſquiſque etiam participium teneatur expenſas ab ipſomet patrono factas ei reſarcire pro rata eorum par- 2 ticipationis, pariterque ſtare eius libro, tam pro quam contra; ſic præciſè docet poſt alios *Rota Genuenſ. deciſione ſua 85. per totam, & deciſione 170. numero 2.* vbi ſubdit, de hoc nemini mirum videri debere, cum etiam iure cautum ſit, vt expenſæ factæ per inſtitorem debeant refici per ſocios, & particeps, vt eſt doctr. *Bartoli in l. filiusfamilias, num. 7. ff. de donat.* qui etiam loquitur in potioribus terminis, videlicet quando expenſæ ſunt tantùm honorificè, igitur multo magis ſi fuerint neceſſariæ, vel vtiles. Sequitur *D. Rutger. Rullant. de Commiſſionibus libro 5. cap. 10. numero finali, in littera E.*

3 Huc confert mirum in modum doctrina *Beneuenuti Strachæ in ſuo tractatu de Nauibus, parte 2. numer. 8.* quod ſi quis ex duobus exercitoribus, eiuſdem nauis dominis, altero ceſſante, & negligente reficere, communi nomine reficiat, ſi ceſſans intra quatuor menſes non reſtituit partem expenſarum ſeſe contingentem cum vſuris, eum perdere dominium ſuæ partis, & illud ipſimet reficienti acquiri, per iura, & authoritates, quas allegat, videndus omninò præcitato loco.

4 Amplia vt multo magis liber, ſeu Cartularium nauis probet contra ipſummet patronum, qui librum ipſum conſcripſit, ſic præciſè docuit eadem *Rota Genuenſ. deciſ. ſua 182. per totam, & hæc ſufficiant.*

5 Nota de materia quod nauium patroni in mari tenetur reddere rationem ſingulis participibus, nec ſe excuſare poſſunt, & quod teneantur eam reddere patronis in terra, ſic præciſè eadem *Rota Genuenſ. deciſione 20.*

6 Nota ſecundo, quod ſcribæ nauis eſt credendum in his, quæ pertinent ad eius officium *D. Foch. del Caſtel. deciſione 23. numero 4.*

## De Libris Proxenetarum, Mediatorum, ſeu, vt vulgo dicitur ſenſariorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Proxenetarum libris non creditur, cum agitur de eorum fauore.*
2 *Ratio.*
3 *Ampliatur iſta concluſio, vt procedat, etiamſi ipſimet proxeneta approbati eſſent à publico ex ſententia Rotæ Genuenſ.*
4 *Ratio ſecundum eam.*
5 *Opinio Authoris.*
6 *Ampliatur ſecundo, vt procedat etiam inter alios, ſeu ad aliarum perſonarum fauorem.*

7 Ratio

7 *Ratio ex ſententia Authoris, & numero 8. & 9.*
10 *Limitatur ſupradicta concluſio, quando ipſimet proxenetæ à publico eſſent deputati, tractaretur de his, quæ ſpectarent ad eorum officium.*
11 *Quædam notabilia de materia proxenetarum afferuntur, & numero 12. 13. & 14.*

1 Libris proxenetarum, ſeu mediatorum, ſi de eorumdem agatur fauore, nullo pacto eſſe credendum firma ſit concluſio. Sic poſt alios pro Regula firmauit *Rota Genuenſ. deciſione ſua 110. numero 5.* quoque ratione deducit, dicens: Nam ſcripturis maximè priuatis in fauorem ſcribentium non creditur, ad tradita per *Bartolus in lege quædam, §. nummularios, ff. de edend.* & nos alias ſatis abundè docuimus.

2 Eſt enim exemplum pernicioſum (ſequitur ibidem Rota) credi ſcripturæ, qua quis propria annotatione ſibi aliquem conſtituit debitorem *ad l. exemplo, C. de probat.*

3 Ampliatur iſthæc Concluſio ex mente eiuſdem Rota, præcitato numero quinto, vt etiam ſibi locum vendicet, etſi ipſemet proxenetæ eſſent à publico approbat iuam adhuc eorumdem libris quoad ſui fauorem, fides minimè adhiberetur, adducit annotata per *Bartolus, & Doctores, in dicta lege quædam, præcitato §. nummularios.*

4 Conſiderat preterea, quod licet Notarij ſint approbati, & habeant officium, & authoritatem de publico argumento *lege Diuus, & l. de eo, ff. de falſ. & traditur per Bar. in d. §. nummularios*, adhuc tamen ipſis minimè creditur, cum agitur de eorum fauore.

5 Ego ſuper hoc vlterius minimè inſiſto: ſed beneuolum lectorem remitto adſcripta per nos hoc eodem libro tit. de libris rationum officialis de publico deputati, *ſub numero ſeptimo, cum pluribus ſequentibus.*

6 Ampliatur ſecundo, vt iiſdem proxenetarum libris fides minimè adhibeatur etiam inter alios, ſeu ad aliarum perſonarum fauorem. Sic præcisè poſt alios eamdem *Rota Genuenſ. præcitata deciſ. 110. num. 5. verſus fin.* Iſthæc autem ampliatio (mea quidem ſententia) tali fulciri poteſt ratione.

7 Tritum eſt Axioma, quod idem operatur vox viua alicuius, quod mortua, ideſt eius ſcriptura, iuribus vulgatis, Quinimo minus creditur mortuæ ad tradita per *Baldus, in leg. 1. col. final. C. de edendo.*

8 Sed proxenetæ teſtimonium inter alios ſuper eo contractu, ſuper quo fuit mediator, nullam fidem facit: ad latè tradita per *Maſcar. concluſione ſua 1163. num. 36. & prius concluſ. ſua 1040. per totam, ergo.*

9 Huic eidem ampliationi ſubſcripſit quoque *Clar. Maſcard. d. concluſione ſua 146. numero 8.* vbi quoque eamdemmet ferè rationem deducit, inquit enim, ideo ipſius mediatoris libro non credi quoniam cuius teſtimonium non admittitur, nec eius ſcriptura recipitur, & cum non credatur voci viuæ, minus creditur mortuæ, & latius, vt per eum.

10 Limitatur autem ſupradicta firmata Concluſio, quando ipſemet proxenetæ à publico eſſent deputati, & tractaretur de his, quæ ſpectarent ad eorum officium, nam tunc eorumdem libris plena fides adhiberetur. Sic præcisè colligitur exſcriptis per *Rotam Genuenſem d. ſua deciſione 110. numero 6.*

11 Nota tamen, quod libri ipſorummet proxenetarum debent eſſe bene compoſiti; in ipſis enim debent ſcribere conuentiones perſonarum, non perfunctoriè, & oſcitanter, ſeu obſcurè, ſed clarè, & apertè. Item contrahentium voluntates ex fide debent requirere, & interpretari, & actus ſui rationem diligenter conficere, & in ſumma debent probe ſe gerere circa eorum officium. Sic præcisè, ſed longè latius, & elegantius animaduertit hæc omnia *Benuenutus Straccha in ſuo tractatu de proxenetis, parte 2. numero 7.*

12 Obſeruandum ſecundo principaliter, editione ſuorum librorum ratione officij confectorum, ab iiſdemmet proxenetis edendos eſſe ad inſtantiam partium editionem ipſam petentium. Nec mirum; æquum enim eſt, vt id, quod mei cauſa confecit proxeneta, ad inſtantia quoque mei petentis exhibeat, *ad l. prætor. ait, ff. de edend.* Sic eleganter, ſed longè latius, docet *Stracch. d. tract. de Proxenetis, parte 3. numero 43.*

13 Et aduerte ex mente eiuſdem Stracchæ, quod edenda ſunt omnia per ipſum ad partes pertinentia, nec proxeneta ipſe edere videtur, ſi totam conuentione non edit; edi ergo debet conuentio à capite, nam conuentio ipſa niſi à capite inſpiciatur, intelligi non poteſt, ſed non totum contrahentibus codicem conuentionum, totaſque membranas, ſeu paginas inſpiciendas exhibere debet ſed eas ſolas, in quibus conuentio tractata reperitur inſcripta, *argum. l. 1. §. edenda, & leg. Argentarius, §. edi autem, ff. de edend.*

14 Sed quid iuris, ſi plures Proxenetæ ſint? indagabis; Hic obiter nota, quod nihil prohibet, plures in eodem negotio interuenire. Reſpondeo, quod omnes ad editionem compellendi ſunt. Quid enim ſi vnus ex ipſis edat, vt dubitare quis meritò de fid. editionis poſſit? omnes ergo edere debet, aut vnius editioni ſubſcribere, *ad l. ſi quis, §. cogentur, ff. de edend.* Sic eleganter docet hęc omnia *Straccha, d. parte 3. numero fin.* Et hæc ſufficiant. *Latius de materia vide per eumdem Stracham.*

## De Libro rationum inſtitoris accurata, atque perutilis diſceptatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Inſtitor quid ſit, definitur, ac declaratur, numero 2. 3. & 4.*
5 *Inſtitor dicitur ille, qui negotiationi quæſtuariæ tantum præpoſitus eſt alias procurator nuncupabitur.*
6 *Qui præponitur villæ, vel proprijs fructibus colligendis, ſeu familiaribus negotijs, non dicitur inſtitor, ſed potius procurator, vel factor.*
7 *Ratio.*
8 *Inſtitor duobus modis conſtituitur, expreſsè ſcilicet, & tacitè, & numero 12.*
9 *Expreſsè quando conſtituatur.* } *Explicat Author,*
10 *Tacitè quando dicatur conſtitutus* } *& num. 11.*
13 *Ex contractu, vel negotio cum vno geſto, alius non obligatur cuius conſenſus non interceſſit.*
14 *Diuerſa eſt voluntas vnius à voluntate alterius.*
15 *Alteri per alterum non infertur damnum, vel iniqua conditio.*
16 *Dominus obligatur ex facto inſtitoris, & numero 18.*
17 *Ratio.*
19 *Bart. conſil. ſuo 79.*
20 *Angeli Aretini in §. ſi igitur, numero 2. inſtitution. quod cum eo.*
21 *Decij in l. ſi inſtitorem, numero 4. de credit.*
22 *Paul. de Caſtr. in l. hæres abſens §. apud Labeonem, ff. de Iudic.*
23 *P. Bimij conſ. ſuo 216. num. 40. in 3.* } *traditiones*
24 *Et Menoch. conſ. ſuo 296. num. 14.* } *adducuntur.*
25 *Regula illa, quod actio inſtitoria detur contra dominum varijs modis ampliatur, de quibus vide, & numero 26. cum ſeq. vſque ad 32. incluſiuè.*
33 *Varijs etiam modis limitatur, de quibus, & numer. 34. 35. 37. & 37.*
38 *Maxima eſt differentia in conueniendo dominum, an expreſsè*

*preſsè ipſemet inſtitor fuerit conſtitutus, an verò tacitè: ſi enim expreſsè fuerit præpoſitus, ſufficit, quod ipſemet inſtiſtitor dicat ſe mutuam pecuniam accipere pro ipſomet domino, ſin autem tacitè conſtitutus fuerit, multa requiruntur, de quibus, & n. 39. cum ſeq. vſque ad 48. incluſiuè.*

49 *Si plures mercatores aliquem in inſtitorem præpoſuerit an omnes æquè principaliter obligentur ex ipſiuſmet inſtitoris contractu? dubitatur.*

50 *Concluditur pro affirmatiua.*

51 *Fundamentum, & numero 52.*

53 *Eſt bene verum, quod ſolutione vnius omnium perimitur obligatio.*

54 *Si plures exerceant vnam mercantiam miniſterio vnius, quilibet inſolidum obligatur non tamen pro toto debito, ſed pro quantitate quam habet in ſocietate.*

55 *An præponentes, ſi plures fuerint obligati, intelligantur erga eum, qui cum eorum inſtitore contraxit, vti rei plures debendi, adeò vt omnia iura, quæ reis loquuutur ijs, rectè accommodentur, necne? Videndus Ronchegall. remiſſiuè.*

56 *An inſtitor ex eo facto, cui præfuit, præponentem omnes obligatus intelligatur, conuenirique eius rei nomine poſſit ab illis, qui cum ipſo contraxere? maxima eſt difficultas.*

57 *Fundamenta pro opinione affirmatiua, & numero 58. cum ſequentibus vſque ad 64. incluſiuè.*

65 *Afferuntur authoritates ſcribentium, qui huic opinioni adhæſere.*

66 *Media, quibus contraria opinio fundatur, deducuntur, & numer. 67. 68. 69. & 70.*

71 *Authores, qui hanc opinionem inſectati ſunt, deducuntur.*

72 *Difficultas iſta pro vtraque parte poteſt ſuſtineri, tùm rationibus cum Doct. authoritatibus.*

73 *Opinio authoris, & numer. 74. & 75.*

76 *Inſtitor, qui præponitur debet eſſe maior 25. annis, vel ſi minor eſt, debet præfici authoritate tutoris, vel curatoris.*

77 *Ad quid competat hæc actio illi, qui cum inſtitore contraxit, declarat author.*

78 *Si inſtitor delinquat circa munus ei iniunctum, illud quidem imputatur domino præponenti, ita vt damnum pecuniarum reſarcire teneatur, & numer. 79.*

80 *Pro contraria autem opinione, multa ſolent adduci, de quibus, & num. 81. 82. 83. & 84.*

85 *Quam præcisè ſequuti ſunt Laur. à Pinu, & Hondedus.*

86 *Author pro his opinionibus ſedandis varijs, modis diſtinguit, de quibus vide, & n. 87. cum ſeqq. vſq; ad 93. incluſ.*

94 *An libro rationum inſtitoris plena fides contra dominum adhibeatur? ambigitur.*

95 *Inſtitores tenentur librum ſeparatum, & rationes ſeparatas conſcribere.*

96 *Et iſti libri ab ipſis edendi ſunt, & reſtituendi mortuis ipſis mercatoribus eorum hæredibus.*

97 *In difficultate, de qua ſupra, num. 94. Concluſio ſit affirmatiua.*

98 *Inſtitutis ſimplex ſcriptura priuata probat contra dominum præponentem.*

De libro rationum inſtitoris.

Proſequendo illorum materiam, qui ratione ſuæ adminiſtrationis libros rationum conficiunt, de nonnullis etiam contingit dubitare.

Ambigitur itaque tertio loco, an liber rationum inſtitoris plena fides contra dominum adhibeatur.

Antequam autem ad huiuſcemodi difficultatis reſolutionem deſcendam, multa notatu digna pro terminorum, ac materiæ intelligentia, necnon pro maiori lectori beneuoli eruditione, ac capacitate obſeruanda ſunt.

1 PRrimo enim ſciendum eſt, quod inſtitor dicitur ille,
qui tabernæ, locovè ad emendum, vendendumvè
præponitur, quive ſine loco ad eumdem actum præponi-
2 tur. His præciſis verbis ſic ipſum definiuit *Paul. I.C. in l.*
3 *inſtitor eſt, ff. de inſtitor. act. & Vulpian. in lege tertia, ff. eodem titul. docuit*, quod inſtitor appellatus eſt ex eo, quod negotio gerendo inſtet, nec multum facit, tabernæ ſit præpoſitus, an cuilibet alij negotiationi, & in lege cuicumque, illo eodem titulo, ſubdidit, quod cuicumque negotio præpoſitus ſit, inſtitor, rectè appellabitur.

4 Sequitur ferè hæc omnia in terminis *D. Ronchegall. in l. eamdem, num. 151. ff. de duobus reis, & Bart. ante eum, conſ. ſuo 79. num. 2.*

5 Hæc autem ſic generaliter prolata, videlicet inſtitorem eum dici, cuicumque negotiationi præpoſitus ſit, declarat, ac intellige procedere, modo negotiatio quæſtuaria ſit, ſi enim talis non ſit, proculdubio præpoſitus non dicetur inſtitor, ſed procurator nuncupabitur. Sic præcisè docuit inter alios *Bartol. in d. l 3. eodem titul.* vbi talia verba profert: (Inſtitor eſt ille, qui alicui negotiationi quæſtuariæ proponitur etiam certo loco non deſignato, & obligat dominum, cuiuſcumque conditionis ſit negotiatio quæſtuaria, ſecus ſi certæ rei, vel negotiationi non quæſtuariæ præponitur: tunc enim magis procurator vocabitur.) Hæc *Bartol. Hoc idem tradidit Iaſon. in leg ſi inſtitorem, ff. de rebus credit.* vbi etiam *Dec. numero 1. & 2. & Alciatus in primis numeris: Rota Genuenſ.* poſt plures relatos, *deciſion. ſua 4. numero 1. & Clariſs. Petrus Bimius conſilio ſuo 10. numero 24. volum. 1.* Addo *Angel. Aretinum in §. ſi igitur, numero 8. Inſtit.* quod cum eo, vbi etiam, quæ requirantur, vt quis inſtitor dicatur, pulchrè deducit, & *Illuſtriſs. Dom. Card. Tuſcum concluſ. ſua 224. in littera I, numero 1.*

6 Et hinc eſt, quod qui proponitur villæ, vel proprijs fructibus colligendis, vel huiuſmodi familiaribus negotijs, non dicitur inſtitor, ſed potius procurator, vel vt vulgo dicitur factor, ſeu caſtaldio, prout notant *Doct. in leg. ſi cum Villico, ff. eodem de Inſtitut.*

7 Et Ratio eſt in promptu: quia non cadit mercatura, nec quęſtuaria negotiatio in ſuis proprijs fructibus prout notatur *in l. quicumque, ff. eod.* & in ſpecie docuit ibi *Bart. num. 1. qui interpretatur verba illa* (Agris colendis, de quibus *in d. l. quicumque*, de agris alienis cauſa quęſtus faciendi. Ita etiam pulchrè animaduertit inter alios idem *D. Bimius, d. conſil. 10. num. 25. & 26.* Addo excellentiſſimum *D. Thadæum Piſonem Soacium Pandectarum interpretem acutiſſimum* in almo hoc Gymnaſio, virum quidem ſummæ eruditionis, ac dominum meum colendiſſimum, *Inſtit. titul. quod cum eo, §. ſi igitur iuſſu, numero 13. verſiculo tertio*, vbi pulchrè.

8 Non ignorandum ſecundo principaliter, duobus modis aliquem in inſtitorem præponi ſolere, expreſsè ſcilicet, & tacitè.

9 Expreſsè tunc conſtituitur, cum Mæuius puta, inquit Pamphilio expreſſis verbis: Facio te inſtitorem meum; His enim verbis, Pamphilus videtur eſſe præpoſitus quibuſcumque negotijs, quibus antea Mæuius dominus vti ſolebat, *ad l. Titia, ff. quod cum eo, cum concordantibus.*

10 Tacitè verò tunc aliquis in inſtitorem conſtituitur,
quando is publicè gerit ſe pro tali, domino ſciente, & pa-
tiente, & pro tali publicè habetur, *argum. l. 1. §. magiſtrum*
*autem, de exercit. act. cum concordantibus deductis per Ron-*
*chegall. in dicta lege eandem, numero 153.* vbi ſubdit hoc
11 ſumma cum ratione introductum, ne cogantur ij, qui cum
huiuſmodi perſonis contrahunt, probare veram ipſam,
ac expreſſam præpoſitionem, vel ſi non adſit, ne contra-
hentes facile decipiantur, & præponenti ſit fraudandi pa-
rata via.

12 Sic eleganter his duobus modis inſtitorem conſtitui,

docuit

docuit poſt ſcribentes *in l.ſi inſtitorem,& Ronchegal.dict.*
*numero* 153. *&* 154. *Rota Genuenſ. dict. deciſ.*14.*nume-*
*ro tertio, & quarto, Addo Clariſs.Bimium.dict.conſilio* 10.
*num.*31. *cum.ſeq.& Illuſtriſs.Card. Tuſchum d.concl.*224.
*num.* 6. *&* 7.
13 Obſeruandum principaliter tertio, quod quamuis ge-
neraliter traditum ſit ex contractu, vel negotio cum vno
geſto, alium non obligari, cuius conſenſus non interceſſit
cum tamen ſit neceſſarius ad hoc, iuxta lege *prima, ff.de*
14 *pactis,& l.conſenſu,de actionibus, & obligationibus,* nam
diuerſa eſt voluntas vnius à volūtate alterius, vt per *Azo-*
*nem,& Caſtrenſ.in Rubrica,C.de exercit.per Pariſium, conſ.*
93. *num.* 18. *libro* 1. licet etiam paſſim tradatur alteri per
alterum, non inferri damnum, vel iniquam conditionem,
15 lege non debet alteri de reg.iuris,&c.non debet, *cum ſeq.*
*eod.tit.lib.*6. *cum concordantibus*, nihilominus aliquando
contrarium euenit, vt ex facto, ſcilicet, vnius alter
teneatur, maximè vbi ſit aliqua perſona, ex qua lu-
crum aliquis capiat, nam tunc ęquum eſt, vt factum il-
lius quoque præſtet, ad *l.ex qua perſona, vbi gl.& DD.de*
*regul.iur.*
16 Exemplum pręcisè deducitur in inſtitore, cuius fa-
ctum cenſetur factum ab ipſo domino, etiamſi eius rei
occaſione domini conditio aliqua in re fiat deterior,
text. de hoc eſt apertiſſimus, *in leg. prima ff. eod. tit. de*
*inſtit.* vbi *Vlpianus* ita loquitur (Æquum Prætori viſum
eſt, ſicut commoda ſentimus ex contractu inſtitorum, ita
etiam obligari nos contractibus ipſorum, & conueniri,
&c. Ad idem iura ſunt aperta *in l.*1. 2. *&* 3. *Codic. eodem*
*titul. et in leg. ſi inſtitorem, ff.de rebus cred. cum concor-*
*dantibus.*
17 Ratio autem huiuſce rei (mea quidem ſententiam)
eſſe poteſt, quia is, qui cum inſtitore contrahit, fidem do-
mini ſequi dicitur: Quare datur actio inſolidum aduerſus
ipſum dominum pro geſtis occaſione rei, cui ipſemet in-
ſtitor eſt præpoſitus, quæ à nomine illius, qui præponitur
inſtitoria appellatur, iuxta §. *ſi igitur inſtitut.* Quod
cum eo.
Sic eleganter poſt alios tradidit *Card. Pariſ.d.conſ.ſuo*
93,*in primis numeris,Rimin.iun.conſ.ſuo* 52.*num.*124. *Io-*
*annes Koppe, q.ſua* 36.*num.*16.*Addentes ad Magonium de-*
*ciſ.ſua Lucenſi ſecunda, in littera G.& P.Bimius conſil ſuo*
18 10. *numero* 21. *Addo Thomas Docium conſil. ſuo* 195.
*num ſecundo.*
19 Et hæc eſt Communis, & ab omnibus approbata ſen-
tentia: Hinc *Bart.Auriga noſter, in conſil.ſuo* 79.*conſuluit,*
quod vendens porcum inſtitori lanionis, poteſt agere
pro prætio contra eumdem lanionem dominum. Hinc
etiam *Ang.Aret.in §.ſi igitur, num.ſecundo, Inſtit.* Quod
20 cum eo, docuit in ſimili, quod Mercatores Florentini qui
præponunt inſtitores, ſeu factores alicui negotiationi,
vel tabernæ, ex eorum contractibus obligantur, & ſi in-
ſtitor putà vendit, obligatur dominus non ſolum inſtito-
ria, ſed de euictione, & actione reddibitoria, *leg.ſi quis*
*mancipijs,in princ.Bart.& Bal.ff.de inoffic.teſtam.* Sequitur
præcisè *Maranta in ſuo ſpeculo,part.*4. *Iud.diſtinct.*22.*nu.*
21 16.*& D.Decius, in d.l.ſi inſtitorem, num.*4.*de rebus credit.*
vbi ſubdit, quod etiam ad pœnam inſtitor poteſt obliga-
re dominum, ſi ſit de natura contractus: adducit *Baldus in*
*Rubric.Cod.de conſtitut.pecunia, colum.* 2. id quod etiam
ſequitur poſt alios idem *Marantha dicta diſtinctione* 22.
*numero* 9.
22 Sic etiam confert mirum in modum, quod tradit
*P. de Caſtro in leg.hæres abſens, §. apud Labeonem ff. de*
*Iudic.* quem ibi ſequitur *Iacobin. de S. Georgio*, dum
docuit, quod ſi ciuis puta Florentinus teneat vnum
inſtitorem in ciuitate Lugduni ad vnam rationem,
ſed ad vnum banchum, ſeu fundigum, poterit pro
contractibus cum illo factore celebratis conueniri in
ciuitate Lugdunenſi, ſi ibi reperiatur; quod dictum
Caſtrenſis ſequuntur eſt quoque *Boerius deciſ. ſua* 114.
*numer. primo.*
23 Suffragatur etiam quarto loco, quod docuit *P. Bimius,*
*conſ.ſuo* 216. *n.*40.*in* 3. dum tradidit inſtitoris confeſſio-
nem ipſum præponentem obligare: & quod poſt *Rotam*
*Genuenſ.tradidit quoque Cl. Menoch.conſ.ſuo* 296. *num.*14.
24 dum docuit, quod inſtitoris negotia ipſi domino attri-
buuntur.
25 Ampliatur autem commune iſtud Axioma, vt videlicet
hæc actio detur contra eum, qui inſtitorem ipſum præ-
poſuit, varijs modis.
Et Primò vt procedat, ſiue ipſe, ſiue procurator eius,
ſiue etiam negotiorum geſtor (domino tamen conſen-
tiente, & ratum habente) præfecerint, *leg. cuicum-*
*que, in princip. & in §. final. & lege ſed & ſi quis,*
*ff. eodem.*
26 Ampliatur ſecundo, vt detur etiam contra hæredes eius
qui inſtitorem ipſum præpoſuit, ideſt ipſius domini, *l.no-*
*uiſſimè,in l.cuicumq.§.fin.ff.eod.*
27 Hinc doctiſſimus Heigius, in §.ead.ratione.n.final.in-
ſtit. Quod cum eo, docuit iure merito in hac inſtitoria
actione regulare eſſe, quod mandatum inſtitori datum
morte mandantis, ſeu præponentis non expirat, ſed ad
ipſius etiam hæredes extenditur, & poſt mortem eius du-
rat, adeo vt ſui hæredes quamuis impuberes, & pupilli ex
contractibus inſtitorum ipſius defuncti teneantur, niſi ab
ipſorum tutoribus inter ea fuerint reuocati, atque illi de-
clarauerint voluntatem ſuam nolle ſe, ſcilicet iſtorum in-
ſtitorum opera amplius vti latius, vt per eum quem con-
ſulas. Addo *Ang.Aret.in §.ſi igitur, num.*9.*eod.tit.inſtit.*
Quod cum eo, & *Marantam d.diſtinct.*22.*numer.*14. vbi
pulchrè.
28 Ampliatur tertio, hoc adeo verum eſſe, videlicet inſti-
torem, qui accepit pecuniam mutuam ex cauſa, ad quam
fuit deputatus, obligare dominum, vt procedat, licet pe-
cuniam illam in eum vſum non conuerterit, *tex.in l.*1.*§.*
*non autem de exercitor.et in l.fi.ff.eod.* vbi idem dicitur de
eo, qui magiſtro nauis mutuauit in ipſius nauis refectio-
nem, is enim habet eum obligatum, qui magiſtrum naui
præpoſuit, etiamſi non probet nauim refectam ea pe-
cunia: Sequitur hoc idem *Cl.Surd.dec.ſua Mantuana* 156.
*n.*1.*cum ſeq.* vbi pulchrè, & latè plura ſimilia deducendo
diſcurrit: eum conſulito.
29 Ampliatur quartò, vt detur quoque contra patrem,
pro filio tabernę, ſeu alteri negotiationi præpoſito, fideiu
bentem, *ad leg.penult.§.tabernæ, ff eod. Sequitur Cl.Soatius*
*præcitato §.n.*15.
30 Ampliatur quinto, vt dominus teneatur, etiamſi ipſe-
met inſtitor in fraudum faceret, & contraheret, quia
imputet ſibi, qui talem præpoſuit, *l.*1.*§.vt enim, ff.*
*de exercit. et leg ſed etſi pupillus, §. proſcribere, ff. de*
*inſtit.et ſequitur Bar. pręcitato conſil ſuo* 79. *numer.*3. vbi
pulchrè.
31 Confert vulgatum illud. Quod dominus tenetur de
culpa, & fraude illorum operantium, quorum opera
ipſe vtebatur, vt poſt alios tradit *Grammatic. deciſ.* 3.
*numero nono.*
32 Ampliatur ſexto, vt præponentes teneantur etiam ex
contractibus geſtis per pueros, qui mittuntur per ciuita-
tem cum caſſeta in collo cum rebus ad ornatum mulie-
rem ſpectantibus, vt vendantur.tex.eſt notabilis, in leg.
quicumque, §.ſed etiam eos ff eod.de inſtit. vbi dicit tex.
Quod etiam illi dicuntur inſtitores, qui mittuntur cir-
cumferentes per totam ciuitatem ad vendendum veſtes,
& ſic ibi eſt caſus in indiuiduo, nam ſi illi ſunt inſtitores,
ſequitur, quod eos præponens obligetur ex cotractu ge-
ſtis per eos, *d.l.*1.*in princ.ff.eodem.* Sequitur *Maranta in*
*ſuo ſpeculo, dict.diſtinct.*22.*nu.*7. *Ampliatur vltimo,* fęmina
etiam

ætiam præpoſita tabernæ, vel ſtationi, & pupillus obligent
ipſum præponentem, *leg. ſed & ſi quis*, §. 1. *& l. ſeq. ff. de*
*inſtitor*, ſequutus eſt *D. Thomas Doccius, d. conſil. ſuo 196.*
*numer. ſecundo.*

33 Limitatur axioma illud ſupra relatum varijs quoque
modis; &

Primo, vt non procedat, quando actus celebrari nomi-
ne inſtitoris tenderet ad obligandum dominum; tunc
enim inſtitor non videtur poſſe obligare ipſum domi-
num etiam cum mandato. Sic præcisè poſt *Ronchegall ac*
*Rotam Genuenſ. animaduertit Cl. Sfortia Oddus, conſil. ſuo 31.*
*num. 5. vol. 1.*

34 Coarctatur ſecundo principaliter, quando tractaretur
de negotio, ad quod inſtitor à domino, non eſſet præpo-
ſitus, & ipſum negotium non eſſet confectum nomine ip-
ſius domini: nam tunc ex eo facto dominus ipſe minimè
obligaretur text. in l. in eum, §. ſeruus pecunijs, ff. eod. de
inſtit. Sequitur poſt infinitos relatos *D. Burſat. conſ. ſuo*
*193. n. 39. in 1. Addo poſt Pariſ. Cl. Menoc. conſ. ſuo 98. n. 74,*
*& conſ ſuo 119. num. 12.*

35 Et ratio (mea ſententia) ea poteſt eſſe: quia inſtitor non
poteſt præiudicare domino, niſi in his quibus ſpecificè
ab ipſo fuit prępoſitus ad not. *in l. 1. §. non autem, ff. de inſt.*
36 *& leg. fin. ff. Quod cum eo*, & ſequitur præcisè *Rota Genuēſ.*
*deciſione ſua 12. num. 11.* & in his, quæ ipſius domini no-
mine, ad eiuſque vtilitatem adminiſtrat, vt pulchrè, tradit
inter cæteros, *Cl. Menoch. d. conſil. ſua 199. pręcitato numer.*
*12. vol. 2.* De hac eadem limitatione adeundus *Marantha*
*in ſua ſpeculo, diſtinctione 22 num. 5.* vbi pulchrè exempli-
ficat. & *Illuſtr. D. Card. Seraphinus dec. ſua 1139. n. 12.*

37 Limitatur tertiò, ſi quis præpoſuerit inſtitorem cum
aliquibus pactis (v. g. Non contrahat ſolus, ſed cum inter
uentu certæ perſonæ, & vt vendat merces non habita fide
de prætio, vel ſi habuerit fidem de pretio habeant cau-
tionem, vel pignus,) & demum non obſeruatis, conditio-
nibus, & pactis contraxerit, tunc nullo pacto ex contra-
ctu per eum inito obligatur præponens, *text. eſt notab. in*
*leg. ſed etſi pupillus*, §. *conditio, ff. de inſtit. action.* niſi
tamen fraus ipſius præponentis argui poſſet, vt ibi;
Sequitur præcisè *Marantha in ſuo ſpeculo dict. diſtinct. 22.*
*numero 15.*

38 Non ignorandum quarto principaliter, maximam eſ-
ſe differentiam in conueniendo ipſum dominum, an ex-
preſsè ipſemet inſtitos ab eodem domino fuerit conſti-
tutus: an verò tacitè, quoniam priore caſu ad obligan-
dum ipſum dominum ſufficit: ſi ipſemet inſtitor dicat ſe
mutuam pecuniam accipere pro ipſomet domino:
poſteriore vero caſu ad ipſius domini inducendam obli-
gationem quinque requiruntur copulatiuè.

39 Primo, vt inſtitor tempore mutui, dicat ſe recipere
pro negotiatione, *dict. leg. primo. §. quod ſi ab initio, ff. de*
*exercit.*

40 Secundo quod eſſet opportunum tunc accipere, ad *leg.*
*final. ff. eod.*

41 Tertio, quod mutuans ſciret eam opportunitatem, &
quod eſſet præpoſitus, & quod voluerit dominum obli-
gare, *ad leg. finalem, titulo eodem, & leg. ei qui, in*
*fine, Codic. quod cum eo.* Sequitur *Alexand. conſilio*
*penultim. numero 14. volum. ſeptimo, Natta conſil. ſuo*
*567. numero ſexto & Hippol. Riminald. conſil. ſuo 331. num.*
*9. & 10. volum. 3.*

42 Quarto, quod non mutet maiorem quantitatem pe-
cuniæ, quam exigat rei neceſſitas, alias non haberet
regreſſum contra ipſum præponentem, niſi vſque ad
dictam quantitatem neceſſariam, vt in præallegat. leg.
final.

43 Quinto, & vltimo, quod factum ſit mutuum in loco, in
quo cauſa, propter quam factum eſt mutuum, poſſit
adimpleri, *d. l. final.*

44 Et vna ex his qualitatibus deficiente, dominus ex mu-
tuo inſtitori facto non obligatur. Pulchrum eſt, & cele-
bre conſilium Alexandri, ad quod omnes in hac re con-
fugiunt, licet *Alciatus in d. l. ſi inſtitorem, num. 8. aliter ſen-*
*ſerint, in conſil. ſuo 44. num. 6. vol. 2.* iuxta cuius opinionem
iudicatum fuiſſe, tradit inter alios *Clar. Stephan. Gratian.*
45 *deciſione ſua Marchiana 178. per totam*, vbi pulcherrimè:
ſequitur poſt *Manfredum Beneuentan. in ſua praxi Indi-*
*ciorum. excellent. P. Bimius conſilio ſuo 10. numero 36.*
*cum duobus ſeqq. volum. 1.* vbi ſubdit, quod niſi probatio
hæc omnia ſimul copulata concluderet, tamquam incer-
ta, & dubia nihil iuuare poſſet, ad c. præſentia, de proba-
tionibus, & rationem adducit, quia qui dicit aliquem eſſe
46 præpoſitum alicui negotiationi, vel officio, tenetur id
probare, quia præpoſitio non præſumitur, & non ſolum,
quod fuerit prępoſitus, ſed etiam aliæ qualitates, de qui-
bus ſupra, ſunt omnes ſimul, & ſemel probandæ: Adducit
47 *Bald. in l. 1. in primo notabili, Cod. eodem.* Hoc idem poſt
plures relatos tradit idem *Bimius conſil. ſuo 216. num. 22.*
*volum. 3.* vbi ſubdit, quod vbi hæc ſupradicta deſint, ad
hoc, vt ipſemet dominus prępονens obligetur, requiritur
ſaltem quod pecunia accepta verſa ſit in vtilitatem ipſius
domini, *dict. leg. quicumque, §. non tamen, ff. eodem cum*
*concordantibus* per eum ibi deductis. Et ſequitur omnium
elegantiſſimè *Grat. dict. deciſ. 178 numero tertio cum ſeqq.*
*Addo Marantam in ſuo ſpec. dict. diſtinct. 22. numer. 6.* vbi
pulchrè.

48 His adnectendus eſt etiam *Ronchegall. in dict. l. eamdem*
*numer. 159. cum ſeqq.* vbi vltra quam quod ſubdit nonnul-
la alia cumulatiuè requiri, ad hoc vt contra ipſum præ-
ponentem agi poſſit, de quibus vide per eum; pro plenio-
ri huiuſce difficultatis, & claritate, ac intelligentia, duos
caſus proponendo, videlicet quando agitur de ijs, quæ
pertinent ad negotiationem eam, cui aliquis eſt præpoſi-
tus, abſque eo quod agatur de pecunia mutuo recipienda
vel quando quæritur de ipſa mutui receptione, in hocque
ſecundo tres alios ſubdiſtinguendo', circaque eos latiſſi-
mè verſando: totam hanc materiam pertractat, comple-
ctitur eumdem conſulas, non enim mihi aliena vſurpare
& ex ſcriptis abſque lectoris vtilitate, ſcripta conficere
vllo pacto conſtitui.

49 Sed pulchra hoc ſuboritur dubitatio, & talis eſt. Finge
aliquem puta Meuium à pluribus mercatoribus alicui ne
gotiationi in inſtitorem præpoſitum fuiſſe dubium eſt,
vtrum illi omnes præponentes pariter obligentur ex il-
lius facto, ſic vt inſolidom quaſi rei debendi plures, vel
omnes conudniri, queant.

50 In huiuſmodi difficultate rem paucis perſtringendo,
conclude præpopnentes ſingulos ex facto eorum inſtito-
ris, ſine præpoſiti inſolidum obligari, & inſolidum poſſe
conueniri.

51 Text. (mea quidem ſententia) eſt apertus *in leg. primo*
*§. finali, iuncta gl. ff. de exercitor. et in leg habebat, §.*
*ſi duo, ff. de inſtit. Sequitur Marantha dict. diſtinct. 22.*
*numero 10.*

52 Rationem quoque deducit *Gatius Iuriſconſultus in leg.*
*ne plures, ff. eod. de exercit. ſub illis verbis* (Nè in
plures aduerſarius diſtinguatur, qui cum vno contra-
xit.) Qui enim cum vno contrahit, non debet con-
tra plures compelli agere. *Gloſ. plura iura deducens. in*
*in dict. leg. §. final. in verbo in ſolipum, ff. eodem de*
*exercitoria.*

53 Eſt bene verum, quod ſolutione vnius omnium peri-
mitur obligatio. Sic præcisè poſt *Bart. Bald.* ac alios plu-
res relatos docuit *Ronchegal. in dict. leg. eamdem, numero*
*164. ſequutus eſt* præcisè poſt plures quoque alios addu-
ctos *Oſaſch deciſ. ſua Pedemontana 150 numero 7.* vbi ex
Communi pariter concludit, quod quando plures exer-
54 cent vnam mercantiam miniſterio vnius, quilibet inſoli-

dum obligatur; ſubdit tamen quemlibet obligari inſolidum non pro toto debito, ſed pro quantitate, quam habet in ſocietate, & atteſtatur Senatum ita cenſuiſſe. De hac autem materia videndus in ſimili *D.Hector Felicius, de ſocietate, c.30. per tot.* vbi pulchrè.

55 An autem ipſimet præponentes, ſi plures fuerint obligati intelligantur erga eum, qui cum eorum inſtitore contraxit, vti rei plures debendi: adeò, vt omnia iura, quę de reis loquuntur, ijs rectè accommodentur, necnè in pręſentiarum non diſcutio, ſed adeundus *Roncheg. in dict. leg. eamdem, n.165. & 166.*

56 Altera ſecundo loco non minus pulchra, quam difficilis ſuccedit hic dubitatio, & eſt, Vtrum ipſemet Inſtitor, ſeu præpoſitus ex eo facto, cui præfuit, præter præponentem obligatus intelligatur, conuenirique eius rei nomine poſſit ab illis, qui cum ipſo contraxere?

Articulus ſanè eſt dubius, & diſputabilis, ideò exactiſſimè diſcutiendus.

57 Pro affirmatiua vrgat infraſcripta, & Primò *text. apertus in leg. primo §. eſt autem nobis, ff. de exercitor. vbi Vulpian. ita loquitur:* (eſt autem nobis electio, vtrum exercitorem, an Magiſtrum conuenire velimus.) Quid. clarius? Hic obiter nota, pro terminorum cognitione, quod exercitor eſt ille, ad quem quotidia-
58 nus quæſtus nauis pertinet, §. *eadem ratione, Inſtit.* quod cum eo.

59 Magiſter vero eſt ille, quem exercitur naui præpoſuit, & cui curam nauis demandauit, *leg.1. §. magiſtrum, ff. de exercitor. & ſequitur Clariſs. Soatius in dict. §. ſi igitur, numero ſeptimo.*

60 Secundo pro hac parte ſuffragari, videtur admodum *text. in l. ſi quis mancipijs, §.1. ff. de inſtit.* vbi Paulus Iuriſconſultus ita loquitur: (Si ſeruum Titij inſtitorem habueris, vel tecum ex hoc edicto, vel cum Titio ex inferioribus edictis) ſcilicet de peculio quod iuſſu, & de in rem verſo, prout explicat ibi gloſ. in verbo ex inferioribus, agere potero: Ecce quod tàm ipſemet inſtitor, quam ipſius dominus ex contractu cum ipſomet inſtituto initio efficaciter obligatur.

61 Tertio vrgere videtur *textu in l. ſolutum, §. per liberam, ff. de pignorat. action.* vbi dicitur, quod pignoratitia actio datur contra ipſum procuratorem, cui data fuerunt pignora, non autem contra dominum, pro quo ipſe recipit & ſic patet ex eo text. inſtitorem, ſeu procuratorem obligari.

62 Ad idem deducitur textus *in leg. ſeruum filij, ff. mandati.* vbi procurator obligatur ex ſolo contractu veditionis celebrato procuratorio nomine poſito quod aliter ſe non aſtrinxerit, nec aliquam promiſſionem fecerit.

63 Solent etiam deduci iura *in l. licet §. poſſumus, ff. Nautę Caupones, & Stabul. & in l. ſed etſi pupillus, §. fin. ff. eod. de Inſtit.* Ea per te videas.

64 Conſidera etiam *tex. in leg.1. ff. de Inſtit. ſub illis verbis.* (ipſum tamen inſtitorem, vel dominum eius conuenire poterit.

65 Et huic ſententiæ adhæſerunt infiniti: *Bart. videlicet in d.l. final. ff. eod. de inſtit. & in d.l. eamdem, num.7. in fin. ff. de duob. reis, videndus idem ſub num.11.* vbi docet quemlibet eorum inſolidum obligari, non tamen dici poſſe eos eſſe duos reos debendi ſed, vnum, dominum ſcilicet principaliter teneri, alterum vero inſtitorem, ſcilicet acceſſoriè, ac propterea eoſdem ęquiparant principali ac fideiſſori, Hoc idem tradit, & ſequitur ipſemet *Bart. conſ. ſuo 79. num.2.* idem concludit *P. de Caſtr. conſ. ſuo 20. in 1. dubio vol.2. Ang. Aret. in d. §. ſi igitur, num.8. Petrus Peckius, in d.l.1. præcitato §. eſt autem nobis, num.4.* ac plures alij: Sic quoque tenuit *Rota Romana in vna Portugallenſ. pecuniaria coram D. Capiſucio die 22. Iunij 1552. teſte Verral, deciſ. ſua 94. p.2.* Pro contraria autem opinione conſiderari ſolent infraſcripta; &

66 Primo textus *in l. final. ff. eod. de inſtit.* vbi talis proponitur facti ſpecies. Præpoſui libertum meum menſæ nummulariæ, miſit libertus iſte Titio litteras, quibus ſignificauit ei, quod apud menſam habet centum, & ad certum tempus nunciauit ei debere dubitatur ibi, an vigore illius epiſtolæ libertus ille conueniri poſſet? & reſponſum fuit ſceuola Iuriſconſulto pro negatiua, ecce text. apertus inſtitorem non obligari.

67 Secundo principaliter conſiderari ſolet, ideò inſtitorem alicuius negotiationis ex contractu per eum cum aliquo inito non obligari, ſed ipſius dominum dumtaxat conueniendum eſſe, quis is, qui contulit, fidem ipſius domini ſolummodo ſequi videtur, vt dicit *text. in §. ſi igitur Inſtitoria.* Quod cum eo, & ſupra deduximus, ergo. Adde imputandum eſſe contrahenti, ſi non fuerit ſcrutatus con-
68 ditione illius, cum quo contrahit, *ad l. qui cum alio, de regul. iur. cum concord.*

69 Suffragatur tertio talis ratio: Nemini dubium eſt aduerſus præponentem duplici via directa, ſcilicet, ac vtili prouiſum eſſe illi, qui cum illius inſtitore contraxit, vt notatur *in d. §. ſi igitur, & in §. finali. inſtit. eod. tit.* Quod cum eo, & *in l. ſi inſtitorem, ff. ſi certum petat.* De actione verò danda eius rei nomine aduerſus inſtitorem nullum verbum, ergo conſequentia deudcitur clara, inſtitorem non obligari: ſic pręcisè arguit *Ronchegal. in d.l. eamdem, numer.175.*

70 Accedit quarto loco, nam ſi alter concluderetur, euenire facile poſſet, illud inſtitoris officium poſſet alicui eſſe damnoſum, domino non ſoluente, aduerſus regulam, leg. ſi quis ex ſignatoribus ff. quemadmod. teſtamenta aperiantur. Quamobre eſt inſpicienda intentio contrahentium *iuxta leg. non omnis, ff. ſi certum petat.* arbitrandumque id non eſſe actum ab inſtitore, vt ipſe obligetur, ita vt de ſuo teneatur, maximè quia ęquum eſt obligari ei ſolummodò, qui lucrum ex ea re eſt conſequutus, *d.l.1. in princ. de Inſtit.* Sic eleganter inter alios diſcurrit idem *Roncheg. præcitato n.175.*

71 Et hanc poſteriorem ſententiam veriorem eſſe, ac eam vti receptiorem amplectendam dijudico, eam enim ſequuti ſunt quoque inter alios *D. Ronchegall. in d.l. eamdē d. num. 175. cum ſeqq.* vbi etiam quæcumque ex aduerſo obiecta fuere, & in contrarium excogitari poſſunt, acutiſſimæ reſoluit: ipſum conſulas, *M. Anton. Natt. poſt plures relatos conſil. ſuo 641. in primis numeris, Decius in l. inſtitorem, num.5. ff. ſi certum petatur,* vbi poſt *Ang. in d. leg. eamdem de duobus reis ſubdit.* Quod inſtitores, licet in mille litteris ſcribant ſe debitores, non propterea poterunt conueniri, qui videntur ſcribere inſtitorio nomine, id quod etiam repetit in conſil. ſuo 520. ac plures alij, addo Straccham de aſſecurat. num.78. *P. Heigium in §. eadem ratione, numer.16. Inſtit.* Quod cum eo, & *D. Antonium Heringium Oldemburg. in ſuo celebri tract. de fideiuſſorib. c. 27. part.1. num.136. & 137.* vbi pulchrè, & hanc eamdem opinionem Curiam Pariſienſem die 2. Iunij, anno 1551. pronunciando comprobaſſe teſtatur *P. Ceſtald. libr.14. Pandectarum ſuorum aduerſariorum part.3. tit. de exercit. action.1. §. eſt autem; Addo Matthiam Colerum. deciſ. ſua 248. lib.1.*

72 Vides ex his lector beneuole difficultatem iſtam pro vtraque parte ſolidiſſimis tum rationibus, tum pluribus ſcribetium authoritatibus communiri poſſe.

73 Ego, (vt hac in re meam quidem primā ſententiam) arbitror multos extare caſus, in quibus ipſemet dominus præponens ex facto ſui inſtitoris dumtaxat obligetur, ac multos etiam, in quibus idemmet inſtitor conueniri poſ-
74 ſit; eos autem omnes reſpectu vtriuſque partis adeo do-

ctè, &

ctè,& eleganter coaceruat,ac deducit *D.Socin.ſenior. conſilio ſuo* 154.*per totum volum.* 2. vt vniuſcuiuſque alterius opera proculdubio ſuperuacanea videatur, ipſum igitur lector conſulat: adeas quoque *Alciatum in dict.leg.ſi inſtitorem,numero* 10.*vſque in finem,* vbi eoſdemmet caſus repetit,atque proſequitur. Quemadmodum facit etiam *Illuſtriſs.Cardinal.Tuſch.d.concluſ.*224.*num.*12.*cum infinitis ſequent.*

75 Nota tamen duos ex illis rectè impugnari per *Decium, in d.l.ſi inſtitorem, num.*5.*& 6.* quem ſequitur etiam *Roncheg.in d.l.eamdem,num.*173.*&* 174.*& Alciat. in præcit. leg.in fin.* ad ipſos eumdem lectorem remitto. Sat enim mihi circa hoc loco tetigiſſe.

76 Præſciendum quinto principaliter, expreſsè requiri, quod ipſemet inſtitor,qui præpoſitus eſt,ſit maior vigintiquinque annis,vel ſi pupillus, aut minor, vt cum authoritate tutoris,vel curatoris præficiatur,*leg.verum, & leg. quicumque,§.final.ff. de inſtit.ſequitur de excellentiſs. Soatius d. n.*13.

77 Non ignorandum ſexto hanc actionem, quæ ipſi contrahenti cum inſtitore,ſeu hæredibus eius competit contra dominum, qui præpoſuit *ad leg. nouiſſimè, ff. eod.* dari primò ad id,quod ex contractu, vel quaſi cum inſtitore inito,debetur inſolidum,*ad leg.ex contract.C.eod.* item ad reddendam pecuniam eius negotij cauſa depoſitam, quod per inſtitorem exercebatur, *ad leg. Inſtit. Cod. eod & ſequitur Excellentiſs.D.meus Soatius præcitato* §. *ſi quis Iuſſu, num.*16.

78 Obſeruandum ſeptimò principaliter pro complemento illius materiæ, nam ſi inſtitor, vel præpoſitus delinquat circa munus ei,iniunctum, illud quidem imputatur domino præponenti, ita vt damnum pecuniarum reſarcire teneatur,*arg.l.*1.*§.familiæ de Publican.& l.*1.*in princ. & §.*1.*Titul. Nautæ, Caupones, & Stabular. cum concordantibus,* & vbi quidpiam eius rei nomine dominus ſol-
79 uit, habet regreſſum poſtea aduerſus miniſtrum, qui eum conſeruet indemnem,vt per *Innocent.in cap.*1.*in fin. vt lit.conteſt.Sequitur D.Ronchegall.in d. leg. eamdem, numero* 183.*cum duobus ſequentibus,* vbi latè de hoc notabili diſcurrit:ſequi videtur quoque *P.Bimius conſ.ſuo* 10.*num.*15.*&* 52.*vol.*1.

80 Notandum eſt tamen contrarium ac in re plurimis placuiſſe, dominum videlicet ex delicto ſui inſtitoris, ſeu præpoſiti minimè teneri,nec minus conueniri poſſe,mouentur ex notatis in *leg. colem, § dominus,& leg.fin.§.ſed Marcus,ff.de publicanis, iuncta l. ex maleficio, §. ſi quis abſentis, ff. de actionibus, & obligationibus, cum ſimilibus.*

81 Addunt quod dominus mandans ſua negotia inſtitori, non cenſetur mandare, vt circa illa committat dolum, fraudem,ſeu delictum,*iuxta leg.creditori, §. Lucius,in fine, ff.mandati cum concordantibus.*

82 Confirmatur tertio iſthæc opinio ex eo,quod in generali mandato numquam intelligitur data facultas procuratori,vt ex ſuo facto, vel delicto faciat dominum incidere in pœnam,niſi expreſsè id fuerit dictum,*l.*3.*§.procurator,& ibi gloſ.ff.*quod quiſque iuris,*Bart. & alij communiter, in leg.iubemus,Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Franc. Turzar. qui communem dicit in ſuis Communibus opinionibus cap.*66.

83 Accedit quartò generalis illa Regula, quod vnus pro facto alterius regulariter minimè tenetur, cum pœna ſequi debeat criminis authores *leg.ſancimus, C. de penis, & noxa caput ſequitur. §.omnes inſtit. de Noxalibus action.& leg.crimen,ff. de pœnis.*

84 Et ideò ſcribunt omnes,legem illam ſiue communem, ſiue municipalem eſſe odioſam, & rigoris plenam, quam alter pro alterius delicto punitur, ita eleganter poſt *Baldum, Socinum ſeniorem, Decium, ac alios Clariſs. Menoch. conſ.ſuo* 53. *num.*9.*&* 10. *vol.* 1. pulchrè de hoc eodem axiomatæ Monarcha Iuris prudentum *D. Farinacc.de delictis,& penis q.*14.*n.*1.

85 Et hanc ſententiam in præciſis terminis inſtitorum,ſequuti ſunt inter alios duo Cl. viri, ac numquam ſatis laudati,*Laur.à Pin.conſ. ſuo* 151.*per totum, & Vincent.Honded.conſil.ſuo* 96.*num.*18.*cum ſeq. vol.*2.

86 Ego in tanto opinionum anfractu arbitror pro ipſis opinionibus ſedandis ita diſtingui poſſe.

87 Aut ipſemet inſtitor, ſiue præpoſitus deliquit ſciente, vel mandante domino, aut eo ignorante, ſeu abſente, ſi primo,nemini dubium eſt,eum ex delicto ipſiuſmet præpoſiti teneri, ſecus ſi ſecundo, iſthæc aut diſtinctio clarè comprobatur ex *text.in d.l.eotem,§.dominus,& in d. l. fin. §.ſed & Marcus de Publican.* & ſic inter cæteros animaduertit *Caſtr.in l.*1.*§.quod nouiſſimè,ff.eod. de Publicanis, & tetigit Ronchegall.in d.l.eamdem, num.* 184. *verſ. Quod intelligas.*

88 Nota tamen, quod in dubio intelligetur deliquiſſe ipſomet domino ignorante: præſumptio eſt enim dominum cenſeri ignorare, quæ à ſeruo ſuo geruntur, pulchrè *Clariſs.Menoch. libr.*2.*præſumpt.* 27.*numero* 4. *&* 5. vbi ſubdit idem iuris eſſe, & in homine liberos, is enim nec etiam præſumitur deliquiſſe voluntate, & conſenſu ſui patroni.

Alio modo ſcundo loco pro conciliatione diſtingui poteſt. Aut ipſemet inſtitor deliquit extra officium, in
89 quo à domino deputatus eſt,& tunc pro eius delicto dominus minimè tenetur;Aut vero deliquit circa officium,
90 in quo à domino deputatus eſt, & tunc pro eius delicto eumdem teneri certi iuris eſt;ſic in ſimili de famulo,an,& quando pro eo dominus teneatur, diſtinguendo docuit *Clar.Farinacc.d.q* 24.*num.*49.*&* 50. vbi infinitos propemodum dedncit; Conferunt etiam ſcripta per *Pinum, d. conſ.*151.*n.*4.Hanc diſtinctionem in his præciſis terminis loquendo de inſtitore,ſequutus eſt *Steph.Gratian.dec.ſua Marchiana* 36.*n.*18.*&* 19.

91 Alij tertio loco ſic diſtinguendum autumarunt; Aut ipſemet dominus præponens poteſt accuſari de culpa malæ electionis, quod ſcilicet elegerit in inſtitorem hominem non idoneum, & quem quilibet diligens paterfamilias non prepoſuiſſet,& ſic ex eius delicto proculdubio tenetur, imputandum enim ſibi, cui talem præpoſuerit.

92 Aut vero de tali electione minimè redargui poteſt, & tunc ſecus,ſic præciſè *Doct.omnes in d.§.quod nouiſſimè,& in ſpecie P. de Caſtro.*

93 Quarto loco cogitabam, ſi ita etiam diſtingui poſſet pro ſupradictarum contrarium opinionum conciliatione.

Aut dominus præponens ex delicto ſui inſtitoris aliquid commodi percepit,aut non;ſi primò ſine dubio ex eius delicto tenetur,ac conueniri poteſt:ſecus ſi ſecundo, ſic in ſimili delicto commiſſo à ſeruo, diſtinguendo docuit *Menoch.d. conſil.*53. *num.*15.

His breuitate maiori, qua potuimus tum ad clariorem huiuſce materiæ intelligentiam, tum ad faciliorem tyronum cognitionem ſic præmiſſis, reliquum modo eſt,vt ad id,quod inſtituti noſtri eſt, particulariter deueniamus.

94 Ambigitur itaque hic congruo loco, an libro rationum inſtitoris plena fides contra dominum adhibeatur.

95 Hic obiter nota inſtitores, ſiue adminiſtratores teneri librum,& ſeparatum, & rationes ſeparatas conſcribere, prout eleganter docuit inter alios *Clar.Decian. conſil. ſuo* 11.*num.* 50.*in* 1. qui quidem libri ab ipſis edendi ſunt,ac reſtituendi mortuis ipſis mercatoribus præponentibus eorum hæredibus,vt poſt alios clarè firmauit *Guid. Papa ſingul.ſuo* 500.

97 Cui

97 Cui quidem difficultati ſatisfaciendo, conclude breuiter pro affirmatiua, ſtante minimè approbatione ipſius domini præponentis, & dummodò ipſemet inſtitor faciat, id quod de iure, vel ex conſuetudine facere tenetur, & ſcribat veriſimilia, & manu propria, ſic poſt *Crauett. de antiquit.temp.in dict.verſ.limitatur 4.num.30.& 31. D. Ioſeph. Ludou.concluſ.ſua 29.pag.27.colum.prima verſicul. amplia 17.*

98 Sic etiam, quod magis eſt, ſimplex ſcriptura priuata ipſiuſmet inſtitoris, probat contra eumdemmet præponentem, *Rota Genuenſ.pulchrè deciſ.ſua 186.num.4.* Et hæc ſufficiant.

Quædam Notabilia in hac eadem inſtitorum materia non ſpernendæ deducuntur.

Actio inſtitoria an ſine ceſſione domino competat? vide *Franciſc.Marc.q.ſua 9.vol.1.*

Quę requirantur, vt ex contractu ipſius inſtitoris agere poſſit? vide eumdem q.469.

An inſtitores ex contractu tempore præpoſitionis celebrato, poſt finitum illud officium, rectè conueniri poſſint maxima eſt controuerſia. Videndus *Hieron. Teuther.vol.1. ſuarum iuris diſputation. diſputat.24. theſi 7.in fin.& in commentarijs ad Pandectas, ad titulum de Inſtit. act.pag.mihi 924.Adeund.quoque Caball.Milleloq.ſuo 235. per totum,p.1. Addo Bart.ante omnes in leg.41.numer.6.ff. ſi cert. petatur.*

Inſtitor dicitur habere generale mandatum ad omnia faciendum, quę tangunt ipſum negotium cui propoſitus eſt, *Decian.conſ.29.n.11.vol.1.*

Inſtitor non differt à famulo quoad periculum rei ſibi ſubtractæ, idem *Decian.d.conſ.n.12.*

Inſtitoris confeſſio probat contra dominum, *Cæphal. conſ.603.n.54.*

Socium, vel inſtitorem, vel negotiationi præpoſitum, qui aliquem dicit probare legitimè debet *Bimius conſil. 216.n.9.& n.77.in 3.*

De conditione inſtitoris non curatur, quoniam ſi minus idoneus fuerit, ſibi tribuere, & imputare debet, qui eum præpoſuerit, *l.ſed, etſi quis,ff.de Inſtitor. Sequitur Bimius conſ.10.n.22.vol.1.*

Dicta in iure de inſtitoribus trahuntur hodie, ad factores, & ad quoſcumq; alios adminiſtratores, *Alba conſ. 104.num.6.*

Quando ſunt plures inſtitores, exercitores, vel ſocij vnius negotiationis, & adminiſtrationis, ſi fiat actus per vnum de voluntate aliorum perinde eſt, ac ſi cæteri omnes feciſſent, *Alba conſ.743.n.1.*

Sicut ex contractu inſtitoris poteſt dominus conueniri, ita ex contractu domini conuenietur factor, ſeu inſtitor, quod eſſe notabile, *text.eſt in l.1.§.pen.ff.de exercit.* Ex contractu vero inſtitoris non aget dominus: niſi actione ceſſa, vel in ſubſidium, puta ſi factor aufugiſſet, aliter ſoluendo non eſſet *text.in leg.primo ff.de inſtit.* Ita docet *Angel.in leg. cum te in Gallia, numer.fin.Codic.ſi cert.petat. Sequitur Iaſ. in leg.fin. Inſtit.in fin.ff. eodem ſi cert. petat.*

Præpoſiti alicui negotiationi, eo ipſo quod fugerint, ſeu decoxerint, cenſentur reuocati. *Benuenut. Straccha de Decoctorib.par.3.n.51.*

Inſtitorem alicui apothecæ præpoſitum volens reuocare editum ante illam apothecam publicè præponere debet, vt nemo cum illo contrahat, *Maranta, in ſuo ſpeculo, in 6.par.in verſ.citatio, n.90.vide Bar.in l.vnica, nu.9.C.de ſatiſdation.* Et hęc ſatis.

Latius de materia vide penes *Sebaſtian. Horumold.in ſuo Repert.ſententiarum, in verſ.Inſtitor. Oinotomum Inſt. tit.Quod cum eo, §.Inſtitoria, per totum*, vbi latiſſimè *Bertach. in ſuo Repertorio, in verſ. inſtitor. Maranthan in ſuo ſpeculo part.quarta Iudiciorum, diſtinctione 22. ferè per totam. Stephan. Daoyz.in ſuo Iuris ciuil. ſeptimo tom. in verſic. Inſtitor. vbi pulchrè. Indicem Tractatuum in verſic. Inſtitures, & Ariſmin. Tepatum libro ſecundo ſententiarum iuris, titul. de Inſtitoria*, vbi omnium elegantiſſimè.

Adeundi ſunt quoque compilatores Deciſionum *Rotæ Genuenſ. in pluribus Deciſionibus*, ſed præcipuè in 14. ibi enim de hac materia latiſſimè diſſeritur.

---

## De libris Rationum alicuius ſocietatis.

SVMMARIVM.

1 *Liber rationum ſocietatis plene inter ipſos ſocios probat, & tàm pro ſcribentè, quàm contra eum.*
2 *Ratio.*
3 *Quod non ſolum procedit in paruis ſummis: ſed etiam in magnis.*
4 *Ratio.*
5 *Amplia, quando liber iſte fuit indifferentem ſcriptus ab omnibus ſocijs.*
6 *Item licet fuerit dumtaxat cum ſcriptus ab vno ex ſocijs, qui tamen ſcribere conſueuerit.*
7 *Ratio.*
8 *Mandatum præſumitur ex ſcientia, & patientia.*
9 *Liber rationum ſocietatis non probat inter ſocios, cum non continet veriſimilia.*
10 *Quæ ſint veriſimilia iudicis arbitrio relinquitur.*
11 *Item non probat quando complecteretur dumtaxat data ſcribentem ſocium, & non ab eo recepta.*
12 *Ratio.*
13 *Quæ parcellæ dicantur connexè, vide Menoch.*
14 *Liber rationum ſocietatis pariter non probat inter ſocios, quando alterius manu, quàm vnus ex ſocijs ſcriptus eſſet, etiamſi is, qui ſcripſit, ab altero ſociorum adhibitus fuiſſet adſcribendum altero tamen non mandante.*
15. *Ratio, & nu.16.*
17 *Liber ipſius ſocietatis non creditur ad fauorem ſocij, qui ſolus in libro ſcripſit, vbi ſcriptum non eſt veriſimile.*
18 *Liber ſocietatis conſcriptus ab inſtitore, ab omnibus ſocijs approbata, & illi muneri expreſsè delegato, probat inter ſocios.*
19 *Non probat autem, ſi in ipſo conſcriberentur alia quam attinentia ad illam negotiationem, de qua agitur, & de qua contracta fuit ſocietas.*
20 *Liber ſociorum adhoc vt probet, non debet continere lituras cancellationes, lacerationes, & ſimilia.*
21 *Debet benè continere diem, menſem, & annum.*
22 *Socius tenetur alteri ſocio exhibere librum ipſius ſocietatis.*
23 *Quinimò, ſi non exhibeat requiſitus, amittit cauſam. Ratio ibid.*
24 *Et non ſolum amittit cauſam, ſed exequutione contra eum poteſt etiam in litem.*
25 *Videndus Bimius conſil.ſuo 182. in ſecundo, vbi latè de hac materia.*
26 *Intitulationi, & inſcriptioni libri ſocietatis ſtandum eſt, ex ea enim tacita ſcribentis intentio colligitur, ibidem.*

27 *Si libri rationum ſocietatis communi nomine inſcripti ſint ex tali intitulatione poteſt argui extare ſocietatem communem.*

28 *Si ſocius habeat aliquid ſcriptum contra ſe in ſuo negotiationis libro,& diſputatio non ſit cum ſocio, ſed cum tertio, ad cuius fauorem ſcriptum legitur,ex illo eodem libro probatio oritur ad fauorem illius tertij contra ipſummet ſocium librum penes ſe habentem.*

29 *Ratio,& n.30.*

31 *De materia huius capitis, videndus Dom.Hector Felicius in ſuo tractat.de Societate per totum, & præcipuè, capitul. 38.*

De Fide, & probatione Libri rationum ſocietatis; clara,& dilucida explanatio.

REctè feciſſe videbor, ſi poſteà quam de fide, & probatione libri rationum ratione ſuæ adminiſtrationis ab aliquo concepti verba facere cæpi, hunc etiam caſum de fide libri rationum ſocietatis ſubiecero. Dubitatur igitur apud ſcribentes, an ipſimet liber rationem inter negotiationis ſocios fides ſit adhibenda. Qua in re aduertendum eſt Doct. hoc in caſu loqui, cum eorum fides de publico non eſt approbata, nam vbi aprobata eſt, ceſſat dubitatio.

1 In hac igitur difficultate regulam cum Alex. ſic ſtatuto. Librum rationum ſocietatis plenè inter ipſos probare, & tam per ſcribentem, quam contra eum: ſic eidem *Alex.conſ.ſuo 186. num.1. lib.2. motus ex l.inter chartulas, Cod.de conueniend.fiſci debitor, libro 10. & ex leg.1.ff.de duob.reis.*Sequitur in terminis poſt alios *Cl. Decian.conſil.ſuo 29.num.33.in ſecundo, Portius conſ.144.numer.10.Cæphal.conſ.678.numer.14. Bimius conſ.139. numer.9.in ſecundo, & plures alij.Addo Dom.Hæctorem. Felicium de Societate, cap.38. numer.15.* vbi plures alios concordantes deducit,& nouiſſimè *Clariſs.D.Ioſeph.de Ruſtic.ad leg.cum Auus, de Conditionibus, & demonſtrationibus, in proemio, c.2.n.26.* vbi ſubdit hoc præcipuè procedere, quando dictus liber continet veriſſimilia.

2 Et ratio quoque eſt in promptum, quia eorum perſonæ inter eos adeo approbatæ ſunt, vt vnus non valeat factum alterius improbare, & verè in hoc omnes conueniunt,quando liber ab vtroque ſociorum eſt ſcriptus,hoc eſt modo parcella vna ab vno, modo altera ab altero, vt vſu venit,ita poſt *Bal. Alex.& alios,Crauet. de antiquit.d. verſ.4.limitatur, numer.59.*quem præcisè ſequitur *Clar. vir.Dom. Menoch.de arbitr.caſu 93. numer.quarto.* His accedunt *Cæphal.dict.conſil.678. numer.14. & Fab. Turret. conſ.ſuo 100.numer.39.*in primo, vbi concordantes adducit. *Menoch.Berret.& Bertazz.conſ.ſuo criminal.224.numer.2.lib.2.* Addo poſt hæc ſcripta *Schuartzenthaler, de ſtipulat.pag.873. num.84.85.& 86. Hectorem Felicium d. cap.38.numer.19.& eruditiſs. D.Munoz.de Eſcorbar.in ſuo eleganti tract. de Ratiocin. Adniſtrat. capit.12. in primis numeris.*

3 Id quod non ſolum procedit in paruis ſummis, ſed etiam in magnis, in libro enim ipſorum ſociorum non fit hæc differentia,*Crauetta dict.loco numer.61. & Ioſeph.Ludouic.concl.ſua 29.pag.73.colum.2.verſic.amplia 19. Addo eruditiſs.Scacciam lib.2.de Iudic.cauſar.ciuilium, capit.11. numer. 182.*

4 Quandoquidem inter ipſos ſocios proceditur de bono,& æquo, & ſola facti veritate dumtaxat inſpecta,vt dixerunt *Ang.& Bald.Socc.ſen.& alios,quos refert,& ſequitur Decian.conſ.ſuo 97.n.27.lib.2.& Fab.Turret.d.conſ.ſuo 100. n.47.in 1.*

5 Ampliatur autem communis iſta Concluſio, vt præcipuè procedat, quando liber iſte communis fuit indifferenter ſcriptus ab omnibus ſocijs, hoc enim caſu à fortiori preſumitur ſcriptus de voluntate, & conſenſu omnium,& propterea inter eos plenam fidem faciet:ita poſt *Bal.Alex.Corneum, Soc.ſen.Decium, & Crauet.necnon* plures alios, docuit *Clariſs.D. Menoc.libr.3. præſumpt. 62. num.4.*

6 Ampliatur ſecundo,vt etiam procedat, licet ipſemet liber fuerit conſcriptus dumtaxat ab vno ex ſocijs, qui tamen ſcribere conſueuerit hoc enim caſu, quoniam ſcriptus præſumitur conſenſu aliorum, plenè etiam inter eoſdem probabit:ſic poſt *Alex.Crauet.& alios Menoc.dict. præſumptione 61. numer.1. cum ſeqq. & conſilio ſuo 246. numero 18.*

7 Et ratio eſt etiam in promptu; nam præſumitur, ſic mandatum ab alijs ſocijs, qui ſcienter paſſi ſunt illum ſcribere.

8 Mandatum enim præſumitur ex ſcientia,& patientia prout poſt Innocentium, & plures alios relatos docuit idem *Menoch.libr.2. præſumptione 15. in 2. declaratione.* Adde de mandato. Quod liber conficiatur, dici etiam conſtare,ſi ſocio ſi permiſſa adminiſtratio, quia permiſſa ei adminiſtratione, cenſetur ei mandatum,quod librum conficiat, cum de adminiſtratis teneatur reddere rationem, & ratio ſine libri confectione reddi non poſſit, pulchrè *Felicius d.c.38. n.79.*

9 Limitatur autem hæc eadem communis ſententia varijs modis,& primo, vt non procedat, quando hic liber non continet veriſimilia, ſic poſt Bald.in Rubrica de fide inſtrumentorum,*Crauetta d.verſ.quarto limitatur, numer. 60 idem conſ.ſuo 75.numer.23. & Clariſs. Menoch. d.caſu 92.num.5. Sequitur hoc idem Berret.poſt plures relatos conſil.ſuo 26.num.9. Maſcard.d.concluſione 976.numer.83.& 85.& nouiſſimè Beuſt.in d.l.admonendi,numer.1031. Addo Schuuartzenthaler, in præcitato ſuo tractatu de Stipulationibus,pag.874.num.187. & Dom. Felicium d.cap.38. num 32.nec non Dom. Petrum Sanz.de Diuiſione bonorum, libr. 2.cap.9.num.6.* Quæ autem ſint veriſimilia, iudicis arbi-
10 trio, conſiderata cauſa qualitate perſonarum, & ſociorum, & conſiderata quantitate bonorum relinquendum exiſtimo.*Ripa in l.admonendi,numer. 129.Tiraq.in l.ſi vnquam,in præfatione,nu.51.C.de reuocandis donationibus, & Crau.d.conſ.75.n.23.Addo Scacciam d.c.11.nu.294.& Felicium d.c.38.n.33.*

11 Declaratur ſecundo loco, memoratam concluſionem minimè procedere, quando ipſemet liber complecteretur dumtaxat data per ſcribentem ſocium, & non accepta ab eo, atque ita non eſſet liber rationum in forma dati,& accepti.Sic præcisè poſt *Bal.Iaſ.Purpur.et alios D. Men.d.caſu 92. num.6.* vbi etiam ſubdit,librum rationum malè confectum probare ſolumodo contra ſcribentem non autem pro ſcribente.

12 Hic enim ſocius, qui vult iuuari contra ſuum conſocium libro illo, debet etiam pati in commodum eius, quod ab eo ſuſcepit ratione connexitatis rationum. Sequitur hanc eamdem declarationem*D. Maſcar. d.concluſ. ſua 976.num.86. et nouiſſimè Schuuartzenthal. de Stipulationibus, pag.874.num.88. Addo P.Sanz.d.cap.6. numero 7..n fin.*

13 Quæ aunt propriè dicantur connexæ parcellæ, videndus idem *Menoc.d.lib.2.cent.1.caſu 95.per tot.* & tradita per nos *ſup.c.de connexis.*

Hanc eamdem declarationem ſequutus eſt poſt plures alios relatos *D.Felic.d.c.38.num.34.vbi cum Bar.in l.comperimè,C.de Naucul.lib.11.ſubdit*, quod in eo ſcribi debent ea, quæ recipiuntur, & nominatim à quo recipiuntur, & ex qua cauſa, & ſimiliter cui dantur, nominatim apponendo dic, quia alias ſi non ita ſcriberentur, non poſſet cognoſci, ſi quis fraudis, & machinationis fuiſſet admiſſum,& non diceretur reddita ratio, & latius, vt per eum,quem conſulas.

14 Decla-

14 Declaratur tertio, vt locum ſibi non vendicet recepta iſta Concluſio, quando liber ipſius ſocietatis alterius manu, quam manu vnius ſociorum ſcriptus eſſet, etiamſi is, qui ſcripſit, ab altero ſociorum adhibitus fuiſſet ad ſcribendū, altero tamen non mandante. Ita *Alexan. conſ. 186. numero ſecundo in 2. ante eum Bald. conſil. 278. in tertio. Sequitur Menoch. dict. caſu, numero ſeptimo, & Schuuarzenthaler dict. pigin. 874. numero 89. & 90.* vbi latiſſimè.

15 Ratio autem eſt in promptu, quia vt ſcripturæ huius ſocij fides adhibeatur, conſtare debet, eſſe ſcripturam ab eo confecta; iuxtà regulam *leg. Diuus, ff. de milit. teſtamento.*

16 Et dum manu alterius, quam ſocij ſcribitur alter ſocius non dicitur illi conſenſiſſe, atque ita eius perſonam approbaſſe: Quapropter illius ſcriptura ei nocere non debet, quamquam prodeſſe poſſit.

17 Quinimò libro ipſius ſocietatis non creditur fauorem ſocij, qui ſolus in libro ſcripſit, vbi ſcriptum non veriſimile, ſic poſt *Bald. in Rubr. C. de fide inſtrumentor. Crau. & alios Ceph. conſ. ſuo 475. n. 3.*

18 Claudicat tamen ſupradicta limitatio, quando is liber fuiſſet conſcriptus ab inſtitore ab omnibus ſocijs approbato, & illi muneri expreſsè delegato; ſic poſt *Alexan. Caſtr. Crau. & alios pulchre Cl. Menoc. d. caſu 92. num. 9. & de præſumpt. c. 6. numer. 5.* Sequitur quoque poſt infinitos alios relatos, *Decian. conſ. ſuo 60. numer. 1. & 2. in ſecundo P. Bimius conſ. ſuo 96. num. 24. in primo, & D. Maſcard. præcitata concl. 976. numer. 94. Addo Clar. D. Munoz, de Eſcobar*, qui & ipſe omnia ſupradicta docuit, *dict. capit. 12. num. 3. & 4. & D. Petr. Sanz. de Diuiſione bonorum libr. 2. cap. 9. num. 6.* vbi ſubdit hoc in caſu ex dicto libro oriri probationem etiam in fauorem tertij, & latius, vt per eum.

19 Declaratur quarto, vt pariter minimè locum habeat, ſi in ipſomet libro comprehenderentur alia, quam attinentia ad illam negotiationem, de qua agitur, & de qua contracta fuit ſocietas, ſic poſt *Alexandrum, & Dec. Clariſs. Decian. d. conſ. ſuo 60. num. 10. in ſecundo.*

20 Limitatur quinto, quotieſcumque in ipſomet libro adeſſent litturæ, cancellationes, lacerationes remiſſiones, & alia huiuſmodi, ex quib. falſitas argui poſſet: Quia dicta falſitatis ſuſpitione ſtante, liber ipſe indiſtinctè, ac plenè minimè probaret, & maxime pro ſcribente, ſic eleganter per multa iura, ac nonnullas ſcribentium authoritates docuit in terminis *Do. Felicius in ſuo tract. de ſocietate, d. c. 38. num. 39. cum nonnullis ſeqq.* vbi etiam tradidit, cauendum eſſe à ſocio, ne librum ipſum rationum eo modo, quo fieri debet, conficere prætermittat, quia contra eum daretur iuramentum in litem, ſubdit quoque ab eodem cauendum, ne in eodem libro cum negotijs ſocietatis propria negotia ſcribat, quia ſi talis culpa in eo deprehenderetur, quod poſſet in litem contra eum pariter iurari; Nec dicat ipſe, eo modo, librum confeciſſe, prout facere ſciuit, quia non ob id excuſatus erit à congrua libri confectione, & congrua redditione rationum, & ſibi imputet, ſi ſe immiſcuit in negotijs peragendis, de quibus ignarus erat, & latius, vt per eum.

21 Coarctatur ſextò principaliter, quotieſcumq. liber ipſe & diem, & menſem, annuum minimè contineret, & ratio, quare ſupradicta apponi debeat, eſt, ne rationes ſint obſcuræ, confuſæ, & intricatæ, ſic eleganter *Felicius dicto capitulo 38. numer. 23. cum nonnullis ſequentibus.* Etſi enim in ſcriptura priuata, dies minimè requiratur ad *lege cum taberna, §. idem quæſiit*, de Pignoribus niſi tamen dies ſit de ſubſtantia: nihilominus hoc fallit in libro rationum, vt per *Alex. conſil. 70. colum. 3. libr. primo, & D. Rol. à Valle, conſ. 92. num. 14. lib. 3. Tetigimus nos ſupra libr. 1. q. 3. num. 7.* Declara tamen, vt non id deſinat probare contra ipſummet ſcribentem, licet non pro eo. *Felicius d. cap. numer. 26.*

22 Obſeruandum eſt autem (vt omnia præcipua de hac materia complectar,) quod ſocius tenetur alteri ſocio exhibere libros ipſius ſocietatis l. quædam, in principio, vbi *Bartol. Bal. Ang. & alij communiter, ff. de edend. cum alijs adductis per Nonnium conſ. ſuo 63. num. primo, & ſeqq.* qui de Communi atteſtatur, addo *Ioannem de Monteſperello, conſil. ſuo 22. numero 11. Petrum Sanz. de diuiſione bonorum libr. ſecundo dict. capit. 9. numer. 2. & Fabium Turretum conſil. ſuo 3. numer. primo in 2. & nouiſſimè D. Petrum de Caball. conſil. ſuo 123. num. 29. in 2.* vbi tradit, quod editio librorum communium ſocietatis facienda eſt inter ſocios, etiam reſpectu vnius particularis partitæ tantum. Adeund. quoque *D. Hector Felicius in tract. de ſocietate, cap. 38. num. 11.* vbi ſubdit, non ſatis eſſe ſi rationes, velit oſtendere in chartis, & folijs tenetur enim de neceſſitate conficere librum, nec ab ipſius libri confectione poteſt excuſari, aſſerendo, quod ad illum conficiendum non fuerit requiſitus, & per conſequens ad ipſius editionem obligatus eſt, videndus idem *ſub numero 41. & 42. vbi latè, & capit. ſuo 31. num. 33.* vbi ſubdit Socium ipſum ad editionem dicti libri teneri, etſi reus exiſtat, concordantes deducit *Alciatum, & Beroum.*

23 Quinimò ſi non exhibeat, requiſitus, ſuccumbit poſtea in cauſa. *Turret. poſt Socin. & Plot. dict. conſil. 3. numer. 16.*

Nec ſanè mirum. Libros enim non exhibens, quos tenetur præſumitur malam, ac iniuſtam cauſam fouere. *Aff. Pariſ. Crauet. Plot. & alij, quos refert, et ſequitur D. Menoc. de prӕſumpt. lib. 2. præſumpt. 91.*

24 Et non ſolum amittit cauſa, ſed contra eum poſtea ſuper exequtione in litē iurari poteſt. ſic poſt *Bal. Stracch. Petrum de Vbald. Plot. Nonium, et alios Turret. d. conſil. ſuo 3. n. 21. Sequitur hoc idem P. Bimius conſ. ſuo 50. numer. 112. vol. 1.*

25 Videndus idem *Bimius conſ. ſuo 182. per totum in ſecundo*, vbi, an, & quando creditor vnius ex ſocijs poſſit alterum ſocium cogere: ad exhibendum ipſius ſocietatis librum, pro eo, quod eius intereſt, & an eius amiſſio iuramento probari quæat, multaque, & complura alia de huiuſmodi libris conficiendis, & exhibendis, adeò acutè, & eleganter pertractat, vt nil proculdubio ſupperadi poſſe videatur, ad ipſum lectorem remitto.

26 Obſeruandum principaliter, ſecundo, ipſius ſocietatis librorum intitulationi, ac inſcriptioni præcisè ſtandum eſſe; ſic poſt *Bart. et Soc. Bertaz. conſ. ſuo ciuil. 19. nu. 30. et 31. in 1.* ex ea enim tacita ſcribentis intentio vtique colligitur. *Monteſperell. conſ. 38. n. 31.*

27 Hinc ſi libri ipſi rationum communi nomine inſcripti ſint, ex tali intitulatione poteſt argui extare ſocietatem communem, ſic eleganter *Marcabrun. ab Anguill. conſ. ſuo 5. n. 57. Sequitur ſunt Bart. Bald. Riminſen. Bertaz. Straccha Maſcard. Menoch. ac alij quos relulit, et ſequutus eſt Dom. Hector. Felic. in ſuo tract. de Societate c. 11. n. 19. et 20.* vbi etiam ſubdit, quod probatur ſocietas, ſi in aliqua partita libri rationum quis ſocius nominatur, & latius, vt per eum, vide omnino *D. Maſcar. relatum per Felicium concl. ſua 1315. n. 19. cum ſeq.* vbi pulchrè.

28 Notandum poſtremò Corrolarij quaſi loco, quod ſi ſocius habeat aliquid ſcriptum contra ſe in ſuo negotiationis libro, & diſputatio non ſit cum ſocio, ſed cum tertio, ad cuius fauorem ſcriptum legitur, quod ex illo eodē libro oritur ſine dubio probatio ad fauorem illius tertij contra ipſummet ſocium librum penes ſe habentem. Nec mirum ſanè.

29 Quidquid enim legitūr ſcriptum in ipſo libro, præſumitur voluntate, & conſenſu ipſius ſocij ſcriptum, ac proinde contra ipſum plenè probare debet; ſic eleganter poſt plures relatos *Clariſs. Menoch. libr. 3. præſumption. 62. numer. ſexto.*

30 Quinimo adde, quod in libro rationum alicuius ſocietatis ſcriptum eſt, de mandato omnium ſociorum ritè præſumi ſcriptum, ita *Port. conſil. ſuo* 115. *numer. ſecundo.* vbi adducit *tex. in leg. vel vniuerſorum, ff. de pign. act. cum concord.*

31 Latius de hac materia diſceptat *Felic. dict. ſuo tractat. de Societate, per tot. & præcipuè dict. capitul,* 38. vbi inter cætera de calculis, & calculatoribus poſt editionem dicti libri factam, conficiendis, & eligendis, de eorumdemque materia, pleniſſimè diſſerit, atque pertractat. eum conſulas, conſulendus quoque *Ioan. Gulielm. Guidobon. aduocatione ſua* 76. vbi nonnulla de hac materia.

De Libris Rationum, qui ab aliquo ratione ſui officij conficiuntur, ſermonem nunc habituri, de ijs prius, qui per aliquem ex officialibus de publico deputatis conſcribuntur, tractationem inſtituamus.

---

## De Libris Rationum officialis de publico deputati, elegans diſceptatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Liber rationum publici officialis, quamuis non ſit perſona publica, plenè tamen probat, & n. 2.*
3 *Et eſt veriſſima concluſio.*
4 *Ratio, & n. 5.*
6 *Idque præcipuè procedit, fuerit conſcriptus ab officialibus Principis, vel ab ipſo deputatis.*
7 *Liber officialis de publico ad ſcribendum deputati plenè probat, etiamſi agatur de fauore ipſiuſmet ſcribentis.*
8 *Comprobatur, & n 9. & 10.*
11 *Contrarium multi.*
12 *Ratio.*
13 *Concilia, & n. 14.*
15 *Opinio D. Bologetti hac in re deducitur.*
16 *Liber officialis publici probat etiamſi adeſſet ſtatutum quo caueretur, quod aliquid non poſſet probari niſi per inſtrumentum, quia poſſet adhuc probari per librum talis officialis publici.*
17 *Liber ipſius officialis non probat, cum agitur de graui crimine.*
18 *Exemplum.*
19 *Item non probat contra non ſubditum, & n. 22.*
20 *Ratio, & n. 21.*
23 *Liber prædicti officialis publici probat, ſiue ſit Notarius, ſiuè non, & n. 24.*
25 *Et magis ſtatur illius libro, quam depoſitioni teſtium contrarium aſſerentium.*
26 *Ratio, & n. 27. & 28.*
29 *Liber publici officialis, minimè creditur, quando vltra eum adeſſet proprius notarius, qui ad ſcribendum ea, quæ agerentur ab vniuerſitate deſtinatus eſſet.*
30 *Limita quod aliqualem præſumptionem.*
31 *Item ei non creditur, quando ſcriben ipſe atteſtaretur de ijs, quæ ad eius officium minimè ſpectarent. & numero 32.*
33 *Libri confecti à publicis officialibus in concernentibus dumtaxat eorum officium, plenè probant.*
34 *Declara, n. 35. & 36.*
37 *Quoddam notabile deducitur, & n. 38.*
39 *Liber publici officialis minimè probat, quando non contineret cauſam ipſius ſcriptionis.*
40 *Liber publici officialis productus à tertio, contra tertium, fidem facit, & n. 41. & 42.*
43 *Intellige, ac declara, & n. 44. & 45.*

1 Liber alicúius officialis de publico ad ſcribendum deputati, quamuis non ſit perſona publica, pleniſſimam eſſe fidem adhibendam, communi ſcribentium ſententia receptum eſt ſic præcisè docuit poſt *Bart. in leg. quædam, §. nummularios, in fine, vbi etiam Iaſ. ff. de edendo, Alex. hoc, & plures alios Dom. Crauett. in dict. verſic. limitatur quarto, de antiquit. tempor. numer* 62. *ſequitur hoc idem P. Paſeth. conſil. ſuo* 94. *numer.* 1. *Sola in Conſtitutione Sabaudiæ, tit. de Libris mercatorum gl.* 2. *numer.* 34. *Beccius omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè conſil. ſuo* 5. *numer. primo Albenſ. conſil. ſuo* 453. *numer.* 2. *Magon. deciſ. ſua Lucenſ.* 59. *num.* 2. *Maſcard. concl. ſua* 672. *num.* 9. *&* 673. *numer.* 20. *& ex recentioribus D Franc. Monald. conſ. ſuo* 24. *num.* 7. *conſil. ſuo* 88. *num.* 4. *in* 1. *& conſil. ſuo* 5. *numer.* 52. 78. *num.* 7. *&* 154. *numer.* 12. *in* 2. *Adde Bernard. Bombin. in conſil. ſuo* 60. *per totum,* vbi per hanc regulam conſuluit ſcriptos in libr. contuma-
3 cium, vel bannitorum per officiales ad hoc deputatos debere reputari tamquam contumaces, ac bannitos, ſi aliter non conſtet.

3 Et hæc eſt veriſſima concluſio, nec mirum ſanè, creditur enim quibuſcumque perſonis, hoc eſt eorum libris, quando tales perſonæ à publico ſunt approbatæ, ſic ele-
4 ganter poſt *Burſat. conſil. ſuo* 105. *numer.* 26. *Riminald. iun. conſ.* 39. *num.* 1. *& plures alios Dom. Ioſeph. Ludouic. d. concl.* 29. *pag.* 72. *col.* 3. *verſ. amplia ſexto. Addo Stephan. Grattan. deciſ. ſua Marchiana* 137. *num.* 2. *in fine, & Paſeth. conſ. ſuo* 52. *num.* 12. vbi docet in ſimili, quod libris factoris, procu-
5 ratoris, vel alterius de publico deputati, eſt plenè credendum.

6 Et iſta Communis ſententia præcipuè procedit, ſi ipſimet libri fuerint conſcripti ab officialibus Principis, vel ab ipſo deputatis, ſic præcisè poſt alios *Paſeth. conſil. ſuo* 64. *numer. primo, & prius conſil. ſuo* 52. *numero* 13. vbi docet hos libros præcipuè contra deputantem probare.

7 Ampliatur autem memorata iſta Concluſio, videlicet librum officialis de publico ad ſcribendum deputati plenam fidem facere, vt procedat etiam ſi agatur de fauore ipſiuſmet ſcribentis, ſic inter cœteros *Bar. Caſtrenſ. Alex. Iaſ. ac plures alij, relati per Maſcard. concl. ſua* 976. *numero* 35. *ſequitur P. Enriquez, nouiſs. conſ. ſuo* 56. *numer.* 2. *Addo Dom. Scacciam lib.* 2. *de iudicijs cauſarum ciuil. capitul.* 11. *numer.* 115. vbi pulchrè. Hoc idem ſequi quoque videtur *Clariſs. Menoch. de Arbitr. libr.* 2. *cent.* 1. *caſu* 91. *numer.* 15. *in fine.*

Et eſt veriſſima propoſitio, quæ hiſce etiam iuris rationibus fulcitur.

8 Primò conſideratur *text. in d. l. quædam, §. nummularios, ff. de edendo, ibi* (quarum probatio ſcriptura, codicibuſq; eorum maximè continetur, & frequentiſſimè ad fidem eorum decurritur.)

9 Secundo conſideratur, nam ſi libro alicuius priuati adminiſtratoris, & procuratoris pro ſcribente creditur, vt ſuo loco plene dictum fuit. Quanto fortius ei, qui fidem de publico conſequutus eſt? Verè maior fides adhibenda eſt illi ratione publici officij, quam alteri cuilibet pri-
10 uato, argum. *l.* 2. *Cod. de officio ciuilium iudicum,* quod in ſpecie tradit etiam poſt *Iaſ. Crauett. dict. verſic. quarto limitatur, num.* 68. quo loci aduerſus cæteros ſcribit libro ipſius publici officialis, etiam ad illius communem credendum eſſe.

11 Contrariam tamen hac in re opinionem probauit

idem

idem *Bart. Ripa, Fel.* ac multi alij relati per eumdem *Maſcard.dict.concluſ.ſua num.*34. *Addo Cephal.conſil.ſuo* 508. *num.ſecundo.*

12 In hanc autem ſententiam adducti ſunt, quoniam videmus inſtrumentis notariorum, quorum fides de publico probata eſt, fidem ad eorum commodum non præſtari, cum pro ſe inſtrumenta conficere non poſſint, *leg.de eo,leg.Diuus, ff.de falſ.& Cod.de his, qui ſibi adſcrib. in teſt.*

13 Concordari tamen poſſunt hæ diſſidentes Doctorum noſtrorum opiniones ex ſententia *Maſcard.d. concluſ.ſua* 976.*numer.*36. poſt alios ibi relatos. vt iſta poſtrema ſcribentium ſententia locum habeat contra tertium, qui non approbaſſet, & cum quo res geſta non eſſet, vel quando officialis publicum munus exercens ſcribit aliquid alienum ab eius officio, tunc enim non probat pro ſe.

14 Prima autem procedat, quando ſcribit aliquid ſpectans ad officium eius, quia tunc probat etiam pro ſe. Dominus autem *Bolognet.in l.*1. *num.*25.*C. de edend.* fuit
15 in alia opinione, arbitratus eſt enim ibi poſt plures Doctorum opiniones relatas ſemiplenam ad fauorem ipſorummet officialium ſcribentium probationem oriri, ac plenam, accedente poſtea eorum iuramento. Vide per eum.

16 Sequendo primam opinionem vti veriorem, ac Communiorem, quam etiam ſequutus eſt *D.Alben.d.conſ.*453. *num.* 6. vbi quoq; ſubdit eam maximè procedere in negotijs connexis.

Amplia, vt ea procedat, etiamſi adeſſet ſtatutum, quo caueretur quod aliquid non poſſet probari niſi per inſtrumentum, quia poſſet adhuc probari per librum talis officialis publici, ſic præciſè poſt plures relatos, idem Dominus *Maſcard.de concluſ.*976.*num.*37.*et* 38. vbi hanc veriſſimam teſtatur, quidquid dixerit Rom. ac nonnulli alij, ſequitur hoc idem *Crauet.d. verſ.quarto, numer.*83. *cum ſeq. vſque in finem*, vbi omnium latiſſimè, & *D. Ioſeph.Ludouic. dict.concluſ.ſua* 29. *par.*53. *verſic.amplia* 23. Hoc idem ſequutus eſt quoque *D. Scaccia dict. capit.* 11.*num.* 122.

17 Intellige tamen præmiſſam Concluſionem, quod liber officialis de publico deputati probat, quod procedat dumtaxat in ciuilibus, vel etiam in criminalibus, quando tamen agitur de leui crimine, ſecus ſi de graui, puta, conſtituitur quis procurator maleficiorum ab vniuerſitate. Iſte denunciator ſcribit in ſuo libro, quod talis tali die
18 egit tale quid, ex quo crimen graue naſcitur, certè tali libro in grauibus fides non adhibetur, ſic poſt *Alex.conſil.*75.*colum.pen.circa finem lib.*5. *D.Crauet.de antiquit.temp.d.verſic.limitatur quarto, numer.*75. Addo poſt hæc edita viſum Dominum *Scacciam d. cap.*11. *num.*177. vbi pulchrè.

19 Inntellige ſecundo, quod iſta Concluſio non procedat contra non ſubditum; Contra eum enim tali libro officialis plenè non creditur, ſic poſt alios *Petrus Æmil. Verral. deciſ.ſua* 155.*n.finali, parte* 2. vbi ita etiam fuiſſe reſolutum ſubiungit.

20 Nec mirum ſanè. Si enim iſte officialis electus ab vniuerſitate examinaretur in teſtem, pro ipſa contra perſonam non ſubditam, certè eo caſu non videretur teſtis idoneus, per ea, quæ habentur *in leg.in tantum*, §. *vniuerſitatis, ff.de rer.diuiſ. & in cap. nuper, extra, eod. titul.*

21 Ergo videretur abſurdum, ſi daretur fides eius ſcripturæ in ea cauſa, in qua non eſſet integer teſtis. Hanc eamdem ſententiam pluribus alijs fundamentis, ac rationibus corroborat, ac ſequitur omnium elegantiſſimè *Crauetta dicto verſiculo limitatur quarto, num.*77. *cum ſequenti*, vide per eum.

22 Addo poſt hæc ſcripta Viuium hanc eamdem opinionem inſectantem, *deciſ.ſua* 184.*numer.*5. vbi adducit poſt alios *Berret.conſil.*88.*numer.*19.*Cioff.conſil.*103. *num.*1.*& ſequenti, in primo, & Riminal.iun.conſil.*532.*numer.*10.*cum ſequenti, in quarto.* Huic eidem ſententiæ ſubſcripſit quoque *D.Scaccia, d.capit.*11. *numer.*148. qui ex ſententia *Crauet.* aliam deducit rationem, dicens ideò librum publici officialis contra non ſubditum non probare, quia eius perſona fuit approbata per totam ciuitatem, & ideò probat tantum inter ſubditos, qui approbauerunt, ſecus contra extraneos, & non ſubditos, ſubdit tamen dictum librum aliqualem fidem facere, quod an verum ſit, cogita.

23 Ampliatur ſecundo principaliter ſupradicta memorata Concluſio, vt liber officialis publica authoritate deputati fidem faciat, ſiue is ſit notarius, *Bart.in leg.iubemus*, §. *ſanè, il primo, Cod.de ſacroſanct.Eccleſ.& Ruin.conſil.*3.*numer.*9.*libro quarto*, ſiue etiam non ſit notarius, ita *Bar.in d.leg.quædam*, §.*nummularios, ad finem, ff.de edendo, & ibi*
24 *Alexand.in ſecundo notab.& Iaſ.numer.*8.*inquiunt*, quod illis datur plena fides, & Ang.addit, quod ita Communiter obſeruatur, ſequitur hoc idem *Franc.Becc.conſil.ſuo* 5. *numer. primo.*

25 Ampliatur tertiò, vt magis ſtetur his libris publicorum officialium, quam depoſitioni teſtium contrarium aſſe-
26 rentium, maximè quia probatio reſultans ex depoſitionibus eorum, non poteſt eſſe niſi generalis, & vaga, & non concludens. Probatio autem reſultans ex dictis libris eſt ſpecialis, & certa, & ſic tanto magis prævalere debet. *Innoc.& Canoniſtæ omnes cap. auditis de præſcriptionibus, Soc.Crauet.* & alij plurimi relati per *Lanarium conſilio ſuo* 43.*numer.*9. vbi ſubdit, ex alio etiam magis ſtandum eſſe dictis, libris, quam teſtibus, quia argueretur falſitas in dictis, quod non eſt dicendum, cum ſemper ſit facienda
27 interpretatio, vt falſum euitetur, adducit *Bald.in leg.iuriſgentium.* §.*quod ferè, de pactis, & in leg.Imp.colum.*2.*de*
28 *ſtatu hominum cum alijs cumulatis per Dec. conſil.*189.*nu.* 5. *col.* 2.

29 Limitatur autem eadem communis Concluſio, vt videlicet liber publici officialis plenè credatur, quando vltra eum adeſſet proprius notarius, qui ad ſcribendum ea, quæ agerentur ab vniuerſitate deſtinatus eſſet; tunc enim niſi aliter conſtaret per ſcripturam ipſius notarij, non crederetur plenè liber ipſius præpoſiti. Sic eleganter per *text.in l.*2.*C.de conuen.fiſc.debitor.lib.*11.*Gratus conſil. ſuo* 122.*n...in* 2.

30 Sublimitatur tamen iſthæc principalis limitatio, vt non procedat quo ad aliqualem præſumptionem, quæ eo caſu etiam oriretur, ſic poſt *Salicet. Iaſ. Alex. & alios D.Hippol.Rim.conſ.ſuo* 335.*n.*27.

31 Coarctatur ſecundò loco ſupradicta principalis Concluſio: nam libris ipſiuſmet officialis à publico deputati minimè fides adhiberetur, cum atteſtaretur de ijs, quæ ad eius officium minimè ſpectarent, ſic in terminis *Ioannes Andreas poſt Nicolaum de Matarel. in additionibus ad Spec. titul. de inſtrumentorum editione*, §. *nunc dicendum, in additione magna, verſic. ſin autem, ſcripſit per text. in leg.* 3. §. *hoc edito, ff. Naut. Caupon. ſtabul. ſequitur Rom.conſil.ſuo* 204. Pro diſcutienda, *col.*1. *verſic. ſed etiam ex alio*, & poſt plures alios relatos *Becc.conſil.*
32 *ſuo* 5.*num.*10. vbi ſubdit, quod authoritas, quæ competit ratione officij, non debet vltra naturam ipſius officij operari, Addo *Surd.conſil.ſuo* 151.*numer.*88. vbi poſt infinitos adductos perpendit *textum in lege ſi quis ex Argentarus*, §.*rationem, ff.de edendo*, vbi licet alias Argentarij libro credatur, tamen fallit, quando in eo ſcripſit, quæ non concernunt officium eius, ac negotiationem. Hoc idem ſequutus eſt nouiſſimè *Scaccia dict.cap.*11.*num.*123.*&* 124.

vbi ſimilibus comprobat, vt per eum.

33 Et eſt veriſſima limitatio. Libri enim confecti à publicis officialibus, in concernentibus dumtaxat eorum officium, plenè probant, lege in fraudem §. quoties, de iure fiſci, *lege quædam*, §. *nummularios*, *cum ibi notatis*, *ff. de edendo, cum ſuis concordantibus deductis per Caballin. Mill. ſuo 57. n. 1.*

34 Quod tamen intelligo in concernentibus ſolummodo munus dictorum officialium, pulchrè *Cl. Eques Do. Pereg. conſ. ſuo 92. n. 1. & 3. vol. 2.*

35 Vnde licet per libros præpoſitorum gabellis probetur ſolutio, vel non ſolutio gabellæ, non tamen plenè probatur contractus, ſi de eo principaliter agatur, vt pulchrè decidit *Alex. conſ. 36. Viſo proceſſu, colum. 1. lib. 5. Decius in cap. cum cauſam, numer. tertio. de probationibus, Socc. conſilio 28. Viſis actis, colum. 2. libr. ſecundo*, & alij plures.

36 Sic etiam in ſimili, licet liber æſtimi ſit confectus ab officialibus à publico conſtitutis, non tamen probat hũc vel illum eſſe dominum, vel poſſeſſorem, ſi hoc primo agatur inter alios, ita concludit *Bald. in l. quidam in ſuo in fine, ff. de condit. inſtit. idem Bald. Salic. Paul. & alij in l. de ſolemnibus. C. de rei vendic.* & poſt plures alios relatos *Caball. d. Mill. 57. n. 2.*

37 Hic tamen obſeruandum eſt, (& eſt pulchrum dogma,) quod licet liber gabellarij non probet ſuper re non ſpectante a eius officium, nihilominus, ſi res habeat connexitatem cum eius officio reſulta probatio etiam ſuper illa re annexa, & geſta partibus præſentibus, exemplum deduximus in *capit. ſequenti. num. 11.* diximus enim ibi, quod ſi emptor præſente venditore puta Titio, dicat tabellario, ſoluo gabellam domus emptæ à Titio, & ita ipſo præſente ſcribatur, dicitur probata emptio, tamen ad gabellarium nihil ſpectat de contractibus, ſed ſolum de ſolutionibus gabella.

38 Et ratio (mea ſententia) eſt in promptu, quia ſolutio gabellæ partibus præſentibus neceſſario præſupponit emptionem, & venditionem, ſicut acceſſorium præſupponit principale, quare ſi nominatus venditor interuenit actu poſitiuo in ſolutione gabellæ, ex iſta probatione naſcitur inſeparabiliter probatio venditionis. Sic præcisè poſt *Crauett. declarauit traditionem Alex. Socc. ac ſequacium, de qua numer. 35. Scaccia dict. cap. 11. numer. 125. & 126.*

39 Limitatur tertiò principaliter ſupradicta concluſio, quando ipſemet liber à publico officiali conſcriptus minimè contineret cauſam ipſius ſcriptionis, nã tunc minimè probaret, ſic poſt *Bar. Rom. & Alex. D. Menochium conſ. ſuo 23. n. 13. Beccium conſ. 5. numer. 8. ac plures alios D. Surd. conſ. ſuo 151. num. 87. in 2.*

Sed pulchra quo coronide huius materiæ oritur hic dubitatio, & eſt. An liber publici officialis ratione officij deſumptus, productus à tertio, contra tertium fidem faciebat?

40 In huiuſmodi difficultate *Hipp. Rim. conſ. ſuo 334. num. 26.* poſt alios ibi relatos concludit pro affirmatiua, ac exemplificat in argentario, nummulario, & publico mercatore, quinimò ſub n27. docet, quod liber illius officialis qui non tenetur ex neceſſitate officij ſui tenere librum qualem, qualem fidem inducit.

41 Eiuſdem opinionis extitit etiam *Cl. Vir, & Eques Dominus meus Peregr. conſil. ſuo 92. numer. 1. in 2.* vbi clarè docuit plenam, & hoc caſu ipſins libris fidem adhibendam eſſe, contra *Iaſon conſ ſuo 103. colum. 1. libr. 1.* qui dumtaxat eis ſemiplenè credi arbitratus eſt. Addo poſt hæc ſcripta *Dom. Burſatum conſil. ſuo 87. num. 7. & eruditiſſimum Do. Maſcard. poſt plures relatos concl. ſua 978. num. 2.* vbi poſt *Angelum dicit*, quod ita communiter obſeruatur Videndus quoque poſt hæc edita viſus *D. Scacc. d. c. 11. n. 116.* vbi pulcherrimè, & *D. Hector Felicius, alleg. ſua iuris 11. n. 38. par. 1.* Confirmatur autem iſthæc concluſio tali ratione.

42 Liber huius officialis à publico deputati probat etiam ad fauorem ipſorummet officialium ſcribentium, *Scaccia inter cęteros d. cap. 11. num. 115. & nos ſup. num. 7. cum ſeq.* ergo à fortiori debet probare ad fauorem tertij contra tertium, quia ſi non probaret pro tertio, multo minus probaret pro ſeipſo. Scimus, enim, quod teſtis admittitur in cauſa aliena, ſed non in cauſa propria, propter affectionem, & intereſſe.

43 Intellige tamen hanc Concluſionem primò procedere, quando ipſemet officialis fuit deputatus ad ſcribendum, ſecus ſi ad recipiendum tantum. Sic poſt *Iaſonem, Curtium, Crauettam, & alio idem Maſc. cit. concluſ. numero quarto.*

44 Intellige ſecundo loco, vt procedat quo ad eos, cum quibus res geſta ſit, ſecus contra tertium abſentem. Sic poſt *Alexandrum, Crauettam, Menochium, Burſatum, & alios idem Maſcard. dict. concluſ. numero quinto.*

45 Qualiter autem id intelligatur, vide quæ latiori folio ſcripſimus, *capitul. ſequenti, numero 10. cum ſeq.* ibi enim dicta hic volumus pro repetitis haberi, & hęc ſufficiant.

Videndus de hac materia *Schraderus in d. l. admonendi, num. 269.* Adeundus etiam *Clar. D. Farin. in ſuis Fragmentis criminalibus par. 1. pag. 11. tit.... numer. 137. cum ſeq.* vbi quoque an ætas probari poſſit ex libro publico officialis à publico deputati in quo natiuitates puerorum deſcribi ſolent, (prout Florentiæ, & Venetijs ſeruari tradidere Mandoſius, & Menas) omnium elegantiſſimè diſceptatur ipſum conſulas.

## De Libris Argentariorum, ſeu Nummulariorum accurata, & elegans diſceptatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Argentarius duobus modis apud Latinos Scriptores vſurpatur, & n. 3.*
2 *Alciati opinio lib. 1. Diſpunct. c. 25. deducitur, quæ tamen parum probatur P. Rebuffo.*
4 *Ars argentarij Romæ parum honeſta fuit.*
5 *Argentarius à Scæuola fuit vſurpatus pro coactore.*
6 *Quid ſit propriæ coactor ex ſententia Alciati explicat Author.*
7 *Doctrina Bolognetti de Argentariis affertur, & nu. 8.*
9 *Argentarius vnde dictus ſit, explicat Author, & numero 10. & 11.*
12 *Quid ſit collybus, itidem docet Author.*
13 *Argentarii officium fuit adinuentum iure ciuili Romanorum.*
14 *Argentarii variis nominibus appellabantur.*
15 *Argentarii, et Menſarii erant vnum, et idem ex multorum ſententia.*
16 *Contrarium ſenſere Sigonius, & Maſſinius.*
17 *Author cogitandum relinquit.*
18 *De Argentariis latiſſimè diſſerunt D. Pancirolius, & Maſſinius.*

19 *Tripli-*

19 *Tripliciter potuit contingere, vt Argentarij libro fuerit fides adhibita.*
20 *Liber Argentarij plenè credebatur etiam ad eius commodum, & pro ſe, ratio ib. & n.21.*
22 *Contrarium ſenſit Bart. Fundamentum eius.*
23 *Author non recedit à priori opinione.*
24 *Soluitur fundamentum Bartoli.*
25 *Liber Argentarij fidem faciebat pro ſe, etiam in ſummis magnis, ratio ibidem.*
26 *Contrarium Decius.*
27 *Decij opinio qualiter procedat, explicat Author ex ſententia Menochij.*
28 *Quæ ſumma ſit magna, & indiſcreta, à Iudicis arbitrio pendet.*
29 *Liber Argentarij fidem faciebat etiam pro ſe, quando continebat rationes ita connexas, quarum pars acceptari, & pars repudiari non poterat.*
30 *Liber Argentarij minimè probabat ad eius commodum in multis caſibus, de quibus, & numero 31. 32. 33. & 34.*
35 *Liber Argentarij contra eum fidem faciebat, ratio ibidem.*
36 *Liber Argentarij fidem faciebat quoque contra tertium.*
37 *Probatur, & n.38.*
39 *Declara.*
40 *Argentarius tenebatur edere libros ſuarum rationum actori ad fundandam eius intentionem, & n.45.*
41 *Rationes, et n.42. et 44*
43 *Argentarij, & nummularij an eſſent vnum, & idem videndus D. Menoch.*
46 *Argentarius tenebatur edere dictos ſuos libros non ſolum ſemel, ſed & pluries, ſi opus erat, & ex cauſa.*
47 *Secus tamen erat reſpectu perſonæ priuatæ, & numero 49.*
48 *Cauſæ, ob quas argentarius iterum edere cogebatur ſuarum rationum libros, enumerantur per Pacianum de probationibus.*
50 *Hæres argentarij tenebatur, & ipſe ederæ libros rationum defuncti.*
51 *Ratio.*
52 *Etiam ille, qui deſierat artem argentarij exercere, tenebatur edere libros rationum conſcriptarum tempore quo ipſam exercebat.*
53 *Argentarius tenebatur edere dictos libros etiam contra ſe, ſi modo mandatum de ſcribendis illis ab actore, vel eius procuratore illi factum erit.*
54 *Argentarius dolo, vel lata culpa dictos libro non edens damnabatur in id quod intererat petentis.*
55 *Argentarius quid in caſu editionis edere teneretur, colligitur ex leg. Argentaris, §. edi autem, ff. de edendo.*
56 *Argentarius an tenetur cuilibet, vel ei tantum edere, qui rationes mandauerat conſcribi? videndus Menoch.*
57 *Ad l.1.C. de edendo varij intellectus per Scribentes allati, ſed per Authorem reprobati, & nu.58. cum ſequent. vſq; ad 82. incluſiuè, & n.85.*
83 *Intellectus, quem ſequitur Author, deducitur, & numero 84.*
86 *Oritur quæſtio cum ſeruus admitti non poſſit ad publica officia, & officium Argentarij ſit publicum quomodo dicere potuerit I.C. in l. prætor ait, ff. de edendo, ſeruum poſſe Argentarij munus exercere.*
87 *Pro reſolutione videndi Fachineus, & Menoch.*
88 *Editio libri rationum ab Argentario an eſſet facienda iure actionis, an officio iudicis dubitatur.*
89 *Vtilitas huiuſce dubitationis, & n.90. & 91.*
92 *In varias Scribētes iuerunt ſententias, alij enim voluerunt, quod officio iudicis, nonnulli, vero quod iure actionis.*
93 *Fundamenta, & authoritates pro vtraq; parte deducunt Bolognettus, Alfanus, Maſſinius, & Fachineus.*
94 *Author pro vera iſtius materia intelligentia, ac declaratione, remittit lectorem ad D. Pacianum de Probationibus.*
95 *Quid lector ex Paciani ſcriptis ediſcere poterit, ſummatim deducit Author, et n.96. 97. 98 et 99.*
100 *Argentarij non tenebantur rationes quas edere gratis.*
101 *Contra argentarium cur non daretur actio mandati, quamuis mandato contrahentis rationes confeciſſet, docet Author, et videndus Pyrrus Alfanus.*
102 *Ad hoc vt Argentarius teneretur ſuis rationum libros edere, mandatum, et intereſſe debebant concurrere de quo videndi Fachineus, & Maſſinius remiſſiuè.*

## De Libris Argentariorum.

LIber rationum alicuius officialis de publico ad ſcribendum deputati, an fides, & plena ſit adhibenda, ſuperiore capite docuimus; nunc de eo, qui ab Argentario, ſeu nummulario olim conficiebatur, an ſcilicet, & ipſi plenè crederetur, hic congruo loco tractare plene conſtitui.

1 Ad faciliorem autem, ac pleniorem dicendorum intelligentiam præſciendum eſt, & primo, Argentarium inter cæteros duobus modis potiſſimum modis apud Latinos Scriptores vſurpatum, vno modo pro eo, cuius officium erat, & artificium, vaſa aurea, & argentea conſtare, qui argentarius vaſcularius appellabatur, de quo meminit, *lex finalis, ff. de actionibus, et obligationibus.*

2 Et licet ſubtilis Alciatus, libro primo, diſpuct. capitulo vigeſimoquinto, non admittat huiuſmodi argentarium, quia in dicta lege vltima, nulla fiat mentio de vaſculis, ſatis tamen eſt ad declarandam qualitatem ipſius argentarij, cum quo ibi non de vaſculis conficiendis contrahebatur, illa appellatio vaſcularij, argumento *leg. apud, §. vlt. ff. de præſcriptis verbis*. Sic in ſpecie *Petr. Rebuff. in leg. boues, pag. mihi* 550. *in fin. ff. de verbor. ſignific.*

3 Secundo autem modo Argentarius habebatur pro
priuato fęneratore, qui quæſtum olim faciebat, aut per-
mutandis pecunijs, aut fęnerandis, & erat quoque veluti
proxeneta quidam, qui pecuniam fænerari volenti-
bus opitulabatur, eamque ob cauſam pecunia apud eum
a fęneratoribus deponi ſolebat, quam alijs exinde ipſe
fęnori tradebat, & ea de re diligenter rationes conficere
tenebatur: ſic præcise poſt alios docuit eleganter *Clariſs.
Menoch. libr. ſecundo de Arbitr. cent.1. caſu 91. numer. 3.
cum ſequentibus*, ſequutus eſt etiam (poſt infinitos con-
cordantes adductos) eruditiſs. *Maſſinius, in leg. 1. num. 29.
C. de edendo, necnon D. Munoz de Eſcobar, de Ratiocinijs
adminiſtr. cap. 11. num. 1. et 2.* vbi ſubdit, quod hæc ars pa-
4 rum honeſta Romæ fuit, prout etiam ſcripſit *Claudius
Suetonius in Octauiani Cæſaris vita, cap. 23.* vbi refert Cæ-
ſari a M. Antonio obiectum fuiſſe, quod Auum argenta-
rium habuiſſet, & nos quoque infra de libris mercatorum
tetigimus, pag. 321. n. 48. licet eſſet licita, & permiſſa ad
congeſta per *Dom. Corraſium, lib. 7. Miſcellan. ſuorum, cap.*
10. & de huiuſmodi Argentarijs à nobis præcipue diſſe-
rendum eſt.

5 Non obſeruandum tamen volo (vt quæq. præcipua de hac materia complectar) Argentarium à *Scæuola Iuriſconſulto, in leg. Sticho, §. Argentarius, ff. de ſtatu liberis*, vſurpatum quoque fuiſſe pro coactore, ideſt illo, qui cogebat, & congregabat pecuniam menſæ argentarię debitam.

6 Sed rectius (mea ſententia) ſubtilis *Alciatus li-*

*bro* 1. *παρέργων.cap.* 24. ſcribit, coactores argentarios eos dici, qui dum reliquatores aliquos haberent, vel propter paupertatem, vel alia de cauſa difficiles exactu, huiuſmodi nomina per licitationem vendebant, hi enim emptores propè appellari ſolent coactores, quod & cogere ſit pecuniam corradere, & exigere, & latius vt per eum de quo etiam meminit *Rebuf.in d.l.boues*, *pag.mihi* 551. *in princ.*

7 Neque etiam hic ſilentio prætereundum cenſeo, quod hac de re docuit *Dom.Bolognettus,in d.l.n 6.C.de edendo*, vbi talia verba profert.

(Argentarij autem erant antiquitus duobus modis; nam aliquando vniuerſitas ciuitatis faciebat vnam menſam, & conſtituebant locum, in quo deberent omnes ciues, vel alij deponere pecuniam ſuam, recepturi eamdem ad ſuam voluntatem, & commoditatem, & huic menſæ preponebat perſonas approbatæ fidei, quibus committebatur, vt tenerent computa, & rationes omnium deponentium, & recipientium pecunias ſuas, & rationes eorum appellabantur publicæ propter eorum fidem à publico approbatam.

8 Secundo modo erant argentarij, qui de ſuo profitebantur ſe velle retinere menſam, & bancum, in quo omnes ciues poſſent deponere pecunias ſuas, recepturi eaſdem ad eorum voluntatem, & commoditatem in totum, vel in partem, & iſti pro faciliori exequutione impetrabant à publico, vt eorum fides approbaretur, & daretur ſibi poteſtas ſcribendi rationes ſuas, & omnium negotiantium cum eis, & fideliter promittebant conficere, & obtinebant, dicebantur autem conficere rationes publicas propter fidem publicam impetratam, & de iſtis particularibus argentarijs loquitur, *textus in leg. ſi hominem*, §. *quoties*, *ff. depoſiti*, *cum leg.ſequenti*, & *leg.ſi ventri*, §. *in bonis*, *ff. de priuilegijs creditor.* cum concordantibus per eum deductis.) *Hactenus Bolognettus.*

9 Non ignorandum ſecundo principaliter, dictum eſſe argentarium, eiuſque officium ab argento, cuius exercitio præerat. Hinc ſæpè numero apud Iuſtinianum argenti diſtractores reperiuntur appellati vt obſeruauit *Cuiatius libr.10.obſeruationum, c.14. Rebuff.in d l.boues, pagina mihi 550.verſ.nam & argentarius, & Bolognet.d.numer.6. poſt medium.*

10 Nec ſanè mirum; argenti enim appellatione (ſecun-
dum vſum communem loquendi) omne genus monetæ
cuiuſcumque materiæ intelligimus, vt pluribus docet
*Tiraq. in tractatu de vtroque retractu*, §.1.*gl.20. numero
quinto,& ſexto et Iacob. Cuiat.in dict.cap.14.* & fortè po-
tius ab argento, quam ab ære, vel auro, quia pecunia
argentea ſuperat dignitate, & prætio æs, quantitate
& vſu aurum, cuius minor erat etiam copia apud anti-
11 quos, arg §. pœna autem, Inſtit.de iniurijs, iure opti-
mo igitur argentari ab argento dicebantur, quod ar-
gentum, ideſt, nummos venderent, nummos autem
vendit, (vt inquit Cuiatius, qui pro nummis, quos
dat permutanti alios, lucelli aliquid accipit, ideſt, col-
12 lybum, nam collybus eſt, quod pro permutatione pecu-
niæ datur, vel munus, quod pro Cambio datur, vt ex Di-
uo *Hieronymo docet idem Cuiatius,d.cap.14.vbi pulchrè*,&
latè de hac voce collybus, ipſum conſulas. Adeas quoque
*Eberardum Speckan.quæſt.inferius alleganda,numer.2.cum
duobus ſeqq.*

13 Obſeruandum tertio principaliter, introductum fuiſse ipſorum argentariorum officium, de quo agitur, iure ciuili Romanorum, apud ipſos enim Romanos, (in quorum foro habebantur tabernæ conductæ, de quibus loquitur *tex. in l.qui tabernas argentarias*, *ff.de contrahenda emptione*, *prout poſt tradit ſubtilis Vaconius à Vacuna, libr. primo, declarationum iuris ciuilis declaratione* 14. *numer.quinto.*) exercuerunt ab initio Vrbis ipſi argentarij ſuum officium ob priuatum quæſtum, prout docet *Carolus Sigonius*, *libr. 2.de antiquo iure ciuium Romanorum, cap.11.*

14 Preſciendum poſtremo, argentarijs ipſis varia nomina fuiſſe indita; appellati fuerunt enim collectarij, argenti diſtractores, ſeu venditores, trapezitę argentariæ menſæ exercitores, cermatiſtæ, coactores, nummularij, ac tandem menſarij, ſeu menſolarij. Sic pulchrè docet hæc omnia *Prateius in ſuo lexico Iuris ciuilis in verbo*, *Argentariorum nomina. Sequitur Scbrad. in eodem verbo*, *in ſuo lexico. Adde Spiegelium in ſuo pariter lexico*, *in verbo*, *Argentarius*, & *Briſſonium*, *de verborum ſignificatione in verbo*, *argentarij. Adeundus quoque Eberard. Speckan.quæſtionum ſuorum centur.1.cap.68. num.* 1. & *ſecundo.*

15 Et quod argentarij, ac menſarij in ſpecie non differant ſed ſit vnum, & idem, docuit poſt Budeum, Equinarium, Baronem, *Hotomannum, Corraſium, ac alios, Clariſs.Menochius, d.Caſu* 91. *numer.6.& ſequitur Munoz de Eſcobar, d. cap.11. num.2.*

16 Nota tamen in hoc particulari contrarium placuiſſe *Carolo Sigonio, lib.2.de antiquo iure ciuium Romanorum, d. c.11.* quem nouiſſimè, ſequutus eſt *Maſſinius, in d.l.1.n.34. C. de edendo.*

17 Cogita in hoc enim, quia parum lectori vtile, haud immorandum opinor.

18 His ſic breuiter ad euidentiam præmiſſis, latiori enim folio de ipſorum materia diſſerit *Do. Camil.Borel.de Regis Catholici præſtant.capit.22.per totum*, *Clariſs. Panciról.in ſuo Theſauro variarum lectionum*, *libr.primo capit. 31.& Dom. Maſſinius*, *in dict.leg.1. a numero 29. vſque ad 46.* vbi, & qua ratione ipſi fuerint adinuenti, quale fuerit eorum officium, quotuplicis generis ſint, & quibus modis eorum officium finiretur, pleniſſimè diſcurrit quē omnino conſulas. Adeundus quoque *D. Speckan.præcitato, cap.68.per totum*, vbi nonnullos alios concordantes deducit.

Videndum modo, an plena eorumdem libris fides adhi-
beretur, quoniam autem id tripliciter contingere poſſe,
& potuiſſe compertiſſimum eſt, videlicet pro ſe, contra
19 ſe, ac pro tertio contra tertium, de ſingulis hiſce caſibus
particulariter diſſeramus.

20 Quod attinet ad primum. Regulam ſic ſtatuas. Libris argentariorum plenam fuiſſe adhibitam fidem etiam ad eorum commodum, ac pro ſe, confirmatur autem iſthæc concluſio tali ratione.

21 Libro alicuius officialis à publico ad ſcribendum deputati, pleniſſimam adhiberi fidem etiamſi agatur de fauore ipſiuſmet ſcribentis *ſup.capit.præcedenti, numer.7. cum ſequentibus* duobus validiſſimis fundamenti, quæ hic pro repetitis haberi volumus, poſt nonnullas ſcribentium authoritates quoque deductas, clarè firmauimus. Sed ipſimet argentarij à publico erant ad eorum officiū exercendum deputati, vt ex ſupradictis clarè conſtat, ergo &c. & hanc concluſionem firmauit quoque inter cæteros *Clar.Menoch.dict.caſu 91. num.11.cum ſequentibus. Addo Bal.in l.rationes,numer.3.Cod.de probationibus Bolognettum,in d.l.1.num.25. vbi prius etiam Alexand.ſub numero* 10. *C.de edendo*, vbi ſubdit hoc præcipuè verum intercedente ipſiuſmet argentarij iuramento. Addendus quoque eruditiſs. *Scaccia de iudiciis cauſarum ciuilium, lib. 2.cap.11.num.105. cum pluribus ſequentibus*, vbi pulchrè & latè, & *D. Rutger.Rulant.de Commiſſionibus, libr.quinto cap.10. num.5.*

22 Contrariæ tamen ſententię adhæſit Auriga noſter *Bar. in l.quædam, §.nummularios, n.2.ff.edendo*, motus ex eo,

quod

quod Inſtrumentis notariorum,quorum fides de publico quoque probata eſt,fides ad eorum commodum non adhibeatur, cum pro ſe inſtrumenta conficere minimè queant, *ad l.de eo,& l.diuus,ff de falſ.*

23 Sed à priori opinione vti veriori,minimè recedendum dijudico.

24 Nec obſtat fundamentum Bartoli de notario; Reſpondetur enim diſparem eſſe rationem inter ipſum, & argentarium,argentarij enim fides à publico ſic olim erat approbata, vt illi de omni peracto pecuniario negotio credendum eſſet, nam cum munus ipſius circa pecuniariam mutuationem verſaretur in eo pariter ipſius fides probatur,quare ipſius Codex accepti erat,& dati,expenſique, ſi ergo plus expenſum, quam acceptum in illo ſcriptum comperiebatur,ei fides præſtabatur,quoniam in his eius fides erat approbata, *ad l. ſi quis ex argentarijs, §.rationem,ff.de edendo*, qua lege etiam probatur, nullam ipſius argentarij rationum fuiſſe fidem, ſi quid præter eius officium geſtum foret, hoc idem in notarijs eſſe comperimus, eorum namque munus eſt in publica documenta aliorum contractus,& geſta redigere,atque in hoc ſolo eorum fides approbata eſt,non autem vt & ipſi propria negotia gerant,& ſuis rationibus concludant: quare ſi quid dubij eueniat,quod eius munus tantum reſpiciat, is ille erit, qui explicabit, vt ſcribunt omnes *in l. ſi librarius, ff. de regulis iuris*, ſecus erit autem in alijs, & ſic non officiunt. Sic eleganter *Clariſs.Menoch.d.caſu 91.n. 14.& 15.& ſequitur Bolognettus,d.num.25.verſ.nec obſtat fundamentum.*

25 Extenditur autem hæc Concluſio, vt locum etiam ſibi vendicet, licet is liber magnas ſummas continuiſſet, nec ſane mirum,quandoquidem abſolutè approbata eſt à publico ipſius argentarij fides.

26 Et licet contrarium ſentire viſus fuerit *Dec.in l.1. num. 4.de edendo*, dum libro rationum fidem adhiberi in par-
27 uis, non autem in magnis ſummis, litteris prodidit, defenditur tamen ſupradicta ampliatio per *Clar.Menoch.de caſu 91. numero 17.& 18.* dum docet opinionem Decij procedere in libro rationum illius, cuius fides à publico approbata non eſt: contrariam vero in eo, qui probatus eſt,vel ſecundo,Decium loqui, ac intelligere de ſumma magna,quæ ſit indiſcreta,& inueriſimilis,contrariam vero ſententiam procedere in ſumma magna, veriſimili tamen, vt quæ probabiliter conueniat qualitati perſonarum, & negotiationis.

28 Quæ autem ſumma magna ſit, & indiſcreta, à iudicis arbitrio pendere poſt Abbatem, *Anchar.Crauet.& alios, docuit idem Menoch.d.nu.18. in fine.*

29 Extenditur ſecundo, vt multo magis procedat, quando liber ipſiuſmet argentarij rationes ita connexas habuiſſet,quarum pars acceptari, & pars repudiari non potuiſſe, tunc enim abſque alio dicto eius libro etiam pro ſe, & in ſui commodum, plenè fuiſſe creditum teſtatur inter cœteros *Bartol.in d.§.nummularios,præcitato numero 2.*

30 Limitatur tamen hæc eadem Concluſio varijs modis.

Et primò,vt non proceſſerit, quando ipſorummet argentariorum libri ſuſpitione aliqua falſi laboraſſent,tunc enim nullo pacto ad ſui commodum ipſis credebatur, ſic poſt *Salic. & Iaſ.D. Menoch. relato caſu 91.num.20.*

31 Coarctatur ſecundo,vt minimè proceſſerit, quãdo aliqua præſumptio extitiſſet in contrarium. Exemplum eſſe poteſt, cum liber ipſe veriſimilia non continuiſſe; tunc enim nullam fidem, ac probationem faciebat. Sic poſt multos relatos docuit idem *Menoch.præcitato caſu,nu.21.*
32 vbi quoque ſubdit ſtandum eſſe iudicis arbitrio, quæ his caſibus dici poſſint veriſimilia.

33 Declaratur tertiò, vt ſupradicta concluſio minimè locum ſibi vendicarit, quando liber ipſiuſmet argentarij quid à ſuo miniſterio, ac munere diuerſum continuiſſet, quemadmodum de libro mercatoris,ac officiali de publico deputati ſuis locis dictum fuit. Sic præcisè poſt infinitos relatos,ac nonnulla ſimilia deducta, tradit idem *Menochius præcitato caſu num.22.cum duobus ſequentibus*, vbi quoque reprobat opinionem *Decij,in l.age,numer.5.C.de tranſactionibus, contrarium ſentientis.*

34 Et meritò (mea quidem ſententia) quandoquidem ipſorummet argentariorum fides, prout etiam animaduertit idem *Menoch.* in hoc officij genere probata tantum erat, eſſet enim ridiculum, ſi aliorum diuerſa negotia, & penitus aliena à munere ſuo in eorum codicibus retuliſſent,ac conſcripſiſſent.

Et hæc quoad primum caſum ex propoſitis ſufficiant.

35 Quod autem ſpectat ad ſecundum, videlicet, An liber ipſius argentarij contra ſe fides fecerit. Res pro affirmatiua difficultate caret. Scimus enim certiſſimum in iure eſſe. Librum ſemper fidem facere contra ſcribentem. Sic de libro priuati latiſſimè ſupra concluſimus de libris rationum, *numero 95. cum ſequentibus. De libro Sociorum, titulo de libris rationum alicuius ſocietatis, numero primo. De libris Mercatoris, titulo de Libris Mercatorum, quæſtione ſecunda, numero primo, cum ſequent. ac de libro Vſurarij, titul. de libris vſurarij, numero 1. cum ſequent.*

Et ne diutius lectorem beneuolum morer, mihi videtur eſſe de hoc *textus apertiſſimus, in leg.argentarius,ff. de edendo*, quo loci decīditur, argentarium teneri ad editionem libri ſuarum rationum, ergo dictus liber productus probabit de neceſſitate etiam contra ſe. Hoc idem ſequi videtur *Clar.Menoch.d. caſu 91. n.11.*

Quod verò ad vltimum attinet: ideſt An ex ipſius argentarij libro contra tertium fides oriri potuerit? Rem
36 paucis perſtringendo;Concluſio ſit affirmatiua. Probatur autem ipſamet concluſio per *textum,in d. l. Argenta-*
37 *rius*,ibi; (nec inter eſt cum ipſo argentario controuerſia ſit,an cum alio.) Præterea conſidera, quod fruſtra Præ-
38 tor coegiſſet argentarium edere etiam contra ſe, niſi illi tertio fides libri nocere potuiſſet, quod etiam ad plenam probationem intelligit *Menoch. d. caſu 91. numero præcitato 11. & 12.* Hoc idem ſequi videtur *Riminaldus iunior, conſilio ſuo 334.num.26.in tertio. Adde Bar. ante omnes, in d.l.argentarius,num.1.* vbi protulit hæc verba (Nota, quod ſcripturæ iſtorum loquendo de argentarijs,faciunt contra tertium,& pro tertio.

39 Declaratur tamen hoc non proceſſiſse contra tertium abſentem, cum quo actus aliquis geſtus non fuiſset, nam res inter alios acta alijs obeſse minimè debet. Sic præcisè coarctat ipſemet *Menochius, dicto caſu 91. nu.25. cum ſeq.* vbi id quoque poſt nonnullos concordantes deductos pluribus ſimilibus comprobat, ipſum conſulas. Conferunt quæ ſupra ſcripſimus de *libris officialium de publico deputatorum,n.38.cum ſequentib.& præcipuè n.42.* ibi videas.

Et hæc ſatis de tribus illis requiſitis, ſeu dubitationibus ſupra propoſitis.

Sed pulchræ de eadem materia excitari hic poſsunt difficultates.

40 Prima quidem eſt, An ipſemet argentarius teneatur edere libros rationum ſuarum ad fundandam intentionem alterius?

In qua quidem controuerſia reſolutio ſit affirmatiua, textus ſunt ad litteram,in *d.l.argentarius in princ. & in l. prætor ait,ff. de edendo.*

41 Rationes autem principales duæ ſunt. Prima elicitur ex *textu,in d.l.argentarius*, ibi. (Ideo autem argentarios tantum,neque alios vllos abſimiles eis,edere rationes cogit,quia officium eorum, atque miniſterium publicam habet cauſam.)

42 Et

42 Et quod ratio publici officij fuerit principalis cauſa, vt rationes, quæ in publico officio eſſent, ederentur, & propterea argentarij, quorum officium erat publicum, cogerentur ſuas rationes edere, etiamſi cum illis controuerſia verſaretur, docuit per illa duo iura eruditiſs. *Pacia-*
43 *nus de probationibus, libr.1. cap.63. numer. 93. & 94.* vbi ſubdit idem iuris extitiſſe non ſolum in ipſis, & nummularijs, ad *l. quædam, §. nummularios, ff. de edendo.* (An autem argentarij differunt reuera ab ipſis nummularijs, an vero eſſent vnum, & idem omnium elegantiſſimè diſceptatur Perilluſtriſs. Præſes *Menoch. de Arbitr. libr.2. cent.5. caſu 499. num.7.* quem conſulas) verum etiam in omnibus illis, qui officia publica exercebant, & exercent, & ibi exemplificat in Publicanis, Datiarijs, ac alijs huiuſcemodi perſonis, vt per eum, quem videas.

44 Altera ratio principalis deſumitur ex textu, *in d. l. prætor ait*, ſub illis verbis. (Nam cum ſingulorum rationes argentarij conficiant, æquum fuit id, quod mei cauſa confectum eſt, meum quodam modo inſtrumentum mihi edi.)

45 Hoc idem, quod argentarius teneretur ſuas rationes edere, per dicta iura tradidit, quoque idem *Clar. Menoch. d. caſu 499. numero quinto. Addo Zazium in leg. prima §. editiones, numero 55. de edendo, & Bernard. Greuæum, libro primo, Practicarum concluſione capitulo 106. conſideratione 1. numero 1.*

46 Extenditur autem hæc Concluſio varijs modis, & primo, vt locum habeat, etiam quando ipſemet argentarius reus conuentus ſemel ipſi actori ſuas rationes edidiſſet, nam adhuc ſi opus erat, ex cauſa iterum eas edere tenebatur, vt notatur in *leg. ſi quis ex argentarijs, §. prætor, & l.*
47 *ſequenti, ff. eodem, de edendo.* Sic præciſè *Clariſs. Menoch. præcitato caſu 499. numero 9. & 10.* vbi tamen ſubdit ſecus eſſe reſpectu perſonæ priuatæ, ipſa enim cum ſemel editionem fecerit, amplius edere non tenetur rationibus, vt per eum.

Hoc idem, quod ipſemet argentarius iterum ex cauſa proprias rationes edere cogeretur, docuit *D. Pacian. de*
48 *probationibus libro primo, cap.64. numero 53.* Cauſæ verò, quibus ipſe edere cogebatur, enumerantur, in *l. veluti cum ſequenti, ff. eodem,* & eas pleniori cornu repetit, *d. capitulo 64. ſub numero 54. cum infinitis ſequentibus,* quem conſulas.

49 De hac eadem materia videndus *Tyrrus Alfanus, in d. leg.1. numero 35. cum duobus ſequentibus, Cod. de edendo,* vbi pulcherrimis rationibus motus, exploſaque *Lancellotti, Decij,* ac Aquenſis contrarium ſentientium opinione, hoc idem, quod perſona priuata, quæ ſemel ex mera benignitate libros rationum ſuarum edidit, ad eos edendos amplius minimè cogi poſſit, mirabiliter tuetur, ac defendit.

50 Extenditur ſecundò, vt locum habuerit etiam in hærede ipſius argentarij, qui edere tenebatur, quemadmodum ipſemet argentarius, *l. quædam, §. nihil, ff. de edendo.*

51 Nec ſanè mirum; obligatio enim defuncti tranſit hæredem, *l.1. C. vt actio ab hæredibus, & contra hæredes, ſequitur D. Menoch. d. caſu 499. num.11. & 12.* Addo ego meliorem *textum, & à nemine, quem viderim, perpenſum, in l. ſi quis ex argentarijs, §. cogentur, ff. eod. de edendo.* Eius verba talia ſunt.

(Cogentur & ſucceſſores argentarij edere rationes, quod ſi plures ſint hæredes, & vnus habeat, ſolus ad editionem compelletur, ſed ſi omnes habeant, & vnus edi ſibi deſideret, omnes ad editionem compellendi ſunt.) Quid clarius?

52 Ampliatur tertio ſupradicta Concluſio, vt locum habuerit, etiamſi ipſemet argentarius argentariam ipſam exercere, ac facere deſiſſet, nam adhuc ad ſuarum rationum, tempore quo illam exercebat, conſcriptarum editionem compellebatur, text. eſt vulgatiſſimus, & expreſſus, in *d. leg. prætor, §. is etiam, ff. eodem titulo,* vbi etiam docet Vulpian. I. C. quo ibi argentarius compellabatur edere, vbi argentariam exercuerat, licet inſtrumentum argentariæ in alia Prouincia haberet & latius, vt per eum.

53 Ampliatur quarto, vt ipſemet argentarius etiam contra ſe dictos ſuos libros edere teneretur, ſi modo mandatum de ſcribendis illis ab eodem Actore, vel eius procuratore ſibi factum foret, ſic inter cæteros per multa iura docet *Franciſc. Zoannettus in d. l.1. C. de edendo nu.6.* Addo *Menoch. de arbitr. caſu 499. lib.2. cent.5. n.6.*

Nota tamen quod ipſemet argentarius eoſdem ſuos libros minimè tenebatur edere, quando in ipſis habebat proprij patrimonij rationes commixtas. Sic præciſè inter alios *Decian. conſilio ſuo 61. numero 3. volum.1. ſequitur Greuæus lib.1. practicarum concluſ. cap.106. conſideratione 1. numero 2.*

54 Nota ſecundo, quod ſi forſan ipſemet argentarius, vel dolo, vel lata culpa non dediſſet, damnabatur in id, quod intererat petentis, cuius quantitas ſecundum tempus decreti, prætoris iubentis edi æſtimabatur non inſpecto, ſi poſt deſijſſet intereſſe, aut creuiſſet, ſeu decreuiſſet: pulcher de hoc eſt *text. & ibi Doctor. in l. vbi exigitur, C. eodem, addo Bellaperticam in l. argentarius, §. cum autem, n.1. ff. de edendo, & n.8.*

55 Quid autem in caſu editionis per ipſummet argentarium erat edendum, clarè colligitur ex text. cum ibi notatis in *d. l. argentarius, §. edi autem, ff. eod. De his tamen duobus vide inferius d. ſub nu.66.*

56 Cæterum dubitatio eſt non leuis, vtrum ipſemmet argentarius edere teneretur cuilibet, vel ei tantum qui rationes mandauerat conſcribi? Huic autem difficultati adeo doctè, & eleganter quattuor diſtinguendo caſus, ac contrarias hinc inde ſcribentium opiniones afferendo ſatisfacit æternæ memoriæ *Clar. Menoc. d. caſu 499. à n.15. vſque ad 21.* vt non dicam mea, ſed vniuſcuiuſque alterius eam peritiſſimi operi ſuperuacanea videatur ad ipſum igitur, ne ex ſcriptis ſcripta conficiam abſque lectoris vtilitate eumdem beneuolum lectorem remitto.

Et hæc quoad hanc primam difficultatem ſufficiant.

Altera ſecundo loco ſuccedit hic dubitatio, & eſt. Quomodo mulier, de qua loquitur *text. in l.1. C. de edend. habuerit rationes cum non poſſit eſſe argentaria ad l. fœminæ, ff.*
57 *eod. tit.* & conſequenter quomodo videatur poſſe librum conficere rationum, cum hoc ſit officium præciſum ipſius argentarij, ad *l. argentarius, ff. eod.*

De intellectu itaque *d. l.1. C. de edend. differendum eſt.* Multi multa dixere.

58 Accurſius priori loco *in d. l.1. in verbo* (index cauſa) circa medium. Reſpondet textum eſſe intelligendum, quando mulier ſucceſſit argentario, quia tunc tenetur edere, ſicut argentarius, *l. quædam, §. nihil intereſt, ff. eod.* & ſic poteſt habere rationes.

59 Sed iſte intellectus quippe diuinatiuus, (quid dixerit *Butigell. in d. l.1. num.52. & 53.*) abſque dubio reijciendus eſt, non enim conſtat ibi mulierem illam alicui argentario ſucceſſiſſe; eum igitur reprobat *Bart. in d. l.1. n.3.*

60 Præterea ex alio haud amplectendus eo; quia ſicut argentarius indiſtinctè tenetur reddere rationem officij ad *leg. argentarius, ff. eodem, ita mulier eius hæres, d. §. nihil,* cuius contrarium hic præſupponitur.

61 Alia eſt ratione hic intellectus ſuſtineri nequit, quia rationes editæ ab argentario, cui fœmina ſucceſſit, ſunt quaſi publicæ, *d. l. argentarius, & communes, d. l. prætor,* in princ. text. autem loquitur de rationibus priuatis, & proprijs, vt probat illud verbum (ſuas) de quo in textu ad *l. ſi ita, ff. de auro, & argento legato.*

62 Alio ſecundo loco fuit interpretatio nonnullorum, aſſerentium textum poſſe intelligi in muliere, quæ officium argen-

argentariæ exercebat per ſeruum ſuum, hoc facere ſibi permiſſum eſt, ſeruus namque poteſt exercere huiuſmodi officium, *l. prætor ait*, §. *ſed & ſi ſeruus*, *ff. eod.* & *ita ſenſit poſt Fulgoſ. Roman. in l. 1. numero 13. in fine*, *ſequitur Dom. Iaſon ibidem num. 6. verſic. tu potes intelligere*, & omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè *Pyrrus Alfan. omnino fidendus ab ijs*, qui hunc ſenſum ſibi ſequendum iudicarent, in præcitata *l. 1. n. 39.* & 40.

63 Sed iſte intellectus maximas patitur difficultates.

64 Prima eſt, quia nimis inſolenter diuinat, prout de primo dictum fuit.

65 Altera eſt, quia præſuppoſitum non eſt verum, quod ſcilicet mulier poſſit exercere argentaria per ſeruum; nam cum mulier ipſa repellatur ab huiuſmodi officio, etiam ſeruus eius repellitur ex antiqua illa regula: Quod non poſſumus facere per nos ipſos, nec etiam per ſeruos nobis facere permiſſum eſt, de qua in lege non licet, de contrahenda emptione, *in lege neque, Cod. de hæredibus inſtituendis*, & *in lege ſi mihi*, & *tibi*, §. *regula, de legatis primo, cum concordantibus*. Et ita conſiderat inter cæteros *Decius in dicta lege 1. numero 12. quem retulit*, & *ſequutus eſt Hippolyt. de Marſilijs in Singulari ſuo 611. numero 6.*

66 Cui addatur, capacitatem ſerui regulari, ac pendere à capacitate domini, *l. ſi mihi*, & *tibi*, §. *regula, de legat. primo*. Cum ergo fœmina argentariam exercere non poſſit, atque ita incapax ſit illius officij, l. feminæ, ſic etiam incapax erit eius ſeruus.

67 Nota tamen quod iſta Decij ratio à pleriſque refellitur, & ſumma reprehenſionis in hoc conſiſtit, quod regula illa non procedit, quando diuerſa eſt ratio inter dominum, & ſeruum, id patet ex *l. 1. de verbor. obligation.* vbi dicitur, cum qui per ſe ſtipulari non poteſt, ſtipulari poſſe per ſeruum proprium: & hæc eſt Doctrina *Bald. in leg. humanitatis, in quarta oppoſitione, Cod. de impuberum*.

68 At in propoſito noſtro diuerſa ratio conſiderari poteſt inter dominum, & ſeruum, quia fœmina ideo non poteſt exercere hoc officium, quoniam vtile eſt, vt habetur in *d. leg. fœmine*, *ff. eod.* non enim docet (vt dicit Alciat.) verecundiam muliebrem huiuſmodi rationes tractare cum viris. Hæc ratio ceſſat in ſeruo, vt patet, ergo, & ita ſupradictam rationem refellit in ſpecie *D. Ripa, d. lege 1. num. 4. verſ. ſed defendendo*, & *Clariſs. Menoch. d.*

69 *caſu 499. numero 84.* vbi pulchrè ſubdit, etiam non obſtare Regulam illam; Capacitatem ſerui pendere à capacitate domini, nam dicta Regula ſecundum eum procedit, quando incapacitas eſt ratione perſonæ, & effectus, non autem ſi honeſtatis, & verecundiæ cauſa, & latius vt per eum, quem conſulas.

70 De hoc tamen præciſo intellectu omnium latiſſimè diſſerit *Bolognettus, in d. l. 1. num. 52.* & *53.* vide per eum. Adeundus quoque *Cagnol. ibid. numero 49. cum duobus ſequentibus*.

71 Tertio loco alij dixerunt, verbum illud (Rationes) de quo in textu, exponi debere pro inſtrumentis, quibus ſuffragari videtur per textus in *leg. prætor ait*, *ff. de edend.* vbi rationes appellantur inſtrumenta; & ſic ſenſit *Caſtr. in d. l. 1. num. 3. in fine*.

72 Sed nec iſte ſenſus mihi probatur, quia propriè rationes differunt ab inſtrumentis, argumento *leg. ſi quis*, §. *labeo*, *ff. de edendo*, & verba ſemper ſunt accipienda in proprio ſignificatu, *l. non aliter*, de legatis tertio, & in ſpecie eum reprobat *Ripa, in dict. l. 1. numero 4.* & *Maſſinius poſt articulum plenè diſcuſſum, ac contraria reſoluta, numero 51.*

73 Adde alia ratione hunc intellectum reſpuendum eſſe: nam in iure noſtro latius patet hoc verbum (inſtrumentum,) quam dictio iſta (Ratio,) cum inſtrumentum dicatur omne, quo cauſa inſtrui poteſt, *leg. 1. de fide inſtrument.* quod non reperitur dictum de ratione, ideo inſtrumenta accipi poſſunt pro rationis, ſed non rationes pro inſtrumentis, cum minus contineat ratio, quam inſtrumentum, & exponi poſſit id, quod eſt plus, per id quod eſt minus; contra verò minimè, *Bart. in l. tutores*, §. *curatores*, *ff. de adminiſtratione tutor.* Hanc eamdem interpretationem reprobat quoque bene eruditus *Alſan. in d. l. 1. n. 95. cum ſeqq.* vbi etiam nonnulla, quæ ex aduerſo obijci ſolent, acutiſſimè refellit.

74 Quarto loco alij opinati ſunt. Mulierem iſtam exercuiſſe de facto argentariam, & ſic de conſuetudine ſaltem, licet non de iure, mulier poteſt eſse argentaria, quia conſuetudo valet contra ius ſcriptum, *l. de quibus, de legibus, c. final. de conſuetudine*, & *c. dilecti, de Arbitr.*

75 Sed nec horum interpretatio amplenda, quia nimis morbo diuinationis laborat.

76 Accedit quinto loco nonnullorum aliorum ſenſus eſt: textum illum intelligi debere de muliere vſuraria, quæ quidem compellitur libro rationum ſuarum edere, ad tradita *Clem. 1.* §. *1. de vſuris*, & ita inter cæteros videtur docuiſse *Bart. in d. l. 1. num. 4.*

77 Sed iſthæc Bart. opinio omnium aliarum mihi videtur peſſima, quis enim ipſi reuelauit feminam illam, de qua fit mentio in *d. l. 1. fuiſſe vſurariam*.

78 Accedat imperatorem ibi non potuiſſe vaticinari de deciſion. dicta Clement. primæ, quæ per mille annos poſt illam legem edita fuit. Sic animaduertit *Alex. in d. l. 1. nu. 2.* & *Roman. nu. 13.*

79 Conſidera præterea, quod diſpoſitio dictæ Clementinæ primæ, dumtaxat habet locum, cum tractatur per Vſuris, vt ad litteram ibi deciditur, & tradunt communiter ibi Canoniſtæ.

80 Sed in caſu *d. l. 1.* agitur de depoſitio, in quo non ſolent vſuræ conſiderari, prout notiſſimum eſt, & tradit Purpur. in ſpecie in *d. l. 1. n. 24. verſic. tertia lectura, ergo, &c.*

81 Suffragatur & fortius, nam ſi *text. in d. l. 1.* intelligeretur, (prout autumat Bart.) de muliere vſuraria, certè eſſet de indubitabili: nam clarum eſt, vſurarium omnino teneri ad editionem faciendam ſuarum rationum *d. Clementin. 1.* & tamen textus ille loquitur in caſu, in quo rationum non debet fieri editio niſi ex cauſa, quam iudex debet cognoſcere, &c.

82 Videndus tamen de hoc præciſo intellectu *Decius in d. l. 1, num. 13.* vbi latè inſiſtit, & *D. Iaſ. num. 8. Adeundus quoque D. Bolognet. ibidem, num. 55.* & *Alſan. num. 50.* & *51.* vbi omnium pulcherrimè.

83 Alia ſexto loco accedit Scribentium expoſitio dicentium *tex. in d. l. 1. intelligendum* eſſe de muliere, quæ habebat priuatas ſuas rationes, quas confecerat, vt perſona priuata, non autem vigore alicuius officij.

Et ſi diceres, ergo non deberet teneri ad earum editionem, quod eſt contra textũ. Reſpondeo negando conſequentiam; ipſa enim & ad editionem tenetur ſuadente aliqua iuſta cauſa, vt ibi dicitur, vt puta ſi ipſa iſtis rationibus vteretur ad *leg. 1.* §. *edenda ſunt omnia*, *ff. eodem*, vel ſi perſona agens eſſet priuilegiata, vt fiſcus, ad leg. ne quiſquam, ff. eodem, & ita ſenſit inter alios idemmet *Bartol. melius conſultus, in d. l. 1. num. 4. vbi etiam Bald. num. 2. verſic. alij dicunt. Sequitur Salicet. ibidem, num. 3. Ripa, num. 4. in fine*, vbi ſubdit, quod iſte intellectus eſt communis, & magis amicus litteræ, ab eodem non diſſenſit etiam *Car. Fachineus lib. 11. ſuarum iuris controuerſiarum, cap. 85. nec Pyrrus Alfanus in d. l. 1. num. 99.*

84 Et hunc proculdubio ſequendum, & ego opinor, quid dixerit *Purpur. in d. l. 1. num. 24. verſic. ſecunda lectura*.

85 Alij etiam intellectus ad *d. l. 1.* ſolent per ſcribentes deduci, in ſpecie autem referuntur per *Purpurat. ibi numer. 24. verſicul. quinta lectura*, & *numer. 25. per Ioannem de*

Vico-

*Vicomercato,n.43.& per Gozadinum,n.7.* Sed mihi potio-
res deduxiſſe ſufficiat.

86 Tertio loco alia non minùs pulchra , quàm difficilis
oritur hic dubitatio,& eſt : cum ſeruus admitti non poſ-
ſit ad publica officia,ad l.cum prætor,de iudicijs , & of-
ficium argentarij ſit publicum,*ad l.argentarius, ff.de eden-
do,*quomodo dicere potuerit Iuriſconſultus , in *l.prætor,
ait, ff. eodem titul.* ſeruum poſſe argentarij munus exerce-
re?

Pro reſolutione huiuſce difficultati, varij varia dixere ,
quorum omnium opiniones retulit , ac improbauit nihil
concludens *Cl. Fachineus lib. 21. ſuarum iuris controuerſia-*
87 *rum,cap.86.* ipſum conſulas, nihil enim noui in hoc pun-
cto penes me eſt,quod in medium afferam;videndus quo.
que dilectiſſimus meus *Menoch.lib.2.arbitrarijs , centuria
1.caſu 91.n.7. vbi pulchrè*.

88 Succedit quarto principaliter alia dubitatio,& eſt: An
editio rationum eſſet facienda ab ipſomet argentario,ſeu
nummulario iure actionis , vel officio iudicis.

89 Vtilitas autem huius quæſtionis non parui erat mo-
menti:nam is , qui tenebatur edere iure actionis conſti-
tuebatur in mora ſua interpellatione extraiudiciali , ad *l.
ſi ex legati cauſa,ff.de verb. obligat.* is vero qui tenebatur
90 officio iudicis edere, non conſtituebatur in mora, niſi ex
iudiciali interpellatione , vt probatur *in l.cum poſtulem ff.
de damno infecto , cum infinitis concordantibus per doctiſſi-
mum Pacianum in ſuo tractatu de probat.libr.1. c.66.num.
1.& 2.*

Rurſus alio modo formabatur libellus, quando implo-
91 rabatur officium iudicis,& alio modo quando intentaba-
tur acti, vbi enim libellus formabatur ſuper actione , de-
bebat quis narrare ea,per quæ concludebatur partem te-
neri ad aliquid ſibi dandum , vel faciendum , ſed vbi for-
mabatur ſuper officio iudicis, debebat quis ea narrare ,
per quæ concludebatur , quod iudex deberet facere , vel
poſſet faceret illud , quod petebatur. Sic poſt *Bar.docet
Pacian.d.c.66.n.3.*vbi videndus , ſub tribus numeris ſeq.
vbi circa differentias inter actionem , & officium , om-
nium pulcherrimè inſiſtit. De qua etiam re vide *Bologn.in
d.l.1.n.84.C.eod.*

92 In hac quidem difficultate mirum in modum ſe torſe-
runt Scribentes:nonnullis enim placuit, argentarium ip-
ſum cogi potuiſſe rationes ſuas edere per actionem in fa-
ctum; quamplurimis vero officio iudicis : cui quidem ſi
non potuiſſet , tunc poſtea competijſſe actio in factum
pro intereſſe.

93 Fundamenta,& authoritates pro vtraq.parte omnium
latiſſimè , atque elegantiſſimè deducunt inter cæteros ex
Neothericis quatuor Clariſſimi viri per lectorem conſu-
lendi.*Bolognett.videlicet,Alfanus,& Maſſinius in d.l.1.ille
ſub n.80.cum ſeqq.*Secundus ſcilicet *Alfanus,a num.10.vſ-
que ad* 115.hic vero (intelligendo de *Maſſinio,*) *ſub n.*113.
& infra,nec non eruditiſs.*Andreas Fachin.lib.11. ſuarum
controuerſiarum,c.90.*qui quidem hanc ſecundam opinio-
nem eſſe magis Communem , & receptam præter *Alfa-
num , atteſtantur*.

94 Reiectis diſputationibus quas vtrimque DD. prædicti
vſque ad ſatietatem habuere,pro iſtius materiæ ampliſſi-
ma declaratione, at intelligentia , lectorem beneuolum
moneo,& hortor,vt ſcripta eruditiſſimi,atq; numquam
ſatis laudati *D.Fuluij Paciani in præcitat.cap.66.per totum*
dumtaxa legat, atque repetendo relegat, ipſis enim lectis
tanta facilitate, ac claritate, omnium, quæ ad hanc mate-
riam ſpectare dijudicare poterit conſcius,ac plenè infor-
matus euadat , vt nihil amplius pro plena eiuſdemmet
materiæ cognitione conſequenda deſiderari poſſe , vt fa-
teatur,neceſſe erit.

95 Diſcet enim primò,(vt ad particularia deſcendam)tri-
bus modis editionem potuiſſe peti: aliquando enim pete-
batur officio iudicis mercenario , interdum officio iudi-
cis nobili , nonnumquam vero iure actionis ordinariæ :
circa quos modos exemplificando,diſceptando,ac decla-
rando inſiſtit *a n 9.vſq;ad* 73.

96 Docebitur ſecundò, quomodo eſſet facienda ipſa edi-
tio,an ſcilicet liber ipſarum rationum integer eſſet eden-
dus,an potius ſufficere edere illam partem , de qua eſſet
controuerſia,& an ipſamet editio eſſet facienda cum die,
loco,& conſule, de quibus quidem omnibus diſceptat ip-
ſemet *Pacian.præcit.c.à n.38.vſq.ad 82. incluſiuè*.

97 Conſcius erit tertio loco,quò tempore ipſemet editio
erit facienda,de qua quidem diſſerit idem *Pacian. præcit.
c.à n.83.vſq.ad* 118.*incluſiuè*.

98 Percipiet quarto , quo in loco de ipſomet libro ratio-
num per ipſum argentarium erat facienda editio, de quo
quidem puncto ſcribit *a n.vſq.ad* 138.*incluſiuè*.

99 Intellige poſtremò,quanam pena ipſemet argentarius
multabatur , ſi edere recuſabit. De qua quidem re om-
nium elegantiſſimè diſcurrit *a n.*139.*vſq.ad* 185.*incluſiuè*.

Ipſum igitur lector conſulat , neminem enim ex Scri-
bentibus ( repeto ) in meorum librorum multitudine na-
ctus ſum,qui de huiuſcemodi difficultate, & materia , &
doctius,& latius *D.Paciano præcit.c.diſſerit*. Addo etiam
quendam Antonium de Matthæis , poſt hæc congeſta vi-
ſum,in quodam ſuo tractatu de venditionis librorum ra-
tionis,vbi latè.

100 Quinto loco principaliter dubitari contingit,an ipſi-
met argentarij tenerentur petentibus rationes ſuas edere
gratis.

Huic autem difficultati ſatisfaciendo , conclude pro
negatiua.Sic poſt *Albericum,in l.quædam,§.numularios,in
fin.ff.eod.de edendo,docuit Clar.Pacianus d.tract.lib.1.c.64.
n.30.& 31.vbi poſt Bal.in d.l.quædam,ſub n.2.ſubdit, quod
argentarius,& Notarius cogebantur inuiti ſcribere,*& ſuſci-
pere rogitum,& per conſequens eorum officium non de-
bebat eſſe gratuitum.

101 Et ex hac ratione communiter Scribentes in eam iue-
runt ſententiam , quod licet argentarius mandato con-
trahentis rationes conficeret, non tamen contra ipſum
oriretur actio mandati,inquiunt enim mandato debere
eſſe gratuitum,& voluntarium,vt ex eo oriri poſſit actio
mandati:*ad l.1.& l.ita vt,ff.mandati,*cum ſuis concordan-
tibus,quod non contingit in hoc caſu,per ſupradicta.

De hoc tamen particulari , cur actio mandati non da-
retur contra ipſummet argentarium,licet mandato ipſius
contrahentis rationes confeciſſet , diſſerit omnium ele-
gantiſſimè *Dom.Alfanus,d.l.1.à n.116.vſq.in finem,*ipſum
conſulas.

Sextà oritur dubitatio,& eſt:an duo copulatiuè requi-
rerentur, mandatum ſcilicet, & intereſſe, vt argentarius ,
vel ſimiles tenerentur edere.

102 In qua quidem difficultate communis eſt ſententia
Doctorum , dicta duo copulatiuè fuiſſe neceſſarias. Vi-
dendus inter cæteros *erudit. Andr. Fachineus lib.11. ſua-
rum iuris Controuerſiar.cap.84.* ibi enim poſt articulus ad
partes diſcuſſum,ac contraria quæq. reſoluta, hanc eam-
dem ſententiam,vti communem, ac veram pluribus iuri-
bus firmat,atq.communit. Videndus quoq. doctiſſimus
*Maſſinius,in d.l.1.n.59.* vbi & ipſe hanc eandem ſententiã
vti veriorem,ac communiorem , omnibus contrarijs re-
ſolutis tuetur, ac defendit : ad ipſos beneuolum lectorem
remitto:non enim hic omnia mihi cartis comittenda per
viam diſputationis propoſui, ſed loca principalia tetigiſ-
ſe ſat ſit. Vide etiam quæ nos ſcripſimus *ſupr.de Libris ra-
tionum in genere,n.144.& 145.*

Et hæc de argentarijs , qui ad præſens in vſu eſſe deſie-
runt , ſiue de eorum materia docuiſſe ſufficiat alia proce-
damus.

De

## De libris Rationum Gabellarij, ſeu Datiarij.

*SVMMARIVM.*

1 *Libri rationum Gabellarij probant etiam pro ſe, & numero 2.*
3 *Item probant quoque negatiuam, puta, quod quis non ſoluit collectam.*
4 *Exemptio, ſeu immunitas alicuius rectè probatur per libros gabellarij, concurrerent maximè curſu temporis conſtituti ad præſcribendum.*
5 *Ratio.*
6 *Maior fides adhibetur libris gabellarij, quam teſtibus.*
7 *Declara, ac intellige, vt ibi.*
8 *Libri gabellarij probant etiam pro tertio contra tertium, & num. 9.*
10 *Intellige, ac declara, prout & numero 11. 12. 13. 14. & 15.*
16 *Libri gabellarij probant ſolummodo in his, quæ pertinent ad eorum officium, & non vltra.*
17 *Non tamen probant, quando vltra dictum officium deputatus eſt alius notarius, ad quem ſcribere, vel ſub ſcribere ſpectaret, & ederentur ſint ſcriptione, vel ſubſcriptione ipſius Notarij.*
18 *Item quando gabellarius non eſſet à publico conſtitutus.*
19 *Libri gabellarij non probant venditionem inter contrahentes.*
20 *Fallit hoc in quodam caſu, de quo per authorem, remiſſiuè.*
21 *Libros gabellæ regulariter tenetur agere gabellarius, & numero 22.*
23 *Gabellarius, qui libros ſuarum rationum lacerauit & combuſſit; an incidam in crimine falſi, latiſſimè docet Teſſaurus, & alij, vt num. ſeq.*

## De libris Rationum Gabellarij.

1 Libri eorum, qui eliguntur ad recipiendas gabellas, vel collectas, authoritate publica, probant etiam pro ſe, *Bart. in l. quædam, §. nummularios, in fine, ff. de edendo*, vbi ſubdit idem iuris eſſe in ſtationario, ſi authoritate publica eligeretur, *Socin. conſ. ſuo 208. nu. 2. in 2. Decius, Curtius, & alij plures, quos refert, & ſequitur D. Maſcard. concluſione ſua 976. num. 39. & prius concluſ. ſua 837. numer. 1. cum duobus ſequentibus. Sequitur hoc idem D. Angelus de Peruſio in d. §. nummularios*, vbi dicit, quod ita obſeruatur, licet tales ſcripturæ non ſint authenticæ. His accedunt idem *Decius conſilio 596. numero 5. in 2 & idem Socin. conſilio 97. numero 13. in quinto*, vbi amplius docet, quod libro denunciatorum gabellæ ſcripto per Commentarien-
2 ſem deputatum, plena fides adhibetur, addo *Surd. conſilio ſuo 429. numero 83. in 3. & deciſione ſua 336. num. 1. Burſat. conſil. 235. numero 26. & prius conſil. ſuo 190. numero 40. in 2. Bernard. Vvurmſer. lib. 1. Pract. Foranſium obſeru. obſeruat. 3. numero 3. D. M. Antonium de Amatis, deciſione ſua March. 24. numero 15.* vbi plures deducit, & atteſtatur de communi, & nouiſſimè *D. Rodobal. Parinum, in ſuo tract. de Gabell. p. 2. numero 71.* quæ quidem ſolutio, vbi me hoc in loco allegat. Videndus quoque *Cl. Fuluius Pacianus de probationibus, libro 1. c. 63. num. 96. & D. Rutgerus Rulant, de Commiſſionibus, libro 5. capit. 10. num. 4.* vbi docet etiam hoc procedere, ſiue ij gabellas ſuperiori reddant ſiue eas conduxerint, vt hodie ferè vbique, præſertim in Italia, fieri conſueuit.

3 Amplia, vt probent etiam negatiuam, puta, quod quis non ſoluit collectam, ita *Bartol. & Communiter Doctores in l. Titiæ textores, ff. de leg. 1. & in d. §. nummularios*. Sequitur poſt infinitos alios relatos *D. Maſcard. concluſ. ſua 834. numero 36. & 976. numero 40. & eruditiſſimus Bertazz conſilio ſuo ciuil 71. numero 47.* vbi concordantes deducit. *Nattam conſilio ſuo 406. numero 12. & 627. num. 1. Burſatt. conſilio 13. numero 4.* & plures alios. Sequitur quoque *Dom. Bimius, conſilio ſuo 172. numero 17. in ſecundo*,
4 vbi etiam ſubdit, ſic per conſilium Neapolitanum fuiſſe deciſum, teſte *Afflict. deciſ. ſua 400. num. 9.* His accedit *D. Ioannes P. Anchar. q. ſua 50. num. 20. libro 2.* vbi amplius docet, exemptionem, ſeu immunitatem rectè per eoſdem libros probari, concurrente maximè curſu temporis conſtituti ad præſcribendum. Addo poſt hæc ſcripta *Dom. Burſatt. conſilio 16. numero 35. & eumdem Dom. Maſcard. concluſ. ſua 316. numero 4.* vbi poſt innumeros propè deductos, rationem, *ſub n. 5.* deducit, dicens, Nam perſona
5 exactoris eſt authoritate publica electa, & ideo omnino
6 ſequi videtur, vt illius libri fides adhibeatur Quinimo, *ſub numer. 6.* aſſerit maiorem fidem illis adhiberi, quam teſtibus.

7 Quod tamen eſt intelligendum, ſi cauſa ageretur inter ſubditos dicto Communi, cuius ſunt libri, & modo in archiuio publico repoſiti, & habeant cuſtodem publicè ad id conſtitutum, & alia, de quibus per *Canoniſtas, in c. cum cauſam, de probat. & in c. ad audientiam, de præſcriptione*. Sequitur id expreſsè *D. Maſcard. d. concl. 316. num. 7.*

Intellige ſecundo, ac declara ſupradictam ampliationem, prout facit *D. Alex. Trentacin. poſt hæc edita viſus, Variariarum reſolution. lib. 2. tit. de fide inſtrumentor. reſolutione 2. num. 4. quem conſulas*.

Amplia ſecundo, vt præcipuè ex dictis libris oratur probatio contra eos, qui ipſummet gabellarium elegentur, ac probatum *arg. leg. ſi quis teſtibus, C. de teſtibus*. Sic præcisè *Illuſtr. D. Menoch. conſ. ſuo 246. n. 17. in 3.*

8 Amplia tertio principaliter, vt dicti gabellariorum libri probent etiam pro tertio contra tertium, ſic præcisè poſt infinitos relatos *Hippol. Rimin. conſil. ſuo 52. num. 102. volum. 1.* Sequitur quoque *D. Ioſeph. Ludou. d. concl. ſua 29. pagina 29. col. 3. verſiculo ampliatur ſeptimo*, vbi etiam ſubampliat, quod libri iſtorum deputatorum à publico
9 probent innocentiam rei, & aducit *Decian. conſil. ſuo 72. n. 27. vol. 3.* Addo poſt hæc ſcripta *Ioachim. Beuſt. in d. l. admonendi, num. 1043. & Schuartzent. de ſtipulation. pag. mihi 756. num. 35. cum ſeqq.*

10 Intellige tamen iſta ampliationem, vt procedat ſolum in re geſta cum ipſo gabellario intercedente tertio, pro quo, ſeu contra quem, contingeret produci ſcripturam, ſeu librum ipſum gabellarij, quia tunc liber probat plenè illam rem geſtam etiam pro tertio contra tertium. Sic intelligendus eſt poſt alios *Maſc. d. concluſ. ſua 978. num. 9.* & ſupradicta ampliatio.

11 Exemplo pro faciliori lectoris intelligentia, rem declaro, Excellentiſſimus Thomaſinus emptor domus Pamphili, venit ad gabellarium ad ſoluendam gabellam iuxta formam partium Sereniſſimi Dominij de ſoluendis gabellis, & præſente ipſo Pamphilio venditore, dicit gabellario, ſeu publicano, quod ipſe emit domum Pamphili præſentis, pro qua ſoluit 1300 pro gabella, & publicanus ſcribit: vtique ſi iſto caſu poſtea oriretur lis inter emptorem, & Pamphilium venditorem, agentem rei vendicatione pro dicta domo, & Thomaſinus emptor producat librum gabellarij, plenè probabit aduerſus Pamphilum, ſe emiſſe dictam domum. Nec enim iſto caſu poteſt obijci de regula. Res inter alios acta, &c. Quia cum ipſe Pamphilus tertius ad hunc finem acceſſerit, & fuerit præſens, res dicitur acta etiam cum ipſo.

12 Secus autem erit in probatione contra tertium, cum

quo

quo res geſta non ſit,quia res inter alios acta,&c. Exem-
plum;ego accedo ad Publicanum,& ſoluo gabellam,aſſe-
rendo me emiſſe domum à Mæuio, ipſe tamen Mæuius
eſt abſens. Publican.ſcribit in libro, quod ego ſolui tan-
tum nomine gabellæ emptionis talis domus per Mæ-
uium venditæ: certè talis liber non probat contra Mæ-
13 uium, quod vendiderit mihi domum: & ratio eſt eui-
dens quia non eſt danda maior fides libris ipſius gabel-
larij,quam inſtrumento publico Notarij, ſed inſtrumen-
tum publicum Notarij non probat contra tertios abſen-
tes, quibus contrahentes præiudicare non poſſunt toto
*tit.C.res inter alios acta,&c. ergo,&c.*

14 comprobatur iſta declaratio, quia cataſtrum regiſtrum, ſeu æſtimum Communis, probat ſolum quo ad perſonas,quæ conſenſerunt deſcriptioni æſtimi,cæterum quoad alias perſonas, quæ non conſenſerunt regulariter non probat quo ad dominum, nec quoad poſſeſſionem. Sic poſt alios eleganter *D.Scaccia d.c.11.num.119. & nos inferius loco ſuo.*

15 An autem iſto caſu, quo res cum tertio geſta non eſt, oriatur ſaltem ex ipſo libro gabellarij ſemiplena probatio pro tertio,& contra tertium, vide quæ ſcripſimus infra de Mercatore.

16 Declaratur autem ſupradicta principalis Concluſio,vt tantum locum habeat in ijs, quæ pertinent ad eorum officium, & non vltrà, ita poſt *Socin. & alios D. Maſcard. concluſione ſua præcitata 976. num.41. Sequitur Preteus, conſil. ſuo 60. num. 10. volumine primo, & nouiſſimè Petr. Surd.deciſ.ſua Mantuana 336.num.4.* vbi concordantem adducit *Socin.conſ.ſuo 208.num.2.verſ.ex libris,in ſecundo.* Addo *Aluar.Valaſc.conſult.10.nu.2.*

17 Declaratur ſecundo,vt non procedat,quando eſſet deputatus vltra dictum officium alius Notarius ad quem ſcribere,vel ſubſcribere ſpectaret,eo enim caſu,ſine ipſius Notarij deputati ſcriptione, vel ſubſcriptione, prædicto libro ſuſceptoris gabellæ, fides minimè adhiberetur, ſic poſt *Alex.in d.§.Nummularios,ſub num.3.qui alios citat, eruditiſs.Maſc.d.concl.ſua 76.num.2.*

18 Declaratur tertio, vt locum minimè habeat, quando ipſemet gabellarius, non eſſet à publico conſtitutus, ſed ipſemet gabellæ abſque alio exigerentur nomine fiſci, nam tunc ipſius libris fides minimè eſt adhibenda, quam debitum fiſcale propria ſcriptura non probetur, *l. exemplo, C. de probation.* Sequutus eſt *D. Sola in conſtitutiones Sabaudiæ tit.de Libris Mercatorum,gloſ.2.numer.39.& 40. cum ſequentibus*, vbi Regulam ſupra firmatam veram intelligit, quando libri ipſi conficiuntur ab officialibus ad id de publico conſtitutis: & latius, vt per eum Sequutur eſt *Dom.Rodobal. Parinus dict. numer.71. verſ.Hac tota fides.*

19 Notandum eſt autem(vt quæque præcipua de hac materia complectar) quod libri ipſius gabellari non probant venditionem inter contrahentes,ſic poſt *Socin. conſil.ſuo 208.in 3.col.verſ.3. ex libris, vol. 2. docuit Zuchard. conſil.ſuo 56.*dum dixit,quod libri gabellarum, benè probant denunciam contractus animalium venditorum,non autem probant venditionem inter contrahentes. Addo *Clariſſimus D.Maſcard.de probationibus,concl.611.per totam*, vbi poſt nonnullos concordantes adductos atteſtatur de veriori,ac Communiori,& *D.Io. Gulierm. Guidob. aduoc.ſua 112. n. 8.*

20 Hoc tamen limita præcipuè in caſu de quo loquuti ſumus ſupra capite de libris Rationum officialis à publico deputati,*n.37.&* 38. ad ibi dicta lectorem remitto.

21 Obſeruandum præterea libros Gabellæ regulariter ab ipſomet gabellario edendos eſſe. Sic præcisè poſt *Bertach.in tract.de Gabell. part 4. qu.3. num.7. & ſequentibus Bertaz.conſil.ſuo Ciuil.97.num.24.*Addo *Clariſ. Pacianum de probationibus d.c.63.num.95.* Et hoc ſine dubio prouenit ratione publici officij,quæ ſuadet, vt rationes, quæ in publico officio ſunt, edantur.

22 Hinc videmus idem iuris eſſe in omnibus illis,qui officia publica exercent, per quas rationes, conficiunt; hi enim omnes ad ſuorum librorum editionem proculdubio compelluntur;ſic præcisè inter alios *D.Pacian. d.cap. 63. n.93. & 94.* vbi exemplificat inter cæteros in Argentarijs, & nummularijs.

23 An autem Gabellarius ipſe, qui libros ſuarum rationum lacerauit,& combuſſit:incidat in crimen falſi;latiſſimè diſcutit *Teſſaur. in ſua Pedemont. deciſ.* 171. vide per eum;Diſcutit quoque *ibid.ſub num.6.cum ſeqq.* an ipſis libri dicantur publici, vel priuati.

24 Latius autem de Materia horum librorum, *Illuſtriſs. D. Card. Tuſcus concluſione ſua 13. in verſ. 6.* diſceptatur, vide per eum;videndus quoque *D.Parinus d.ſuo tract. per totum.*

---

## De Libris Theſaurariorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Libri theſaurariorum plenam fidem faciunt.*
2 *Et dicuntur libri communes.*
3 *Et illos recurritur tamquam ad ſpeculum veritatis.*
4 *Intellige tamen in pertinentibus ad eorum officium, veluti in materia pecuniaria,& num. 5.*
6 *Quidnam in his libris ipſimet theſaurarij ſcribere debeant, animaduertit author, & num.7.*
8 *An libri ipſorum theſaurariorum, pro tertio contra alium tertium regulariter fidem faciant, non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia.*
9 *Plotus ſemiplenam probationem eos dumtaxat inducere arbitratus eſt.*
10 *Maſcard.verò, quod plenam.*
11 *Et hanc vti veriorem approbat author, quam tamen limitat duobus modis,vt per eamdem Maſc. remiſſiuè.*

Cum inter illos, qui ratione ſui officij rationum libros conficiunt,& theſaurarij connumerentur,iure optimo,an ipſorum pariter libris plena ſit adhibenda fides,hic ſubijcere viſum eſt.

1 IN huiuſmodi igitur difficultate (rem paucis perſtringendo)conclude pro affirmatiua,*text. eſt in lege 2. & Bald.C.de conuen.fiſci debitor.lib.10. Sequitur Alex. conſil. 177.in 1.Fulg.conſ.11.n.2.Ripa,Socin.& alijs,quos refert,& ſequitur D.Maſcard.d.concluſ.ſua 976 n.47.*

His accedunt *D.Hippol.Riminald.conſ. ſuo 39. numer.1. volum.Becc.conſ.5. num.2. Ioſeph. Ludou.d.concluſ.ſua 29. pagina 73. colu.2. verſicul. amplia 2.D. Rutger. Rulant.de commiſſionibus, libro 5.c.10. numer. 8. in fin.& P. Aemill. Veral.deciſ.ſua 156.per totam, & præcipuè numero 3.par-*
*te 2.*amplius docet, quod liber ipſius theſaurarij eſt liber
2 communis. Addo *Beuſt. in d.l.admonendi, numero 1044.*
*& Viuinm deciſione ſua 184. numero 7.* vbi præterea ſub-
dit,ad huiuſmodi librum recurri, tamquam ad ſpeculum
3 veritatis. Intellige tamen in pertinentibus ad eorum
officium, veluti in materia pecuniaria. Sic eleganter
4 poſt *Roman.Roland.à Vall.conſilio ſuo 92. numero 12. in 3.*
vbi conſuluit,quod ſtatutum diſponens de fide plenaria
adhibenda theſaurario non procedit,quando agitur de
materia non pecuniaria, & ſic non pertinente ad offi-
5 cium theſaurariæ. Sequitur hoc idem *Plot.conſil. ſuo 88.*
*n.12.*vbi concordantes adducit *Soc.cit.conſ.208. colum.2.*
*Iaſ.Ripam,& alios,in vulgata illa l.admonendi,ff.de iureiu-*
*rando.*

rando. Addo D. Iac obum Mandell. conſ. ſuo 453. n. 1.

6 Aduertendum eſt autem, neceſſe eſſe, quod in talibus libris ad hoc deputatis ſcribant nominatim ipſi theſaurarij a quonam recipiant, ex qua cauſa, & quanam die, & quam pecun. quantitatem, ad l. apparitores, ibi: collationum ſummas, C. de exact. tributorum, lib. 1. ad l. neminem ibi: Quibus totaliter ſuſcepta diſperſerint, C. de ſuſcep. & arcarijs l. 10. & l. 1. ibi cauſa, & ſumma comprehendatur, C. de Apoch. publ. lib. 10. Sequitur pulchrè Plot. conſ. ſuo 88. n. 7. vbi concordantes adducit.

7 Non erit tamen opus, quod ſpecialiter genus, & nomen monetarum addatur, prout egregie poſt Alc. Paridem de Puteo, & plures alios, firmauit Clar. Burſat. conſ. ſuo 325. n. 8. in tertio.

8 Sed an libri ipſius Theſaurarij, plenè probent regulariter pro tertio contra alium tertium, non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia.

9 Plot. enim conſ. ſuo 88. n. 6. poſt Bar. in l. quædam, §. nummularios, num. 2. verſ. ſed quæro, an libri, de edend. expreſsè concludit, eos dumtaxat ſemiplenam in hoc caſu probationem inducere.

10 Contrarium tamen tenet ex profeſſo D. Maſcar. concl. ſua 978. n. 3. vbi concordantes adducit Bald. Crau. de antiquit. temp. Burſ. & alios.

11 Et eſt verior ſententia, quam tamen ſublimita duobus modis, vt per eumdem Maſcard. d. concluſ. n. 4. & 5. & hæc ſatis latius autem vide de materia penes Cl. D. Hippol. Riminald. conſ. ſuo 29. per totum, in primo, vbi præcipuè agit de Apocha ſcripta manu Theſaurarij, ſeu quæſtoris alicuius principis, in qua confitetur ſe pecuniam ab alio nomine Principis recepiſſe, an contra ipſum Principem probet, & de comparatione litterarum quomodo facienda, & de alijs huiuſmodi.

Sunt & alij, qui ratione ſui officij rationum libros conficiunt: prout ſunt Villarum Maſſarij, Degani, Fiſcalis, & aliæ huiuſcemodi perſonæ, de quibus omnibus particulariter diſſerendum.

---

## De libro Maſſariorum alicuius Villæ.

*SVMMARIVM.*

1 Libri Maſſariorum alicuius Villæ, vel Caſtri, ſeu Communitas, plenè probant ex ſententia Crauett.
2 Fundamentum eius, & n. 3.
4 Crauettam multi ſequuntur, & n. 5.
6 Contrarium plures alij.
7 Concilia, & n. 8.
9 Si Maſſarius ſcriberet non pertinentia ad eius officium, ei non crederetur.
10 Notabile.

1 Libri Maſſariorum alicuius Villæ, vel Caſtri, ſeu Communitatis ex nonnullorum ſententia, plenam inducunt probationem, ſic præcisè inter alios eruditiſs. Crau. de antiquit. tempor. in verſic. quarto limitatur, n. 63. cum ſeq. vbi ſic arguit.

2 Libro alicuius officialis de publico deputati, proculdubio fides adhibetur, vt ſupradictum fuit, & tradit ipſemet Crau. d. verſ. n. 62. poſt infinitos ibi relatos.

3 Sed Maſſarius electus ad officium Maſſariat. per Com-
munitatem alicuius Villæ, vel Caſtri, dicitur deputatus
4 de publico, ergo, &c. Crauett. ſequitur Becc. conſil. ſuo 5.
num. 2. Addo poſt Fel. relatum Steph. Grat. deciſ. ſua March. 137.
n. 2. D. Scacciam, c. 11. inferius allegand. num. 113. & Illuſtriſ.
Card. Tuſcum concl. ſua 346. n. 27. in littera L. & concl. ſua
76. n 67. in littera S. Eiuſdem opinionis extitit etiam D.
Alex. in d. §. nummularios, & in conſ. ſuo 136 colum. 2. verſ.
item etiam, de ſolutionib. n. 2. vbi dicit, quod quando Com-
munitas agit contra forenſem ratione collectarũ, ad quas
5 dicit ipſum obligatum ex conſuetudine propter ſolutio-
nes antea per eumdem factas, quod plene eius intentio
redditur comprobata per librum ipſius Maſſarij, in quo
ante actæ ſolutiones reperiuntur adnotatæ.

6 Contrariam autem ſententiam defendere alij multi nõ dubitarunt, Bal. inter cæteros, in l. Imper. n. 33. ff. de ſtatu hominum, vbi allegat text. in l. 2. C. de conuen. fiſci debit. lib. 10. qui tamen rectè reſoluitur per Crau. d. verſ. 4. limitatur, n. 64. & 65. ſequitur etiam Alex. ſibi parum conſtans conſ. ſuo 186. n. 6. vol. 2. & D. Rutger. Rulant. d. tract. de Commiſſion. lib. 5. c. 10. n. 6. in lit. A.

7 Pro conciliatione harum opinionum D. Maſcar. poſt
plures ibi relatos, d. concl. ſua 976. num. 45. inquit, quod
hæc ſecunda procedit, vbi eſſent duo officiales, vnus de-
putatus recipiendum, alter autem ad ſcribendum, quia
primò non crederetur; Hoc idem ſequi etiam videtur
8 Grat. conſil. ſuo 122. num. 13. in 2. vbi inquit, quod libro ip-
ſius Maſſarij Communitatis non creditur, quando com-
munitas habet proprium Notarium, qui adſcribendum
ſit deputatus. Huic eidem ſententiæ ſubſcripſiſſe quoque
viſus eſt Scaccia, d. c. 11. n. 114. Sic quoque clarè colligi vi-
detur ex ſcriptis per Franciſcum Marcum, deciſ. ſua 203. n.
3. p. 2.

9 Pro Coronide nota, quod à aliqua forſan iſte Maſſarius ſcriberet non pertinentia ad eius officium, vtique ei non crederetur, ſic poſt alios Crauett. d. verſ. 4. limitatur, num. 63.

10 Quemadmodum etiam non crederetur dicto eius libro ſuper collectis, niſi eſſet ſubſcriptus a Notario, ad tradita poſt Alex. per Illuſtr. Card. Tuſchum, d. concl. ſua 346. num. 28.

## De libris Deganeorum.

Libros deganeorum, ſi non ſunt in archiuio publico, nec tractent de negotio antiquo, non probare, nec aliquam fidem facere, minuſque in præiudicium tertij, poſt Abb. Felin. & plures alios docuit ex profeſſo Burſat. conſil. ſuo 36. n. 17. vol. 1.

Contrarium autem in concernentibus eorum officium ob dicta in præcedenti q. quæ hic pro repetitis habeantur, verius eſſe dijudico: Cogita.

## De libris fiſcalibus.

Libris Fiſcalium regulariter fidem, adhiberi ſolere probatur in l. illatæ, C. de fid. inſtrument. & ibi Bart. Sequitur poſt Bal. Crauett. ac multi alij, quos refert, & ſequitur Maſc. concl. ſua 976. num. 46. & D. Ioſeph. Ludouic. concl. ſua 29. pag. 73. col. 2. verſ. amplia vigeſimo. His accedunt Viuius, deciſ. ſua 184. num. 7. & D. Becc. conſil. ſuo 5. num. 2. etiam deducit Baldus conſil. ſuo 353. l. 4. qui quidem allegat text. concordantem in l. in contractibus, §. 1. Cod. de non numer. pecun. Addo quoque D. Rutger. de Commiſſionib. lib. 5. cap. 10.

Liber Fiſci Criminalium, in quo reperitur condemnatus cancellatus, probat præſumptiuè, vel abſolutionem condemnati, vel quod ſatisfecerit condemnationem, ſi præcisè poſt nonnullos relatos Card. Tuſch. concl. ſua 346. in littera L, num. 37. vbi poſt Angel. de maleficijs, ſubdit,

quod in dubio præſumitur pro cancellatione ſententiæ Criminalis, & quod onus probandi transfert in eum qui ipſi cancellationi contradicit, & latius vt per eum.

## De Libro Salis.

Libro Salis apprimè eſſe credendum, poſt *Pariſ. conſil. ſuo 4.num.5.in quarto, reſpondit Dom. Ioſeph Ludouic. concluſ. ſua 29.pag.72.col.3.verſ. amplia decimo. Sequitur Gratian. deciſ. ſua Marchiana 137.num.2. Addo Sigiſmund. Scacciam, lib.2.de Iudicijs Cauſarum Ciuilium cap.11. num.* 111. vbi rationem ſubiungit, dicens: quia talis liber regulatur, & gubernatur per perſonam authoritate publica conſtitutam, & latius vt per eum, quem conſulas.

---

## De Libris Mercatorum.

### SVMMARIVM.

1 *Quid ſit Mercator, deſcribitur.*
2 *Libri Mercatorum regulariter nullam fidem faciunt. Ratio ibidem.*
3 *Ratio rationis.*
4 *Amplia regulam ſupradictam multo magis procedere in nonnullis caſibus, de quibus, & numero 5.6.7.8.9.10. & 11.*
12 *Limita, vbicumque adeſt Statutum, vel conſuetudo, quod Stetur libris ipſorum mercatorum, & num.13.*
14 *Et talis conſuetudo, vel Statutum valet.*
15 *Idem quod dicitur de ſtatuto, procedit etiam in Principe, & n.16.& 17.*
18 *Amplia, vt tale ſtatutum extendat vires ſuas extra territorium.*
19 *Ratio.*
20 *Exemplum.*
21 *Et hæc veriſſima concluſio, quidquid ſcripſerit Antonius Piaggius de conſuetudine.*
22 *Debet tamen liber ipſe rationum eſſe conſcriptus in territorium ipſorum ſtatuentium.*
23 *Et eſt veriſſimum axioma, quidquid dubitarit Corneus.*
24 *Limita, quotieſcumque præfatum ſtatutum eſſet indiſcretum, quippe quod contineret, omni ſcripturæ mercatoris pro ſe indiſtinctè credendum eſſe, quia tunc cum careret ratione non valeret.*
25 *Verificabitur ergo in illis mercatoribus dumtaxat, qui fuerint approbati.*
26 *Item præfatum ſtatutum locum ſolummodo ſibi vendicabit in modica ſumma, non autem in magna.*
27 *Reſtringitur tamen hoc, vt non procedat reſpectu ſtatuti, quod arbitrium iudicis non excluderet, ſed potius ei ſubmitteretur, ſecundum Scacciam.*
28 *Libri Mercatorum plenam fidem facientes, ſtatuto laicorum mandante contra clericos, nihil operantur etiam in foro ſæculari.*
29 *Amplia, vt nec probent in fauorem ipſorum clericorum contra laicos, vt in iudicijs ſeruetur æqualitas.*
30 *Statutum, quod libris mercatorum plenè credatur, interpretatur, ac intelligitur dumtaxat in pertinentibus à mercaturam, & eorum officium, non autem in alijs, & n.33.*
31 *Ratio ex Beccio.*
32 *Alia ratio ſecundum Scacciam.*
34 *Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerit Decius.*
35 *Plura ſimilia afferuntur, & n.36. cum ſeqq. vſque ad 43. incluſiuè.*
44 *Intellige, ac declara, prout ibi, & n.45.*
46 *Conſuetudo, quod libris Mercatorum credatur, eſt articulanda, & probanda.*
47 *Ad hoc vt libri Mercatorum etiam ita diſponente ſtatuto fidem faciant, plura requiruntur, quæ quidem erunt articulanda, ac probanda.*
48 *Primò, quod mercator ipſe fuerit, ac ſit legalis homo, & pro tali ab omnibus habitus.*
49 *Et non ſit infamiæ aliqua labe notatus.*
50 *Quod tamen intellige in infamia publica.*
51 *Secundo requiritur, quod ipſemet mercator librum ſuum rationum manu propria conſcripſerit.*
52 *Contrarium Straccha poſt alios.*
53 *Fundamentum eius, & n.54.*
55 *Concilia, & n.56.*
57 *Exigitur tertiò, quod veritatem ipſemet mercator ſcribere conſueuerit.*
58 *Si enim reperiatur ipſe liber falſus in vno, præſumetur falſus in omnibus.*
59 *Et hæc quidem qualitas erit articulanda, & probanda.*
60 *Requiritur quartò, quod cauſam in ipſomet libro rationum ſubiunxerit, & n.61.vſq.ad 65.incluſiuè.*
66 *Et aduerte quod non ſolum requiritur cauſa, ſed debet eſſe apta, clara, & intelligibilis, & n.67.& 68.*
69 *Exigitur quinto, quod aliquid contra ſe in eodem libro conſcripſerit.*
70 *Expoſcitur ſexto, quod ex veriſimilibus circumſtantijs poſſit eſſe verum, quod ſcriptum in eo reperitur, habitato reſpectu ad tempus debiti contracti, ſolutionis factæ, & ad alia, & n.71.*
72 *Et licet hæc ſex requiſita impugnentur per Crauettam.*
73 *Defenduntur tamen per Ioſeph. Ludouicum.*
74 *Dictum Guid. Papæ deducitur.*
75 *Septimò requiritur, quod in dicto libro ſint deſcriptæ partitæ pertinentes ad mercaturam, ſiue exercitium, de qua tractatur, & non ad aliud.*
76 *Exigitur octauò, quod ipſomet rationum libro appoſitus ſit Annus, Menſis, & Dies.*
77 *Ratio eſt Stracha.*
78 *Declara, & n.79.80. & 81.*
82 *Nonò requiritur, quod appareat mercatorem tradidiſſe merces, licet non ſit neceſſe probare de quantitate, & de pretio, & n.83.*
84 *Exigitur decimò, quod dicti libri non ſint deſcripti diuerſa manu, & attramento, item, vt non ſint mendoſi.*
85 *Falſi ſuſpitio in parte, librum totum vitiat.*
86 *Libri Mercatorum carere debent cancellationibus, inductionibus, & de eis dicitur. Quod ſcripſi, ſcripſi.*
87 *Item debent eſſe candidi, ac carere omni ſuperinductione, alias contra ipſos mercatores poterit in litem iurari.*
88 *Expoſcitur vndecimo, quod in ipſo rationum libro ſint deſcripta data, & recepta, & a quo, & ex qua cauſa, vt veritas, & falſitas ex eo deprehendi valeat.*
89 *Duodecimo requiritur, quod mercator ipſe iuret contenta in eodem libro fuiſſe, & eſſe vera.*
90 *Doctrina Bartoli deducitur.*
91 *Mercatores iſtud iuramentum ſubeunt initio mercaturæ, ſeu officij ſui, ad differentiam aliorum.*
92 *Decimotertiò exigitur, quod is liber ad petitionem partis exhibeatur ad effectum, vt contra eum opponere poſſit.*
93 *Contra arguitur, & n.94.*
95 *Decimoquartò requiritur, quod dictus liber præfationem contineat, at inſimul inſcriptionem.*
96 *Exemplum.*
97 *Exigitur decimoquintò, quod ipſemet liber factus, ac conſcriptus ſit ſecundum loci conſuetudinem.*
98 *Scartafacijs non eſt credendum, & num.99.& 100.*
101 *His omnibus requiſitis, ſiue maiori eorum parte intercedentibus, ſtante tali ſtatuto, vel conſuetudine, libris ipſorum mercatorum plena fides adhiberi poterit.*

102 Id-

102 *Idque non ſolum in paruis ſummis,ſed etiam in magnis ſibi locum vendicabit.*

103 *Ratio.*

104 *Amplia hoc etiam procedere, licet aliquæ dumtaxat ex partitis ipſorummet librorum eſſent veræ, approbatæ, & acceptatæ.*

105 *Amplia ſecundo, prout ibi.*

106 *An contra dictos libros admittatur probatio in contrarium? dubitatur.*

107 *Alexander, & alij concludunt pro negatiua.*

108 *Ratio ex Viuio.*

109 *Contraria opinio verior videtur.*

110 *An libri mercatorum habiti pro publicis, ac habentes vigore dicti ſtatuti exequutionem parata, præferantur creditori poſteriori fundanti ſe in inſtrumento? dubitatur?*

111 *Videndus Stephan. Gratian. deciſ. ſua 203.*

CVm & à Mercatoribus ratione ſui officij Libri ra-
tionum conficiantur, (is autem dicitur mercator,
ne termini ignorentur, qui negotiandi opus exercet, non
1 tantum emendo, *ad l. eum qui ædes, ff. de vſucap. & l. 2. §. fi-
nal. ff. de doli exceptione,* ſed etiam qui emendo, vendendo-
que mercaturam exercet, *l. 1. l. licitatio, ff. de leg. 3. l. ano-
nam, ff. de extraordinarijs criminibus, & l. mercis, ff. de ver-
bor. ſignification. Sequitur Sola, in conſuet. Sabaudiæ, tit. de
libris Mercatorum, tit. 24. gl. 1. n. 2.*) iure optimo, an ipſo-
rummet libris regulariter plena fides adhibeatur, hic du-
tare contingit.

2 In qua quidem difficultate Concluſio ſit negatiua, *P.
Gilkenus, in l. inſtrumenta, n. 27. in fine, C. de probationibus,
vbi adducit textum, in leg. exemplo, C. eodem, in l. inter char-
tulas, C. de fide inſtrumentor. & in c. 2. eod. tit. de fide inſtru-
mentorum.*

Nec ſanè mirum. Scripturæ enim mercatoris non de-
bet plus credi, quàm viuæ eius voci, ſed ſi mercator viua
voce deponeret, & particulariter pro ſe nihil ei credere-
tur, *ad l. omnibus, C. de teſtibus:* ergò non plus etiam credi
eius ſcripturæ. Hoc idem docet, & ſequitur *Triuiſ. lib. 1.
deciſ. ſua 16. num. 2. & num. 5. in fine, vbi ſubdit, ita iudica-
tum.*

3 Ratio rationis eſt, quoniam libri ipſorum mercato-
rum hodie de iure communi nullam habent authorita-
tem publicam, ſed conſiderantur, prout quælibet alia pri-
uata priuata, quæ regulariter nullam fidem facit, ita *Pinu,
conſ. 158. n. 16.*

4 Amplia primo, hoc præcipua procedere, quando ipſe-
met mercator ſcribens eſt ſuſpectus, & partitæ libri, qui-
bus nititur, ſint abraſæ, quo caſu tanquam de falſo ſuſpe-
ctæ, nullam probationem inducunt, ſic poſt *gl. in l. iube-
mus, in verſ. ſuſpect. C. de probationibus gloſſ. in c. cum Vene-
rabilis, in verſic. propter, de Relig. domibus, Afflict. Alben.
ac alios, Clariſſ. Cephal. conſil. 475. numer. 7. ſequitur Ma-
cerateñ. Variar. reſol. lib. 1. c. 58.* vbi præcipuè loquitur in
libro mercatoris, rupto, & vide, *n.* 8.

5 Amplia ſecundo, ſupradictam regulam, quod ſcilicet
liber mercatoris non probet, maximè locum cum habe-
re, ſi deſcriptus in ipſo libro neget negotiationem, &
mercator eum non probet, id autem intelligas inſpecto
iure communi, ſecus inſpecta conſuetudine, ſeu ſtatuto,
quod ipſi libro mercatoris plenè credatur; ſic eleganter
*D. Scaccia lib. 2. de iudic. cauſar. ciuil. cap. 11. num. 147.* vbi
quoque diuerſitatis rationem inter vnum, & alterum ca-
ſum ſubnectit, vide per eum, & ſcripta per nos infra *num.*
105.

6 Amplia tertiò eamdem maximè ſibi locum vendicare,
quando liber ipſe contineret rationes illiquidas, ac intri-
catas. Sic poſt *Beccium D. Scacc. d. c. 11. n. 200.* vbi ſubdit in
omni carere difficultate, quandoquidem in omni genere
probationis requiritur, quod probatio ſit liquida.

7 Amplia quartò, vt ipſamet regula Præcipuè procedat,
quando rationes ipſæ tentæ per mercatorem ſunt relati-
uæ, vt puta quia habeant relationem ad aliam ſcripturam
quia tunc, niſi edatur etiam ſcriptura ipſa relata, eiuſdem
mercatoris liber nil probabit: & merito: relato enim mi-
nimè credendum eſſe, niſi conſtet de referente, ad eo no-
tum eſt, quam quod notiſſimum. Sic eleganter *D. Beccius
conſ. ſuo 5. n. 4. & 5. Addo Scacciam d. c. 11, n. 201.* licet fir-
mare poſteà minimè audeat.

8 Ampliatur quinto ſupradicta Concluſio, vt præcipuè
vera ſit, quando in ipſomet libro continerentur alia, quã
attinentia ad mercaturam, & officium ipſorum mercato-
rum conferunt, quæ ſcripſimus infra *n. 30. cum ſeq.*

9 Ampliatur ſextò, vt præcipuè locum ſibi vendicet,
quando partitæ aliquæ libri ipſius mercatoris de falſo re-
dargui poſſent, tunc enim in nihilo ſibi crederetur. Sic
eleganter tribus rationibus motus probauit, & docuit *Cl.
vir D. Scaccia d. c. 11. n. 183. cum ſeqq. Conferunt ſcripta per
nos, infra n. 57. & 58.*

10 Item poſtremo loco, ſi in ipſo libro veriſimilia mini-
mè continerentur nulla enim nec eo caſu fides ſibi adhi-
beretur, nec ſanè mirum. Quod enim non eſt veriſimile,
11 vtique ſpecimen falſitatis habet, ad tradita per *Bal. in l. 1.
ſub n. 9. verſ. idem ſi dicatur, C. de ſeruis fugitiu.* Sic præciſè
poſt alios idem *D. Scaccia, d. c. 11. n. 159. cum plurib. ſeq.* vbi
omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè. Conferunt ſcripta
per nos, *num. 70. & 71.* infra. Addas etiam libros ipſorum
mercatorum tunc etiam non probare, quando ſcripti
ſunt perfunctoriè; non autem more ſolito, & conſueto ip-
ſorum mercatorum. Sic præciſè *D. Feder. præciſè manus,
conſ. 16. n. 85. vol. 1.*

12 Limitatur autem, hæc eadem ſupradicta Concluſio, ex
omnium ſententia, vbicumq. adeſt ſtatutum, prout eſt fe-
rè in tota Italia, vel conſuetudo, quæ iam apud omnes
inoleuit. Teſte *Burſat. conſ. 39. num. 28. & 224. n. 7. Petr.
Caball. conſ. ſuo 122. n. 3. necnon, & Turret. conſ. 47. num. 3.*
poſt Pedrocham, Petrum Fuſcum, & alios ibi relatos,
quod ſtetur libris ipſorum mercatorum, tunc enim dicti
libri plenam fidem faciunt, cum nitantur publica autho-
ritate: ita *Doct. omnes in d. l. admonendi*, ſequitur poſt *Boe-
rium. Didacum, Beroum, & alios D. Rol. a Val. conſ. ſuo 91. n.
5. in 3.* vbi ſubdit hoc eſſe iuris indubitati, & *D. Turret.
conſ. ſuo 47. num. 3 & 100. n. 36. in 1. & in 87. n. 15. in 2.* His
13 accedunt *Maceratenſ. Variar. reſolut. lib. 2. reſol. 6. num. 15.
Ioan. Kopp. deciſ. ſua 46. n. 56. Addentes ad deciſionem Ca-
pell. Toloſanæ 497. n. 2. Flamin. Chartar. deciſ. ſua Rotæ Ge-
nuenſ. 127. n. 3.* poſt plures ibi relatos, & nouiſſimè *Petrus
Enriquez conſ. ſuo 56. n. 56. n. 1.* vbi vlterius docet, quod li-
ber ipſius mercatoris hoc caſu probat tàm pro ſe, quàm
contra ſe. Addo poſt infinitos relatos *D. Ioſeph. Ludou.
concluſ. ſua 26. in princ. & D Sigiſmund. Scacciam, lib. 2. de
Iudic. cauſar. ciuil. c. 11. num. 133.* vbi infinitos concordan-
tes adducit. Adeundus quoque *D Ant. Piagg. de conſuet.
cap. 11. num. 521. & D. Petr. Gilken. in d. l. inſtrumenta, num.
37. Cod. de probation.* licet parum per titubare videa-
tur.

14 Et aduerte quod huiuſmodi conſuetudo, vel ſtatutum
quod ſtetur libris ipſorum mercatorum, ob vtilitatem
publicam commerciorum valet; tenet, vt poſt infinitos
relatos per *text. in c. cum dilecto, & c. 2. de fide inſtrument.*
15 *docuit Viuius Opinione ſua 806. n. 1. vbi etiam poſt Crau. de
antiq. temp. ſubdit*, huic concluſioni neminem ex ſcriben-
tibus aduerſari ſequitur poſt plures pariter deductos *D.
Beuſt. in d. l. admonendi, n. 1020. D. Petr. Surd. deciſ. ſua 312.
num. 3.* vbi quoq. ſubdit quod dicitur de ſtatuto, habere
16 locum in Principe, qui dicitur lex animata in terris, &
docet etiam, quod cum decretum Principis indiſtinctè
mandat fidem alicuius mercatoris libris adhiberi, intelli-
gi debet generaliter tàm contra tertium, quam cõtra de-

bitorem, adducit *text. in l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præ-
ſtandis, & in l. de pretio, de Pluliciana.*

17 Et in terminis, quod etiam contra tertium ipſemet
mercatorum liber probationem faciat conſuluit *Soc. conſ.*
*240. n. 3. col. 2. verſ. 2. col. 2.* & plenius loco ſuo dicetur, ſe-
quitur hoc idem in terminis, de decreto Principis, videli-
cet quod idem operetur quod lex, vel conſuetudo, quoad
dictos libros mercatorum, *D. Ant. à Sola, d. tit. de libris
mercatorum, præcit. gl. 2. n. 1.* vbi tamen ſubdit, librum ip-
ſum mercatorum, cui Princeps mandat tribui fidem; mul-
ta requirere, quæ ibidem ſigillatim deducit: eum omnino
conſulas.

18 Ampliatur hoc ſtatutum extendere vires ſuas extra,
etiam tertium ipſorum ſtatuentium, id eſt vt liber ratio-
nis ipſius mercatoris ſic a ſtatuto roboratus vbiq. pro-
bet, licet in iudicio, in quo producitur, non adſit tale ſta-
tutum. Sic poſt *Io. Andr. Bart. ac plures alios, ampliat idem
Viuius, d. ſua opin. 806. num. 2. & 30.* vbi etiam rationem
deducit.

19 Quoniam circa ſcripturæ fidem inſpicitur locus vbi
celebrata eſt, vbicumq. poſtmodum producatur, ſequitur
hoc in terminis *D. Beuſt. in d. leg. admonendi, n. 1021.* vbi ſic
exemplificat.

20 Quidam Mercator Norimbergenſis, qui codicem ſua-
rum rationum ſcripſit Norimbergæ, vbi prędicta conſue-
tudo viget, ac obſeruatur, producit illum ſuum codicem
in alio loco puta. Lipſiæ, vbi fortè cum alio litigat, in quo
loco prædicta conſuetudo minimè viget, vel non eſt In
vſus quæritur, An etiam vigere conſuetudinis illius loco,
vbi ſcriptus ſit codex ipſarum rationum, probes in illo
loco, vbi ligatur, ac producitur? & reſpondet, quod ſic, ob
ſupradicta. Nonnullis alijs rationibus, ac fundamentis,
hanc eamdem ſententiam communit eruditiſſ. *Scacc. d. c.
11. n. 239. cum aliquibus ſeq. ipſum lector conſulat.*

21 Et hæc eſt veriſſima concluſio, quidquid ſcripſerit *D.
Ant. Piagg. poſt hæc edita viſus in ſuo tractat. de conſuetudi-
ne, q. 12. n. 55.* De hac eadem materia ad hanc ampliatio-
nem ſpectante, videndus quoque *D. Pacian. d. cap. 63. n. 41.
cum ſeqq.* ſubamplia, vt ſtatutum ipſum ſeruari debeat in
quolibet foro nedum ſeculari, ſed etiam epiſcopali per il-
lud, quod vult *gl. not. in l. ex ea, ff. de poſth.* niſi tamen ſtatu-
tum referat ſe ſolum ad proprios iudices, puta quia dice-
ret, quod conſules mercatorum credant priuatis ſcriptu-
ris ipſorum mercatorum, Sic præcisè *D. Zaſ in l. ſi non ſpe-
ciali, n. 4. C. de teſtamentis.*

22 Obſeruandum eſt tamen neceſſe eſſe, quod liber ipſe
rationum ſit conſcriptus in territorio ipſorummet ſta-
tuentium, & non alibi, vnde ſi Patauinus Romæ commo-
rans in libro ſuo annolaret ſe ſoluiſſe centum, quæ D.
Paulo Tomaſino Patauino pariter debebat, ſeu ſoluere
tenebatur tunc virtute prædicti libri rationum conſcripti
extra territorium Patauinum non probaretur ipſa ſolu-
tio. Sic poſt alios relatos docuit præcisè *Viu. d. ſua opin.*
23 806. *n. fin.* & eſt veriſſima Concluſio, quidquid dubitaue-
rit *D. Corn. conſ. ſuo 319. in vltima dubitat. vol. 3.*

24 Obſeruandum ſecundo principaliter, prædictum ſta-
tutum non procedere, ſi eſſet indiſcretum, videlicet, quod
omni ſcripturæ mercatoris pro ſe indiſtinctè crederetur,
quia tunc careret ratione, immò eſſet pronum ad falſum
committendum, ſic poſt *Bal. in l. vnica, num. 13. C. de Con-*
25 *feſſ. Abb. in c. 2. circa finem extra de poſtulatione prælator.
Marſil. ſing. ſuo 458. Stracc. & alios, obſeruit Viuius, d. ſua
Opinio 806. num. 4. Addo Clar. Pacian. de probationibus cap.
63. lib. 1. num. 28. vbi pulchrè: Dom. Fabium Turretum conſil.
47. num. 5. vbi infinitos deducit, vol. 2. P. Gilken. in d. l. inſtru-
ment. n. 38. C. de probat. & D. Bernard. Greuæum, lib. 2. Pra-
cticar. concluſion. concl. 20. num. 4. Adeundus quoque D Ste-
phan. Diſceptationum forenſium c. 171. num. 7.* Verificabi-
tur ergo in illis mercatoribus dumtaxat, qui fuerint ap-
probati, prout Peruſiæ obſeruari, ac illius ciuitatis ſtatu-
to cautum eſſe, reſpondit idem *Turret. conſ. 47. numer. 2.
vol. 2.*

26 Animaduertendum tertio, præfatum ſtatutum locum
dumtaxat ſibi vendicare in modica ſumma non autem in
magna. Sic poſt *Andream Siculum in rubric. de conſuetudi-
ne, n. 83.* vbi atteſtatur ita ipſum iudicaſſe in ciuitate *Ari-
minenſi Hyppol. de Marſil. ſingul. ſuo 458. & alios. Thomas*
27 *Triuſ. lib. 1. deciſion. 16. num. 3.* Declara, ac reſtringe ani-
maduerſionem hanc, vt non procedat reſpectu ſtatuti,
quod arbitrium iudicis non excluderet, ſed potius ei ſub-
mitteretur, quia iſto caſu conſuetudo, ſeu ſtatutum vale-
ret, & ideo codices mercatoris vigore dictæ conſuetudi-
nis, ſeu ſtatuti accedente conſenſu iudicis, ideſt ſi iudici
videbitur, conſiderata qualitate mercatoris quantitate,
ac præiudicio cauſæ probabunt etiam in magnis ſummis,
Sic egregiè poſt infinitos relatos *Scaccia, d. cap. 11. n. 198.*

28 Notandum præterea, libros ipſorum mercatorum plenã
fidem facientes, ſtatuto laicorum mandante contra cleri-
cos nihil operari etiam in foro ſeculari. Sic poſt *Abb.
Alex. Capram, & alios Alxeran. Maſc. ſuper interpratatio-
ne ſtatutorum concl. 1. n. 32.*

29 Amplia, vt præfatum ſtatutum a ſecularibus ordina-
tũ nihil probationis in foro eccleſiaſtico reſpectu prædi-
ctorum librorum faciat, neç etiam in fauorem ipſorum
clericorum contra laicos: & hoc vt in iudicijs ſeruetur
æqualitas Sic præcisè poſt plures relatos *Clariſſ. Menoch.
conſil. 991. vol. 10. n. 7.* & ſequutus eſt nouiſſimè *Greuens,
d. concl. 20. n. 5. & 6. De ſupradicta materia videndus Clar.
Marta de iuriſdictione p. 5. Cent. 1. caſu 83. per totum*, vbi
pulchrè.

30 Obſeruandum principaliter quintò, prædictum ſtatu-
tum, vel conſuetudinem dictam (quod libris ipſorum mer
catorum plena fides adhibeatur,) interpretari, ac intelligi
dumtaxat in pertinentibus ad mercaturam, & eorum of-
ficium, non autem in alijs, & ideo ſi mercator, puta pan-
norum, ſcriberet in ſuo libro rationum de aliquo depoſi-
to, vel mutuo, quod ad eius artem minimè ſpectaret, ex
tali libro nulla proculdubio orietur probatio, etiam ſtã-
te præfato ſtatuto, vel conſuetudine. Sic præcisè docuit
inter alios *Aret. conſ. 33. n. 1. 44. n. 2. & 45. in fin. Ceph. conſ.
374. n. 6. & 53. Mazzol. conſ. 106. n. 44. Hippol. Rim. conſil.
ſuo 489. n. 36. & 37* vbi pulchrè, & prius *conſil. ſuo 71. n. 9.
& 10. vbi ample, Marcabrun. conſ. 18. n. 146. Burſ. poſt alios,
conſ. 224. num. 2. & nouiſſimè Fabius Turret. conſ. 47. num.
4. in ſecundo*, vbi infinitos deducit, his accedunt *Borrel.
conſil. 66. num. 11. Petr. Surd. conſil. ſuo 326. n. 18. 453. num.
54. 543. num. 9. & deciſ ſua 336 num. 3. Petrus Auguſtinus
Morla, dicta quæſt. 17. poſt plures relatos, num. 14. Viuius dict.
ſua opinione 806. n. 5. & 6. vbi etiam poſt Roman. Ioan. An-
dream, Decium, Crauet. & plures alios adductos atteſtatur de
communi idem Viuius, deciſ. ſua 445. num. 2. & omnium la-
tiſſimè, ac elegantiſſimè D. Franc. Beccius, conſil. ſuo 5. num.*
31 11. & 14. vbi pro corroboratione conſiderat, quod ſtatu-
tum, vel conſuetudo diſponens, quod libro alicuius plena
fides adhibeatur, repugnat diſpoſitioni iuris communis,
ac ideo reſtringi, ac intelligi debet ſecundum ius com-
mune nempè in reſpicientibus officium ſeu negotium
eius.

32 Huic idem communi traditioni ſubſcripſerunt etiam
Alderanus *Maſcard. ſuper extenſ. ſtatutorum concluſ. ſua 2.
num. 266. M. Ant. Maceratenſ. Variar. reſolution. libr. 2. c 6.
num. 25. cap. 58. num. 6. et reſoluit vltima, cap. 14. per totam.
Medices deciſ. ſua Marchiana 14. numero 9. et ex recen-
tioribus Clariſs. Eques Domin. Peregrin. de iure fiſci, lib. 6. tit.
5. num. 16. Addo eruditiſſ. Greuæum, lib. 2. Practicar. conclu-
ſionum, cap. 20. num. 3.* vbi nonnullos concordantes dedu-
cit, *et Dom. Sigiſmundum Scacciam poſt innumeros hanc
eamdem ſententiem in ſequentes adductos, dict. cap. 11.
num, 148.*

*num*.148.& 149. vbi quoque aliam rationem deducit di-
cens :nam authoritas, quæ competit rationem officij, ſeu
33 exer citij, non debet poſſe operari vltra naturam ipſius
offic ij, & latius per eum, quem conſulas. Videndus quo-
que *D.Pacian.d.cap.63.num.29.&* 30. vbi latiſſimè. Ad-
do etiam *Solam,dict.lit.de Libris Mercator. dict.gloſ.2. nu-
mer*.7.

34 Et hæc eſt veriſſima Concluſio, quidquid titubanter,
& parum ſibi conſtans ſcripſerit *Decius,in l.age, n.5. C.de
tranſact.*

35 Sic videmus in ſimili,quod ſtatutum diſponens de ple-
na fide adhibenda theſaurario,non procedit,quando tra-
ctatur de materia non pecuniaria, & ſic non ſpectante ad
officium theſaurariæ. ſic poſt *Rom.conſ.ſuo 319.D.Rol. à
Valle conſ.ſuo 92.n.12.vol.3. ſequitur D.Scaccia,d.cap.11.
num*.151.

36 Sic etiam decretum de dando fidem libris Hebræorum
intelligitur in pertinentibus ad Hebræos,puta de mutuã-
do pecunias captis pignoribus, & non de alijs. Sic poſt
*Iaſ.& Cacher.deciſ.ſua Pedemontana* 72.*num*.10. *Ludou.d.
concl.ſua 29.pag.71.verſ.7.* requiritur in fine, vbi etiam
ſubdit poſt Ceph.& alios,quod iſtud,quod mercator ſcri-
37 pſerit de pertinentibus ad exercitium non facit, quod ei
credatur,niſi ſtante dicto ſtatuto, vel conſuetudine.

38 Sic quoq. ſi ſtatuto aliquo caueatur, quod filius fami-
lias non poſſit ſe obligare,niſi ſit artifex, prout in hac ci-
uitate expreſsè cautum eſſe legimus inter ſtatuta,ſub Ru-
brica,de Mercatoribus, & eorum quæſtionibus,c. filijsfa-
milias,valebit dumtaxat obligatio,ſi contraxerit occaſio
ne artis,& non aliter.Sic poſt *Alex.Iaſ.Barbatiam,* ac in-
finitos propè alios,*D.Beccius,d.conſ.ſuo* 5. *n*.15.

39 Sequitur poſt infinitos concordantes adductos *Scac-
cia,d.c.*11.*num*.150.vbi quoque rationem huius compro-
bationis deducit,dicens ; nam habilitatio, ſeu permiſſo
contrahendi cum filiofamilias, eſt reſpectu cauſæ, & non
perſonæ, quare ceſſante cauſa mercantiæ, ceſſat promiſ-
ſio,& habilitatio.Hoc idem ſequitur quoque poſt quam-
plures allatos diſſertiſſimus *Pacian. dict.cap.63.num.31.
&* 32.

40 Sic pariter libri viſitationum Epiſcopi plenè probant
quoad viſitationum dumtaxat,videlicet, quoad viſitatio-
nem perſonarum ſacramentorum,& aliorum pertinentiũ
ad officium viſitantis, & quoad alia.Ita præcisè *Petr.
Æmil.Verall.deciſ.ſua* 158.*p*.2.vbi de anno D. 1551. die
14.Decembris ita iudicatum fuiſſe ſubnectit.*Verall.ſequi-
tur nouiſſimè P.Enriquez conſ.ſuo* 56. *n*.5.

41 Sic etiam libris publicis non credi niſi de his, quæ ſpe-
ctant ad officium ipſorum ſcribentium, egregiè reſpon-
dit *Socin.conſ.ſuo 268.nu.3.in ſecundo, Alexand. conſil.68.
num.3.in tertio,*& ſequitur poſt hos relatos *Hercul. in ſuo
reſponſ.pro Sereniſſimo Etruriæ Duce, numer.277.in princi-
pio*.

42 Sic quoque(ne huius materiæ terminos egrediat) mer-
catorum,artiumvè mechanicarum præpoſitis, ſiue prio-
ribus ex ſtatuto, vel prinilegio. Poteſtatem inter merca-
tores,& artifices cognoſcendi,iudicandiuè conceſſam,vl-
tra negotia mercantilia, & cauſas artificium ipſum con-
cernentia non extendi, omnium elegantiſſimè poſt infi-
nitos relatos, docuit *Græueus ſummus Practicus, d. concl.
20.Conſiderat.prima. n.1. & per totum.*

43 Latius de materia huius notabilis *D. Rolan. à Valle, d.
conſ.ſuo 92.a n.8.vſq.ad 14.& Lancell.Gallia, conſ. ſuo 15.
vide per eos.Addo Pacian.d.c.63.n.33.cum ſeqq.*vbi pluri-
bus ſimilibus comprobat.

44 Hæc autem omnia intellige procedere, quando datur
fides libro ipſius mercatoris ex diſpoſitione ſtatuti, tunc
enim aliter non creditur, niſi in concernentibus merca-
turam.

45 Secus autem eſt, vbi fides libri pendet a Iuris commu-
nis diſpoſitione,tunc enim ipſi in omnib. creditur,ſiue de
mercatura,ſiue de mutuo,ſiue de depoſito in eo ſcriptum
ſit,quando tamen extant alia adminicula. Sic præcisè *P.
Surd.conſil.ſuo 543.n.9.*vbi poſt alios concordantes addu-
cit. *Ceph.conſil.374.n.53.& Ioſeph. d.concl.ſua 29.n.118.
Addo Steph. Grat. poſt hæc ſcripta viſum Diſceptat.Foren-
ſium,c.171.n.9.&* 10.

46 Obſeruandum ſextò principaliter prædictam conſue-
tudinem,cum ſit facti,rectè capitulandam,ac probandam
eſſe:ſic in terminis docet *Turret.conſil.ſuo 47.n.7.in 2.* vbi
etiam qualiter ipſa probari debeat, eleganter ſubnectit.
Sequitur hoc idem *Hercul.in d.ſuo reſponſo,n.352.addo M.
Brunum,conſ.ſuo 46.n.5.& Pacian.d.c.63.n.39.&* 40. vbi
docet, quod in huius conſuetudinis probatione requiri-
tur de iure ciuili curſus 30.annorum, de iure autem Ca
nonico 40.

47 Animaduertẽdum poſtremò,quod adhoc, vt ipſi mer-
catorum libri etiam ita diſponente Statuto, vel conſuetu-
dine fidem faciant, requiruntur infraſcripta,quæ ad ma-
iorem etiam cautelam erunt articulanda,& probanda.

48 Primò itaque requiritur,quod mercator ipſe fuerit,ac
ſi legalis homo,& fide dignus, & pro tali ab omnibus ha-
bitus.Sic præcisè *Guido Papa,Quæſt.ſua 44 Rolan. a Valle
poſt Bald.in d.l.admonendi, & in dicta l.nuda. ff.de donatio-
nibus,dicto conſilio ſuo 92.num.6.in 3.Riminald.iunior.con-
ſilio ſuo 39. num. 20. vbi pulchrè: Crauett. de antiquitate
temporum,in §.vidimus,& abundè, num.20. & D.Menoch.
conſil.ſuo 39 num.14.lib.1.His accedunt Viuius, deciſ.ſua
445.num.16.Bernard.Græueus d.concl.20.num.7.Pacian.d.
cap.63.numer.20. & Dom.Petr.Surdus poſt alios, deciſ.ſua
199.num.15.& conſil.ſuo 489. n.19.* vbi ſubdit, quod eo
caſu liber ipſius mercatoris abſque alio fidem aliquem
facit.

49 Et non ſit infamiæ aliqua labe notatus, ad latè tradita
per *Rol.poſt alios,d.conſil.ſuo 92.num.finali, in tertio. Hipp.
Riminald.conſ.ſuo 39.num.19.*vbi plures alios concordan-
tes deducit, *& conſil.114.n.19.& D.Farinac.d.conſil.ſuo
criminali 20.n.1.in fine.*Id quod etiam docuit *Thom.Gram.
poſt plures relatos,conſ.ſuo ciuili 70.n.8.& D. Maſc. concl.
ſua 90.n.30.*

50 Quod tamen intellige, ſi talis infamia ſit publica, alias
ſecus,vt per eundem citato loco,de qua tamen re vide di-
cta ſuperius,*n.5.et D.Hippol.de Marſil.ſing. ſuo* 458. Nunc
autem addo *Solam,d.gl.2.n.8. & 9.* vbi ſubdit idem iuris,
& ſi alia ſiniſtra ſuſpitio contra ipſummet mercatorem
oriretur.

51 Exigitur ſecundo principaliter, quod ipſemet merca-
tor ſcripturã, ſiue librum ſuum rationum manu propria
conſcripſerit,*ad l.Generaliter,C.de non num.pecun.ſic præ-
cisè Rol.d.conſil.92.d.n.6.verſic.2. & M.Brunus, conſil. ſuo
46.n.4.*

52 Contrarium tamen hac in re expreſsè ſenſit Straccha
poſt alios plures relatos,*in ſuo tract.de mercat.par.2.n.65.*
53 motus tum ex eo,quia ille videtur ſcribere,cuius nomine
ſcribitur,ad leg.qui per alium ad reg.iur.

54 Tum etiam, quia quidquid in libro mercatoris penes
ſe exiſtente ſcriptum legitur, id omne eius conſenſu, ac
voluntate conſcriptum præſumitur,niſi contrarium pro-
betu r,*ad l.cenſus de probationibus cum concordantibus,*per
eum deductis. Quam etiam opinionem pulchrè alijs ta-
men rationibus motus, vt per eum defendit *Crauett. in d.
§.vidimus,num.21.& nouiſſimè Clar. D. Farinac.conſil.ſuo*
18. *num*. 16. Viuius quoque alijs etiam rationibus om-
nium elegantiſſimè hanc eamdem opinionem commu-
nit, pro eaq; ita iudicatum extitiſſe anno Domini 1589.
in Sacra Audientia Barenſi in cauſa, tunc in ea vertente
inter aliquos mercatores Baris commorantes ſub *n*.16.
ſubnectit.

55 Sed verior ex ſententia *Ludou.d.concl. ſua 29.* eſt præ-

cedens opinio, quando virtute ſtatuti omnino credere-
tur libris Mercatorum.
56 Contra autem procedit, quando à Statuto non eſt ap-
probata expreſsè perſona ipſius mercatoris. Videndus
idem *Ludouic.d.concl.col.5.verſic.& quamuis.*
57 Tertio principaliter requiritur, quod veritatem ipſe-
met mercator ſcribere conſueuerit, ad *l.vel vniuerſorum,*
*ff.de Pignor.act.Sic Rolan.d.num.6.verſ.3.Sequitur Viuius,*
58 *d.deciſ.445.nu.21.verſic.3.requiritur.* Si enim reperiatur
ipſe liber falſus in vno, preſumetur abſque dubio falſus in
omnibus, ita *Caſtrenſ.conſ.301.num.4.lib.1. Iaſon.in d.leg.*
59 *admonendi,num.126.& Gabriel.conſilio 148 nu.9.* Et hæc
quidem qualitas eſt articulanda, ac probanda; ita colligi
videtur ex ſcriptis per *D.Hippol.Rim.conſ.ſuo 665.nu.4.*
60 Exigitur quartò, quod cauſam in ipſomet libro ſubiũ-
xerit, ex qua ſcilicet cauſa acceptum latum ſit, & ex qua
expenſum latum, iuxta doctrin. *Bart.in l.inſtrumenta,C.de*
*probat.*Non enim nude à cauſa rationes eſſe debent, *l.nu-*
*da,ratio de donat.ſic præcisè Rol.à Valle,d.conſ.ſuo 92.d.nu.*
*6.verſicul.4.*Sequitur hoc idem *Straccha de Mercat.d.p.2.*
*num.60.*vbi omnium pulcherrimè *Viuius, d.dec.ſua 445.*
*num.21.verſic.4.debet,Pacian.d.c.63.num.22.*& ex recen-
61 tioribus *D.Franc.Beccius,dict.conſil.ſuo 5.num.8.* vbi etiã
ſubdit, quod non ſolum liber mercatoris, ſed cuiuſuis cõ-
feſſionem continens cauſa nõ adiecta, probationem mi-
nimè inducit, nec etiam contra ſcribẽtem. *Allegat,l.cum*
*de indebito, §.vlt.de probat. & c.ſi cautio, de fide inſtr.nec-*
*non Alex.poſt alios,conſ.ſuo 180.in cauſa,& lite,n.2.lib.6.*
62 vbi vult, quod liber rationum in ea parte, in qua ratio in
eo deſcripta caret cauſa, non probat.
63 Quæ etiam confirmarunt ex eo, quod ſcribit *Abb.in c.*
*1.num.6.de fid.inſtrum.*inquit enim, quod licet ſcriptura
priuata reperta in Archiuio publico ratione loci fidem
faciat, tamen intelligitur, quando ſcriptura continet cau-
ſam. Adducit in *Argum. d c.ſi cautio, de fide inſtrum.& d.*
*l.cum de indebito, §.fin.*
64 Facit etiam, quod vult *Bald.in Rubrica,C.de fide inſtr.*
*numer.33.verſic.Sed quæro,*vbi docet, quod creditur liber
rationum, quando eſt in forma rationum, quæ cauſam
demonſtret. Secus ſi in forma vnius ſimplicis confeſſio-
nis ad obligandum non appoſita cauſa, per *d.leg.nuda,de*
*donationibus.*
65 Et eſt ratio ſecundum eum; quia ſcriptura non eſt mo-
dus conſtituendi obligationẽ, ſed inducendi preſumptio-
nem obligationis ex cauſa, quæ allegatur præceſſiſſe in
ipſa ſcriptura; vnde ſi non conſtat de cauſa in eademmet
ſcriptura, non inducitur præſumptio obligationis, & ſic
deficit probatio, quæ eſſet præſumptiua. Sequitur poſt
*Beltr.Iaſ.& alios,D.Beccius, conſil.ſuo 5.num.9.*
66 Et aduerte, quod non ſolum requiritur cauſa, ſed de-
bet eſſe apta, clara & intelligibilis, alias idem iuris eſſet,
ac ſi non eſſet inſerta.
67 Paria enim ſunt, nullo modo aliquid eſſe expreſſum, &
eſſe expreſſum incertè, & non intelligibiliter, ad tradita
per *Bart.in l.quidquid adſtringendæ,de verb.obligat.Sic poſt*
*Marſil.in Rubrica de fideiuſſoribus,num.318.*docet elegan-
ter *Beccius,d.conſil.5.n.8.circa finem.* Sequitur hæc omnia
præcisè *Scaccia,d.c.11.nu.271.cum infinitis ſeqq.*vbi etiam
non tantum ſubdit, quod cauſa ſatis dicitur expreſſa, &
68 certa, ſi ex coniecturis colligatur, exemplificando circa,
ſi ex coniecturas, verum quoque nonnulla alia non ſper-
nenda circa hoc requiſitum proponit, ac comminiſcitur,
ipſum conſulito.
69 Quinto requiritur, quod aliquid contra ſe in eodem
libro conſcripſerit, *l.Publia,§.fin.ff.depoſiti, & l.quædam,*
*§.nummularios,ff.de edend. ita Rol.d.num.6.verſic.5.Brun.*
*conſil.ſuo 46.numer.4.verſic.requiritur etiam. P.Surd.poſt*
*plures relatos conſil.ſuo 443.num.5.& Viuius, d.deciſ.445.*
*num.16.verſ.quinto.*

70 Expoſcitur ſextò, quod eſt veriſimilibus circumſtãtijs,
& præſumptionibus poſſit eſſe verum, quod ſcriptum in
eo reperitur, habito reſpectu ad tempus debiti contracti
ſolutionis factæ ad perſonas contrahentes, & ad locum
contractus. Sic *Rol.à Valle,d.conſil.92.d.numer.6.verſic.6.*
*Straccha,d.p 2.de Mercatoribus,nu.61. verſic.deniq; Mar-*
*cabrun.conſil.18.n.167.Maſcard concl.ſua 975.num.82.&*
*95.Bimius,conſil.69.num.20,in 1.& nouiſſimè Fab.Turret.*
*conſil.ſuo 47.num.13.& 14.in 2.addo Viuium, d.deciſ.445.*
*nu.21.ferè in fine,vbi pulchrè. Petr.Surdum, deciſ.ſua 199.*
*nu.5.& Medicem,deciſ.ſua March.14.num.16.*
71 Adeundus etiam de hoc requiſito *D.Scaccia, d.c.11.n.*
*153.cum multis ſeqq.* vbi poſt infinitos concordantes ad-
ductos nõ ſolum exemplis, ac rationibus hoc requiſitum
communit, verum etiam quid ſit veriſimile pluribus mo-
dis eleganter declarat: ad ipſum ex ſcriptis ſcripta confi-
ciam lectorem beneuolum remito. Videndus quoque *ſub*
*num.289.Addo Pacianum,d.c.63.n.25.& 26.* vbi pulchre
de hoc eodem requiſito.
72 Et licet hæc ſex requiſita relata etiã ſigillatim *per Sur-*
*d.d.dec.ſua 109.n.11.& conſ.ſuo 543.n.8.Io.P.Anch.lib.2.*
*q.55.n.5.& q.42.n.5.cum ſeq.in 3.Solam,d.gl.2.n.50 Fla-*
*min.Chartar.dec.ſua Genuenſ.127.n.4. P.GilKen.in d.l.in-*
*ſtrumenta,nu.28.cum ſeqq.C.de probat.& plures alios;* im-
pugnantur ferè per *Crau.d.§.vidimus,n.21.* cuius veſtigijs
adhæſiſſe quoque viſus eſt *P.GilKen.in d.l.inſtrument.nu.*
*50.& 51.C.de probat.*
73 Defenduntur tamen, ac ſuſtinentur per *Ludou.d.concl.*
*ſua 29.col.3.verſic. eſt verum,* quem conſulas.
74 Quinimo *Guid.Pap.dec.ſua 44.* (prout refert *Viuius in*
*d.loco)* adijcit aduocatum ſemper in caſibus occurſis hu-
iuſmodi omnia requiſita pro palma, victoria obtinenda,
ac reportanda circa præſtandam fidem hiſce libris arti-
culaſſe, ac probaſſe. Addo *Io.Gulierm. Guidob.aduoc.ſua*
*51.n.4.cum ſeqq.*
75 Septimò principaliter requiritur, quod in dicto libro
ſint deſcriptæ partitæ pertinentes ad mercaturam, ſiue
exercitium, de quo tractatur, & non ad aliud. Ita *Roland.*
*d.conſil.92.num.8 cum ſeq.Conferunt,quæ ſcripſimus, num.*
*30.cum ſeqq.*
76 Exigitur octauò, quod in ipſomet rationum libro ſit
appoſitus annus, menſis, & dies, alias non probat, ita pul-
chrè, ſed longè latius *D.Roland.à Valle,d.conſ.92.num.14.*
77 *Stracch.d.p.2.nu.55.& 61.* vbi etiam rationem deducit,
dicens, quia ſine certo die rationes implicitæ redduntur,
& implorari non poſſunt.
78 Addo eruditiſſimum *Scacc.d.c.11.nu.281.*vbi nonnul-
los concordantes deducit. Declara iſtud requiſitum eſſe
neceſſarium ad effectum, vt liber probet pro ſcribente, ſe-
cus ad effectum, vt contra ipſum probationem faciat, cõ-
79 tra eum enim probabit, quamuis careat die. Et ratio eſt
euidens: quia nemo ex propria culpa commodum repor
tare debet. Sic eleganter poſt *Abb.Iaſ.& alios Scaccia d.*
*c.11.num.282.*
80 Hin rectè docuit *Butrius, in c.2.ſub n.5.verſic.venio ad*
*ſecundum,de fide inſtrument.*quod in quantum ſcriptura
conficiunt contra ſcribentem, non eſt quærendum de ſo-
lemnitate, ſed in quantum conficiuntur contra mandan-
81 tem, vel contra tertium debet (inquit) habere ſolemni-
tates. Nota tamen obiter (quantum ad oppoſitionem
Conſulis) quod eius oppoſitio non ſeruatur in praxi, &
Conſulem in iſto caſu intelligas Papam in Statu Eccleſia-
ſtico, Imperatorem in Statu Imperiali, & Principem Ve-
netum in hoc Sereniſſimo Dominio. Conferunt quæ de
materia huius requiſiti ſcripſimus *ſupra libr.1.qu 3.*ad ibi
dicta lectorem remitto.
82 Nono requiritur, quod appareat mercatorem tradi-
diſſe merces, licet non ſit neceſſe probare de quantitate,
& de pretio; nam quantitas, vel pretium probatur per
eius

eius librum Crauet.poſt alios,in d.§.vidimus, n.9.cum ſeqq.
vbi ponit exemplum de creditore:qui probat mutuo de-
83 diſſe pecuniam,licet enim non probet expreſsè de ſum-
ma,ſeu quantitate, attamen ſuper ipſa ſtabitur iuraměto
ipſiuſmet creditoris,iuxta originalem opinionem Rainer
de Foroliuio,in l.1.ff.de in litem iurando,quam latè defendit
ipſemet Crauet.ab obiectis D.Purpur.in d.l.admonendi eod.
tit.de in litem iurando ; Sequitur hoc idem P.Surd.dec. ſua
199.n.5.& D.Maſcar.dict.concl.ſua 976.nu.33.idem Crau.
tangit,conſil.ſuo 369.numer.20.in tertio,& conſil ſuo 218.
num.5.in 2.
84 Exigitur decimo , quod dicti libri non ſint ſcripti di-
uerſa manu,& attramento,item non ſint měndoſi,ita Dec.
conſil.447.nu.8.conſil.88.num 6. & 134.num.27.& Clar.
Menoch.conſil.ſuo 23.num.16.& 17.vbi etiam ſubdit poſt
85 alios , quod falſi ſuſpitio in parte libri totum vitiat , per
leg.ſi ex falſ.vbi Iaſ.C.de tranſact.
86 Libri enim ipſorum mercatorum carere debent can-
cellationibus,inductionibus, & de eis dicitur, Quod ſcri-
pſi, ſcripſi ; & habentur eorum partitæ pro ſententia
87 tranſacta in rem iudicatam . Sequitur Ludouic. poſt alios,
d.concl.ſua 29.verſic.14.requiritur.Addo Cl.Farin.conſ.ſuo
18.num.4.vbi pariter dicit, quod libri ipſorum mercato-
rum debent eſſe candidi , ac carere omni inductione, ac
ſuperinductione, aliter contra eos iuratur in litem, & eo
magis quando continent repugnantia , & latius vt per
eum.
88 Vndecimo expoſcitur,quod in ipſo libro rationum li-
bro ſint deſcripta data,& recepta,& à quo,&ex qua cau-
ſa,vt veritas , & falſitas in eo deprehendi valeat, ſic poſt
Bartolum,Crauettam,Menoch.& alios, Ludouic.d.concl.ſua
29.verſic.25.requiritur.Addo Burſatt.conſil.ſuo 283.nu.8.
vbi adducit Plotum,in l.ſi quando, num.243.C.vnde vi,&
alios. Sequitur Turret.conſil.ſuo 100.numer.37.& 42.in 1.
Addo M.Brunum conſil.ſuo 46.numer.1.& Pacian.d.c.63.
num.21. Adeundus etiam Dominus Scaccia d.cap.11.num.
268.cum ſeqq. vbi tandem concludit, quod ſi liber ipſe
contineret dumtaxat data,non probaret pro ipſo ſcribē-
te,ſed benè contra eum ; ipſum conſulas .
89 Duodecimo requiritur, quod mercator ipſe iuret cō-
tenta in eodem libro fuiſſe , & eſſet vera . Sic poſt alios
Menoch.conſil.23 numer.14. Crauet.de antiquit. tempor.6.
parte,primæ par.princip.num.47.moti authoritate Bartoli,
in l.Theopompus, de dote præleg. dum dixit,quod quando
aſſertioni alicuius eſt fides adhibēda ex diſpoſitione ſta-
tuti,intelligitur, modo ſi duo iuramento id aſſerit: ſequi-
90 tur Pacian.d.c.63. num.23.& 24. Et aduerte quod illud
iuramentum ab ipſis mercatoribus ſubeundum eſt initio
mercaturæ,ſeu officij ſui,tunc enim debēt iurare de exer-
cendo artem ſuam iuſtè,ac fideliter,& hoc ad differentiā
eorum,qui non exercent officium,ſeu artem publicam,
91 ſed vel conficiunt libros adminiſtrationis alicuius per-
ſonæ priuatæ,quales ſunt tutores,curatores,& ſimiles,vel
ſibi conficiunt libros propriarum rationum ſuarum ; hi
enim non tenentur iurare, niſi poſt ortam aliquam con-
trouerſiam, quando ſcilicet ad eorum intentionem pro-
bandam producunt ipſum librum rationum , quia tunc
debent iurare contenta in eo eſſe vera. Sic eleganter ani-
maduertit poſt infinitos relatos Scaccia,d.c.11.num.286.
& 287.& videndus ſub num.288. vbi ſubdit, multis in lo-
cis mercatores hodiernos hoc non ſeruare,nullo enim
iuramento ſuſcepto exercent mercaturam , ſeu artem ad
eorum libitum .
92 Tertiodecimo exigitur , quod is liber ad petitionem
partis exhibeatur,ad effectum, vt contra eum opponere
poſſit,ita Roman.conſil.186.Marſil.Sing.81. Menoch.dict.
conſil.23.num.17.& alij.
93 Contra tamen videtur vrgere,quod ſcripturam appro-
bare cenſetur,qui illius petit productionem. Crauet.conſ.
275.nu.2.Simon de Pretis de interpret. vlt.vol.lib.5.dubit.
4.num.66.fol.541.& facit generalis Regula, quod appro-
94 bare videtur ſcripturam,quicumque ea aliquo modo v-
titur. Surd.conſil.60.num.12.& 157.nu.23.& dec.ſua 199.
nu.6. & in ſpecie de libris Mercatorum productis docuit
Burſat.conſil ſuo 224. num.10. Videndus tamen in ſimili
in hac materia D.Munoz de Eſcobar, in ſuo tract.de Ratio-
cin.Adminiſtrat.cap.10.num.27.cum ſequentibus,vbi pul-
chrè .
95 Decimoquarto requiritur,quod dictus liber præfatio-
nem contineat, ac in ſimul inſcriptionem verbi gratia.
Hic eſt liber mei Aloyſij Tomaſini rerum in credentiam
96 venditarum, &c. ſic poſt infinitos relatos omnium pul-
cherrimè,& elegantiſſimè D.Straccha,d.p.2.de mercatori-
bus,num.53.quem ſequitur Ludou.d.ſua concl.29. verſ.18.
His adde D.Scacciam,d.c.11.nu.267.vbi ſubdit, quod iſta
præfatio, ſeu inſcriptio eſt neceſſaria pro declaratione
eorum,quæ in libro apparent ſcripta,nam ex ipſa intitu-
latione poteſt declarari mens illius,qui confecit,ſeu man-
dauit fieri librum, & latius vt per eumdem Scacciam.
97 Quintodecimo requiritur, quod ipſemet liber de mo-
re factus ſit ſecundum loci conſuetudinem,nō enim ſcar-
98 tafacijs credendum eſt. Sic poſt Bald.Iaſ.Stracchem , &
alios,Lud.d.concl.ſua 29.verſic.2.requiritur,vt etiam ſub-
dit , quod ipſi libri rationum debent eſſe compaginati,
99 alias non carerent ſuſpicionem falſi. Adducit D.Decian.
conſil.100.num.16.in 2.Sequitur pulchrè Scaccia,d.cap.11.
num.152.& melius ſub num.285.vbi ſubdit, quod hi libri
100 debent habere chartulationem,ad effectum,vt inde ali-
qua charta detrahi, ſeu addi non poſſit,& ſic videmus in
praxi edi ſemper Codices rationum , ac libros ipſorum
mercatorum chartulatos,& latius,vt per eum .
101 His omnibus requiſitis,ſiue maiori eorum parte inter-
cedentibus,ſtante tali ſtatuto, vel conſuetudine, libris ip-
ſorum mercatorum plena fides adhiberi poterit ; idque
non ſolum in paruis ſummis , ſed etiam in magnis ſibi lo-
102 cum vendicabit ; cum enim eorum fides à publico ſit
approbata, non eſſe de paruis, vel magnis ſummis diſtin-
103 guendum, poſt Iaſ. Menoch. & alios, docuit eruditiſs.D.
Lud.d.concl.ſua 29.pag.72.verſ.amplia 2.
104 Amplia,hoc etiam procedere , licet aliquæ dumtaxat
ex partitis ipſorummet librorum eſſent veræ , approba-
tæ,& acceptatæ, nam in omnibus etiam alijs ipſis plenam
fidem adhiberi communiter docuerunt interpretes . Sic
poſt Paul.de Caſtr.conſil.301.libr.2.Crauett.conſil.158.nu.
6.Burſat.qui alios allegat,& docet de Communi,& in pra-
ctica tenenda,conſil ſuo 224.num.8.& 651. nu.2. in quar-
to,Addo Flamin.Chartar. deciſion. ſua Genuæ 127. num.5.
& Surdum,deciſ.ſua 299.num.3. vbi concordantes addu-
cit Menoch.de Præſumpt.libr.3 præſumpt.63.Crauett. conſ.
360.num.15.Nattam,conſil.581.num.15.Purpurat. conſilio
519. numero 5. ac plures alios . Videndus quoque Dom.
Scaccia poſt hæc edita viſus, cap. præcitat.11. num.143. &
144.& Stephanus Gratian.Diſceptationum Forenſium capit.
171.num.11.
105 Amplia ſecundo, hoc pariter procedere , quamuis de-
ſcriptus in ipſo libro negaret, ſe negotiatum fuiſſe cum
mercatore, & negotiatio aliter non probaretur , & ratio
eſt : quia ſtatutum, vel conſuetudo diſponens ſimpliciter
credi debere libris mercatorum, id agit, quoniam eorum
ars , ſeu munus , & eorum libri cenſentur tacito conſenſu
populi approbati;pulchrè D.Scaccia,d.c.11 n.147.
106 Sed pulchra hic ſuboritur dubitatio,& eſt;An admitta-
tur probatio in contrarium contra dictos libros ? Alex.
107 in l.1.§.ſi abſens,num.7. ff. ſi ex noxalibus cauſa, quem re-
fert Straccha de Mercator.tit. Quomodo in cauſis Mer-
catorum procedendum ſit num. 35. dicit non admitti , id
quod etiam ſentire videtur Viuius,deciſione ſua 445.nu.3.
108 dum docet,quod libri mercatorum habentur quodam-
modo

modo pro ſententia, ſuaque fide in rem iudicatam tranſeũt, ideſt in ſoliditatem firmitatis, & irreuocabilitatis, vt in *Auth. de Fideiuſſor. §. argentariorum*.

109 Verior tamen, & magis Communis opinio videtur eſſe in contrarium, quod ſcilicet admittantur. Sic poſt *Iaſon. in d. leg. admonendi, numero 304. & 305.* qui pluribus eam ſimilibus comprobat, *& Oſaſch. in ſua Pedemontana 72. num. 11. D. Ioſeph Lud. concluſione ſua præcitata 29. col. 2. verſic. verior tamen, & pag. 72. verſic. amplia, & declara 3. Addo ego Solam, d. gl. 2. num. 12.*

110 Sed alia non minus pulchra, quam vtilis ſuccedit adhuc difficultas, & eſt, an libri ipſorum mercatorum, ſi habeantur vigore dicti ſtatuti, vel conſuetudinis pro publicis inſtrumentis, & habeant exequutionem paratam, præferantur creditori poſteriori fundanti ſe in inſtrumento?

111 Vide *Gratian. deciſ. ſua Marchiana 203. per totam, vbi elegantiſſimè*.

---

## An Liber Rationum mercatoris pro ſcribente regulariter fidem faciat, dubitatur.

### *SVMMMRIVM.*

1 *An lib. mercatoris regulariter pro ſe ſcribente fidem faciat, non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia.*
2 *Gl. in l. quædam, §. nummularios, C. de edendo, quem omnes ibi ſequuntur, ſenſit pro negatiua.*
3 *Contrarium Speculator, & alij multi, & nu. 4.*
5 *Sed hæc opinio communirer reprobatur.*
6 *Alia opinio Nicolai de Matarellis deducitur.*
7 *Ol. & aliorum in dict. leg. quædam opinio, vti verior retinetur.*
8 *Liber mercatoris pro ſcribente facit regulariter qualemqualem præſumptionem.*
9 *Amplia ex P. Surdo, præſertim ſi ipſimet mercator ſit vir bonus, ac inculpatæ vitæ.*
10 *Quinimò Viuius intelligit etiam, quod oriatur ſemiplena.*
11 *Scaccia tenet quoque plenam reſultare.* Ratio *ibidem.*
12 *Liber ipſius mercatoris probat pro ſcribente in poſtis minutis, quando tamen mercator eſt fide dignus.*
13 *Intellige, ac declara ex Crauetta. de antiquitatibus temporum.*
14 *Amplia, vt probet etiam, cum agitur de magna ſumma, dummodo tamen non adſit ſuſpicio, nec de magno aduerſarij præiudicio tractetur.*
15 *Item ex Iaſ. quando aliquæ partitæ in ipſis libris contentæ reperiuntur veræ.*
16 *Contrarium multi. Sentiunt enim quod tantummodo faciat aliqualem præſumptionem, quando agitur de magna ſumma, licet etiam de libro perſonæ legalis tractetur.*
17 *Et eſt veriſſima concluſio.*
18 *Quam tamen limita quando adeſſet ſtvtutum, vel cooſuetudo, quod libro ipſius mercatoris fides adhiberetur.*
19 *Quidquid dixerit P. Enriquez, poſt Corneum.*
20 *Item cum verſamur inter Mercatores.*
21 Ratio, *& num. 22.*
23 *Amplia, vt hoc procedat, non ſolum in libris mercatorum, qui actu mercaturam exercent, ſed etiam in libris eorum, qui iam eam exercere deſierunt, dummodo tamen ſint deſcripti tempore, quo mercaturam ipſam exercebant.*
24 *Liber mercatoris regulariter probat pro ſcribente accedentibus vrgentibus coniecturis, & quando mercator eſt legalis, ac fide dignus, idque articulatum, & probatum extitiſſet.*
25 *Item proba extante ſtatuto, vel conſuetudine quod libris ipſorum mercatorum credatur.*
26 *Rationes ex Scaccia.*
27 *Siatuto, vel conſuetudine diſponi poteſt, vt eorum libris credatur.*
28 *Et hæc inſpectis regulis iuris communis dicta ſint.*
29 *Quid iure municipali DD. Venetorum, & num. 30.* } *Author recenſet.*
31 *Et quid Statuto noſtro Patauino in hac materia diſpoſitum ſit.* }

Libris Mercatorum, ſi ſtatuto cautum, vel conſuetudine receptum ſit, quod probent, pleniſſimam abſque alio eſſe fidem adhibendam, hactenus concluſimus. Nũc quid iuris exiſtat, circumſcripta omni conſuetudine, ac ſtatuto ſupereſt videre. Quoniam autem tripliciter ipſis fidem adhiberi principaliter contingit, Pro ſcribente, contra ſcribentem; & pro tertio, contra tertium: de ſingulis exactiſſimè diſſerere mihi ſtatutum eſt.

Dubitatur igitur Primò, an liber ipſius Mercatoris regulariter pro ſe ſcribente fidem faciat?

1 IN huiuſmodi difficultate variæ, quidem extiterunt DD. ſententiæ.

2 *Gloſſ. enim, in l. quædam, §. nummularios, C. de edendo, & ibi Bart. & Caſtrenſ. num. 3. & alij communiter, vt dicit Iaſ. in d. l. admonendi, ſub num. 131.* ſenſit apertè pro negatiua, Eamdem poſt alios ſequitur *Ruin. conſil. ſuo 77. num. 2. in 4.* vbi dicit, quod DD. communiter tranſeunt cum *Bart. addo Burſatum poſt plures relatos, conſil. ſuo 224. num. 1. & Surd. conſil. ſuo 372. num. 31. in 3.* Videndus quoque *D. Bernardinus Greuæus Pract. Concluſionum, lib. 2. concl. 20. num. 1.* vbi plures concordantes adducit, & ſubdit *Rotam Romanam*, ita ſæpius tenuiſſe. Addo *Fuluium Pacianum, in ſuo tract. de probationibus lib. 1. cap. 63. num. 18. & Sola; d. gloſ. 2. num. 6.*

3 Contrarium voluit *Speculat. in tit. de inſtrumentor. edit. ſub Rubr.* quot ſunt ſpecies *inſtrumenti, ſub num. 5.* vbi voluit, quod liber mercatoris noſtri temporis probat etiam pro ſe, cum adminiculo vnius teſtis, vel cum iuramento.
4 Idem voluit *Salic. in l. rationes, C. de probationibus, & in l. 1. C. de edendo,* vbi amplius ſubdit, in arbitrio iudicis reſidere, conſiderata qualitate perſonæ, & quantitate rerum, quanta ſcilicet fides ſit adhibenda libris ipſorum mercatorum: id, quod etiam ſequntus eſt poſt *Barbatiam, & alios Clar. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 1. caſu 91. num. 19. & P. GilKen. dict. leg. inſtrumenta, numer. 31. C. de probationibus.*

5 Sed hæc opinio communiter reprobatur, vt ſcribit *Abb. in d. c. 2. ſub num. 9. verſic. ſecunda fuit opinio,* & eam quoque reprobat *Cinus in l. inſtrum. C. de probat.*

6 Inter has pugnantes Scribentium ſententias, tertia fuit opinio *Nicolai de Matarel.* qui dixit, quod cum alijs adminiculis probat pro ſcribente, vt refert, & ſequitur *Bald. in d. l. rationes, C. de probat.*

7 Tenendo primam opinionem *gl. & Bar.* quam *alij communiter ſequuntur.*

8 Primò, eam limita, non procedere quoad qualem qualem præſumptionem. Eam enim etiam pro ipſomet ſcribente induci, communiter receptum eſt. Ita *Iaſ. d. numer. 131. in fine, Canoniſtæ omnes, in dict. capitul. 2. de fide inſtrument. & poſt plures alios relatos D. Maſcard. d. ſua concluſ. 976. num. 12.*

9 Addo *Surdum, deciſ. ſua 199. num. 1. vbi ampliat,* præſertim ſi ipſumet mercator ſit vir bonus, ac inculpatæ vitæ. Id quod etiã pulchrè ſequitur *Io. Kopp. deciſ. ſua 46. nu. 54.*

10 Videndus quoque *Viuius, deciſione ſua 445. num. 15.* vbi intelligit etiam, quod oriatur ſemiplena, ibique plures deducit.

11 Qui-

11 Quinimò quod etiam plena, ac efficax oriatur, tenuit omnium elegantiſſimè *Scaccia, de iudit Cauſ.ciuil.libr.2. cap.11.num.129.& 130.* & ratio eſt ſecundum eum: quia mercatores ipſi ſcribunt, & faciunt libros rationum quadam neceſſitate ſui officij, & ex quodam tacito mandato, & voluntate eorum, cum quibus contrahunt, quia hi cum quibus contrahunt, ſciunt, quod mercatores neceſſariò debẽt facere, & tenere vnum codicem ſuarum rationum, cum ſępè dent in credentiam, & recipiant creditum in diuerſis partitis, & contrahant cum tot, & diuerſis, vt nimis oneroſum eis eſſet de ſingulis parare probationes aliter, quam per ſcripturam proprij codicis rationum, vnde ij, qui cum dictis mercatoribus contrahunt, videntur tacitè eiſdem mandare, quod ſcribant data, & recepta, & propterea nil mirum, ſi etiam ad fauorem ipſorum plena dictis libris fides adhibenda ſit, & quod inter mercatorem, & contrahentem cum eo, pręſumatur iſtud tacitum mandatum, iniunctum ipſi mercatori à contrahente cum eo, vt ſcilicet ſcribat, refert, ac ſequitur *Maſcar. Anchar. ac plures alij relati per eumdem Scacciam.*

12 Secundo limita, eam pariter non procedere in poſtis minutis, quando tamen mercator eſt fide dignus, tunc enim plenè etiam probat. *Bald. in l. vnica, col.3. in fin. C. de confeſſ. Iaſ. in d. l. admonendi, nu.125. in fine, vbi etiam Corraſ. num.94. Abb. in c. bonæ, lib.2. num.3. de poſtul. prælat. & D. Crau. de antiquitatibus, d. verſic. vidimus, num.2.* vbi tamen dicit ad hoc intelligi debere, dummodo liber ipſe rationum ſit confectus cum omnibus illis ſolemnitatibus, de quibus ipſe loquutus eſt in ipſo tractat. in prima par-
13 te, in verſic. quarto limitatur, *num.44.* & quas nos miro quodam ordine ſupra retulimus. Sequitur *Dec. in l.1. n.4. C. de edendo, Maceratenſ. variar. reſolut. libr.2. reſol.6. num.16. Kopp. d. deciſ.46. num.55. Medices, deciſ. Marchiana 14. nu.1. & plures alij. Addo Pacian. d. c.63. nu.20.*

14 Ampliabis hãc limitationem etiam procedere in magna ſumma, dummodo tamen non adeſſet ſuſpicio, nec de magno aduerſarij præiudicio tractaretur, ita *Bart. in d. l. vnica, col.4. C. de confeſſ.* & videtur ſequi *Acania conſil.3. ſequitur etiam Iaſ. in d. l. admonendi, de iureiurando,* vbi pręcipuè
15 docet hoc procedere, quando aliquę partitæ in ipſis libris contentæ reperiuntur verę, cęteræ namque omnes præſumuntur, ſimiles allegat poſt nonnullos alios *Ang. Inſt. de actionibus, §. actionum autem, q.13.*

16 Contrarium tamen voluit idem *Bald. in d. l. rationes, & Bart. in d. l. admonendi, num.27.* vbi ſentiunt, quod tantummodo faciat aliqualem præſumptionem, quando agitur de magna ſumma, licet etiam de libro legalis perſonæ tractetur. Hoc idem ſequuntur Communiter *DD. in d. leg. admonendi, & omnium latiſſimè, & elegantiſſimè Crauetta, in d. §. vidimus abundè, numer.4. cum duobus ſeqq.* Addo poſt hæc ſcripta Thomam *Triuiſan, ex profeſſo ſic concludentem, dec. ſua 16. lib.1. per totam*, vbi quoque ita iudicatum ſubdit.

17 Et eſt veriſſima Concluſio, prout etiam teſtatur poſt multos relatos, *Burſat. conſil. ſuo 119. num.33.*

18 Quam tamen limita primò, quando adeſſet Statutum, vel Conſuetudo, quod libro ipſius mercatoris fides adhibeatur, tunc enim indubitatam eſſe Concluſionem, quod libri ipſorum mercatorum plenè etiam ad ſui fauorem in quantitatibus magnis probent, cum nitantur publica authoritate, tradidere paſſim Scribentes, in *d. l. admonendi, & in d. c.2. de fide inſtrum.* Sequitur *poſt Boer. Roland. Menoch. Viuium, & alios plures relatos D. Maſcard. d. concl. ſua 976. num.16.*

19 Videndum tamen *P. Enriquez conſil. ſuo 20. num.10.* vbi poſt *Corneum*, & alios totum oppoſitum verius eſſe contendit.

20 Secundò pariter limita cum verſatur inter mercatores, inter eos enim libri huiuſmodi concurrentibus qualitatibus requiſitis, de quibus ſupra, plenè, ac diſtinctè probant.

21 Nec mirum ſanè, inter ipſos enim ex æquo, & bono iudicatur, & probationes ſemiplenæ recipiuntur, ita *Bal. conſil.198. num.5. vol.1.* dicens, quod in cauſis ipſorum mercatorum, vbi de bona fide agitur, non congruis de iuris apicibus diſputare, per context. in *l. ſi fideiuſſor, §. quadam, ff. mandati*, ſequitur hoc idem poſt alios relatos *D. Maſcard. d. ſua concl.976. num.18. Surd. conſil. ſuo 528. n.7. Viuius deciſ. ſua 445. numer.12.* vbi pulchrè, & nouiſſimè *Ioan. Kopp. dec. ſua 46. num.55.* vbi adducit *Gail. libr.2. obſeru.20. num.2. & plures alios.*

22 Adde, quod ſchedula, ſiue memoriale probat inter mercatores maximè contra ſcribentem, & habet vim inſtrumenti. *Rota Genuenſi, dec.126.*

23 Amplia, vt hoc procedat non ſolum in libris mercatorum, qui actu mercaturam exercent, ſed etiam in libris eorum, qui iam deſierunt eam exercere; dummodo tamẽ ſint deſcripti tempore, quo mercaturam ipſam exercebant, ſic præcisè *Dom. Straccham, d. tractatu de mercatur. Quomodo in cauſ. mercatorum ſit procedend. numer.34.* vbi conſiderat in argument. *text. in lege prætor, §. item qui etiã deſijt, ff. de edendo,* & ſequitur *Maſcardus dicta ſua concluſ. 976. numer.25.* & nouiſſime poſt hoſce relatos *Do. Cæſar. Barz. deciſ. ſua Bononienſi 26. numer.16. Addo Polydor. Ripam, obſeruat. ſua 57. num. ſecundo, & D. Munoz de Eſcobar in ſuo eleganti tractat. de Ratiocinijs adminiſtratorum, c.11. num.32.*

24 Tertiò principaliter limita, accedentibus grauiſſimis coniecturis, & quando mercator eſt legalis, ac fide dignus idque articulatum, & probatum, extitiſſet; adhuc enim in magnis liber ipſius mercatoris pro eo fidem facit, ſic poſt *Bald. Abb. Menoc. & alios Surd. deciſ. ſua 199. num.15. & Viuius deciſ. ſua 445. num.13.*

25 Limita quarto principaliter, vbi extat ſtatutum, vel conſuetudo, quod libris ipſorum mercatorum credatur, tunc enim ſtaretur ipſis etiam ad fauorem ipſorum mercatorum. Sic poſt infinitos cõcordantes adductos docuit omnium elegantiſſimè *Scaccia, d. c.11. num.134. & 135.* & ratio eſt; quia ratione frequentiæ, & cõſuetudinis ſcriptura priuata facit fidem, quam alias non faceret. *Bald. in l. quædam ſunt perſonæ, §. nummularios, num.1. notab.2. ff. de edendo, vbi etiam Iaſ. n.3.* Et ratio huiusconſuetudinis eſſe poteſt: quia mercatores, qui falſum ſcriberent, eſſe grauiter puniendi, ſicuti hanc rationem loquendo in mercatoribus Florentiæ aſſignat *Caſtr. in vulg. in l. admonendi, nu.42. in fine, de iureiur.*

26 Sed ex mente eiuſdem *Scacciæ* duplex alia ratio reddi poteſt. Prima eſt, quia eſſet nimis oneroſum mercatori de ſingulis negotijs, & particellis parare probationes, & præſertim in paruis. Altera verò eſt: quia ſi liber mercatoris reperiretur falſus in vna particella, præſumeretur falſus in omnibus. Idem *Scaccia d. c.11. num.183.* quod eſſet maximo detrimento ipſimet mercatori, qui ſolet totum patrimoniũ habere in mercatura deſcripta in libro mercaturæ. Et hæc ratio concludit in omnibus libris rationum, in quibus contineretur negotiatio magna, quia tunc non eſt veriſimile, quod in eis ſcribatur falſum, cum ex falſitate vnius partitæ, præſumerentur falſæ etiam verè, & latias vt per eumdem *Scacciam, d. loco*. Hic obiter nota, Statuto diſponi validè poſſe, vt mercatorum libris etiam pro ſe credatur. Sic poſt *Ioſeph. Ludouic. Surdum, Maſcar. & alios Greuæus, d. concl.20 nu.2.*

Vide tamen, quæ de hac materia ſuperiori capite diximus.

27 Nota ſecundo, Statuto, vel cõſuetudine diſponi etiam poſſe, vt dictorum libris plenè credatur, licet in ipſis non interceſſerint omnia illa irrequiſita, de quibus ſingillatim ſupra; modo tamen libri illi ſint confecti more, &

ſecun-

ſecundum conſuetudinem illius loci,in quo conficiuntur. Sic eleganter *Scaccia d.c.*11.*numer.* 290. vbi ſubdit, quod huiuſmodi conſuetudo extat in quibuſdam caſtris, & terris,quas incolunt homines,& mercatores idiotæ,& groſſolani, & latius,vt per eum.

28 Coarctatur quinto principaliter, quando liber ipſius mercatoris in plurimis capitulis in eo deſcriptis verificatur,& inuenitur conformis veritati, tunc enim probat etiam pro ipſomet ſcribente. Sic præciſè poſt plures relatos *Modernus Pariſienſis, in ſuas conſuetudines Pariſienſes,tit.*1.*gl.*1.*§.*8.*num.*20.

Et hæc inſpectis dogmatibus, & traditionibus ſapientum noſtrorum dicta ſint.

29 Iure autem præcipuo municipali inclitæ ciuitatis Venetiarum,(vt nil,quod ad hanc materiam ſpectat,intactũ relinquam) in hoc particulari ſic cautum reperitur.

1521. *Die* 18. *Iunij in maiori Conſilio.*

*Fù prouiſto, &c.*

30 *L'anderà parte,che de cetero coſì alli libri ordinarij,come à cadaun'altro libro de Botteghieri, non ſi debba dar fede, ſe non da cinque anni in giù, nelqual tempo i detti Botteghieri commodamente potranno farſi pagare,ouero farſi fare chiarezza da quelli, che realmente li ſaranno debitori, & niuno ſarà defraudato, come ſi richiede.*

Hactenus pars.

31 In hac autem Vrbe Patauij, libris ipſorum mercatorum creditur vſque ad ſummam librarum 10.dumtaxat, cum eorum iuramento; ſic præciſè per Sereniſs. Franciſcum Foſcari prouiſum fuit ad fauorem dictorum mercatorum,die 17.Ianuarij, anno Domini 1444.prout expreſſè legitur poſt titulum de ſcutiferis,& ſeruientibus in ſtatuto noſtro Patauino. Satis.

## An Liber rationum mercatoris contra eum fidem faciat?

## QVÆSTIO II.

*SVMMARIVM.*

1 *Liber mercatoris regulariter contra eum fidem facit.*
2 *Amplia, vt hoc procedat etiam ſi mercator negaret ſcripturas, quæ in illo reperirentur, eſſe conſcriptas manu ſua, vel ſua voluntate.*
3 *Ratio.*
4 *Amplia ſecundo,vt pariter locum habeat, ſiue liber ipſe rationum fuerit conſcriptus manu propria ipſius mercatoris, ſiue cuiuslibet alterius, eius tamen mandato.*
5 *Amplia tertiò, licet ipſemet liber foret, defectiuus, & careret aliquo ex requiſitis alias relatis.*

Viſo, an liber mercatoris probet pro ſcribente, videndum modo, an contra eum regulariter fidem faciat.

1 CVi quidem difficultati ſatisfaciendo, conclude pro affirmatiua;ita *Bald.in l.prima Cod. de edendo, & ibi Dec.& in d.§.nummularios,ff.eod.Sequitur Franc. de Aretio,conſil.ſuo* 44.*num.*1.*Port.conſil.ſuo* 170. *num.....Ioann. Kopp.deciſ.ſua* 46.*num.*57.*vbi adducit text.in d.§.nummularios,& in l.rationes,ac l.inſtrumenta, C.de probationib.& ex recentioribus poſt plures alios relatos D.Maſcard.concl. ſua* 976.*num.*3. *Addo poſt hæc ſcripta Philipp. Maſſin.in l.* 1. *num.*64.*C.de edendo,& Cl.Farin. conſil.ſuo* 13.*nu.*15.*& deciſ.ſua* 110.*vbi Addentes in littera C.*

2 Ampliatur hoc,vt habeat locum, etiamſi ipſemet mercator ſcripturas, quæ in ſuo rationum libro reperirentur manu ſua, vel ſua voluntate eſſe conſcriptas iret inficias, adhuc enim ex illo eodem libro cõtra eum oriretur probatio, ſic poſt *Nicolaum de Matarell. Bald.Rom. & alios, idem Maſcard.d.ſua concl.*977. *num.*5.

3 Nec mirum ſanè, quidquid enim in libro apud ſe exiſtente reperiretur ſcriptum, eius conſenſu, & voluntate ſcriptum præſumitur,niſi de contrario doceatur, ac probetur, ſequitur hoc idem in terminis *Do.Lanarius,conſil. ſuo* 30.*num.*6.*& Plot.conſil.*95.*num.*6.

4 Ampliatur ſecundo, ſiue liber ipſe rationum fuerit cõſcriptus manu propria ipſius mercatoris, ſiue cuiuslibet, eius tamen mandato, ita *Laurent.à Pinu, conſil.*158.*num.* 6.*Sequitur Pyrrus Alfan.in l.*1.*numer.*10.*C.de edendo,* vbi exemplificat in famulo.

Ampliatur tertio, vt procedat,licet ipſemet liber mercatoris eſſet defectiuus,& careret aliquo, ſeu aliquibus ex requiſitis ſupra relatis: nam ideò minus mercator ipſe, ſeu alius ratiocinator minimè euadet,quod talis liber cõtra ſe probet; non enim ex culpa ſua commodum reportare debet,prout alias diximus. Sic eleganter *Scaccia,d.c.* 11.*num.*291.

5 Limitatur tamen ſupradicta regula,vt minimè procedat quando partita illa libri nullam contineret cauſam, nam ideò minus nulla ex eadem diceretur probatio contra ſcribentem. Sic præciſè docuit poſt alios *Cl.Dom.Petrus de Caball.conſil.ſuo* 122.*num.*6.*in ſecundo, & videndus num.*7.*ſubſequenti,* vbi ampliat hoc magis procedere, ſi non ſit veriſimile id, quod in ipſa partita deſcriptum eſt.

## An Liber mercatoris pro tertio contra tertium regulariter fidem faciat?

## QVÆSTIO III.

*SVMMARIVM.*

1 *An liber mercatoris pro tertio contra tertium regulariter fidem faciat, non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia.*
2 *Nonnulli enim ex ipſorum libris ſemiplenam dumtaxat emanare probationem rati ſunt.*
3 *Ratio.*
4 *Multis verò nec minimam quidem induci viſum eſt.*
5 *Ratio eſt Verall.*
6 *Alia ex Farinac. num.*7.
8 *Amplia.*
9 *Prior tamen ſententia vti verior, ac communior retinetur per Authorem.*
10 *Declara, & intellige, prout ibi.*
11 *Pro maiori elucidatione huius difficultatis author cũ Scaccia, duos caſus proponit, de ipſiſque latiſſimè diſſerit, vſq; in finem.*

1 QVibuſdam enim ex libris ipſorum mercatorum, ſi ſint inculpatæ fidei homines,ſemiplenam dumtaxat probationem induci viſum eſt ita *Bart. & reliqui Doctores,in §.nummularios, & in d.l.admonendi, Idem Bart.in d. l.nuda ratio,num.*8. *Sequitur Cephal.conſil.ſuo* 274.*nu.*48.

vbi

*vbi de communi, Mercabrun.conſil.*100.*num.*149. *Adden-*
*tes ad deciſ.Capel.Tholoſane* 297.*num.*3.*Magon.poſt plures*
*relatos deciſ.ſua Lucenſi quinto, num.fin. & ex recentiori-*
*bus D.Ioann. Kopp.deciſ. ſua* 46.*numer.*58. vbi pariter de
communi.
3 Et hoc quaſi ſucceſſerint in locum eorum, qui olim
publico officio fungebantur, iſtudque eſt etiam conſue-
tudine receptum, prout dicunt *Canoniſtæ; in d.c.*2.*de fide*
*inſtrument. His adde Gaill lib.*2.*obſeru.*20.*Bernard.VVrm-*
*ſer,lib.*1.*Pract.for.obſeru.*3.*numer.*1 *Schuuartzenth.de ſti-*
*pul.pag.*757.*num.*39.*& nouiſſ.Ioach Beuſt.in d.l.admonen-*
*di, num.*1045.
4 Alia autem, & prorſus diuerſa fuit ſcribentium ſenten-
tia, videlicet. *Felini, in d.c.*2.*num.*33.*poſt Imol. & Rom.in*
*d.l nuda ratio, Menoch.conſil.ſuo* 23.*num.*15. *& conſil,*38.
*numer.*28.*&* 72.*necnon P. Aemil. Veral.deciſ.*155.*part.*2.
5 Arbitrati ſunt enim ij nullam ex ipſis libris pro tertio cō-
tra tertium regulariter fidem emanare, rationemque de-
ducit idem Verall. quia mercatores non dicuntur conſti-
tuti de publico, ſubditque ita anno Do.1551. 2.Decem-
bris in Rota Romana iudicatum. Hoc idem pulchrè ſe-
quitur *Mala, d.quæſt.*17.*numer.*12. *Burſat. poſt plures alios*
*conſil.ſuo* 283.*nu.*6. *vbi de communi.D Munoz de Eſcobar.*
*in ſuo tract.de ratiocinijs adminiſtratorum, c.*11.*numer.*29.
*Vincent.Mancin.in ſuo tract. de confeſſ.c.*1.*nu.*86. vbi ſub-
dit ita quoque iudicatum, & nouiſſimè *Cl.vir.D.Farinac.*
*conſil.*75.*numer.*103. *vbi ſubdit Rotam Roman. in pluribus*
*cauſis idem iudicaſſe. Videndus etiam in ſua deciſ.*110.*vbi*
*addentes in littera....*rationem deducuntur, dicentes: quia
6 libro mercatoris creditur tantum in ijs, quæ reſpiciunt
cauſam mercaturæ, ſecus in alijs, & ibi plures adducuntur
Doctorum authoritates. Subdunt tamen hoc idem falle-
7 re concurrentibus pluribus alijs coniecturis, id quod, etiā
docuerunt ante eos, *Soc.conſil.ſuo* 291.*num.*10, *in ſecundo,*
*& Crau. conſil.*275. *num.*8. *Adeundus idem Cl.Farinacc.in*
*ſuis deciſionib.Rotæ Romanæ nouiſſimis deciſ.*101.*num.*1.*&*
442.*nu.*1. vbi in vna Bononienſi de anno Domini 1599.
die primo Martij coram D.Lancell. ita fuiſſe iudicatum
ſubnectit.
8 Amplia, vt libri ipſorum mercatorum in præiudicium
tertij, nequaquam probent, etiam in fauorem dotis, quæ
prætenditur ex ijs probari numeratam, cum talis proba-
tio ex ipſis libris promanans, non ſit ſufficiēs, & maximè
in præiudicium tertij, ita pulcherrimè *Rota Romana dec.*
*ſua* 544.*num.*4.*& per tot.lib.*3.*in nouiſs.*
9 Sed à priori ſcribentium ſententia vti veriori, ac com-
muniori minimè recedendum dijudico.
10 Quam tamen intellige, ac declara, dummodo merca-
tor ipſe ab initio iurauerit artem ſuam ſe fideliter, ac
probo exercere, ac inſimul concurrant omnia illa requi-
ſita, de quibus ſupra, ſic præcisè poſt plures relatos con-
cludit etiam *D.Maſcard.concl.ſua* 978. *nu.*8.*&* 9. *& ante*
*eum latiſſimè Schuuartzenthaler, d.pag.*757.*nu.*40. Addas
*Lud.Bologninum in addit. ad conſil. Ioannis de Anania* 53.
*in primo dubio vbi eleganter.* Hæc communiter ſcriben-
tes.
11 Ego autem, vt perfectior, ac clarior huiuſce difficulta-
tis, ac quæſiti reſolutio habeatur, arbitror vna cum eru-
ditiſs. *D.Scaccia, d.c.*11.*num.*203.*cum ſeqq.* duos caſus eſſe
diſtinguendos.
12 Primus quidem eſt, quando in ipſo libro reperitur ali-
quid ſcriptum, quod non eſt pro ſcribente, nec contra
ſcribentem. Exemplum, duo nolunt ire ad notandum, ſed
vadunt ad mercatorem, vt de eorum communi conſenſu
ſcribat in ſuo libro quod Aloyſius, puta præſens, ſoluit
Nicolao præſenti ſuo ſcutos 50. & hoc caſu (quidquid di-
xerint nonnulli) arbitror, nec plenam, nec ſemiplenam
fidem ex eo libro promanare. Moueor: nam cum illa
ſcriptura non reſpiciat negotiationem mercatoris, & cō-
ſequenter non ſpectet ad mercaturam, ceſſat in ea quali-
tas, quæ dat vim probādi ipſis libris mercatorum, ad tra-
dita per nos *c.*1.de libris mercatorum, *n.*22.*&* 23. ac pro
pterea nil mirum, ſi ex iiſdem libris talis nō oriatur pro-
13 batio. Adde, librum illum hoc caſu conſiderari, vti ſcri-
pturam vnius, quæ de per ſe non facit etiam ſemiplenam
probationem; quia ſi vox viua vnius non iurati non pro-
bat ſemiplenè, ergo nec vox mortua eiuſdem.
14 Crederem tamen, ſcriptum illam ſiue librum aliqua-
lem præſumptionem facere ad fauorem illam proferen-
tis, ad tradita per nos ſupra libro primo, quæſtione quar-
ta, *num.*255. cum ſequenti, & non ſolum ſemiplenam, ve-
rum etiam plenam, ſi à partibus in ipſa contenta vti vera
enunciarentur.
15 Aliter quidem principalis caſus eſt, quando in ipſo
mercatoris libro reperitur aliquid ſcriptum, quod eſt a-
ctum principaliter inter ipſum mercatorem, & negotia-
torem cum eo, & in conſequentia ex illa negotiatione il-
liuſque ſcriptura inter eos facta oritur intereſſe alicuius
tertij, vt in exemplo ſoluentis gabellam publicano de do-
mo Titij, quam aſſerit ſe emiſſe, de quo caſu ſcripſimus
ſupra hoc eodem libro, titul. de libris Rationum Gabella-
rij, nu.11. cum ſeq. & in hac hypotheſi tres alij caſus ſub-
diſtinguendi ſunt.
Primus eſt, quando tertius, contra quem producitur
ipſe mercatoris liber, fuit abſens.
Secundus eſt, quando fuit præſens.
Tertius eſt, quando eſt controuerſia, quia in libro eſt
ſcriptū, quod fuit præſens, & ipſe negat ſe fuiſſe præſentē.
16 In primo caſu, quando fuit abſens, concludo, quod li-
ber mercatoris illius nec plenè, nec ſemiplenè probet cō-
tra illum tertium abſentem, & ratio eſt: quia res inter a-
lios acta alijs non præiudicat, *tit.C.res inter alios acta, vel*
*iudicata, & l.ſæpè de re iud.cum concordantibus.*
17 Confirmatur iſta concluſio, quia liber officialis à pu-
blico deputati, qui habet potius maiorem vim probandi,
quam minorem, non probat cōtra tertium, cum quo res
geſta non fuit, prout per nos fuit concluſum, ſupra hoc
eodem libro tit. de libris Rationum officialis à publico,
&c. numero finali, ergo.
18 Multa à ſcribentibus aduerſus opinionem noſtram tē-
tam in hoc caſu obijciuntur, quæ ſingillatim referuntur
per *Scacciam d.c.*11.*num.*207. cum ſequentibus, verum
cum per eumdem doctiſſimè, ac exactiſſimè tum excu-
tiantur cum reſoluantur, ad ipſum, ne ex ſcriptis abſque
lectoris vtilitate ſcripta cōficiam, eumdem Lectorem be-
neuolum relego. Videndus igitur idem *Scaccia à nu.*207.
*vſque ad* 224. *excluſiuè.*
19 In ſecundo caſu principali, quando erat præſens, con-
cludo, quod liber mercatoris probat plenè, quia illo caſu
ſupponimus, quod non dubitetur de facto, & fide ſcri-
pturæ.
20 Sed pulchra hic oritur dubitatio, & eſt: numquid ille
tertius præſens, ſed tacens, dum ageretur, & conficeretur
illa ſcriptura, dicatur conſenſiſſe illi ſcripturæ?
21 Et reſolutiuè procedendo, concludo, quod ſic: nam aut
illa ſcriptura erat ad ſui fauorem, & iſto caſu tacendo, &
non contradicendo, cenſetur conſenſiſſe; quia ſola taci-
turnitas vna cum ſcientia inducit conſenſum in re fauo-
rabili, adnotata, in cap qui tacet, de regulis iuris in ſexto.
Aut verò ſcriptura tendebat in ſui præiudicium, & tunc
ſimiliter cenſentur conſenſiſſe, quia licet regula ſit, quod
tacens non cenſetur conſenſiſſe in ſibi præiudicialibus,
tamen inter alias fallentias, quæ dantur huic regulæ, nu-
merantur hæ duæ, quarum vtraque applicatur caſui no-
ſtro.
22 Prima eſt quando tacens poterat impedire illum actū,
& non impediuit, *Canoniſtæ omnes, in d.c. qui tacet, & latè*
*Iaſ.in l.quæ dotis, n.*76.*cum ſeqq.ff.ſoluto matrimonio.*

23 Se-

Secunda eſt, quando vocatur ad aliquem actum, vt illi
23 vel conſentiat, vel contradicat, & is vocatus interuenit, ac
tacet, tunc videtur conſentire, & ratio eſt, quia plus eſt,
eſſe vocatum aſſiſtere, ſcire, & tacere, quam ſcire, & ta-
24 cere, ſicut aduertit *Butr. in capit. quamuis, numero quarto, de ſententia, & re iudic. ita pulchrè Iaſon, in d. leg. quæ dotis, num.* 87.

Hinc videmus in ſimili, quod ſi exemptus patiatur ſe
25 deſcribi in libro æſtimi, ſeu debentium ſoluere collectas, & non appellet infra decem dies, ſibi præiudicat, & perdit priuilegium exemptionis, argumento *text. in l. 1. §. ſi quis tutor, in fine, ff. quando appelland. ſit.* Sic poſt alios eleganter *Scaccia, d. c. 11. num.* 228.

26 Ampliatur hoc primo, ex mente eiuſdem *Scacc. ſub nu.* 230. vt habeat locum, etiamſi iſte tertius eſſet mortuus, quia tunc etſi de pręſentia ipſius non conſtaret aliter quã per ſcripturam libri, tamen crederetur ipſi libro: rationem deducit idem *Scaccia vide per eum.*

27 Ampliatur ſecundo, vt procedat, etiamſi iſte tertius eſſet vnica, & opponeret rem non fuiſſe geſtam, ſicut reperitur ſcripta, quia dummodo conſtaret, ſeu aſſereret, quod ſe præſente res geſta fuerit, in reliquis ſtaretur in dubio ſcripturæ.

28 Et ratio eſt; quia quando probatur ſubſtantia, & dubitatur ſolum de qualitate, tunc ſtandum eſt ipſi libro mercatoris, puta, mercator tradidit merces mulioni ad aliquem locum vehendas, quas mulio culpa ſua amiſit; oritur lis inter eos circa quantitatem mercium; dico, quod creditur libro ipſius mercatoris ſaltem cum eius iuramẽto, accedente tamen etiam veriſimilitudine, quod mercator eas ſcripſerit in libro ante caſum amiſſionis: ita pulchrè poſt alios idem *Scacc. d. c. 11. ſub n. 231. cum ſeqq. vbi omnium latiſſimè, vide per eum.*

29 In tertio caſu, quando negat ſe fuiſſe præſentem ex ſẽtentia eiuſdem *Scacciæ, ſub num.* 235. cum ſequenti, adhibendæ ſunt duæ inſpectiones.

Prima inſpectio eſt, ſi nos inſpicimus diſpoſitionem iuris communis.

Secunda eſt, ſi inſpicimus conſuetudinem.

30 Si inſpicimus Ius commune, tunc concludo, quod liber mercatoris probat ſemiplenè tantum; & forſan etiam minus, & ratio eſt: quia ſtante huiuſmodi omnimoda negatione negotiationis, liber ille paucam meretur fidem, libris enim ipſius mercatoris ideo de iure præſtatur fides, quia hi, qui cum ijs negotiantur de re ſpectante ad negotiationem mercaturæ, videntur mandare ei, vt conficiat, & teneat rationes communes, ergo non probato ſuppoſito negotiationis ceſſat tacitum mandatum de confitendis rationibus ipſius negotiationis.

31 Et ſi tu diceres, negotiationem ipſam ſatis probari ex ipſa ſcriptura mercatoris. Ego reſpondeo, quod ſi ſcriptura probaret id, quod eſt cauſa vt ipſa ſcriptura probet quod eſt impoſſibile, quia ſequeretur, quod poſteriora producerent priora, ſeu effectus producerent cauſam, quod eſt abſurdum. Latius de hoc capite *Scaccia nu.* 236. *cum ſeqq.*

32 Si inſpicimus conſuetudinem, concludo, quod probat plenè, dummodo agatur de re pertinente ad mercaturã, & non de magna ſumma, conſiderata qualitate perſonarum, & negotij, & moueor: quia de conſuetudine creditur libris ipſorum mercatorum, non propter pręſumptũ tacitum mandatum, ſed quia mercatoris fides tacito pupilli conſenſu, videtur approbata, & ratio huius taciti conſenſus eſt triplex.

33 Prima, quia non eſt pręſumendum, quod mercator velit ſcribere falſum in ſuo libro, quia Seuerius, quam alius falſarius puniretur. Secunda, quia ex vna partita falſa to-
34 tus liber redderetur ſuſpectus de falſo. Tertia ratio eſt, quia nimis oneroſum eſſet ipſi mercatori parare probationes de ſingulis negotiationibus, præſertim minimis. Sic eleganter idem *Scaccia ſub nu.* 238. *& videndus etiam ſub num. ſeqq. vſque ad* 246. *incluſiuè*, vbi multas adhuc caſum tum ampliationes, tum limitationes annectit, ipſum lector conſulat, ſat eſt enim mihi potiora ex eiuſdem ſcriptis retuliſſe. Videndus quoque de hac materia *Dom. Fachin. lib. 11. ſuarum iuris controuerſiarum c.* 34.

---

## Sed non minus pulchra, quam vtilis oritur hic difficultas, & eſt. An mercatores noſtri temporis ſuarum rationum libros ad fundandam alterius actoris nempè intentionem, edere teneatur?

*SVMMARIVM.*

1 *Reus conuentus non tenetur edere actori rationes, ac inſtrumenta, quibus actor contra ipſum reum vtatur.*
2 *Ratio, & num. 3. & 4.*
5 *Iudex ex cauſa compellere poteſt reum, vt actori edat inſtrumenta.*
6 *Et principalis illa eſt cauſa, quæ à conſuetudine confitendi, & conſcribendi hos libros rationum ſumitur.*
7 *An mercatores noſtri temporis ſuarum rationum libros ad fundandam actoris intentionem compellantur, maxima eſt in iure noſtro controuerſia.*
8 *Negatiuam tenuerunt plurimi.*
9 *Fundamenta eorum, & num. 10. 11. 12. 13. cum ſeqq. vſq; ad 19. incluſiuè.*
20 *A contrario ſtatuerunt infiniti alij.*
21 *Amplia ex Beltrando.*
*Eorum rationes, eod. 21. & num. 22. 23. 24. cum ſeq. vſq; ad 36. incluſiuè.*
37 *Et hæc poſterior, quæ eſt affirmatiua, per authorem retinetur.*
38 *Fundamentis aduerſariorum reſpondetur, & nu. 39. 40. 41. vſque ad 51. incluſiuè.*
52 *Diſtinctio ex Ioan. Bolognet. quem ſequitur quoque Philip. Maſſin. & num. 53. & 54.*
55 *Multa notabilia afferuntur, & num. 56. 57. 58. 59. vſque in finem.*

1 IVris eſt ſententia. Reum conuentum non teneri edere actori rationes, ac in inſtrumenta, quibus actor contra ipſum reum vtatur, *l. 1. & l. vlt. C. de edendo, & c. 1. de probat.*

2 Eſt enim valde inhumanum, vt quis ſumat arma de domo rei, *l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſt. & l. nimis graue,*
3 *C. de teſtib.* & bis (vt eſt in veteri prouerbio) interimitur, qui ſuo gladio perit, *d. c. 1. de probat.*

4 Adde minimè conuenire, quod negligentia actoris, qui ad iudicium paratus venire debet, noceat ipſius reo, contra *text. in l. 1. ff. ſi menſor, falſ. mod. dixer. & l. magna, ff. de verbor. oblig. cum concordantibus.*

5 Cœterum iudex aliquando ex cauſa compellere poteſt reum ipſum, vt actori edat, ſicut ſtatuit *Antoninus Imperator in d. leg. prima, Cod. de edendo*, dum ita reſcripſit; Nam (quod deſideras, vt rationes ſuas aduerſaria tua exhibeat, id ex cauſa ad iudicis officium pertinere ſolent.)

6 Plurimas autem iuſtas eſſe cauſas, ob quas reus cõpellendus eſt actori rationum ſuarum edere librum, nullus eſt, qui erat inficias: Inter eas autem præcipuè illa cõnumerari aſſolet, quæ a conſuetudine conficiendi, & cõſcribendi

bendi

bendi hos libros rationum ſumitur, ſicut contingit in noſtri temporis mercatoribus, ij enim ex Communiori ad fundandam intentionem actoris, hos libros edere compelluntur.

7 Sed quia hoc maximam patitur difficultatem, & plures habet contradictores, propterea cauſam ita in quæſtionem redigo, & quæro.

## An mercatores noſtri temporis ſuarum rationum libros ad fundandam actoris intentionem edere teneantur.

8 Negatiuam in huiuſmodi difficultate ſententiam tenuit primus omnium, poſt *gloſ. in Clementina* 1. *§. cæterum, de vſur. Bal. in l.* 1. *numer.* 9. *Cod. de edendo, vbi etiam Iaſon. num.* 15. *ſequuntur ibid. Dec. numer.* 18. *Alciat. numer.* 14. *& plurimi alij, quos refert, & ſequitur Clariſs. D. Menoch. de arbitr. libro* 2. *centur.* 5. *caſu* 499. *numer.* 37. *&* 38. *& docere etiam videtur conſil. ſuo* 405. *per totum volum.* 5. *Addo nouiſſimè Dom. Philipp. Maſſin. in l.* 1. *C. eod. titul. de edendo, pagina mihi* 87. *verſ. in contrariam, vbi infinitos deducit,* hanc opinionem in puncto iuris veriorem eſſe atteſtatur; & *Clariſs. Dom. Andream Fachineum, lib.* 11. *ſuarum Iuris controuerſiarum, capit.* 89. Sectator eſt etiam eiuſdem opinionis *D. Pyrrus Alfan. in d. l.* 1. *numer.* 82. *cum ſeqq. vbi latiſſimè.*

Plura autem pro corroboratione huiuſce opinionibus adducuntur à Doctoribus fundamenta nos potiora referamus.

9 Primo itaque ſic arguitur, vbicumque ſpeciali ratione in certa aliqua perſona, & in certa aliqua cauſa, aliquid à iure cautum eſt, contrarium ſemper in alijs perſonis, & cauſis intelligitur de iure communi diſpoſitum, ad *leg. ius ſingulare, ff. de legibus cum concordantibus deductis per Euerhard. in ſuis locis argumentor. in loco à ſpeciali.*

10 Sed ſpecialiter in *d. Clement.* 1. *§. cæterum, de vſuris,* in perſonis vſurarium, & cum de vſuris agitur, eſt diſpoſitum, vt edere, ſcilicet contra regulam teneantur. Ergo

11 cenſendum eſt in alijs perſonis omnibus, & cauſis, & conſequenter etiam in probis mercatoribus contrarium ſtatutum eſſe, vt edere ſcilicet non teneatur.

12 Et quod vſurarij ob eorum odium, & delictum rationes ſuas, ac inſtrumenta edere actoribus compellantur, omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè firmauit *Clar. vir Do. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *centuria quinta, caſu* 499. *à numero* 21. *vſque ad* 37. *& inferius loco ſuo latius diſſeretur.* Videndus de hoc præcipuè *Clariſs. Pacianus de probat. libro primo, capitulo* 63. *numero* 66. *cum ſeq. vbi omnium pulcherrimè.*

13 Corroboratur hoc fundamentum: nam mercatores in caſu noſtro habent regulam pro ſe, quæ habet, reos non eſſe cogendos actoribus edere ad eorumdem intentionem fundandam, vnde illa ſpecialem ob cauſam in vſurarijs, & cum de vſuris agitur facta exceptio, extra fœneratores, & extra vſurariæ prauitatis cauſam, firmat regulam contrariam, *leg. nam quod liquidè, ff. de penu. leg.*

14 Adducitur ſecundo loco *text. in l.* 1. *C. de edendo,* vbi mulier quædam negotiabatur, & aliquod mercaturæ genus exercebat, rationes ſuas illius occaſione conficiendo, & tamen ibi deciditur, quod rationes ſuas edere actori minimè cogitur; ergo.

15 Tertio loco *Clar. vir Dom. Menochius d. caſu* 499. *nu.* 7. qui hanc eamdem defendit opinionem mouetur *Caij reſponſo in leg. Argentarius, §.* 1. *ff. de edendo,* dum reſpondit Prætorem cogere argentarios tantum, & non abſimiles edere, & ita arguit.

16 Diſſimiles ab Argentarijs non tenentur libros ſuarum rationum edere, ad fundandam actoris intentionem, *dict. leg. Argentarius, ibi.* (Argentarios tantum, neque alios abſimiles, illa enim dictio,) tantum (excludit alios ab argentarijs diſſimiles.)

17 Et mercatores noſtri temporis ab ipſiſmet argentarijs ſunt valde diſſimiles, ergo, &c. *Minorem, cum Baldo in rub. C. de fide inſtrumentor. n.* 31. *ita probat.*

18 Argentarij publicam perſonam, ſeu cauſam habebant, hoc eſt, eorum perſona à republica eligebatur, eorumque fides approbabatur, cum apud eos deponerentur pecuniæ, quaſi in loco publico, nempe in æde Caſtoris, & aliquando ſine fœnore, vt eſſent ſub cuſtodia, aliquando cum fœnore, vt lucrum inde caperent, id quod eleganter explicant, *Budeus, Corraſ. Hotoman. ac alij per eumdem Menoch. relati.*

19 Hæc autem omnia ceſſant in mercatoribus noſtri temporis, qui priuatam omnino cauſam, & perſonam ſuſtinent, cum vnuſquiſque pro ſuo libito mercaturam exercere poſſit, nec ab aliquo eliguntur, nec ad eorum fidem, vt publicam recurritur, & latius, vt per eum ergo, &c.

20 A contrario autem, videlicet, quod mercatores noſtri temporis abſque alio libros rationum ſuarum ad fundandam agentium intentionem edere teneantur, ſteterunt plurimi alij, *Bar. videlicet, in l.* 1. *C. de edendo, numero* 5. *& in leg. quædam, in pr. & in §. nummularios, ff. eodem.* In eamdem ſententiam videtur procliuior quoque *Curt. iun. in d. l.* 1. *numero* 26. *& Purpurat. numero* 19. *&* 20. licet contrariam in puncto iuris veriorem eſſe aſſerat, ſequitur etiam *Gozad. num.* 18. *cum ſeq. & M. Mantua numer.* 24. vbi de communi. Elegantiſſimè hoc idem conſulendo docuit *Stephanus Beltr. conſil. ſuo* 102. *p.* 1. *volum.* 2. *per totum,* vbi etiam ſucceſſores ipſorum mercatorum ad eorum-

21 dem librorum ſuarum rationum editionem teneri clarè *ſub n.* 9. *ſubnectit. Beltrandum ſectatur Burſat. conſ. ſuo* 39. *n.* 31. vbi poſt alios quoque adducit *Riminald. conſ.* 347. *vol.* 2. *& Laurent. Chirchou. communi opin. cent.* 3. *concl.* 42. Addendi ſunt ex recentioribus *Petrus à Syria, quæſtione ſua* 12. *per totam,* vbi de communi, & quod ita obſeruatur in praxi, *& Dom. Farinac. conſil. ſuo criminali* 13. *num.* 13. vbi concordantes adducit *Nonium conſ.* 63. *numer.* 2. *& plures alios.* His adde etiam *Ant. à Sola, in ſuas conſuetudines Sabaudiæ tit. de Libris Mercatorum gl.* 2. *n.* 13. *&* 14.

22 Mouetur primo tali pacto, vbicumque petentis intereſſe, & mandatum concurrit, nihil eſt impedimento, quo minus reus etiam actori ad illius intentionem fundandam edere cogatur, vt probat generalitas, *leg. ſi quis ex argentarijs, in §. ex hoc edicto, verſicul. pertinere, & lege prætor in princip. ff. de edendo, & eſt veriſſima propoſitio.*

23 Sed vbi petit actor mercatorem compelli ſuos edere rationum libros, tam intereſſe, quam mandatum eiuſdem petitoris concurrit.

24 Igitur nihil eſt impedimento quo minus noſtri temporis mercator ſuos libros actori edere cogatur. Minor probatur: nam quod ex conſuetudine fieri ſolet, licet de eo non conſtet, factum eſſe præſumitur, *leg. vel vniuerſorum, ff. de pignor. action. lege Titia. ff quod cum eo, & lege finali, iuncta gloſſ. Cod. de fideiuſſoribus cum concordantibus.*

25 Sed conſuetudo inoleuit apud ipſos mercatores, vt ea omnia, quæ cum ipſis per nos aguntur, in ſuis codicibus nobis mandantibus ſcribantur, igitur contrahentes cum illis, conſuetudinis huiuſmodi virtute, eiſdem mandaſſe videntur, vt ſecundum conſuetudinem ſcribent.

26 Ea propter cum intereſſe concurrat, vt ſupponimus, & mandatum petentis ſaltem præſumptium, & tacitum,

quod eiuſdem virtutis eſt,cuius eſt expreſſum, cum taciti,
27 & expreſſi par ſit virtus *l. de quibus, in fine, ff. de legibus & l.cum quid,ff.ſi cer.*petatur,rationi, & æquitati conſentaneum eſt,vt mercator,à quo petitur aditio, etiam contra regulam actori edere cogatur.

28 Secundo loco mouentur per textum in *d. leg. prætor,in principio,ff. eodem,* quatenus eam cenſet, ibi *Vlpian. rationem eſſe*, & cauſam, ob quam Argentariæ menſæ exercitores edere coguntur, quia cum ſingulorum rationes ipſi conficiant,æquum fuit,id, quod mei cauſa confectum eſt, & meum quodammodo inſtrumentum mihi edi, inducendo dictam legem à ratione ampla, & generali ad extenſionem eiuſdem legis, à quo loco ſumptum argumen-
29 tum eſt in iure noſtro validiſſimum,*lege regula, §.vltimo, & ibi Doctores,ff.de iuris,& facti ignor. & l. nomen debitoris,§.vltim.ff.de leg.3.cum ſimilibus*, hoc modo argumentationem conficiendo.

30 Vbicumque ratio generalior eſt dicto, dictum illud ad omnes alios caſus generaliter extenditur, in quibus illa ipſa ratio viget, dictis iuribus.

31 Sed ratio,quæ redditur *in d.l.prætor*, generalior eſt diſpoſitione eiuſdem legis, quæ habet argentarios ad editionem compellendos eſſe, & viget etiam in alijs perſonis ibi non expreſſis, nempè in mercatoribus noſtri temporis, igitur ad eoſdem, quod ibi de Argentarijs dictum eſt, extendi debet, & conſequenter ipſi quoque eodem modo edere ſunt cogendi.

32 Probatur minor: quia mercatores quoque ſingulorum ſecum contrahentium conficiunt rationes, quæ cum ob communem vtilitatem communes inter ſe, & eos, ad
33 quos pertinent dici poſſint, per *gl. in d. l. prætor, in verſ. meum*, dici quoque cuiuſque propriæ poſſunt, quandoquidem quod commune eſt, meum eſt.

34 Tertio loco adducitur *text.in l.Argentarius, in princ.ff. eod.de edendo*, vbi duæ aſſignantur à Iureſconſ. rationes æquè potentes,ac principales, ob quas argentarij ſuarum rationum edere libros compelluntur. Altera, quia officium argentarij, & nummularij reſpicit publicam cauſam. Altera verò, quia eorum opera principaliter con-
35 ſiſtit in ſcribendis rationibus, quæ rationes cum ſint æquè potentes, non requirunt concurſum, ſed ſufficit vna,*§.affinitatis,& §. ſocrum, de nuptijs*.

36 Sed vna ex ipſis æquè militat in mercatoribus noſtri temporis, quia ex conſuetudine eorum opera ſine dubio conſiſtit in ſcribendo, ergo tenebuntur & ipſi edere. Quarto videtur poſſe ſuffragari *text.in l.non eſt nouum, C. de edendo*.

37 Retenta in huiuſmodi difficultate opinione affirmatiui,vti iuri,ac æquitati (mea ſententia) magis conſona, & à qua in praxi minimè recedendum dijudicat *Alfanus,licet contrarium diſputauerit,in d.l.1. num.90.* non officiunt contraria.

38 Ad primum enim deſumptum ex *Clem. 1. § cæterum, de vſuris*. Reſpondent multipliciter Doctores,& primo dicunt, regulare quidem eſſe in omnibus mercatoribus, qui publicè negotiantur, vt teneantur edere, ſed illos,qui negotiantur priuatim ad hoc non teneri, ſpeciale tamen eſſe in vſurarijs, vt teneantur edere, licet publicè non negotientur,ſed priuatim,& occultè, prout ibi deciditur, & ſic docent ſpecialitatem illius text. verſari tantummodo circa perſona vſurariorum priuatorum clam & occultè rationes conficientium, vſuraſque committentium, vnde non officit.

39 Secundo loco alij reſpondent regulare quidem eſſe in omnibus mercatoribus, ſiue vſurarij ſint, ſiue non, vt edere compellantur ſuos rationum libros, quos occaſione mercaturæ, quam profitentur, & exercent, conſcripſerunt,ſed eoſdem pariter mercatores exceptionem etiam communiter habere, vt editionem huiuſmodi ſubterfugiant, quando per eam propriam detegere turpitudinem neceſſario cogerentur,*l.alias,vbi gl.ff.de iureiurando, & l. Diuus, ff. de iure Piſci cum concordant. ſpeciale tamen dict.§.cæterum in eo conſiſtere*,vt vſurarij in ſui odium edere teneantur, licet per editionem huiuſmodi eorum improbitas propaletur, & turpitudo detegatur, ita vt dictæ exceptionis allegatione vti, vt cœteri non improbi mercatores,minimè poſſint,hæc Communiter Doctores.

40 Et licet per *Decium,ac nouiſſimè per Maſſin.in d.l.1. pagin.88.& 89. C. de edendo, hæ Communes Scribentium* reſponſiones improbentur, ſaluantur tamen, ac defendun-
41 tur per *Bolognet.in eadem l.1.num.63. verſ. ſecundo principaliter, quem conſulas*.

42 Ego autem, omiſſis his omnibus Doctorum noſtrorum reſponſionibus, & alijs etiam relatis per Mantuam, *in d. lege prima numero vigeſimoprimo*, reſpondeo *vna cum P. à Syria,libro primo,ſuarum Forenſ. quæſtionum, quæſtione vigeſimaprima, numero quinto*, iſtas priuatas tum mercatorum,cum aliarum perſonarum rationes, officio iudicis ex iuſta quidem cauſa edendas eſſe, prout eſt text. apertiſſimus in *l. 1. C. de edendo, & ſequitur poſt alios Clariſſimus vir D.Menochius dicto caſu 499.n.3. cum ſequentibus*, & nos ſupra tetigimus.

Inter autem iuſtas haſce cauſas, (Plurimæ enim à Do-
43 ctoribus afferunt, & præcipuè à Domino *Menochius dicto caſu 499. per totum*,) illa præcipuè connumeratur, quæ ab odio, & delicto perſonæ ipſius rei conuenti prouenit,vt ſi reus ipſemet ſit fœnerator,& vſurarius,vt omnium latiſſimè docuit ipſemet *Menochius dicto caſu 499. numero vigeſimoprimo,cum ſequent.* vnde non eſſe ſpeciale in vſurario, prout ex aduerſo concludebatur, optimè dignoſcitur, ergo non officit.

44 Ad ſecundum argumentum deſumptum ex *l.1. Cod. de edendo,reſpondeo*,& fateor, reum regulariter actori ad faciendam rationum ſuarum exhibitionem minimè teneri, niſi ex iuſta aliqua cauſa,prout docet *Imper.in d.l.1.*

45 Iuſtam autem cauſam eſſe illam, quæ à conſuetudine conficiendi, & conſcribendi hos libros rationum ſumitur,ſicuti contingit in mercatoribus noſtri temporis, rectè affirmamus. Vnde non officit, aliter Doctores ipſi Communiter videndi.

Ad vltimum,quod eſt *Clariſſimi Menochij*, reſpondeo, ita ipſum retorquendo, & arguo ſic.

46 Quidquid ſtatuitur in Argentarijs, intelligitur etiam ſtatutum in his, qui ipſis Argentarijs non ſunt abſimiles, vt probatur non modo per locum generalem à ſimili, iuxta textum *in l.non poſſunt,ff.de legibus*,ſed in ſpecie in materia noſtra,quæ recipit extenſionem per *leg.quædam, §.nummularios,ff.eod.*

47 At mercatores, Argentarijs, qui edere coguntur, ſunt omnino ſimiles, ergo ipſi quoque, quem admodum Argentarij ad ſuarum rationum editionem,ſunt cōpellendi.

48 Minor ita probatur;Argentarij erant fœneratores,qui priuatam negotiationem exercebant quæſtum faciendo, aut permutandis pecunijs,aut fœnerandis, & iſtius ſui fœnoris, ac negotiationis libros rationum conficiebant, eratque eorum officium publicum, non dico ciuile, neque enim eo tunc fungi potuiſſent ſerui,ad *l.quod attinet, de regulis iuris*,quemadmodum poterant,*l.Prætor, §.primo,ff.eodem,de edendo*,ſed publicum dicebatur, quoniam publicam reſpiciebat vtilitatem totius populi,ex quo ſingulorum rationes conficiebant, vel quia eorum fides à publico erat approbata,& prout latius deſcribuntur,*in d. l.1.C.de edendo*.

49 Hæc autem omnia concurrunt etiam in mercatoribus noſtri temporis, ij enim, & rationes conficiunt, & ad fidem eorum frequentiſſimè decurritur: ergò, &c. & hæc præcipuè intellige vera in mercatoribus publicis,conſuetis libros rationum conficere,licet ſecus dici

poſſet

poſſet in mercatore ſecretè tenente librum in domo, prout animaduertit *Panormitan.in cap.1. extra de probationibus.Gozad.in l.1.C.de edendo, num.14. & ibidem etiam Ioann.de Vicomercato,n.28.*

50 Præterea conſidero, non obſtare, quod illi Argentarij eſſent lecti de publico, quæ ratio ceſſat in iſtis mercatoribus: quia dico, quod illa cauſa erat impulſiua, non autem finalis.

51 Patet in Nummularijs, qui coguntur edere, & tamen non erant electi publicè, prout conſtat, *ex leg. quædam,§. nummularios,ff de edendo,*& tradit *Pacianus capit.63.inferius allegando,num.93.* ſic præcisè *Dominus Gozadin. in d. l.1.num.20.*

52 Ioannes autem *Bologn. poſt Ripam,in d.l.1.n.66.& 67.* poſt plures Doctorum noſtrorum opiniones hinc inde relatas,ac diſcuſſas pro conciliatione ita diſtinguit.

53 Aut iſti mercatores impetrauerunt licentiam à Magiſtratibus ſuis, vt Conſulibus, vel alijs ad hoc deputatis, vel ex forma ſtatuti,vel de iure,& tunc illi tenentur edere, quia dicuntur habere publicam fidem, cum iſta authoritas ſcribendi rationes,& retinendi libros regulatos, concedatur à publico illis, qui promittunt ſcribere fideliter rationes omnium eo modo,quo geſta fuerunt negotia, & iurauerunt, & ideo ſuccedunt loco argentariorum, & nummulariorum,vt dicebat *Bartolus,in dicto §.nummularios,*& dicuntur rationes certo modo publicæ authoritate, licet ſint priuatæ quantum ad dominium, ſicut erant rationes ipſorum argentariorum, qui dicebantur *in dict. l.Argentarius,*habere publicam cauſam,& publicum officium, propter authoritatem publicam, & licentiam à publico conceſſam,licet quoad dominium illæ eſſent priuatæ,& competerent etiam ſeruo peculiari, *leg. Prætor,§.1.ff.eod.*

54 Aut vero non habuerunt ipſi Mercatores licentiam iſtam ſcribendi, ſed per ſe conficiunt rationes ( quo caſu ſunt merè priuatæ,licet palam ſcribantur, & apotheca teneatur in publico loco,quia habēt priuatā fidem ) & iſtas non tenetur edere, licet millies ſit conſuetudo ſcribendi, cum non præſumantur velle parare probationes contra ſe efficaciſſimas, & pro ſe inutiles, & latius, vt per eumdem *Bolognetum,quem nouiſſimè ſequitur Maſſin.d.l.1.nu. 66. vide per eos.*

Et hæc eſt veriſſima diſtinctio, quidquid ſcripſerit *D. Pyrrus Alfanus,in d.l.1.num.83.cum ſequentibus.*

Ex his ergo firma reſultat concluſio. Mercatores noſtri temporis ad fundandam actoris intentionem, libros ſuarum rationum edere teneri. Amplia ex ſententia *D. Petri de Caball.conſil.ſuo 122.n.20.in ſecundo,* vt ſcripturæ ipſæ mercatorum adhuc edendæ ſint,niſi ex conuentione partium teneri debuiſſent ſecretæ.

55 Multa autem ad maiorem, ac clariorem huiuſce materiæ intelligentiam notanda ſunt. Et primo, quod mercator non cogitur edere alio in loco, vel ad alium locum, ad petentis inſtantiam libros ſuos tranſportare, niſi ad locum eius domicilij, & hoc ſi ipſemet petens offerat ſuo periculo,& ſuis expenſis deferri, & cautiones offerat, ita *Soc.conſ.149.n.4.lib.1.Dec.in c.1.n.65. de prob. & alij.*

56 Et in euentum,quod mercator non conſentiat,ſuo periculo,& ſumptibus proprijs deferri, ille non cogetur,ſed Do. Iudex mittet ad locum rationum conſcriptarum perſonas idoneas, qui libros videant, & ipſi referant, vt dicit *Bart.quem omnes ſequuntur,in leg.Prætor, §.fin. ff. de edendo.*

57 Vel poterit Dominus Iudex committere iudici loci rei geſtæ, quod ipſos videat, & reſcribat, ſecundum *Fulgoſ.in d.§.fin. vbi Iaſon etiam dicit,* hanc eſſe practicam meliorem,ſequitur hæc omnia *Magonius,deciſione ſua Lucenſi quinta, num.14. & 15.*

Adde regulariter editionem librorum per mercatorem faciendam eſſe in loco, vbi exercuit mercatoram,vel nummulariam,quia eo ipſo, quod alio tranſportat, dicitur delinquere,notatur in *l.Prætoris,§.is etiam,ff. de edendo.* Sic præcisè poſt alios *Illuſtr.D.Card. Tuſcus, concluſ. ſua 40.n.12.in littera E.* Et videndus numero decimotertio, vbi ampliat hoc procedere, etiamſi adſit pactum inter plures mercatores,puta Florentinos,exercentes mercaturam Anconæ, quod finita mercatura libri reportentur Florentiam, quia pactum vel nullum eſt tamquam contra legem,vel quatenus excuſat à dolo,non tamen à culpa, & latius, vt per eum, quem conſulas. De hoc tamen notabili,ac animaduerſione,adeundus *D. Benuenut. Strac.in ſuo tract.de aſſec gl.11.n.57.& ſeq.* vbi omnium latiſſimè,ac elegantiſſimè diſcurrunt, ipſum conſulas.

58 Obſeruandum ſecundo, non ſolum illos ad huiuſmodi librorum editionem faciendam cogendos eſſe, qui actualiter mercaturam exercent, ſed etiam eos, qui deſierunt, dummodo agatur de rebus geſtis ante ipſam mercaturam deſtitutam,ſic per *l.prætor,§.is etiam,ff. de edend. poſt Purpur.Maſſin.*& alios pulchrè docuit *Polyd. Rip. de actis in mortis articulo,obſeruat.57.num.2.*

59 Obſeruandum tertiò, librum ipſius mercatoris edendum eſſe dumtaxat in particula ad cauſam faciente, ſic poſt *Bart.in d.l.Argentarius,§.1.ff.de edendo,docuit præcisè Camill.Borell.conſ.ſuo 82.n.29.*

60 Notandum vltimò, quod editione librorum ab aliquo mercatores ſemel facta,parti poſtea iterum petenti denegari poteſt, niſi per ipſam probetur amiſſio, ſic per *l.fin. ff.de bon.authoritate iud.poſſid.docuit Clariſs.Burſ. conſ.ſuo 224.num.9.*Et hæc ſufficiant.

Latius de hac materia diſceptat *Clar.Dom.Pacianus de probationibus lib.1.c.65.per totum, & præcipuè ſub numer. 10.cum ſeq.*vbi quomodo in praxi petenda ſit editio libri ab ipſo mercatore, & an ipſe edere teneatur libros cuiuſcumque generis per eum tentos, eleganter ediſſerit, ipſum conſulas.

61 An autem editionem ipſorum librorum petentes, teneantur ipſis ſtare tàm pro ſe, quàm contra ſe, diſceptat *Illuſtriſs.Dom.Card.Tuſch. concl.ſua 42. in littera E, vide per eum.* Mihi autem opinio affirmatiua videtur iuris eſſe indubitati, in quam opinionem propenſior quoque videtur eſſe *Antonius à Sola,in ſuis conſuetudinibus Sabaudiæ,tit de libris Mercatorum,gl.2.nu.15.cum ſeq.* vbi ob id docet ſuperuacaneum eſſe reſpondere interrogatorio, quod facere aliquando conſueſcunt mercatores, dum ad librorum ſuorum editionem faciendam interpellantur, an ſcilicet petens ipſius libri editionem habeat animum ſtandi dicto libro,tàm pro,quàm contra: cum enim (ſubdit Sola,) petens exhibitionem, ſi exhibeatur ipſemet producere,ac librum edi petitum approbare,conſequentia clara reſultat dictam reſponſionem ad ſupradictum interrogatorium ſuperuacaneam fore, ac per conſequens, ſequi etiam ſuperfluitatem ſui antecedentis; ideſt, ipſiuſmet interrogatori. De hac tamen latius vide penes eumdem Solam.

*Ioannes Guliermus Guidobon. poſt hæc congeſta viſus; Aduocat.ſua 7. num. finali* docet in praxi illud obſeruari, vt volente actore, teneatur reus ſtare libro tàm pro ſe, quàm contra ſe, alias non tenetur edere.

62 Sed pulchra ſub oritur hic dubitatio,& eſt,quibusnam remedijs ad editionem faciendam cogi poſſit ille, qui edere tenetur. *Sola erudītiſſimus d.gl.2.num.43. vſque in finem* varios, ac diuerſos proponit modos, quibus ad editionem ipſam faciendam obſtringi poteſt,eum conſulas. Satis.

## De Libro Campſorijs,& Bancherij,

*SVMMARIVM.*

1 *Liber campſoris, vel bancherij, plenè creditur.*
2 *Et præcipuè Ferrariæ, taliſque conſuetudo eſt validiſſima.*
3 *Intellige, ac declara, & num. 4.*
5 *Liber publici campſoris creditur, etiam in ſummis magnis.*
6 *Contrarium Dec. & Ripa.*
7 *Concilia ex Menoch. & Maſcardo.*
8 *Libris bancheriorum, & campſorum noſtri temporis non plenè creditur pro ſe, ſed arbitrio iudicis.*
9 *Item ipſis non creditur, quando ſuſpitione aliqua falſi laborarent.*
10 *Item quando aliqua præſumptio eſſet in contrarium.*
11 *Exemplum.*
12 *Item quando in ipſis contineretur aliquid diuerſum ab eius officio, ſeu miniſterio.*
13 *Ratio.*
14 *Item ipſis minimè creditur in præiudicium tertij, cum quo actus aliquis geſtus non eſſet.*
15 *Ratio, & num. 16.*
17 *Hippol. Riminald. placuit, quod ſemiplena ex ipſis contra illum oriatur probatio.*
18 *Item ipſis minimè creditur, quando penitus ignoraretur, cuius manu conſcripti forent.*
19 *Niſi intercedente litterarum comparationis adminiculo.*
20 *Contra libros campſorum poteſt probari contrarium, etiamſi per teſtatorem fuerit diſpoſitum, quod dictis libri ſtetur in omnibus, ac per omnium.*
21 *Cum libri campſorum, vim ac robur probationis accipiunt à conſuetudine, talis conſuetudo eſt articulanda, & probanda.*

Quamquam quæ in proximè, de publicis officialibus relatis caſibus dicta ſunt, definiant etiam, qualis fides libro ipſius campſoris ſit adhibenda: verumtamen, vt aliqua ſpeciatim de eo dicamus, libuit hic caſum hunc adſcribere.

Dubitatur igitur, an libris ipſius campſoris plena ſit adhibenda fides.

1 IN qua quidem difficultate, rem paucis perſtringendo, concluſio ſit affirmatiua. Sic poſt *Berum conſil. ſuo 87. numero 22. in ſecundo, Iulius Ferret. de Gabell. ac alios, Dom. Hippolyt. Riminald. conſilio ſuo 52. num. 18. in primo, & Ioſeph. Ludou. concl. ſua 39. pag. 27. colum. 3. verſ. amplia 8. Sequitur hoc idem præfatus Rim. conſil. ſuo 506. num. 14. & 15. vbi etiam ſubdit Ferrariæ libris ipſorum Campſorum,*
2 plenam adhiberi fidem ſolere; talemque conſuetudinem validiſſimam eſſe.

3 Intellige tamen memoratam Concluſionem, quando ipſius campſoris, vel bancherij perſona, ac munus authoritate publica ſint approbata, tunc enim libris talium perſonarum ita credendum eſt, ratione publicæ authoritatis, prout alias credebatur libris Argentariorum. Sic præciſè *Clariſſimus Menoch. de arbitrar. libro ſecundo, centuria prima, caſu 91. numero 15. verſicul. vera itaque, & prius ſub numero 11. cum ſequentibus, ac per totum,* vbi non ſolum plenè eorumdem codicibus credendum eſſe tàm
4 pro ſe, quam contra ſe, ac etiam contra tertium, cum quo geſtum eſt negotium, & hoc per *text. in l. Argentarius, in princip. ff. de edendo*, cum alij per eum deductis, verum etiam qui nam olim eſſent argentarij, omnium elegantiſſimè deducit. De qua etiam re, latiſſimè differit *Munoz de Eſcobar, de ratiocin. adminiſtration. cap. 11. in primis numeris. Sequitur hoc idem Clariſs. Maſcard. dict. concluſione ſua 976. numero 87. & Stephanus Gratianus deciſione ſua Marchiana 147. n. 2.*

5 Ampliatur iſta Concluſio, vt locum etiam ſibi vendicet, quando in ipſomet libro ſummæ magnæ continerentur. Sic poſt *Abbat. in c. bonæ, il ſecondo, columna vltima, de poſtulat. prælator, Iaſon. & alios, Dominus Menoch. d. caſu 91. num. 17.*

6 Contrarium tamen ſentit *Decius in l. 1. nu. 4. C. de edendo, Ripa, in d. l. admonendi, num. 126. ac plurimi alij.*

7 Concorda, vt per *Menoch. d. caſu 91. num. 18.* vt Decij opinio procedat, quando publica authoritate fides eorum non ſit probata, vel veriſimile non concurrat, ſequitur hoc idem *Dom. Maſcard. d. concluſion. ſua 976. num. 90.* Addo *Clar. Dom. Munoz de Eſcobar, de ratiocin. adminiſtratorum, cap. 11. num. 16.*

8 Limitatur autem hæc eadem communis concluſio varijs modis, & primo, vt locum non habet in campſoribus, & bancherijs noſtri temporis, qui authoritate publica non vtuntur, nec ita ſolemniter gerunt officium campſoris, vt olim faciebant Argentarij, nam illorum libris non creditur plenè pro ſe, ſed arbitrio iudicis, ſic poſt *Salicetum, Barbat. & alios, Clariſs. Dom. Menochius dicto caſu 91. numero 19. vbi latè. Sequitur Dom. Maſcard. dicta concluſione 976. num. 91.*

9 Coarctatur ſecundo, quando libri talium bancheriorum, quibus alias fides aliqua adhiberetur, ſuſpicione aliqua falſi laborarent, tunc enim illis omnino fides denegari debet, ita poſt *Salic. Iaſon. & alios, Dominus Menochius dict. caſu 91. num. 20. Sequitur Maſcard. præcit. concluſione numero 92.* Addo *Dom. Munoz de Eſcobar, d. cap. 11. numero 22.*

10 Coarctatur tertiò, quando aliqua præſumptio eſſet in contrarium. Exemplum eſſe poteſt, cum veriſimilia in eodem non continerentur, tunc enim nullo modo pro-
11 batio ex eo induceretur, ſic poſt *Salicett. Dec. & alios, Clariſs. Menochius, dict. caſu 91. numero 21.* vbi etiam in iudicis arbitrio verſari, quæ his caſibus dici poſſint veriſimilia, eleganter ſubiungit. Sequitur *Maſcardus, dict. concluſione 976. numer. 93* Addo *Munoz de Eſcobar, d. c. 11. n. 23. & 24. vbi pulchrè.*

12 Limitatur quartò, quando in libro ipſiuſmet campſoris, ſeu bancherij, aliquid contineretur diuerſum ab eius officio, ſeu miniſterio.

13 Nec ſanè mirum. Ridiculum enim eſſet, ſi aliorum diuerſa negotia, & penitus abhorrentia à munere ſuo in eorum codicibus referrent, ita *Iaſon. in dict. leg. admonendi, numero 119. in fine, & ibi Ripa, numero 114. Idem Iaſon. in lege age, numer. 3. Cod. de tranſactionibus, Dec. in capitul. poſt ceſſionem, numero quinto de probationibus,* & omnium elegantiſſimè poſt plures alios relatos Dominus *Menochius dicto caſu 91. numero 22. cum duobus ſequentibus. Addo Dominum Maſcard. dicta Concluſione ſua 975. numenumero 94. & prius Concluſione ſua 254. numero 9. Videndus etiam Vbertinus Zuchar. conſil. ſuo 56. num. 9. & Eſcob. d. cap. 11. num. 27.*

14 Limitatur quintò, memoratam concluſionem non procedere contra tertium abſentem, cum quo actus aliquis geſtus non eſſet; nam res inter alios acta tertio nocere non debet, ita poſt *Alexandr.*
15 *Imol. Crauett. & alios, Domin. Menochius, dicto caſu 91. numero 25. cum duobus ſequentibus, vbi pulchrè, & latè.* Addo *Eſcobar, dicto cap. 11. numero 29.*

16 Sic videmus in ſimili, quod inſtrumenta tertio, cum

quo

quo nihil geſtum eſt, minimè obſunt, vulgatus eſt *textus in dicta lege admonendi, de iureiur. & tradit latiſſimè Tiraquel.in ſuo tractatu,Res inter alios acta.*

17 Aduerte tamen *Hippol.Riminald.conſ.ſuo* 506.*n.*16.docuiſſe,libros huiuſmodi campſorum pro tertio, & contra tertium ſemipleniam probationem inducere.

18 Coarctatur ſextò, quando penitus ignoraretur, cuius manu liber ipſe ſcriptus appareret, tunc enim nullam fidem faceret,niſi ad comparationis litterarum adminiculum confugeretur, quo caſu plena poſtea ex eo oriretur
19 probatio. Sic præcisè poſt alios *Nomenclator egregius Dom.Maſcard.concl.ſua* 254.*num.*14.

20 Poſtremo, & ſeptimo loco limitandum erit, vt aduerſus huiuſmodi libros poſſit contrarium probari, etiam ſi per teſtatorem fuerit diſpoſitum, quod dictis libris in omnibus,ac per omnia ſtetur,& ideò illis ſit credendum. Sic poſt *Tiraq.Abb.Alex.& alios,eruditiſs. Maſcard.dict. concl.ſua* 254.*n.*15.

21 Pro coronide obſeruandum, vt quando libri ipſi campſorum, ac ſimilium perſonarum robur probationis accipiunt à conſuetudine, non autem à iure communi, illos producentes in ius, probare tenentur talem conſuetudinem, videlicet, quod conſuetum ſit ipſis fidem adhiberi. Sic poſt *Firman. in ſuo tractatu de Gabell. docuit Maſc.dicta concluſione ſua* 254.*numero finali.* Et hæc ſufficiant. Latius de hac materia *Dominus Maſcard. d. concl.* 254.*per totam. Et D.Eſcobar d.c.*12. Adeundus quoque *Illuſtr.D.Car.Tuſcus concluſ.ſua* 347.*in littera L, per totam vbi latiſſimè & D.Vincent.de Franchis,deciſ.ſua Neapolit.* 304. vbi docet de materia, quod recognitio eſt facienda integra apocha Banchi exhibita.

Superſunt adhuc pauci aliqui,qui inter illos, qui rationes ſui officij, rationum libros conficiunt, connumerari queunt: prout ſunt Vſurarij Hebræi, Aromatarij,& ſimiles,de quibus omnibus particulariter eſt diſſerendum.

## De Libris Vſurarij.

### SVMMARIVM.

1 *Liber vſurarij contra ſeipſum regulariter probat.*
2 *Ratio ex Menoch.*
3 *Amplia, ſi præcipuè frequentia actum ex libro ipſo detegatur.*
4 *Per libros ſuarum rationum quis vſurarius manifeſtus rectè probatur.*
5 *Ex libris recipientis ſub vſuris nulla oritur probatio contra vſurarium,& n.*6.
7 *Liber vſurarij pro ſe nullam fidem facit.*
8 *Limita.*
9 *Arma regulariter non ſunt ſumenda de domo rei.*
10 *Vſurarius conuentus proprios rationum libros edere tenetur ad fundandam actoris intentionem,& n.*17.
11 *Ratio ex Maſcardo,& numer.*12.*&* 13.*ex Gregorio Toloſano.*
14 *Contra obijcitur, quod teneatur.*
15 *Soluitur,& num.*16.
18 *Amplia, vt eius etiam hæredes teneatur, ſiue ſint ſui ſiue extranei,ratio ibid.*
19 *Si tamen prompti eſſent ad iurandum, ſe rationes vllas defuncti minimè habere, eis crederetur.*
20 *Fœneratores poterunt compelli edere libros ſuos,etiamſi tolerarentur in ciuitate.*
21 *Item non ſolum tenentur edere codices rationem, ſed etiam omnem ſchedulam, & omnem ſcripturam priuatam, in quibus eaſdem ſuas rationes conficerent.*
22 *Et eſt veriſſima opinio, quidquid dixerit Maſcardus.*
23 *Etiam Iudæus fœnerator, & vſurarius tenetur edere libros ſuarum rationum.*
24 *Amplia, etiamſi non ſit vſurarius.*
25 *Contrarium ſenſit Fachineus. Author cogitandum relinquit.*
26 *Vſurarius tenetur edere libros ſuarum rationum, etiamſi fœnus exercere deſierit.*
27 *An mercatores carius ſuas merces vendentes, conceſſa dilatione ad ſoluendum, teneantur edere libros ſuarum rationum ad fundandam alterius intentionem, maxima eſt difficultas.*
28 *Adeundi Menoch.Maſſinius,ac Pacian.*
29 *Adhoc vſurarius teneatur edere libros ſuarum rationum, tria ſunt neceſſaria, de quibus, & numero* 30. *&* 31.
32 *Si vſurarius requiſitus ad editionem librorum faciendam, negauerit ſe libros confeciſſe, an eius iuramento ſit ſtandum? dubitatur.*
*Paciani diſtinctio,ibidem,& cautela ſub n.*33.
34 *Quid iuris autem, ſi aſſeuerauerit eos amiſiſſe? numquid ipſi erit adhibenda fides: dubitatur.*
35 *Author concludit pro negatiua.*
36 *Quando vſurarius à ſuorum librorum editione facienda liberetur vna cum Paciano, docet Author.*
37 *Latius de hac materia Gregorius Toloſanus, in ſuo tractat. de vſuris.*
38 *Pulchra quæſtio de materia.*

1 Liber vſurarij regulariter contra ſeipſum plenam fidem facit, ſic poſt *Cardinal. in Clementina* 1. §. 1. *quæſtio* 6.*de vſuris,& Bald.in Rubrica,Cod.de conſtitutionibus. Eruditiſſimus Maſcardus concluſione ſua* 977. *numer.* 14.*Sequitur Dom.Hippolit.Riminald. conſilio ſuo* 567. *num.* 95.*& Clariſs.Dom.Menoch de arbitrar. libro* 6. *centuria* 3. *caſu* 235.*num.*30.vbi quoque rationem deducit, dicens;
2 Nam liber rationum probat regulariter contra ipſum ſcribentem,idque ſubdit præcipuè verius, ſi frequentia
3 actuum ex libro ipſo detegatur, cum frequentia ſecundum eum efficit illum eſſe manifeſtum vſurarium, prout & hoc docuit etiam idem *Dom. Maſcard. concluſione ſua*
4 1425.*numero* 14. vbi vlterius docet, quod quis per libros ſuarum rationum vſurarius manifeſtus rectè probabatur. Tradit hoc idem ipſemet *Maſcard. concluſione ſua* 1424.*numer.*24.*&* 25.*Adde Illuſtriſs.Cardin. Mantica de Tacitis,& ambiguis,conuent.lib.*8. *tit.*19. *numer.*9. *&* 10. vbi ſubdit, quod ſimiliter contractus vſurarius probatur per codices rationum ipſius feneratis, qui cenſura eccleſiaſtica poteſt compelli ad eos exhibendos,vt infra dicetur, ſubiungit etiam quod & per ſcripturam priuatam poteſt quis conuinci de vſuraria prauitate, ſi ea concurrant, quæ in priuata ſcriptura requiruntur, & latius, vt per eum.

5 Obſeruandum tamen hoc fallere reſpectu libri illius, qui recipi ſua vſuris, ex eo enim contra ipſummet vſurarium nulla proculdubio oritur probatio. Sic ex profeſſo concludit inter alios Dominus *Ludouic.Rodolphin.libro*
6 2.*quæſt.ſua* 45.*per totam,vbi declarat Cæpol.in ſuo tractatu de ſimulatione contractuum, numero* 87. qui videtur decidere contrarium, ſicque fuiſſe ad fauorem cuiuſdam Domini Iulij de Moris, delati à Ioanne Baptiſta Gilanea, qui mutuam ab eo acceperat pecuniam, quique ſcripſerat in ſuo libro rationum partitas, ex quibus arguebatur vſura reſpectu mutui prædicti, iudicatum fuiſſe ſubiungit.

7 Obſeruandum principaliter ſecundo, Librum ipſius vſurarij ad fauorem ipſius nullam fidem facere. Sic inter alios *Cl.D.Maſc.concl. ſua* 677. *num.*14. *Sequitur Toloſan. dicto numero decimoquarto pag.*583.*in fine.*

6 3 8 Quod

8 Quod tamen limita non procedere, quando aduerſarius peteret ſibi librum illum edi, tunc enim etiam pro ipſomet vſurario contentis in eodem libro ſtandum eſſet, ſic poſt *gloſ. in d. Clem. 1. §. 2. de vſur. D. Maſcard. d. concluſ. ſua 977. num. 15.*

9 Aduertẽdũ tertiò principaliter, ex difficultate probationis huiuſce vſurariæ prauitatis inferri quod etſi arma regulariter non ſint ſumenda de domo rei, ad *l. nimis graue, C. de teſtibus, & l. 1. C. de edendo*, nihilominus vſurarius
10 conuentus proprios libros ſuarum tenetur edere actori petenti, ad fundandam eius intentionem, *text. vulgaris in Clementin. vnica, §. cæterum, vſuris, Doctores omnes in d. l. 1. C. de edendo, vbi Dec. Curtius, Purpur. Alciat. & alij*, qui receptam hanc eſſe opinionem atteſtantur: quinimò *Philipp. Maſſin. l. 1. n. 97.* inquit, quod hanc ſententiam omnes vno ore amplectuntur.

11 His accedunt etiam Clariſſimi viri Dominus *Maſcard. dict. concluſ. ſua 1424. num. 22. & 23. cum ſequent.* vbi quoque rationem ſubdit, dicens: nam per dictos libros probabitur quidem vſura & *Dominus Menochius, de arbitrarijs, libro ſecundo, centuria 5. Caſu 499. numero 21. & 22. vbi latè.*

12 Sequitur hoc idem *Petrus Gregorius Toloſanus de vſuris, libro tertio, capitulo decimo, numero 14.* vbi pro corroboratione huiuſce Concluſionis conſiderat, quod in criminibus occultis, prout eſt vſura, dicto §. *cæterum*. Agenti fiſco contra ſe, quis tenetur exhibere inſtrumenta, & libros, *cap. vt commiſſi, de hæret. in 6. & l. 3. ff. de edendo.*

13 Item, quia vſurariorum rationes videntur quodammodo communes inter illos, & debitores a quibus vſuras extorquent, proinde ipſi tenentur eas edere, vti communia inſtrumenta, ad *lege non eſt nouum, & l. iuſtum eſt, Codice de edendo, & capit. G. perpetuus, de fide inſtrumentorum.*

14 Nec obijcias forte de vulgata illa iuris Regula, quod nemo cogitur edere, vbi de ſua agatur detegenda turpitudine, *lege alias, vbi gl. ff. de iureiurando, & l. 2. §. Diuus, ff. de iure fiſci cum concordantibus.*

15 Reſpondetur enim primo, ſpeciale eſſe introductum odio fœneratorum, vt cogantur edere, etiam vbi agatur de ipſorum turpitudine detegenda, quam ſemper occultare nituntur, vt colligitur ex eadem Clementina.

16 Præterea reſpondetur, quod quando petitur editio ex forma d. Clementinæ, iam detectum eſt crimen ipſum vſuræ, cum debeat ſaltem conſtare ſummatim, vt ſit locus d. Clementinæ, eum à quo petitur editio, vſurariæ prauitatis labe infectum eſſe, vt ex *Ioanne Andr. Baldo, & alijs, docet Decian. in cap. 1. de probation. num. 120.* vnde non officit.

17 Firmanda eſt igitur denuò Concluſio. Vſurarium libros rationum ſuarum actori potenti ad fundandam eius intentionem edere teneri. Addo *Fuluium Pacianum de probationibus libro 1. cap. 63. numero 66.* vbi concordantes adducit. Hoc idem poſt infinitos alios concordantes allatos, ſequitur quoque *Bernard. Græueus, libro 1. concluſione ſua 106. conſideratione 3. numero 1. Practicar. concluſion. His adiungas Clariſ. D. Philipp. Maſſinium centur. 1. diſtinct. ſua 31.* vbi pulchrè, & latè de materiæ ſupradictæ concluſionis.

18 Amplia, vt hoc etiam procedat reſpectu ſuorum hæredum, ſiue ſint ſui, ſiue extranei, ex quo ab illis vſuræ repeti poſſunt, cap. ſua nos, &c. Michael de Vſuris. Sic præciſè inter alios *Toloſan. de Vſuris d. cap. 10. libr. 3. numer. 4.* Addo *Pacianum d. cap. 63. num. 67. & Græueum d. conſideratione 3. num. 2.*

19 Eſt bene verum, quod ſi ipſi prompti eſſent ad iurandum, ſe non habere penes ſe rationes vllas defuncti, ſtandum vtique eſſet fide digni, & bonæ conditionis, ac famæ. Sic eleganter *Toloſ. d. num. 14. pagin. 584. in fine.*

20 Extenditur ſecundò ſupradicta Concluſio, vt locum habeat, etiamſi ij vſurarij, & fœneratores tolerentur in ipſa Ciuitate; nam adhuc ſaltem authoritate Epiſcopi poterunt compelli edere; ita poſt *Purpurat. & alios, Cl. D. Menoch. d. caſu 499. n. 23.*

21 Extenditur tertiò, vt vſurarius ipſe non ſolùm edere debeat codices rationum ſed etiam omnem ſchedulam, & omnem ſcripturam priuatam, in quibus eaſdem ſuas rationes conficeret. Sic præciſè poſt infinitos relatos *D. Pacianus d. cap. 63. n. 69.*

22 Et mihi videtur veriſſima ampliatio, quidquid dixerit *Maſcardus concluſione ſua 1424. numero 26.* Nota tamen, quoad has ſchedulas ſecus eſſe reſpectu aliorum mercatorum, ſi enim ad eas edendas minimè cogi poſſunt. Ita poſt alios *Clariſs. Bardellon. conſil. ſuo 54. numero 12. Adde Hectorem Felicium allegatione ſua 65. numero primo, part. 2.*

23 Extenditur quartò hæc cauſa, vt locum habeat etiam in Iudæo fœneratore, & vſurario; ita *Decius, Purpuratus, Alciatus, & Communiter Doctores, in d. lege prima, Codice de edendo*. Sequitur Maſſinius poſt articulum plenè; diſcuſſum, & contraria omnia exactè reſoluta, *in dict. lege prima, numero 98.* vbi etiam pulcherrimè *Pyrrus Alfanus, numero 52. cum tribus ſequent. His accedit Clariſs. vir Dominus Menochius dict. caſu 499. numero 24. & eruditiſsimus Dom. Andreas Fachineus, libro 11. ſuarum iuris controuerſiarum, capit. 87.* Videndus quoque *Domin. Bolognett. in dict. l. 1. numero 56. Cod. de edendo*, vbi latè de hac materia.

24 Subamplia, vt id procedat, quando ſcilicet ipſemet Iudæus non eſſet, nec fœnerator, nec vſurarius, adhuc enim rationes ſuas edere actori ob ſuæ perſonæ odium ad fundandam ipſius intentionem aſtringetur; ita poſt alios duabus acutiſſimis rationibus motus docuit *Pacian. d. c. 63. num. 86. cum ſeqq.*

25 In contrarium tamen ſententiam videtur propenſio. *D. Fachineus præcitato c. 87. in fine. Cogita.*

26 Ampliatur quintò, vt hæc cauſa locum etiam ſibi vendicet in fœneratore, qui fœnus exercere deſijt, ita *Decius, in d. l. 1. numero 16. Cod. de edendo*, qui eiuſdem opinionis alios recenſet; videndus tamen Dominus *Menochus d. caſu 499. num. 27. cum ſequentibus, & Domin. Maſſinius in d. l. 1. numero 100.* vbi diſtinguendo plures caſus, latiſſimè de hac materia diſſeruere. Adeundus quoque erudiſſimus *Pacian. dict. cap. 63. n. 71. cum ſeqq. vbi pulchrè, & D. Pyrrus Alfanus in d. l. 1. n. 60.*

27 Sed an ſæpius memorata Concluſio habeat etiam locum in mercatoribus, qui carius ſuas vendunt merces conceſſa dilatione ad ſoluendum? Maxima eſt de iure noſtro difficultas.

28 Videndus *Dom. Menoch. dict. caſu 35. & 36. & Maſſinius in d. l. 1. numero 102.* Hi enim adeo doctè & eleganter huiuſmodi explicant materiam, vt alicuius alterius opera abſque dubio ſuperuacanea videatur, ad ipſos beneuolum Lectorem remitte; Adeas quoque *D. Pacian. dict. cap. 63. numero 70. vbi pulchre, & Dom. Pyrr. Alfan. in d. l. 1. numero 61. cum ſequent.* vbi pluribus rationibus motus, hos ſic carius vendentes fœneratorum nomine contineri eleganter concludit.

29 Cæterum vt ea, quæ de vſurario diximus, habeant locum, ſcire oportet, neceſſarium eſſe, vt tria concurrant, quorum illud potiſſimum eſt, vt in primis conſtet eum eſſe vſurarium, quia nemo præſumitur vſurarius, niſi ab allegante probetur, & iuri conſentaneum eſt, vt antequam quis cogatur, edere cognoſcatur prius, an ſit vſurarius, vt docent communiter Scribentes, & in ſpecie *Purp. in n. 23. C. de edendo.*

Quibus autem modis quis vſurarius probetur, om-

nium latiſſimè tradit *Maſcard.concl.ſua* 1425. *per totam,*
*& Card.Mantic.de Tacitis,& ambiguis conuentionibus lib.*
8.*tit.*19.vide per eos.
30 Exinde requiritur, vt agatur de cauſa vſurarum, ſi
enim agere de alio contractu, vel alia cauſa quæ non
reſpicit vſuras, non eſſet vſurarius, & per conſe-
quens, ad editionem ſuarum rationum minimè coge-
retur. Sic poſt infinitos relatos *D. Pacian. dict. cap.*63.
*numer.* 76.
31 Vltimò requiritur, vt conſtet vſurarium libros ratio-
num confeciſſe, ſed quid iuris, ſi negaret ſe confeciſſe li-
bros;ſtabitur ne de hoc eius iuramento?
32 *Pacian.eruditiſs.d.cap.*63. *num.*78. poſt allatas contra-
rias ſcribentium opiniones, ita diſtinguit: Aut per co-
niecturas, ſeu per publicam vocem, & famam conſtat
talem vſurarium eſſe ſolitum ſcribere rationes, & tunc
non ſtabitur eius iuramento; Aut vero de rationibus
ſcriptis nullæ adſunt coniecturæ, neç vlla fama conſtat,
& tunc ipſiuſmet ſuo iuramento ſtandum affirmat: ſub-
33 dit tamen num.79. in hoc ſecundo caſu remedium eſſe
petenti libros ipſos rationum, & repetenti vſuras, vt
imploret officium iudicis, ad hoc vt ponat edictum
generale ſub pœna excommunicationis, vt qui ſuper hoc
nouerint veritatem, compareant, & veniant ad teſti-
monium ferendum, iuxta *textum*, *in capitulo noſtram*,
*il ſecondo*, *extra de iure iureiurando*, *& latius*, vt per
eum.
34 Sed alia pulchra ſuboritur hic dubitatio, & eſt huiuſ-
modi. Finge ipſum vſurarium conſcripſiſſe libros; re-
quiſitum autem ad eorum ditionem aſſeuerare, ſe eos
amiſiſſe, dubitatur hoc caſu, nunquid ipſi ſit adhi-
35 benda fides? & rem paucis perſtringendo, conclude
pro negatiua, cum tractetur de ipſius lucro, & præiu-
dicio aliorum, & aduerte, quod non liberatur obli-
gatione edendi, niſi probet amiſſionem ipſorum li-
brorum factam caſu, puta incendio ruina, furto, aut
corruptione fatali; ita pulchrè docet poſt alios *Pacia-*
36 *nus dict. capitul.*63. *numero* 81. *cum duobus ſeq.* vbi ta-
men ſubdit, ipſummet vſurarium ab editione liberari,
non ſolum quando ſine culpa caſualiter ipſoſmet libros
amiſit,verum etiam quando eos perdidit culpa ſua,etiam
ad hoc ordinata, modo malitia, ac dolus non adſit; ex eo
enim, quod dominium librorum eſt ipſius vſurarij,
non eſt punienda culpa commiſſa per eum citra tamen
dolum, circa amiſſionem illorum, cum quilibet ſi ar-
biter, & moderator rei ſuæ, *leg.in re mandata*, *Codic.*
*mandati*, *& latius*, *vt per eum*, *quem conſulas*; *& hæc*
*ſufficiant.*
37 Latius de hac materia *Toloſanus d.num.*14. *&* 15. vbi
inter cætera ampliſſimè diſcutit, an domum ipſorum
vſurariorum,quis ingredi poſſit,& ſcrutari arcam eorum
ad libros ſuos perquirendos. Videndus quoque *D. Gre-*
*ueus d.conſiderat.*3.*per totam.*
38 Poſt hæc congeſta, pulchram vidi à Scribentibus diffi-
cultatem in hac materia promoueri. Quidam merca-
tor Bladorum vendebat frumentum, & alia Blada di-
uerſis in magna quantitate, & omnibus addito hoc pa-
cto, quod ei ſupradicta ſoluantur ſecundum valorem
menſis Maij. Quæritur, an iſtud pactum vſurariam pra-
uitatem redoleat, necne? pro reſolutione videndi *Natt.*
*conſil.ſuo* 369. *& Crau. conſil.*146. *numer.*23. *Adde Phi-*
*lip. Portium*, *conſil.ſuo* 30.*in* 1. *Soc.iunior.in ſimili conſil.*
*ſuo* 83.*in ſecundo & Cardin.Tuſcum*, *concluſ.ſua* 337.*nu-*
*mer.*57.*cum ſeqq.& præcipuè* 64.*in litt.V.* Sat enim loca
tetigiſſe.

---

## De Libris Hæbreorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Libris Hebræorum, quibus ex priuilegio Papæ credendum*
*eſſet, plenè creditur.*
2 *Et priuilegium iſtud valet, & tenet, & n.*3.
4 *Intellige tamen in pertinentibus dumtaxat ad eorum offi-*
*cium.*
5 *Item quando eſt conceſſam ab eo,qui poteſtatem habet de-*
*rogandi Canonibus.*
6 *Statutum diſponens, quod Hebræorum libris creditur Con-*
*tra Chriſtianos non valet,cum ſit iniquum. Auctor hac in*
*re cogitandum relinquit.*
7 *An Hebræus ad editiotem libri rationum ſuarum ad fun-*
*dandam intentionem actoris,cogi poſſit dubitatur.*
8 *Pro reſolutione Auctor ſe remittit ad tradita ſupra c. præ-*
*cedenti cum duob. ſeqq.*

1 Libris Hebræorum, quibus ex priuilegio Papæ cre-
dendum eſſet pleniſſimam eſſe fidem adhibendam
receptiſſima eſt Scribentium ſententia. Sic præcisè poſt
*Stracch.de Mercat.tit.* Quomodo procedendum ſit in cau
ſa Mercatorum, *n.*8.*D.Ioſeph.Ludouic.d.concl.ſua* 29.*pag.*
73.*col.*3.*verſ.amplia* 28. Addo poſt plures relatos *Dom.*
*Viuium deciſ.ſua* 445.*n.*4.
2 Imò priuilegium iſtud talia diſponendo valet, tenet,
prout in proprijs in terminis conſuluit Alex. ad fauorem
cuiuſdam Danielis Hebræi Mercatoris librum produ-
centis ad debiti probationem, cum ſimili priuilegio.
*Alex.in quam conſil.ſuo* 53. *in* 2. *per not. per Bald. in leg.*
*cunctos populos*, *Cod.de ſumma Trinitate*, *& in l.quoties*,
*Cod.de Iud.* Concludens denique ibi, debitum per huiuſ-
modi libri partitas rectè probari. Aſſentitur etiam Ro-
man.in d.l.ſi duo, ff.de acquir.hæred.& *Marquar.de Su-*
3 *ſannis,in ſuo tract.de Iudæis, & infidelibus,in* 2.*parte capit.*
5.*nu.*17. vbi hoc caſu plenam admodum fidem ipſorum
Iudęorum fęnerantium libris contra Chriſticolas præ-
ſtandam eſſe eleganter ſubnectit. Sequitur hæc omnia
longè latiùs, & elegantius *Viuius*, *dict.deciſ.*445.*numero*
*quarto.*
4 Intellige tamen hoc priuilegium de danda, præſtanda-
que fide libris ipſorum Hebræorum: intelligi re vera,
ac interpretari de pertinentibus dumtaxat ad eorum
officium, vt de mutuando pecuniat ſub pignoribus, ita
poſt *Iaſ.Cacher.deciſ.*72. *num.*10. *Crau.de antiquit. temp.*
*Ludou.d.concl.ſua* 39.*et alios plures D.Viuius*, *d.deciſ.ſua*
445.*num.*5. *et nos ſupra tetigimus,libr.*1. *Addo nunc Solam*
*in Conſtit. Sabaudiæ*, *tit.de libris Mercat.gl.*2.*numer.*7.*et*
*C. Tuſcum concluſ.ſua* 76.*numer.*88. *in littera S,*
5 Intellige ſecundo,tunc demum hoc priuilegium valere,
quando eſt conceſſum ab eo, qui habet poteſtatem dero-
gandi Canonibus,prout eſt Summus Pontifex,ſecus ſi ab
alio. Sic eleganter *D.Scaccia libr.*2. *Iud.cauſ.ciuil.c.*11.*nu.*
138.vbi damnat eiuſmodi priuilegia, & inquit, ſtatutum,
vt credatur ſcripturæ Hebræorum contra Chriſtianum,
eſſe inhoneſtum,iniquum,& irrationabile. De hac tamen
recognita.
7 Sed pulchra hic poteſt excitari quæſtio, & eſt, an He-
bræus ad editionem libri rationum ſuarum ad fundan-
dam intentionem actoris cogi poſſit.
8 Pro reſolutione,vide quæ ſummatim deduximus ſupra
*c.præcedenti, n.*23.*cum duob.ſeqq.*

## De Libris Aromatariorum.

SVMMMRIVM.

1 *Liber Aromatarij regulariter non creditur.*
2 *Ratio.*
3 *Limita, quando aliter conſuetudine receptum eſſet.*
4 *Prout eſt in Regno Neapolitano.*
5 *Nota tamen, conſuetudinem illam articulandam, et probandam.*
6 *Item limita, quando in ipſiſmet libris continerentur veriſimilia, data, et recepta, exiguæ ſummæ, et alia, de quibus ibi.*
7 *Elegantius conſilium Camill. Borel. deducitur.*
8 *Quid per Summos Pontifices de ipſis Aromatariorum libris diſpoſitum ſit, docet Author.*

Aromatariorum libris an credatur? Congruo loco contingit dubitare.

1 ET regulariter non credi, docuit primus omnium *P. de Ancharan. conſil. ſuo* 388. *numero vndecimo*, &
2 rationem deducit dicens: quia perſona ipſius Aromatarij, eſt perſona priuata, nec officium habet de publico, vnde nil mirum, ſi eius libro minimè fides adhibetur, ad notata in *l. quadam*, §. 1. *ff. de edendo*, *in leg. admonendi, de iureiurand. in l. nuda, ff. de donation. et in auth. Et ſi contract. C. de fide inſtrum. cum concordantib.*
3 Hanc tamen Concluſionē limita, quando aliter conſuetudinē receptum eſſet, ideſt vt huiuſcemodi libris plena
4 fides adhiberetur, prout in Regno Neapolitano, tunc enim ipſis pleniſſimam proculdubio fidem adhiberi teſtatus eſt inter cæteros *Dom. Camil. Borell. conſil. ſuo* 82. *per totam.*
5 Aduerte tamen prædictam Conſuetudinem, & articulandam, & probationibus clariſſimis comprobandam eſſe, ſic *Borell. dict. loco vbi latiſſimè de hac materia.*
6 Limita ſecundo principaliter memoratam Concluſionem, quando in ipſiſmet libris continerentur veriſimilia, continerentur data, & recepta, continerentur partitæ exiguæ ſummæ, ac quantitatis in aliquibus tandem partitis libri ipſi extitiſſent verificati ac comprobati, tunc enim plena ex eiſdem ad fauorem etiam ipſius Aromatarij
7 oriretur probatio. Sic in terminis, ſed longè latius, & elegantius *D. Camil. Borel. dict. conſil.* 82. *per tot.* ibi enim omnibus hiſce ſupra dictis concurrentibus conſuluit, Nobilem quemdam Alexandrum de Felice, de Ciuitate Nuſci, Aromatarium debere obtinere in cauſa intentata pro ſalario medicinarum conſequendo, non obſtante, quod aduerſarius prætenderet librum eiuſdem Aromatarij nullam fidem facere, vide per eum. Non omittenda eſt etiam pulchra in hoc propoſito conſultatio *D. Purpurat. in conſilio ſuo* 31. *vol. primo*, docuit enim is, quod facta probatione per Aromatarium de infirmitate ipſius rei conuenti; de ordinationibus medicinarum factis à Phyſico, de traditionibus eorumdem à ſuis agentibus celebratis, & facta exhibitione libri rationum ſuarum, Iuramentoque ſuppletorio per ipſummet ſublato, ſatis ſuperque fundatam eſſe eius intentionem pro conſequendo valore ipſarum medicinarum, & latius vt per eum, quem conſulas. Videndus quoq; *Marc. Ant. Maceratenſ. Variar. reſol. lib.* 2. *reſol.* 6. *vbi pulchrè de hac materia.*

8 Pro coronide huiuſcemet materiæ, ſciendū volo, extare motum propriū Iulij Papæ III. pro Aromatarij mandantem, quod ipſorum libris tentis more mercantili benè, & ſecundum ſtatuta artis adhibeatur plena fides vſque ad annos quinque, & quod de cætero ipſi libri non habeant fidem in iudicio, nec extra niſi fuerint approbati per fidem Conſulum pro tempore, manu Notarij conſulatus dictæ artis, quas facultate priuilegiorum & iuriſdictionis ipſorum Aromatariorum vrbis, confirmauit Clemens VIII. anno Quinto eius Pontificatus, 3. Kalend. Ianuarij, Anno Domini 1596. per confirmationem incipientem Laudabilis, in §. Ac quod, mandans, vt libris, quos mercantili more, vel ſecundum vſum dictæ artis Aromatarij tenuerint, adhibeatur fides iuxta formam dicti motus proprij Iulij Papę III. vſque ad quinquennium. Sic præcisè teſtatus eſt inter cæteros *D. Scaccia poſt hæc edita viſus, lib.* 2. *de iudic. cauſ. ciuil. c.* 11. *n.* 136.

## De Libro Matriculæ Scholarium.

LIber Matriculæ, in quo deſcribuntur ſcholares, qui in ea recipiuntur, probat proculdubio, qui ſint de Matricula, & qui non iuxta *lib.* 1. & 2. *Cod. de Primicerio libr.* 12. & *de agentibus in rebus eod. libro cum ſimilib. ſic eleganter Bart. in leg. final. Codic. de rebus Cardinal. Pariſ. conſil. ſuo* 159. *numer* 16. *in quarto. P. Bimius conſ. ſuo* 172. *num.* 17. *in* 2. & nouiſſimè poſt plures alios relatos *Dom. Honded. conſ. ſuo* 78. *num.* 8. *in* 2. *Addo D. Pacian. de prob. lib.* 1. *c.* 44. *n.* 8.

Aduerte tamen ex inſpectione ipſius Matriculæ, in qua ſcholaris non reperitur deſcriptus, non rectè probari, quod ille non ſit ſcholaris. Matricula enim non facit ſcholarem, ad tradita per *Decium, in dicta lege finali, Cod. de rebus cred.* niſi tamen huiuſmodi deſcriptio in matricula ex conſuetudine, vel ſtatuto expoſceretur pro ſubſtantia. Sic in terminis poſt *Herculanum in ſuo tractat. de proband. neg. numero* 169. *cum ſequenti, ita Bartolus intentionem, in dicta lege finali, Codic. de reb. cred. declarantem, docuit eruditiſſim. Honded. dicto conſil. ſuo* 78. *num.* 35. *Addo D. Trentacinq. Variar. reſol. lib.* 2. *tit. de fide inſtrum. reſol. ſecunda, n.* 3. vbi pulchrè.

## De Libris Syndicorum alicuius Ciuitatis.

LIbri Syndicorum alicuius Ciuitatis continentes data, & recepta ratione eorum officij ſaltem ſemiplenam probationem inducunt, ſic præcisè *Dominus Ioannes de Amicis, conſilio ſuo* 101. *numero vigeſimoquarto*, vbi ſubdit præcipuè verum, quia regulariter ab ipſis præſtari ſolet iuramentum de rectè, & legaliter officium ſuum exercendo, quod eſt hodie regulare in omnibus adminiſtrantibus aliena negotia, quibus committuntur ſcripturæ conficiendæ, vt eſt *gl. ſolemnis, in verſ. decurritur in d. l. quædam* §. *nummularios, vbi etiam Bar.* & alij, & latius, vt per eum.

## De Libro Camerarijs alicuius Vniuerſitatis.

LIber Camerarij Vniuerſitatis probat regulariter inter ipſum, & vniuerſitatem, non autem contra tertium. Sic poſt *Imola, Alexand. Decius, Crauet. Menoch.* & alios, *Proſper Farinacc. conſil. ſuo vndecimo, num.* 28. Nec ſanè

ſanè mirum. Res enim inter alios acta tertio præiudicare minimè ſolet. Sic pulchrè *Menoch. de arbitrar. libro 2. centur. 1. caſu 91. n. 25. cum ſequentibus*, vbi etiam ſubdit à fortiori, publica inſtrumenta tertio, cum quo geſtum nihil, eſt minimè nocere, prout quoq; apertiſſimus eſt textus, *in d. l. admonendi, ff. de iureiurando.*

## De Libro Ciuitatis, Vel Municipij.

Libris alicuius Ciuitatis, vel Municipij veluti publicis, regulariter fides adhibetur. Sic poſt *Bartol. & alios, in leg. quædam, §. nummularios, in fine, ff. de edendo.* docuit præciſè *Crauetta, conſ. ſuo 549. nu. 2.* vbi etiam ſe remittit ad ſcripta per eum *in ſuo tract. de antiq. temp. p. 1. n. 230.*

Addo eumdem *Bart. ibidem, C. de diſcuſſionibus, libr. 10.* vbi tradit, quod licet ſoluens tributa, apocha de ſoluto perdiderit, poteſt tamen ex libris ipſius communitatis ſolutionem probare, quoniam ipſis libris plene creditur, ſequutus à *Dominum Iacobum Mandel. Albenſ. conſil. ſuo 33. num. 2.*

Sic etiam libro Statutorum alicuius Ciuitatis plene creditur, ſi Notarij ſubſcriptione iuuetur vel pro ſolemui diù ſit habitus. Sic poſt *Bartol. Geminian.* & plures alios, idem *Dom. Crauetta, conſ. ſuo 425. n. 44.* vbi quoque ſubdit, quod ex tali obſeruantia longi temporis, indubitata fides talis libros Statutorum adhiberi debet. Sequitur idem *Crauet. conſil. ſuo 701. num. 1. & in ſuo tract. de antiquitatib. tempor. Addo eruditiſſimum D. Pacianum, de Probationib. lib. 1. cap. 52. n. 11. Solam: in Conſuetud. Sabaudiæ, in procem. Decret. gl. 4. num. 1. & D. Rutger. Rulan. de commiſſionibus, lib. 5. cap 6. num. 2. cum duobus ſeqq.* vbi docet hos libros Statutorum quoad magiſtratum, ſi diutina conſuetudine, ac vſu corroborati ſint, plenè probare, idque maximè ſi poteſtatem habeant condendi ſtatuta, *ad l. omnes populi, de iuſtitia, & iure, & tradit Gaill. libr. 1. obſeruat. 106. numero 8.*

Inter priuatos autem præſertim ſubditos, eoſdem libros probare non eſt dubium. Quo verò ad extraneos, opinatur ipſemet Rulan. prefatos Statutorum libros extendi quoque extra territorinm, & latius, vt per eum, quem conſulas.

*Finis Libri Quarti.*

DE

# DE SCRIPTVRA PRIVATA TRACTATVS

## D. NICOLAI DE PASSERIBVS A IANVA I. C. PATAVINI

## LIBER QVINTVS.

Miſcellanea quædam, ac varia de libris rationum in hoc poſtremò libro diſcuſſuri, de ijs prius qui in archiuio aliquo publico reperiuntur, tractationem inſtituamus.

---

### De Libris rationum in archiuio publico repertis.

*SVMMARIVM.*

1 *Archiuium publicum quid explicat Author.*
2 *Liber rationum in archiuio publico repertus, concurrentib. quattuor requiſitis, de quibus ibi plenam fidem facit.*
3 *Liber Eccleſiæ in archiuijs publicis adiuentus, plenè probat maximè ſi in eo multæ partitæ veræ, ac comprobatæ contineantur.*
4 *Liber, quando eſt ſub Cuſtodia publica, fides adhibetur.*
5 *Et productus in iudicio pleniſſimam fidem facit.*
6 *Libris archiuij Principis, vel ſuorum officialium, plenè creditur.*
7 *Prout etiam cuilibet libro confecto ab officiali alicui archiuio publico aſſiſtenti, fide adhibetur.*
8 *Libris antiquis Epiſcopatus in archiuio publico exiſtentib. plena pręſtatur fides.*
9 *Quod amplia, etiamſi ſint ſine die, & Conſule.*
10 *Quælibet ſcriptura priuata concurrentibus illis quattuor requiſitis de quibus ibi, ſumpta ex archiuio publico plenam fidem facit.*
11 *Dictum D. Rol. à Valle deducitur.*
12 *Si producatur originalis aliqua ſcriptura reperta in archiuio publico teſtimonio, ſiue ſubſcriptione illius, qui præeſt ipſi archiuio, atteſtantis eam eſſe ſcripturam archiuij inter authenticas inuentam, et ſeruatam, communiri debet.*
13 *Alioquin ſine prædicta teſtificatione minimè probaret.*
14 *Sin autem producatur exemplum illius ſcripturæ, tunc non ſufficit teſtimonium præpoſiti ipſius archiuij, ſed cum hoc requiritur, quod iudicis authoritate ſit facta exemplatio.*
15 *Hoc autem communiter intelligunt DD. procedere inter ſubditos illorum; qui præſunt archiuio, & infra eorum territotium.*
16 *Secus inter non ſubditos, & extra territorium.*
17 *Sentiunt tamen multi, quod probandi virtus ex ipſo libro, vel qualibet alia ſcriptra ratione illius loci promanans, extendatur etiam extra territorium, ſed inter ſubditos tantum.*
18 *Sed toto cœlò aberrant, ſecundum Caball. Ratio ibid. & num. 19.*
20 *Videndus hac de re D. Crauettam.*
21 *An partis citatio regulariter ſit neceſſaria, quando ex archiuio publico ſumitur tranſumptum de aliqua ſcriptura, non eſt eadem omnium Scribentium ſententia.*
22 *Caſſaneus, & alij concludunt pro affirmatiua.*
23 *Quod tamen ſecundum Cacheran. intellige verum, in exemplo ſumpto ex ſcriptura priuata reperta in archiuio publico alicuius inferioris à Principe.*
24 *Fundamentum huius opinionis.*
25 *Contrarium tenuere alij multi.*
26 *Concilia, & n. 27. 28. & 29.*
30 *Scriptura ex archiuio Monaſterij deſumpta, nullam fidem facit. Ratio ibid.*
31 *Ad hoc vt ſcriptura aliqua ex archiuio ſumpta fidem faciat, requiritur, quod ipſum archiuium ſit publicum & quod ipſi publici officiales præſint.*
32 *Item quod in eo ſolummodo ſcripturæ publicè reponantur.*
33 *Liber rationum, prout etiam alia ſcriptura priuata ab archiuio alicuius Epiſcopi extracta plenam fidem facit, & numer. 35.*
34 *Ratio.*

36 *Extra-*

36 *Extractum ab archiuio regiſtri, fidem minimè facit. Ratio ibidem.*

1 LIber rationum in archiuio publico repertus,
(eſt autem archiuium publicum, ne termini
ignorentur, locus in quo reponi aſſolent ſcri-
pturæ priuatæ, & authen. Sic poſt *Panormit.*
*Fel. & alios, Hieronym. Schurph. conſ. ſuo 90. n.*
2 *8. cent. 3. & docet Rolan. à Valle, conſ. 75. n. 2. in 4.*) concur-
rentibus quattuor requiſitis. Primò quod archiuio præſit
officialis; ſecundo, quod ſit poſitus inter ſcripturas au-
thenticas, vel pro autenticis habitas, tertio, quod fides illi
detur ex conſuetudine; vltimò, quod corroboratur teſti-
monio officialis ipſi archiuio aſſiſtentis, qui teſtetur librũ
ipſum in archiuio publico fuiſſe repertum; probationem
plenam inducit. Ita poſt infinitos relatos docet eruditiſſ.
*Crauet. de antiquitat. tempor. in §. limitatur quarto in pri-*
*mis numeris, eum ſequitur Ioſeph. Ludouic. concluſ. ſua*
*29. pagina 27. colum. 4. verſic. amplia 15.* vbi etiam poſt
eumdem *Crauettam conſil. ſuo 158. num. 5.* infert, quod li-
ber Eccleſiæ in archiuijs publicis adinuentus plenè pro-
bat, maximè ſi in eo multæ partitè veræ, ac comprobatæ
contineantur. His accedit *Hippol. Riminal. conſil. 642.*
*numero 19.* vbi adducit textum in capit. ad audientiam,
de præſcriptionibus, *Butrius, Dec. & plures alij con-*
*cordantes. Addo in terminis Cacheran. deciſione ſua Pe-*
*demont. 69. numer. 2. & 3. & doctiſſimum. Scaccia capitul.*
*11. inferius allegando, à numer. 760. vſque ad 778. incluſiuè*
3 ibi enim quattuor iſta requiſita deducendo, qualiter-
que intelligantur, procedant, & habeant locum decla-
rando, omnium quotquot ſcripſerint elegantiſſimè di-
ſceptatur: Ad eum, ne in ſuo Codice ſcripta abſque
4 lectoris vtilitate in meo repetam, eumdem remitto. His
adde etiam *Solam in conſuetudinibus Sabaudiæ pag. mihi*
*702. gloſ. 3.* & hæc eſt veriſſima Concluſio, per quam
etiam facit: nam libro, quando eſt ſub cuſtodia publica,
fides ſemper adhibetur, *Dec. conſil. ſuo 11. numer. 1. in 1.*
ac alij.

5 Et productus in iudicio pleniſſimam fidem facit. *Sil-*
*uan. inter alios conſ. ſuo 16. n. 31. in 2.*

6 Hinc libris archiuij principis, vel ſuorum officialium,
plenè creditur, Sic poſt *Mandoſ. Crau. & alios. Burſ. conſil.*
*ſuo 106. numer. 18. & D. Oſaſch. deciſ. ſua 69. numer. quinto.*
prout etiam cuilibet libro confecto ab officiali alicui ar-
chiuio publico aſſiſtenti pleniſſimam præſtari fidem,
7 reſponderunt *Corn conſ. 142. numer. 6. lib. 3. Felin Menoch.*
*Burſat. & plures alij quos refert, & ſequitur Ioſeph. Ludou.*
*concluſ. ſua 29. col. 3. pag. 73. verſ. amplia 29.* ſic pariter li-
bris antiquis epiſcopatus in archiuio publico exiſtenti-
8 bus indubitata fides adhibetur. Sic poſt alios *Franch.*
*de Aluar. conſilio ſuo 121. numero 3. inter conſil. Albenſ.*
*Bruni.*

9 Quod amplia, etiamſi ſint ſine die, & Conſule. ita *Caſ-*
*ſan. conſ. 15. n. 2.*

10 Ampliatur autem principaliter id verum eſſe ſupradi-
ctis his omnibus concurrentibus in qualibet etiam alia
ſcriptura priuata ex eodem publico archiuio ſumpta: ex
ipſa enim plena proculdubio inducitur probatio, etiamſi
careat ſubſcriptione Notarij, teſtibus, & alijs ſolem
nit. publici inſtrumenti. ſic præciſè poſt alios *G. Caball.*
*milleloq. ſuo 58. numero primo. vbi adducit text. in authent.*
*ad hæc Cod. de fid. inſtrument. in cap. ad audientiam de præ-*
*ſcriptione in leg. moris, §. ſolet, ff. de penis, in clem. vnica*
*in fine de iureiurand. & in cap peruenit, 3. quæſt. 1.* ſequitur
hoc idem poſt plures relatos *D. Monald. conſ. ſuo 5. num. 3.*
*& conſ. 11. num. 1. volum. 1 Moder. Pariſienſ. in ſuas conſue-*
*tudines Pariſienſ. libr. 1. gloſſa 1. §. 8. numero 16. & no-*
*uiſſimè D. Frideric. Martini, de iure cenſuum capit. 7.*
*numer. 25.*

Addo *D. Rol. à Val. conſ. ſuo 75. num. 3. vol. 4.* vbi etiam
11 vult, quod ad hoc vt ipſa ſcriptura ex ipſo archiuio ſum-
pta plenè probet, Notarius, qui eam confecit, mortuus
ſit, & non reperiantur eius ſcripturæ alibi, quam in dicto
archiuio; ibique plus concordates deducit. Sequitur hoc
idem in terminis *Oſaſch. deciſion. ſua 69. numer. tertio in*
*fine.*

12 Obſeruandum eſt tamen, (vt nil intactum relinquam
de hac materia,) quod ſi producatur ipſamet originalis
ſcriptura reperta in præfato archiuio publico teſtimo-
nio, ſiue ſubſcriptione illius, qui præeſt archiuio atteſtan-
tis eam eſſe ſcripturam archiuij, inter authenticas inuen-
tam, ac in eo ſeruatam, communiri debet, *text in §. ſanci-*
*mus. & ibi Bart. in auth. de his, qui ingred. ad appelland.*
*Ang. Paul. & alij in d. auth.* Ad hæc.

13 Alioquin ſine prædicta teſtificatione non probaret,
prout tenet *DD. in prænotat. locis, et expreſſè Corn. conſ. 42.*
*col. 3. lib. 3.*

14 Sin autem producatur exemplum illius ſcripturæ,
tunc teſtimonium præpoſitum ipſius archiuij minimè
ſufficere, ſed cum eo requiri quod iudicis authoritate ſit
facta exemplatio, notarunt communiter interprets in
*authen. ſi quis in aliquo, Codic. de eden. & docuit in ſpecie*
*Paul. de Caſt. in d. auth.* Ad hæc; Sequutus eſt in terminis
*Moder. Pariſienſ. in d. §. 7. num. præcit. 26. & 27.* vbi latius
inſiſtit.

15 Hoc tamen intelligunt communi voto DD. proce-
dere inter ſubditos illorum, qui præſunt archiuio, & in-
fra eorum territorium, intra quod eſt deputatum ar-
chiuium, & adſeruantur ſcripturæ tamquam authen-
ticæ.

16 Secus inter non ſubditos, & extra territorium: ita de-
terminat *Ioan. Andr. in addition. ad ſpeculat. de inſtrument.*
*edit. §. nunc dicendum in gloſ. magna in 5. & ſexto* ſupple-
mento ſequitur *Bald. in Rubr. de fid. inſtrum. colum. fin.*
*Florian in leg. cenſus, de probat. & alij. Sequitur hoc idem*
*Curt. iun. in authen. Si quis in aliquo, numer. 37. Codic. de*
*edendo, Oſaſch. deciſ. ſua 69. numer. 7. D. Rol. à Val.*
*conſil. ſuo 75. numero 7. cum ſeqq. vſque in finem, vol. 4.*
*vbi latiſſimè, & D. Franc. Monald. conſil. ſuo 17 num. quarto*
*volum. 1.*

17 Sentiunt tamen *Bald. Salic. & alij, in l. exemplo. C. de*
*probationib.* quod virtus probandi ex ipſo libro, vel qua-
libet alia ſcriptura ratione illius loci, promanans, exten-
datur etiam extra territorium, ſed inter ſubditos tantum
id quod etiam approbat *Felin. in dicto c. ad audientiam,*
*col. 4.*

18 Sed præfati DD. toto cœlo aberrant, onio riptur a
ſumpta ex archiuio publico cum teſtimum [illegible] officialis
adhoc deputati, vel eius exemplum ſollemniter confectũ,
plenam fidem faciat de iure communi, *tex. in d. auth. Ad*
*hæc, & d. § ſancimus.*

19 Vnde ſequitur, quod hoc debeat, vbiq; locorum eum-
dem effectum operari, etiam inter non ſubditos propoſi-
ti archiuij, & hoc veriſſimum arbitratur *Caball. prænot. lo-*
*co in fine, & retulit hæc omnia prædictus Modern. Pariſienſ.*
*dic. §. 8. nu. 29.*

20 Videndus tamen hac de re *Crauetta, in dicto verſiculo li-*
*mitatur quarto, num. 5. cum ſequent. & præcipuè num. 11. &*
*quæ ſcripſimus lib. 1. q. 11. numer. 9. cum ſequentibus*, à qui-
bus, (ne contrarius mihi videar,) minimè recedendum
diiudico, diſcutit ad partes ex profeſſo hunc articulum
eruditiſs. *D. Rutger. Rulant. de commiſſionibus, libr. quinto*
*cap. quinto per totum*, vide per eum, ſat mihi ſit loca te-
tigiſſe.

Sed pulchra hic exoritur difficultas, & eſt; an par-
tis citatio regulariter ſit neceſſaria, quando ex ipſo
archiuio publico ſumitur tranſumptum de aliqua ſcri-
ptura.

21 In qua quidem difficultatem non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia.

22 *Bart.enim Caſſanæus, conſ.ſuo 15. numer.5. poſt Fel.in dict.cap ad audientiam, de præſcript.* tenet pro affirmatiua. Sequitur hoc idem *Cacheran.deciſ.ſua 69. num.4.& num.* 8. vbi tamen id intelligit verum eſſe in exemplo ſumpto ex ſcriptura priuata reperta in archiuio publico alicu-
23 ius inferioris à Principe. His accedit *D. Rolan. à Valle, d.conſil.ſuo 75. numer.4.in 4.* vbi concordantes adducit, *Corneum, Soccin. iuniorem, & plures alios, & Clariſ. Dom.Farinacc.dict.deciſ.ſua Rotæ Romanæ* 549. vbi in hoc propoſito docet, quod ſcripturæ extractæ ex archiuio repoſito penes Capitulum, non citata parte aduerſa ad videndum collationari, pro Capitulo non probant.

24 Fundamentum huiuſce opinionis eſt: quoniam exemplum factum regulariter parte non citata, minimè probat. *Puteus inter alios, deciſ ſua 159.lib.1.& deciſ.152.lib. 3.ſequitur Minſinger.in titul.de fide inſtrum.cap.1.num.33. & obſeruat.ſua 73.numer.11.centuria 6.* vbi adducit textum in capitulo cum *P. Tabellio. eodem illo titul. de fide inſtrument. Affl. Boer. &* alios atteſtatur de communi.

25 Contrariè autem ſententiæ adſit poſt *Fel.& Bal.Frāc. Monald.ex recentiorib.conſ.ſuo 5.n.5. & conſ.17.n.3.vol.1.* Sequi quoq; videtur *D. Mynſing. in tit.de fide inſtrument. cap.1.num.34.*

26 Pro conciliatione harum inter ſe diſſidentium opinionum, ita diſtinguendum arbitror.

Aut per exemplationem, quæ fit de aliqua ſcriptura ſumpta ex ipſo archiuio, pars non citata lædi poteſt, & læditur: aut non.

27 Si Primò: requiritur de ea citatio perſonalis, ſi pars cuius intereſſe poteſt, eſt certa, ſi vero eſt incerta, ſufficit citatio voce præconis facta, ſiue per edictum, ad latè tradita per *Mohedan. deciſ.ſua octaua, titulo de fide inſtru-*
28 *mentorum*, quod tamen procedit, niſi periculum eſſet in mora perdendo originali; ad tradita per *Angel. & Doctores in authentic.* Si quis in aliquo, *Codic. de edendo.*

29 Si verò ſecundò, id eſt, ſi pars non citata non læditur, ſecus eſt. Sic *Thom. Minad.deciſ.ſua* 43. Vide Statutum noſtrum Patauinum, *ſub rubr.de fide inſtrument. exemplatorum c.1.*

Altera ſecundo loco nunc ſuccedit dubitatio, & eſt, in ſcriptura aliqua ex archiuio Monaſterij deprompta, fidem aliquam inducat.

30 Et non inducere, quia tale archiuium eſt priuatum, propter intereſſe prætendentium; receptiſſima eſt maiorum noſtrorum ſententia, ſic inter alios tenuit præcisè *Rota Romana, die 3.Decembris* 1548.*in cauſa Tarraconenſ. parochialis, teſte Puteo, lib.3.deciſion.ſua* 186. Hoc idem ſequutus eſt etiam *Franciſcus Marcus deciſione ſua delphinali* 298.*volum.primo*, vbi quoque ſub num.ſecundo, do-
31 cet, quod ad hoc vt ſcriptura aliqua ex archiuio ſumpta fidem faciat, requiritur, quod ipſum archiuium ſit publicum, & quod ipſi officiales publici præſint, & latius, vt per eum.

Hoc idem ſequitur præcisè eruditiſs. *Scac.libr.2.de iud. cauſar.ciuil.cap.11.num.759.* vbi ſubdit, hoc caſu authoritatem ipſius archiuij minimè ſuffragari propter dictum intereſſe eorum, qui habent illud archiuium, & latius, vt per eum.

32 Adde requiri etiam, quod ibid. ſolum ſcripturæ publicæ reponantur *Dec.conſ.458.n.5.*

Sed alia tertio loco non minus vtilis, quam pulchra, oritur hic controuerſia, & eſt: an liber ipſe rationum; prout etiam alia ſcriptura priuata ab archiuio alicuius Epiſcopi extractur, fidem faciat?

33 Cui quidem difficultati ſatisfaciendo, breuiter concludo pro affirmatiua, & ratio eſt in promptu: quoniam Epiſcopus dicitur habere archiuium publicum, capitulo
34 ſecundo, cum ibi notatis, de fide inſtrument. c. poſt ceſſionem, de probation. *l.ſi qua per calumniam, cum ibi not. C.de Epiſcop.& Cler.* & ſic ratione loci publici, ipſemet liber fidem facit.

35 Sic per ipaſm rationem, ſed longe latius, & elegantius concludit *D.Franch.Marc.deciſ.ſua Delphinali 439.vol.1. per totam.*

Dubitatur quartò, an extractam ab archiuio regiſtri fidem faciat?

36 Et non facere, cum in eo omnes ſcripturæ minimè reponantur teſtis eſt poſt *Affl.in ſuis deciſ. Veral. deciſ.ſua 234.n.1.p.3.Satis.*

De materia iſta archiuij, videlicet de tymologia, & definitione ipſius: necnon quinam ius archiuij habeant omnium latiſſimè, ac elegantiſſimè diſceptat *Cl. vir D.Rutger.Rulant.d.tract.de Commiſſionib.præcit.lib.5.cap.3.& 4.* eum lector conſulat. adeundus quoque, vbi an, & quando inſtrumenta in dubio publico reperta fidem faciant, eleganter *c. 8. ediſſerit.*

---

# De Libris Monaſterij.

## CAPVT I.

### *SVMMARIVM.*

1 *an Libris Monaſteriorum, ac Eccleſiarium pro ſe regulariter fides adhibenda ſit, non eſt eadem omnium Scribentium ſententia.*

2 *Nonnulli ſunt pro negatiua, & n.3.4. & 5.*

6 *Affirmatiuam alij quamplurimi fouent, & numero 7. & 8.*

9 *Negatiuam ſequitur Author.*

10 *Limitatur tamen in libris ipſius Eccleſiæ repertis in archiuio publico, ac per officiales publicos ſeruatis.*

11 *Sublimita modo, vt non procedat ſi res ageretur extra territorium, vbi eſt archiuium.*

12 *Item ſi talis pariter liber produceretur contra non ſubditum ipſius territorij, in quo ipſummet archiuium reperitur.*

13 *Et eſt veriſſima Concluſio, quidquid dixerint nonnulli.*

14 *Libris Eccleſiæ antiquis etiam ad ſui fauorem plenè creditur, & nu.15.ex communi.*

16 *Contrarium Crauetta.*

17 *Prior autem retinetur, quam duobus modis ampliat author & n.18. & 19.*

20 *Libris Monaſterij cum agitur de modico præiudicio, & paucis ſummit, plenè etiam pro ſe ſtatur, & num.21.*

22 *Quæ autem dicantur magnæ, vel paruæ ſummæ, iudicis arbitrio relinquitur.*

23 *Libris rationum adminiſtratoris creditur quoad ſummas paruas, & veriſimiles, & maximè accedente ipſius iuramento.*

24 *Iuramentum regulariter religioſis minimè remittitur.*

25 *Mors ſupplet iuramenti efficaciam.*

26 *Libri monaſterij multas partitas veras in ſe continentes, in omnibus etiam alijs, ad ſui fauorem plenè probant, & num.27.*

28 *Sublimita, in capitulis ſeparatis. Ratio ibidem.*

29 *Ex Libris Monaſterij plena contra ipſum inducitur probatio.*

30 *Libri*

30 *Libri monaſterij probant indiſtinctæ, quando, vel conſuetudine receptum eſt, vel decreto Principis ſancitum, quod ipſius plena fides adhibeatur.*
31 *Amplia, vt etiam in præiudicium tertij.*
32 *Liber cenſualis Eccleſiæ, quando lapſum eſt temporis curriculum ſufficiens ad indicandam præſumptionem contra ſoluentem, contra eumdem plenè probet, contra tertium inducit præſumptionem, quæ ſufficit ad iuramentum ſuppletiuum deferendum.*
33 *Hoc tamen damnatur per Crauettam.*
34 *An per librum conſulem Eccleſiæ, probetur regulariter ipſius dominium? maximè ſe torſerunt interpretes.*
35 *Romanus, ac alii concludunt pro affirmatiua.*
36 *Contrarium Barbatia.*
37 *Conſ. Romani 127. declaratur per Barbatiam.*
38 *Fundamentum Barbatiæ.*
39 *Barbatiam alii ſequuntur.*
40 *Concilia, & nu. 41.*
42 *Intellige, ac declara multis modis, & num. 43. 44. 45. 46. & 47.*
48 *Liber cenſualis Monaſterii ad ipſius fauorem, & contra tertium comprobat, id procedit in iudicio poſſeſſorio, non autem petitorio, & num. 49.*

IN hac de fide libri rationum perutili diſceptatione, ſolet & hic caſus conſiderari, an libris Eccleſiarum, vel Monaſteriorum fides pro ſe regulariter adhibenda ſit.
1 In qua quidem difficultate, non eadem videtur eſſe
omnium ſcribentium ſententia.
2 Nonnulli ſenſerunt pro negatiua. Sic præciſè inter ce-
teros *Matt. de Afflict. dec. ſua 364. n. 7.* vbi poſt alios ani-
maduertit, quod ſi Monaſterium ſcribet in libro ſuo rem
meam eſſe ſibi redditiam, nihil mihi noceret talis ſcriptu-
ra: niſi ego conſentirem, & latius, vt per eum, ſequitur
3 *Hippol. Rim. poſt alios conſil. ſuo 432. nu. 12. in 4. & Crau. de
antiq. temp. in verſic. quid in lib. officialis, num* 2. vbi ad hoc
pariter infert, quod ſi in ipſo libro Monaſterij ſint de-
ſcriptæ ſalutiones canonum, aut cenſuum, ex hoc non in-
fertur ad ſolutionem ipſius cenſus vel emphyteuſis, ibiq;
multos deducit.
4 Accedit etiam *Burſat. poſt alios, conſil. ſuo 26. num. 29. in*
1. vbi pariter docet, quod liber ipſius Monaſterij non
probat regulariter contra tertium, ſiue in ipſius præiudi-
5 cium, niſi ſit publicus, & ſub nu. 30. ampliat, etiamſi liber
ipſe excedat ſpatium 30. annorum ſubdit bene præſumptā
quandam probationem ex eo iudici arbitrariam.
6 Contrariam autem ſententiam, quod imò libris ipſo-
rum Monaſteriorum, & ſimilium locorum talem conti-
nentibus ſolutionem, plena ſit adhibēda fides, tenuit pri-
mus omnium *Roman. conſil. ſuo 127. fere in princ.* vbi etiam
pro corroboratione deducit textum in capitulo ad au-
dientiam, extra de præſcriptionibus, leg. cēſus, ff. de pro-
bationibus. Sequitur *Dec. conſil. ſuo 147. num. 14. verſic. 4.
iſte concl.* vbi multos alios concordantes adducit, & ſub-
7 iungit hoc præcipuè verum concurrentibus alijs conie-
cturis: His accedunt *Boer. dec. ſua 105. num. 13. Pariſ. con-
ſil. 7. num. 2. in 4. Camill. Borell. conſil. 41. num. 42. ac multi
alii. Addo Hippol. Rim. conſil. ſuo 506. num. 19.* vbi pariter
docet, libris eorum Monaſteriorum eſſe credendum, in
8 quibus apparent ſolutiones factæ per plures ipſorū pro-
curatores, & œconomos iam defunctos, quia non eſt ve-
riſimile, quod mori voluiſſent in peccato falſitatis. Se-
quitur etiam idem *Burſat. conſil. ſuo 253. num. 44.* vbi poſt
alios ſimiliter tradit, quod libri ipſius Eccleſiæ, ac Mona-
ſterij, vel plenè, vel quaſi plenè rem eſſe cenſualem ipſiuſ-
met Eccleſiæ probant.
9 Sequendo priorem opinionem vti veriorem, quam
etiam ſequutus eſt nouiſſimè *Cl. Fachin. conſil. 40. num. 3.
in* 2. Primò limita eam non procedere in libris Eccleſiæ,
10 & ſimilium aliorum locorum, repertis in archiuio publi-
co, ac per officiales publicos ſeruatis, tunc enim ipſis ple-
na fides ſolet adhiberi, etiam pro Eccleſiæ, & contra ter-
tium, ita probat *text. in capit. ad audientiam*, de præſcri-
ptionibus, & ibi *gloſſ. in authent. Ad hæc, vbi etiam gloſs. C.
de fide inſtrumentorum, gloſſ. in capit. cum cauſam, extra de
probationibus, & poſt plures alios relatos D Maſcard. con-
cluſione ſua 976. num. 50. Sequitur hoc idem Amicis conſil.
101. numero 27. Berret. conſil. ſuo 89 numer. 4. Crauett. poſt
alios relatos conſilio ſuo 158. num. 5. Burſat. conſilio ſuo 330.
numer. 108. & nouiſſimè Preteus, conſil. ſuo 144. numer. 11.
vol. 1. Addo Iacobum Schultes, in ſuis locis Communibus, in
verſic. liber, numero quarto, vbi infinitos deducit, & Do. Pe-
trum Surdus conſil. ſuo 245. num. 18. vbi concordantes refert
Boer. q. ſua 105. num 10. Pariſ. conſil. 107. num. 16. vol. 1. ac
plures alios.*
11 Sublimitatur modo iſta fallentia, vt non procedat, ſi
res ageretur extra territorium, vbi eſt archiuium, ita poſt
*Bald. Salic. Socc. Crauett. & alios. Dom. Maſcard. d. concl. ſua
976. num. 51.*
12 Item ſi talis pariter liber produceretur contra non
ſubditum illius territorij, in quo ipſummet archiuium re-
peritur. Sic poſt multos relatos idem *Maſcard. citata con-
13 cluſione, num. 52. & eſt veriſſima concluſio*, quidquid dixe-
rint nonnulli relati per eundem *Maſcardus, d. concl. 976.
num. 53. Vide tamen, quæ ſuperiori capite ſub numero. 18. &
19. docuimus.*
14 Limita ſecundò principaliter concluſionem ſupradi-
ctam non procedere in libris ipſiuſmet Eccleſię antiquis:
hi enim propter eorum antiquitatem pro ea abſque du-
bio plenè probant; *textus eſt expreſſus in capite cum cau-
ſam, & ibi gloß. de probat. & in capit. ſanè, il ſecundo, 24. qu.
2. infinitos concordantes refert, & ſequitur Dom. Maſcard.
memorata concl. 976. numero. 75. His accedunt Card. Pariſ.
conſil. ſuo 107. numero 16. volumin. primo. Petrus Enriquez
conſilio ſuo 56. numero 50. & Dom. Burſat. conſilio ſuo 330.
numero 116. in* 3. vbi quoque hoc potiſſimum procedere
15 ſubdit: ſi ipſimet libri ſint plures numero ſcripti à Can-
cellarijs, & Notarijs viris religioſiſſimis, & vitæ probatæ
iam mortis: ijs enim in commodum etiam ipſius mona-
ſterij, ne in peccato deceſſiſſe credantur abſque vlla hæ-
ſitatione plenè credi debet. Sequitur hoc idem ipſemet
*Burſat. d. conſil. 330. num. 107.*
16 Obſeruandum tamen contrarium placuiſſe *Crauettæ,
is enim conſil. ſuo 150. nu. 4. in primo*, ex libris alicuius Ec-
cleſiæ antiquis ſemiplenam dumtaxat ad fauorem ipſius
probationem induci arbitratus eſt.
17 Priori autem opinione retenta. Amplia primò, vt ea
præcipuè procedat, cum agitur de finibus probandis, aut
tertio. Sic præciſè poſt alios *Beret. conſil. ſuo 89. numero
quarto.*
18 Amplia ſecundò, vt ſupradicti libri pariter probēt ex-
tra territorium, inter tamen ſubditos ipſius territorij. Si
Doctores prænotatis locis, & ſequitur poſt alios elegāter
*Nicol. Reuſnerus, leg. 1. conſil. 23. num. 16.*
19 Contrarium tamen tenent *Affl. & Schurphius relati
per eumdem Reuſner. d. conſil. nu. 58.*
Coarctatur tertio principaliter ſupradicta principalis
Concluſio in paruis ſummis, & quando agitur de modi-
co præiudicio, tunc enim talibus libris monaſterij pleniſ-
20 ſimam adhibendam eſſe fidem reſponderunt Commu-
niter interpretes. Sic poſt *Anchar. conſil. ſuo 44. Crau. de
antiquitat. tempor. d. verſic. quid in libro officialis, num. 4. &
conſil. ſuo 434. numer. 17. Sequitur Cl. Maſcard. d. concl. ſua
926. num. 58. & Burſat. poſt alios, conſil. ſuo 249. numer. 27.*
vbi pariter docet, quod libris cenſus alicuius Monaſterij
plenè creditur in modica ſumma, adducit *Menochium de*

*arbitrar.caſu 3.num.4. Addo Cl.Cephal.conſil.ſuo 508.numero 27.*

21 Quæ autem dicantur paruæ, vel magnæ ſummæ iudi-
cis arbitrio ſecundum qualitatem perſonarum relinquen
dum exiſtimo, *leg.ſed ſi ſuſceperit,§.primo,cum ibi not.ff.
de iud.*

22 Sic etiam libris rationum adminiſtratoris, creditur
quoad ſummas paruas, & veriſimiles, maximè accedente
ipſius iuramento, vt alias diximus: quod etiam iuramen-
tum hic putarem neceſſarium, cum illud regulariter reli-
23 gioſis minimè remittatur, c.nuper, extra de teſtibus.
24 Quo circa ab ęconomis ipſius monaſterij, aut alijs, qui
ſcripſerint, ſi fuerint inhumanis, præſtabitur quidem iu-
25 ſiurandum, alias mors eorum ipſius iuramenti ſupplebit
efficaciam; prout loco ſuo dictum fuit, latius de hoc *Cra-
uet.d.num.4. & 5.*

26 Quarto principaliter limita, quando in talibus libris
adeſſent multæ partitæ, & aliquæ earum probarentur ve-
ræ, tunc enim pręſumeretur, quod liber ipſe in alijs etiam
veritatem contineret, ac proinde plena ex eo pro Eccle-
ſia oriretur probatio. Sic præciſè *Crauett.conſil.ſuo 158.
num.16.& in d.verſic.Quid in libro officialis,numer.11.* vbi
27 ſubdit hoc præcipuè verum, concurrentibus alijs conie-
cturis, & docet etiam, quod iſta limitatio, videtur quo-
que generalis quoad alios libros. Hanc eamdem ſequitur
*Cl.Maſcard.d.concl.976.n.59* Sequi etiam videtur *Burſat.
conſil.ſuo 330.num.116. & prius ſub num.*110. vbi adducit
*Decian.qui ita iudicatum firmat, conſil.ſuo 48.numer.34.&
conſil.63.num.32.in 3.*

28 Sublimita tamen eam minimè locum habere in parti-
tis, aut capitulis ſeparatis, tunc enim non ſequitur illa
concluſio. Nonnullæ partitæ contentæ in libro ſunt com-
probatæ, ergo omnes veritatem continent. ita *Rip.in d.l.
admonendi, vbi etiam Purpur.& alias dictum fuit.*

29 Quinto principaliter limita, quando contra ipſum
monaſterium ageretur, tunc enim contra ipſum ex eiuſ-
dem libris plena, ac indubitata fides induceretur. Sic poſt
*Anchar.conſil.44. Ananiam conſilio.84. Abbat.conſil.67.
columna ſecunda, in ſecundo, Alexand.& alios D.Crauett.
in d.verſic.& quid in libro officialis, num.6.adde Dom.Al-
uarum Valaſcum conſult.ſua 10.numero primo*, vbi præci-
puè ſubdit hoc procedere, quando aliqui monachi, vel
fratres deputati eſſent à Capitulo ad ſcribendum nego-
tia ipſius monaſterij, & latius, vt per eum, quem omnino
conſulas.

30 Sextò principaliter coarcta, quando conſuetudine re-
ceptum eſſet, vel decreto Principis ſancitum, quod tali-
bus libris monaſteriorum plena fides adhiberetur, tunc
enim ipſos indiſtinctè probare docuit poſt alios idem
*Crauett.d.num.6. verſic.3.limitatur*, vbi pro hoc adducit
text.in c.cum dilectus, de fid.inſtrum.addo *Clar.D.Fachi-
neum, conſil.ſuo 40.num.4.cum ſeq.in 2.* vbi ſubdit, conſue-
tudinem iſtam eſſe probandam ab allegante. Item prædi-
ctis libris, ſtante etiam dicta conſuetudine, non eſſe cre-
dendum, quando ex aliquibus probabilibus cauſis cõtra-
rium videretur iudici, & latius, vt per eum.

31 Amplia, vt etiam in præiudicium tertij. Sic poſt alios
eleganter *Burſ.conſil.ſuo 330.num.*111.

32 Septimò ſunt, qui limitant ſupradictam regulam prin-
cipalem, quando lapſum eſſet temporis curriculum ſuffi-
ciens ad inducendam præſcriptionem contra ſoluentem,
contra ipſum enim talis liber Eccleſiæ, in quo deſcribun-
tur ſolutiones, & annui cenſus propter lapſum tanti tem-
poris plenè probat, contra tertium autem inducit præ-
ſumptione, quæ ſufficit ad iuramentum ſuppletiuum de-
ferendum. Sic poſt alios tradit *Roman.d.conſil ſuo 127.
& ſequi poſt alios videtur Burſatt.conſil. ſuo 26.numer.31.
vol. primo.*

33 Verum iſta limitatio non admodum videtur tuta,
eam enim inter cæteros damnat, ac euertit doctiſſimus
*Crauet.d.verſ.& quid in libro officialis ſub num.8 9. & 10.*
vide per eum.

34 Sed non minus pulchra, quam vtilis ſuccedit hoc in lo-
co dubitatio, & eſt, an per ipſius librum cenſualem pro-
betur, regulariter eiuſdemmet Eccleſiæ dominum.

Variæ quidem hac in re extitere Scribentium noſtro-
rum ſententiæ.

35 *Roman.enim conſil.ſuo 127.colum.prima* conſuluit clare
pro affirmatiua, motus authoritate Summi Pontificis, in
c.ad audientiam de reſcriptis, quem refert, & ſequitur
*Dec.conſil.ſuo 146. poſt numerum 14. & conſil.ſuo 596.nu-
mer.3.concordat text.in leg.cenſus,ff.de probat. & in auth.
adhæc,C.de fide inſtrument.Addo Crauet.conſil.168.numer.
quarto, & ex nouiſſimis Nicolaum Rauſnerum, libro primo,
conſil.ſuo 127.num.15.& 16.vbi concordantes adducit Pa-
riſ.conſil.7.num.15.vſque in finem, libr.4 & Boer.deciſ.ſua
105.num.11.& 13.*

36 A contrario tamen ſtetit *Barbat.conſ.ſuo 8.nu.18 vol.*
2.vbi ait, ex eo libro non ſolum non probari dominium,
ſed nec poſſeſſionem percipiendi *cenſus. Subdens conſil.
Rom.*127 nullam vim facere in caſu enim dicti cõſilij, per
37 ſpatium 30.annorum apparebat ex illo libro ſolutũ fuiſ-
ſe cẽſum, & per duos teſtes probatum fuiſſe de huiuſmo-
di ſolutione cenſus, vnde mirandum non eſt, ſi longiſſimo
tempore concurrente probatur ex eo libro, quia ſaltem
per præſcriptionem fuit ab ipſamet Eccleſia acquiſitum
dominium, vt inquit *ſpeculat.in tit.de locato, ſiue emphy-
teuſi, §.nunc aliqua, verſic.53. & alii non pauci tradidere à
Barbat.relati, d conſ.8.col.5.d.num.18.*

38 Mouetur autem *Barbat.d.num.18.per textum à ſimili in
ſollemnibus,C.de rei vendicatione*, vbi per Cataſtrum, ſeu
æſtimum nõ probatur regulariter dominium, niſi in præ-
iudicium facientis fieri illam ſcripturam, pluresque ibi
concordantes deducit.

39 Barbatiam ſequutus eſt *Io.Bapt.Vvillalobos, & in com-
munibus opinionibus, in verbo liber, fol.*398.& in hanc ean-
dem videtur procliuior *Reuſner. d.conſil.59.*

40 Concilia, vt dominium probetur per iſtos libros cen-
ſuales, quando tales libri aſſeruantur inter alias ſcriptu-
ras publicas, à viris adhoc deputatis; vt placuit *Felino in
cap.ad audientiam, ac plurimis aliis, quos longa ſerie refert,*
41 *& ſequitur D.Maſcar.concluſion.ſua 544.numero.3. & 4.*
vbi quoque idem iuris eſſe ſubiungit, ſi libri prædicti
pro publicis haberentur, & nullo diſcrimine, habito
pro authenticis, & publicis iudices, vel alij eiſdem vte-
rentur.

42 Intellige tamen ſupradicta locum habere, dumtaxat
contra ſubiectos, contra eos enim dicti libri plenè pro-
barent, non contra alios, ſic poſt *Bald.Barbatiam, Crauet.
& alios, Maſcar.d.concl.num.5.*

43 Intellige ſecundo contra ipſum ſoluentem cenſum, &
enim tunc ex ipſius rectè probaretur dominiũ, ſecus con-
tra tertium. Sic colligitur ex reſcripto *Imperat.in l ſi fun-*
44 *ctiones, C.de donationib.* quod etiam videntur reſcripſiſſe
Imperatores *Dioclet.& Maxim.in l.cenſualis,C.eod.& iiſ-
dem in l.ſolemnibus,Cod.de rei vend. Sequitur hoc idem poſt
plures relatos Maſcard.d.concl.num.7.*

45 Sublimita tamen hoc, quando de paruo ageretur præ-
iudicio, etenim libris illis fidem adhibendam eſſe etiam
contraria tertium, teſtis eſt locupletiſſimus. *Anchar.in
conſil.*44.quem refert, & ſequitur *Maſcar.d.concl.nu.9.&*
10.vbi etiam iudicis arbitrio remitti, quod magnum, &
quid modicum dicatur, clare ſubnectit.

46 Sublimita, ſecundo; nam ſaltem ex illo eodem libro in-
ducitur quædam præſumptio dominij ad fauorem ipſius
monaſterij, etiã cõtra tertiũ, adeò vt poſſit in ſupplemẽ-

tum

eum deferi iuramentum,ſic poſt *Felin.Roman. Barbat.* & *plures alios,D.Maſcar.d.concl.numer.8.ſequitur etiam poſt plures relatos Portius conſil.ſuo 169.num.17.*

47 Intellige poſtremo loco ſupradicta ſibi locum vendi-
care,niſi conſuetudine aliter receptum eſſet, ideſt, vt hu-
iuſmodi libris indiſtinctè fides adhiberetur. Sic per *con-
text.in c.cum dilectus de fide instrumen. poſt Crau.notabili-
ter docuit idem Maſcard.concl.544.num.11.*

48 Nota tamen, quod ſi liber ipſius monaſterij cenſualis
ad fauorem ſui, & contra tertium, plenè probaret,id vti-
que procederet in iudicio poſſeſſorio,non autem petito-
rio, & in rei vendic.ſic poſt *Maſcard.Turret.conſil.33.nu.
8.in primo,Sequitur poſt alios idem Reuſner.dict.conſil.23.*
49 *numer.58.* dum ſubdit, quod libri cenſuales monaſterij
probant quidem ſolutionis conſuetudinem, non autem
ipſius ſolutionis ius, aut debitum: adducit textum, in
leg.cenſus,vbi etiam communiter *DD.ff.de probat.*Et hęc
ſatis.

Videndus de hac materia *Do.Rutger. Rulanth.de Com-
miſſionibus,lib.5.cum duobus ſequentibus,& Illuſtriſſ.Dom.
Card.Tuſchus,concl.ſua 344.in littera L,per totam.*

---

## De Libris Monaſterij.

## CAPVT II.

### *SVMMARIVM.*

1 *Libris Monaſterij, vel Eccleſiæ in præiudicium tertij plenè non creditur.*
2 *Inducitur tamen quædam præſumptio, quæ benè ſufficit ad iuramentum ſuppletorium deferendum.*
3 *Fallit primo ſupradicta regula in antiquis,& quando hi libri ſunt bene tanti,regulati, aec in aliquo ſuſpecti, & num. 4.5.6.& 7.*
8 *Fallit ſecundò cum agitur de his, quæ ſunt leuis præiudicij, ac momenti.*
9 *Item cum in ipſiſmet libris adſunt aliquæ partitæ veræ. Ratio ibidem.*
10 *Sublimita tamen in ſeparatis.*
11 *Item fallit, cum in ipſiſmet libris apparet de ſolutione decennali vniformi, tunc enim ipſis in præiudicium tertij plenè creditur.*
12 *Adducitur quædam doctrina Baldi.*
13 *Et alia Barbatiæ.*
14 *Author ſe remittit ad ea, quæ ſcripſit in præcedenti capite.*
15 *Aliæ limitationes referuntur per Burſat.remiſſiuè.*

Viſo an liber Monaſteria,vel Eccleſiæ ad ſui fauorem plene probet, videndum modò,an contra tertium plenam quoque regulariter fidem faciat.In qua quidem difficultate Regulam ſic ſtatuas.

1 LIbris alicuius monaſterij,vel Eccleſiæ in præiudicium
tertij plenè non creditur, *Burſat.poſt infinitos ibi re-
latos,conſil.ſuo 330.num.100.in tertio*, ſed dumtaxat quæ-
2 dam præſumptio inducitur, quæ bene ſufficit ad iura-
mentum ſuppletorium deferendum. Sic poſt *Roman.Fe-
lin.Becc.& alios,Surdus conſil.ſuo 245.numer.decimonono,
in 2.*

3 Fallit primo ſupradicta regula, quando hi libri ſunt
antiqui, bene tenti, & regulati, nec in aliquo ſuſpecti,
tunc enim ipſis pro Eccleſia,etiam contra tertium,plena
fides adhibetur. Sic præcisè poſt alios idem *Burſat.d.con-
ſil.330 num.101.*vbi quoque præcipuè docet, quod ipſis
ſtatur quoad probandam præſtationem cenſus, vel affi-
ctus. Addo *Florianum in l.cenſus,verſic.3.& vlt.num.4.ff.
de probationibus*,vbi inquit,per libros,ac ſcripturas, præ-
latorum antiquas, quoad iura Eccleſiæ, & perſonas eiuſ-
4 dem territorij rectè probari cēſum, cum longitudo tem-
poris abſque dubio præiudicium inducat. Sic quoque
concludit erudiſſimus *Cephal.conſil.ſuo 508.numero 23.
cum ſeqq.*Conſuluit enim ibi Reuerend.fratres de Monte
Carmelo rectè conuincere poſſe ſuos liuellarios, ſiue
perpetuos affictuarios, per librum Monaſterij, in quo
conſtet eos tamquam liuellarios ſoluiſſe per ſpatium ali-
5 quot annorum. Subdit tamen ſub *num.24.* hoc præcipuè
procedere,maximè ſi ipſemet liber ſit antiquus,bene tē-
tus,& regulatus, cum libri cenſuales ad fauorem Eccleſię
fidem faciant, etiam contra tertium,dummodo, vt ſupra
dixi, non ſint aliquo modo ſuſpecti,& ibi plures adducit,
& in terminis etiam in probatione affictuum Eccleſiæ,
quod per eius libros ſolutio probetur, tradit *Bald.in leg.
exemplo columm.prima,C.de probat.*

6 Et hæc eſt veriſſima concluſio, quidquid nouiter ſcri-
pſerit *Clariſſ.Dom.Aldouinus, conſil.ſuo* 80.*numero vigeſi-
moquarto, in 1.*

7 Intellige tamen hoc axioma verum eſſe contra eos,
qui ſunt deſcripti in ipſiſmet libris,vel habent cauſam ab
eis,ſecus contra alios in eiſdem non nominatos, ſic præ-
cisè animaduertit inter alios *Cl.Menoch.conſil.ſuo 708.n.
17.vol.8.* vbi pulchrè.

Fallit ſecundo loco principaliter memorata concluſio,
8 quando verſamur in his, quæ ſunt in leuis præiudicij, ac
momenti,& quando agitur de paruis ſummis, tunc enim
libris ipſius Eccleſiæ, vel monaſterij etiam cōtra tertium
plenè creditur,ſic poſt *Crauet.Cephal.Proſper.Paſeth.&
alios,D.Burſat.d.conſil.330. num.102.*

9 Coarctatur tertio, quando in ipſiſmet libris Monaſte-
rij adſunt aliquæ partitæ veræ,vtputa, comprobatæ, aut
ab aduerſantibus admiſſæ, tunc enim in omnibus etiam
in prę̨iudicium tertij illis plena adhiberetur fides,cū vera
in parte totum verum præſumi faciant, ſic eleganter poſt
*Crau.Cephal.conſil.ſuo 508.num.34.& 36.Hippolit.Rimin.
conſ.132.n.3. & ſeq.necnon num.18. & 19.& plures alios,
docuit Cl.Burſat.d.conſil.ſuo 330.num.103.*

10 Quod tamen ſublimita in capitulis ſeparatis,prout ſu-
perius docuimus.

11 Coarctatur principaliter quarto, quando in ipſiſmet
monaſterij libris de ſolutione decennali, vniformi clarè
conſtaret tunc enim ipſis in præiudicium ſoluentium in
poſtrema plenè crederetur.

12 Hæc eſt doctrina *Bald.in terminis in l.fin.num.9.C.ſine
cenſu*,vel reliq.dicentis, ſolitam ſolutionem cenſus rectè
probari per libros cenſuales continentes vniformem ſo-
lutionem, nec vlterius aliud inquirendum, ſi per decen-
nium ita conſuetum ſcriptum legatur, niſi contrarium
probetur,eo quod non tractetur an prædicta ſint mona-
ſterij,vel cenſualia,ſed tantummodo quid,& quantum ſit
præſtari ſolitum, quam doctrinam ſequuntur multi alij,
quos refert,& ſequitur *Burſat.d.conſil.330.num.104.*

13 Addo *Barbatiam conſil.ſuo 8.num.19.& 20.*in ſecundo
vbi docet, quod liber cenſualis alicuius Eccleſiæ, vel mo-
naſterij probat etiam dominium,ac poſſeſſionem aduer-
ſus eum,qui per 30.annos iam penſionem exſoluit,& ad-
uerſus alium facit iudicium, ac præſumptionem; allegat
poſt Specul.*text.in l.ſi quis emptionis, Cod.de præſcript.30.
annorum.*

14 Videnda quæ ſcripſimus de hoc particulari ſup.c.præ-
cedenti: Adeundus quoq; de materia huiuſce quartæ li-
mitationis *D.Frid.Martini de iure cenſuum,c.7.nu.38.cum
plur.ſeq.* vbi latiſſimè diſcutit inter cętera,vtrum,& quo-
modo ex annua penſionis præſtatione probetur ius cen-
ſus ad fauorem Eccleſiæ,ſeu Monaſterij.

15 Alias limitationes vide per *Burſat.d.conſil. in ſequentibus numeris.*

### De Libro Capituli alicuius Eccleſiæ, vel Monaſterij.

LIber Capituli alicuius Eccleſiæ, vel Monaſterij, ſi per officiales ad hoc deputatos inter alias publicas ſcripturas conſeruetur, plenam etiam contra tertium probationem inducit. Sic poſt *Felin. dicto capitulo ad audientiam,numero decimoſexto,extra de reſcriptis,Roman.conſil. 165.ac plures alios D.P.Ioannes Anchar.quæſtione ſua 60. num.6.lib.1.*

Item probat abſque teſtibus, ſtante conſuetudine, quod ipſi plena fides adhibeatur. Sic poſt alios *Antonius Piagg.in ſuo tractatu de conſuetudine; quæſtione vndecima, numer.543. vbi ſubdit poſt Gratum conſuetudine hoc recipi poſſe.*

Item fidem facit, cum ſimus in antiquis pulchre Dom. *Hector Felicius,allegatione ſua iuris 16.numero primo,parte 3.& Angel.à Caſtro,inter conſilio Martianeſ.conſilio 66. numero primo.*

Similiter probat,ſi retroactis temporis eis fides adhibita fuit,tam in iudicio, quam extra, & eo tam iudices, quam alij vſi fuerint pro publico, & authentico, ſic eleganter poſt alios dictus Do.*Felicius,dicta allegatione ſua 16.num.3.*

Præterea probat etiam,ſi ſcriptus fuerit à deputato ab ipſo Capitulo,idem *Felicius d.alleg.nu.7.*

Et aduerte quod quando probat contra Capitulum, probat etiam contra habentem ius ab eo. Sic præciſè idē *Felicius, d.cap.16.num.9.*

### De Libro Hoſpitalis.

LIber Hoſpitalis, cui conſueuit fides communiter adhiberi, regulariter plenam fidem facit, & præcipuè quoad probandam mortem iam defunctorum. Sic poſt *Crauett.de antiquit. Rebuff.ac alios, Dominus Petrus Surd. conſilio ſuo 530.numero 36 volum. quarto.* Videndus de hac materia *Clariſ. Fachineus,conſilio ſuo 40.libro ſecundo, & Illuſtriß.Dominus Cardin.Tuſcus Concluſ.ſua 170.in littera H.*

### De Libris Confraternitatis Diſciplinatorum.

LIbris Confraternitatis Diſciplinatorum ſtandum eſt regulariter,contra ipſam Confraternitatem de pretio recepto ab emptore eius bonorum.Sic poſt alios *Petrus de Cabal.conſil.ſuo 138.num.1.& num.3.& 5.*

Libris Confraternitatum,ſeu Redditūum quoad valorem fructuum, ſtandum eſt, cum careant omni ſuſpicione; *Clariſſ. Farinacc.in ſuis deciſ. nouiſſimis Rotæ Romanæ deciſ.15.num.5.* ſcripta in libris Confraternitatis à Scriba conſtituto à confratribus ad ſcribendum res pertinentes ad illam Confraternitatem,ſeu illud Collegium,fidem faciunt in iudicijs. Sic præciſè docet *D. Aluarus Valaſcus conſultat.ſua Luſitaniæ 10.num.primo,* vbi ſubdit ita ſæpè vidiſſe iudicatum *deciſ.16.num.9.*

### De Libris Cathedralis Eccleſiæ.

LIbris Eccleſiæ Cathedralis pleniſſimam regulariter fidem adhiberi ſolere, teſtatur poſt *Burſatt.conſil.ſuo 23.num.27.volum.1.Dominus Ioſeph. Ludouic.dict.concluſione ſua 29.pag.74 col.1.verſic.amplia 36.& ſequitur poſt Paridem de Puteo,de Redintegratione feudorum.Camil.Borel.conſil.ſuo 41. num.42.*

## De Libris Plebanorum, ſeu Curatorum diligens, atque accurata diſputatio.

### An ex ipſorum Plebanorum libri ætas alicuius probetur?

## QVÆSTIO I.

### SVMMARIVM.

1 *Aetas alicuius per librum Plebani rectè probatur, & num. 2.& 3.*
4 *Et eſt veriſſima concluſio.*
5 *Amplia, etiamſi dies natiuitatis illius, de cuius ætate quæritur,in eodemmet libro non fuerit nominatus,ſed tantum dies, quoad fontem Baptiſmatis delatus fuit.*
6 *Ratio, & num.7.*
8 *Amplia ſecundo, etiamſi ageretur de fauore illius, cuius eſt liber, & de eius commodo pecuniario tractaretur.*
9 *Intellige tamen, vt ſupradicta concluſio dumtaxat procedat, dummodo adſit, conſuetudo, vt huic libro plene credatur.*
10 *Vel ſaltem ſi ita fuerit ſolitum à* 10.*annis ante.*
11 *Contra, quod non requiratur conſuetudo iſta decennalis, tenuit Mandoſ.*
12 *Fundamentum eius,& num.13.& 14.*
15 *Et hæc etiam videtur verior, & ſequior ſententia.*
16 *Hæc tamen concluſio temporibus noſtris,ſtante Concil.Trident.eſt ſuperuacanea, & hoc etiam animaduertit Maſcard.num.21.*
17 *Concilio Tridentino diſpoſitio ſeſſione vigeſimaquarta, tit. de Reformat.matrimonij cap.primo, in fine aſſertur per authorem.*
18 *Verba ſic accipi debent, vt aliquid operentur.*
19 *Libro electi a publico bene creditur.*
20 *Plebanus, ſeu Rector Eccleſiæ, eſt à publico ad id electus.*

CVm liber Plebani,vel Parochi quoad multa ſit efficax modus probandi, de infraſcriptis breuiter, ac ordinatè diſſerendum eſt. Videndum eſt igitur primo loco, an per ipſius librum, in quo paſſim deſcribuntur nomina, ac cognomina eorum, qui ab eo ſacro Baptiſmatis fonte, luſtrati fuere, rectè, ac validè ętas alicuius probari poſſit?

1 In qua quidem difficultate (rem paucis perſtringendo) concludo pro affirmatiua, ſic eleganter docuit inter alios *Ioannes Mauritius in ſuo tractatu de reſtitutione in integrum,capitulo 321. per totum,* vbi protulit hæc verba.

2 Eſt etiam efficax modus probandæ ætatis liber Plebani, qui aliter Curatus vocatur, in quo paſſim is deſcribit nomina, & cognomina eorum, qui ab eo baptiſma ſuſcipiunt, & illud eſt certiſſimum ætatis teſtimonium, quod approbat vniuerſa Gallia, immo memini ſic ætatem probatam, vbi de reſtitutione in integrum ageretur, ex quo modo probationis nulla fraus reſultat, cum id hac præcipua intentione agant Plebani,vt ſciant,quos nam Parochianos habeant, & vt incidenter de ætate eorum pateat, qui cum nihil vtilitatis, ac commodi pecuniarij ſint ex eo aſſequuturi,præſumantur verè ętatem deſcripſiſſe. Hactenus Mauritius, quem poſt infinitos relatos

relatos

relatos refert, & ſequ itur *Cl. Maſcar. de probationibus, concluſ. ſua 673. num. 1. & 2.*

3 His accedit *Ioſeph. Ludouic. deciſ. ſua Peruſ. 55. numero 7. part. 1. vbi concorda ntes adducit, Alciat. Decium conſilio 682. num. 16. & Caualcan. de tutore, & curatore, num. 296. Sequitur etiam Hercullan. in ſuo reſponſo pro Sereniſſimo Hetruriæ Duce, num. 467. & Dom. Polydor. Ripa. Obſeruatione ſua 247. num. 1. poſt Franc. de Caldas, ad leg. ſi curatorem, in verbo minoribus, n. 38. verſic. ex quibus iam infertur. C. de in integrum reſtitutione, & Mandoſ. in reg. 18. Cancel. qu. 10. relatos.*

4 Et eſt veriſſima concluſio, quam à nonnullis etiã, quæ ex aduerſo obijci poſſent, defendit doctè, ac eleganter idẽ *Maſcard. d. concl. num. 16. 17. & 18 quem conſulas.*

Sic etiam pro iſta opinione fuiſſe iudicatũ affirmarunt *Paul. Aemil. Verral. deciſ. ſua 314. pært. 1. Franc. Viuius deciſ. ſua 184. numero 2. libr. 1. & Illuſtriſſimus Dominus Cardinale Seraphinus deciſione ſua 1138. numero ſecundo, vbi latè, & deciſione ſua 1182.* vbi ſubdit hoc præcipuè procedere, dummodo de ipſo libro legitimè conſtet. Addo poſt hæc ſcripta *Franc. Monald. conſil. ſuo 5. numero 49. & 50. in ſecundo, vbi concordantes etiam adducit Maluaſ. in conſil. 85. numero decimoſeptimo, & Laurent. de Pinu conſilio vlt. numero 14. necnon & D. GilKenum, in leg. eundem, numero decimoquarto, C. de probationibus, conſulendus quoque Card. Tuſcus, concluſione ſua 340. numero 7. in littera E, & Illuſtriſſimus Dominus Farinaccius parte prima, fragmentorum criminalium, num. 141. part. 12. vbi infinitos prope concordantes deducit.*

Adeundus quoque *Bertazzol. conſil. ſuo ciuili 67. num. 9. & nouiſſimè Schuuartzenthaler, de ſtipulationibus pag. 866. num. 51. Videndus etiam Claud. Titius allegat. ſua 40. num. 5. & D. Rhodobal. Parin. de Gabel. p. 2. pag. 99. num. 71. Hoc idem ſtatuto Bononienſi expreſſè cautum eſſe, patet ex libr. 2. Statutorum illius Ciuitatis ſub Rubrica, qualiter procedatur ſi ſuper ætate procedatur, §. finali.*

5 Amplia priori loco memoratam concluſionem procedere, etiamſi dies natiuitatis illius de cuius ætate quæritur, in eodemmet libro non fuerit annotata, ſed tan-
6 tum dies, quoad fontem Baptiſmatis delatus fuit: adhuc enim per eumdem librum ętas illius rectè probatur. Nec ſanè mirum. Compertum enim cuique eſſe poteſt, vt plurimum contingere infantes, qui baptizantur, non ſolere excedere octauum, vel decimum diem, adeo vt ipſius ętas ſic neceſſariò concludatur, ſic in terminis poſt *Mandoſ. d.*
7 *quæſt. 10. in fin. eruditiſſ. Maſcard. d. concl. ſua 673. num. 3. & 4. cum ſequent.* vbi etiam quo modo, & maior, & minor ætas rite probetur, eleganter exemplificat. Sequutus eſt
8 poſt *Menoch. & alios, idem Clar. D. Farinac. d. pag. 12. num. 142.* Amplia ſecundo iam dictam concluſionem locum habere, etiamſi ageretur de fauore illius, cuius eſt liber, & de eius commodo pecuniario tractaretur, ſic poſt *Salic. Fel. Mandoſ. & alios, D. Maſcard. d. concl. num. 9.*

9 Intelligitur autem communiter iſta concluſio, & declaratur locum ſibi ſolummodo vendicare dummodo ad ſit conſuetudo, vt huic libro plene credatur, per *text. in c.*
10 *ad audientiam, verſic. nos igitur, de præſcriptionibus*, vel ſaltem ſi ita fuerit ſolitum à 10. annis ante, ita *Felin. in d. cap. ſub num. 16.*

11 Contrarium tamen, quod immò ſemper probet, neque requiratur conſuetudo iſta decennalis tenuit in terminis *Quintil. Mandoſ. dict. regul. decimaoctaua, numero. 3. quæſt. decima*, & hoc multis argumentis nititur comprobare.

12 Videmus enim (inquit ipſe) quod per tales libros probatur quis excommunicatus, item quod probatur quem mortuum, & alia huiuſmodi, & tamen non poſſunt hæc
13 de alio libro intelligi, quam de libro ipſius Curati, vel rectoris Eccleſię, quia iſtorum eſt cura mortuos ſepeliendi, & de illis curam habendi, *cap. 1. & cap. ex parte, extra de ſepulturis.*

14 Si igitur per huiuſmodi libros recte probatur mors, excommunicatio, & ſimilia, quæ ſunt plene probanda, multo magis probari poterit ætas, quæ probari poteſt per veriſimilia.

15 Et hæc etiam videtur verior, & æquior ſententia, per ea, quæ tradit *Ioannes Maurit. d. cap 32.* vbi ſimpliciter, & ſine vlla diſtinctione loquitur. Huic etiam ſubſcribit *Maſcard. d. concluſione num. 15.*

16 Obſeruandum tamen temporibus noſtri vanam, & futilem hanc diſputationem videri, vtrum ſcilicet liber ipſius Curati de ætate alicuius fidem faciat, cum id apertiſſimè ſancitum ſit, ac concluſum à ſacroſanctis Patribus in ſacra *Tridentina Synodo ſeſſ. 24. tit. de reformat. matrim. c. 1. ſub finem, verſic.* Habeat Parochus librum; in eo enim
17 loco ampliſſimi illi Patres decreuere, vt Parochus librũ habere debeat, in quo omnia illa, quæ ad curam ſibi ſubditorum ſpectent, fideliter deſcribat, & annotet, ex quo colligitur, quod illi quoque ſine vlla dubitatione ſuper
18 illis, de quibus in libro, fides adhibenda ſit præcipuè cum eius ſit electa fides, & induſtria, cum verba ſic accipi debeant, vt aliquid operentur, *l. ſi quando, ff. de leg. 1. fruſtra* enim onus regiſtrandi in libro ſuo ei imponeretur, niſi quoque fidem apud omnes publicè faceret, ac plenè probaret.

19 Et pro hac eadem ſententia facit vrgens ratio: nam libro electi à publico abſq; dubio plenè creditur, vt alias late diximus, nunc autem addo *Monal. poſt plures relatos conſil. ſuo 154. num. 12. in 2. & Farinaccium in terminis terminantibus, d. parte prima, Fragment. criminal. numer. 137. cum ſeqq.*

20 Atqui Plebanus ſeu rector Eccleſiæ eſt à publico ad id electus, ergo ſine dubio probat.

21 Hoc idem animaduertiſſe viſus eſt etiam *D. Maſcard. d. concl. 673. num. 18. cum ſeqq.*

---

## An ex libris Curatorum Eccleſiarum, mors alicuius ritè probari poſſit?

## QVÆSTIO II.

### SVMMARIVM.

1 *Libris Plebanorum, in quibus ſit deſcripta mors ſepultorum in eorum Eccleſia, ſi tractetur de modico præiudicio plenè creditur.*

2 *Sin autem de magno, ex ipſis ſaltem aliqualis inducitur præſumptio.*

3 *Et hæc veriſſima eſt Concluſio, quidquid dixerint Bertazol.*

1 LIbris rectorum alicuius Eccleſiæ, prout ſunt Plebani, ſeu Curati in quibus ſit deſcripta mors ſepultorum in eorum Eccleſia, ſi ſtet conſuetudo, quod dictis libris credatur, vel tractetur de modico præiudicio, etiam ſemota conſuetudine plenè creditur, ſic præcisè *Crauet. de Antiq. tempor. in §. videmus num. 1. ſequitur Ioſeph. Ludouic. concl. ſua 29. pagin. 75. verſicul. amplia 24. & deciſ. ſua Peruſ. 12. numer. 17. part. 1. His accedunt Do. Maſcard. poſt alios, de probationibus, concl. ſua 673. num. 13. & 1077. nu. 4.* vbi etiam ſi de magno tractaretur præiudicio, ex huiuſ-
2 modi libro aliqualem ſaltem præſumptionem induci clare ſubnectit, & *D. Franc. Monald. conſilio ſuo 5. numero 51. volum. 2.*

3 Et hæc eſt veriſſima iuris concluſio, quidquid dixerit *Bertazol.conſil.ſuo ciuili 67.num.4.*

Sequitur tertia concluſio de hac eadem materia, & eſt: An per librum dictorum Plebanorum probetur natiuitas alicuius.

ET vt paucis rem complectar, conclude pro affirmatiua, dummodo tamen dictus liber contineat horam natiuitatis, Eccleſiam, in qua fuit Baptizat, diem, & annum, ſuſceptores, vel patrinos illius, nomenque quod indiderunt, ſic præcisè poſt *Rebuff D.Maſchard.concluſ.ſua 1087.nu.7.per totam,* vbi etiam quibuſnam modis regulariter probetur natiuitas, eleganter ediſſerit. His accedit *Monald.conſil.ſuo 154.n.13.in 2.* vbi etiam poſt *Rebuffum docet,* ex dicto libro recte probari poſſe quem eſſe legitimum, vel illegitimum. Vide per eum.

An per librum eorumdem Plebanorum probetur aliquem fuiſſe excommunicatum? contingit quarto loco dubitare.

HVic quidem difficultati ſatisfaciendo, conclude breuiter pro affirmatiua. Sic poſt *Federic.de Senis conſilio ſuo 119.in fin.Do.Crauetta, in dicto tractatu præcitat. verſic.vidimus,numero primo, ſequitur Ioſeph. Ludouic.dicta concluſione ſua vigeſimanona,pagina 73 columna ſecunda, in fine, & Dominus Maſcardus dicta concluſione 673. numero 12.*

## An per dictorum Plebanorum librum probetur dominium alicuius rei ad fauorem ſuarum Eccleſiarum.

## QVÆSTIO V.

IN huiuſmodi quidem controuerſia *D.Maſc. præcitata concl.ſua 673.num.7.* poſt infinitos ibi relatos concludit pro affirmatiua, ſubdit tamē ſub numero octauo, hoc non procedere contra tertium, contra quem dictus liber ſolum præſumptionem, & indicium facit, ibique *Menoch. Burſ.& plures alios concordantes deducit.*

---

## An ex libris dictorum Plebanorum probari poſſit matrimonium.

## QVÆSTIO VI.

*SVMMARIVM.*

1 *Parochus ex forma Concil.Tridentini tenetur habere librum in eoque ſcribere coniugem, & teſtium nomina, necnon locum, & tempus contracti matrimonij.*
2 *Et hoc tenetur facere ſub pœna læthali.*
3 *Licet ex verbis dicti Concilij hoc minimè inferatur.*
4 *Ex libro præfati Parochi rite probatur matrimonium.*
5 *Vanumque eſt ſecundum Galliam de hoc amplius diſputare.*
6 *Ratio.*

1 CVm ex forma *Concilij Tridentini ſeſſ.24. de reformat. matrimonij,c.1.ad finem,* Parochus teneatur habere librum, in eoque ſcribere coniugum, & teſtium nomina, necnon locum, & tempus contracti matrimonij, quod præceptum, quia tendit ad finem vitandi lites, & vt Ec-
2 cleſiæ conſtet de matrimonio, obligat ſub pena lethali (quamuis *Tridentinum,d.loco,* non vtatur verbis adeo rigidis, vt denotent lethalis culpæ vinculum, ſolum enim
3 dicit. Habeat Parochus apud ſe librum) vt poſt alios animaduertit eleganter doctiſs. *Thomas Sanchez. de Matrimonio,libr.1.diſp.15.num.fin.* Summa cum ratione hic dubitari ſexto loco contingit, an præfato Plebani libro plena quoad dicti matrimonij probationem fides ſit adhibenda?
4 In qua quidem difficultate concluſio ſit affirmatiua: ſic poſt *Borgn. Dom.Maſcard.& alios Do.Lancellot. Gallia conſil.ſuo 15.num.3,* vbi etiam vanum nunc eſſe de hoc di-
5 ſputare clare ſubnectit. Hoc idem latius docet *d.conſil.nu. 16.& 17.cum ſeqq. Addo Monal.conſil.ſuo 78.num.6.& 7. in 2.& prius conſil.ſuo 42.n.20.& 68.num.26.& 69.nu.9. in 1.Viuium deciſ.ſua 489.num.9.in 4.& Robuſter.in deciſ. ſua 340.num.1.cum ſeq.inter deciſ.nouiſſimas diuerſ.vol.2.*
6 Nec ſanè mirum, in his enim, quæ ſpectant ad eius officium libris Parochi plene creditur, vt poſt alios animaduertit *Marc.Ant.Macerat. Variarum reſolut.fin.caſ. 33. Satis.*

### De Libris Viſitationum.

LIbris Viſitationum Epiſcoporum, ſeu alienarum perſonarum in iudicio productis plene creditur, quoad viſitationem, & præcipuè cum hodie conſuetudo inoleuerit, quod libris ipſarum Viſitationū detur plena fides. Sic poſt *Paulum Aemil.Verral.deciſ.ſua 229.parte prima. M.Anton.Macerat.Variarum reſol.lib.1.reſol.110.num.4. & per totum,* vbi late de hac materia.

### De Libris Chronicorum.

LIber Chronicorum plenam in iudicio probationem inducit, ita *Felin.in cap.ex parte,il primo, circa finem, de Reſcript. & ſequitur Macerat. Variarum reſolut.libr.1. cap.46.num.5.*

Item probat erectionem alicuius officij, ac beneficij. Sic præcisè *P.Aemil.Verral.deciſ.ſua 160.part.2.* vbi ita etiam de anno Domini 1552.iudicatum fuiſſe atteſtatur. Addo *Do.Sigiſmundum Scacciam, de iudicijs cauſarum ciuilium,lib.2.cap.11.numer.265.*& Generaliter, quod ipſis libris chronicorum adhibēda ſit fides tradiderunt quamplurimi, quos retulit, ac ſequutus eſt per Illuſtriſs. *D.Menoch.conſil.ſuo 816.numer.48.& 49.* vbi etiam poſt alios, tradit libros ipſos chronicorum probare, vel ſaltem magnam coniecturam facere aliquem eſſe ex tali agnatione, & familia, & latius, vt per eum, quem conſulas, adeundus idem *conſil.ſuo 1.num.274.*

### De Libris Canonicorum.

AN Libris Canonicorum plena regulariter fides adhibeatur? Videndus *Gratus conſil.ſuo 123.per totum in 2.* vbi pulchrè, & latè.

Tu tantum nota conſuetudine induci poſſe, vt ipſorum libris plena fides adhibeatur. Sic eleganter poſt alios *Antonius Piagg.poſt hæc edita viſus in ſuo tractatu de conſuetudine,quæſt.11.num.544.*

Aduerte etiam, quod quando illi, qui ſcripſerunt ſunt mortui, & liber eſt antiquus, verificatur ferè in omnibus eius partitis, conſeruatur in archiuio, & ſemper fuit approbatus, quod liber ipſe Canonicorum plenam fidem facit. Sic eleganter poſt alios *D.Hector Felicius alleg.ſua 32.nu.2.par.3.& alleg.ſua 48.nu.8.ead.parte.*

# De Libris Cameræ Apoſtolicæ.

SVMMARIVM.

1 Libris Cameræ Apoſtolicæ regulariter creditur.
2 Prout & libris Cameræ Regiæ.
3 Et hoc præcipuè de conſuetudine Curiæ.
4 Libri Cameræ Apoſtolicæ, ex quibus apparet ſolutio Annatæ, ſeu Guindenij, probant regulariter vnionem Eccleſiæ, pro qua ſoluitur, in fauorem ſoluentium, & per conſequens poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ.
5 Liber Pontificis Romani plenè probat.
6 Libris antiquis Cameræ ducalis plenè creditur.
7 Ratio, & n. 8.

Dubitari etiam aliquando aſſolet, an Libris Cameræ Apoſtolicæ plena regulariter ſit adhibenda fides?

1 IN qua quidem difficultate Concluſio ſit affirmatiua. Sic præcisè *Card. Pariſ. conſil. ſuo 104. n. 17. in quarto, Hippol. Rimin. conſil. ſuo 39. num. 1. in fine, Tob. Non. conſil. ſuo 24. num. 7.* & poſt hos omnes relatos *Dominus Ioſephus Ludouicus dicta concluſione ſua 29. pagina 72. columna tertia, verſiculo amplia nono. Addo Stephan. Gratian. deciſione ſua Marchiana 137. num. 2. Solam in Conſuetudine Sabaudiæ, tit. de libris Mercatorum, gloſ. 2. num. 35. & Viuium deciſ. ſua 184. num. 1. in 1. vbi concordantes adducit Rotam Roman. deciſ. 32. de præbend. in antiquis, Bellameram, deciſ. ſua*
2 *9. & 675. Paſeth. conſil. 94. num. 1. & plures alios,* & aduerte, quod loquitur ibi de libris etiam Cameræ Regiæ.
3 Et de conſuetudine Curiæ abſque alijs libris ipſius Cameræ Apoſtolicæ plena datur fides ſic *Bellamer. conſil. ſuo 33. n. 35.*
4 Hinc per tales libros ex quibus apparet ſolutio Annatæ, ſeu Guindenij, recte probatur vnio illius Eccleſiæ, pro qua ſoluitur, in fauorem ſoluentium, & per conſequens poſſeſſio ipſiuſmet eccleſiæ ita pulchrè, ſed latè *Plotus conſil. ſuo 26. num. 7. & 8.*
5 Amplia, vt etiam liber Pontificis Romani plenè probet. Sic poſt *Mohedan. de fide inſtrumentorum deciſ. 5. Marcus Antonius Maceratenſis Variarum reſol. lib. 1. reſol. 112. caſu 14. verſiculo, nec verba.*
6 Amplia ſecundo, vt etiam libris antiquis Cameræ Ducalis plena regulariter fides debeat adhiberi, nec mirum, tum quia conſcripti ſunt ab officialibus de publico deputatis, vt notat *Salic. in lege exemplo, in principio, C. de probationibus, Bar. Angel. & cæteri in l. quædam, §. nummularios, ff. de edendo, Riminald. ſen. conſil. 316. n. 2.*
7 Tum etiam quia de factis antiquis, de quibus aliæ probationes haberi minimè poſſunt, particularem mentionem faciunt, vt per *Butrium, & Hoſtienſ. in c. cum cauſam, de probationibus. Sic præcisè poſt alios D. Hippol. Riminald. conſil. ſuo 339. n. 56. in 3.*

# De Libris Prælatorum.

SVMMARIVM.

1 Libris Prælatorum de expenſis factis per ipſos in Eccleſia creditur.
2 Item creditur ſuis libris computorum continentibus cenſuales debitores, & eorum emphyteutas.
3 Et ſolutiones ipſorum probant contra illos debitores, & cenſuales, non autem contra alios, niſi eſſet conſuetudo in contrarium, quod contra omnes fidem facerent, & n. 4.
5 Amplia ex Boerio, prout ibi.
6 Opinio Caroli Bardelloni, & n. 7. & 8.
9 Opinio Authoris.

1 LIbris Prælatorum creditur de expenſis factis per ipſos in Eccleſia. Sic poſt Federicum de Senis, *P. Enriquez conſil. ſuo 4. n. 9.*
2 Item creditur ſuis libris computorum continentibus
3 cenſuales debitores, & emphyteutas, Boerius loco inferius allegando, & ſolutiones ipſorum probant contra illos debitores, & cenſuales, non autem contra alios, niſi
4 eſſet conſuetudo in contrarium, quod contra omnes fidem facerent. Sic præcisè poſt alios *Boer. conſil. ſuo 105. n.*
5 13. vbi poſt Roman. ſubdit etiam tales libros præcipuè probare quando tanto tempore in eo fuiſſent deſcriptæ annuæ ſolutiones, quod inducta eſſet præſumptiua probatio iuris eccleſiaſtici contra ſoluentem, tunc enim etiam contra tertium facerent præſumptionem per quam poſſet deferri iuramentum in ſupplementum.
6 Nota tamen totum contrarium placuiſſe excellentiſſimo *D. Carolo Bardellono poſt hæc edita viſo conſil. ſuo 54. n. 1. & 2. in 1.*
7 Mouetur quia liber ille non eſt publicus, ſed priuatus ſeruiens pro memoria, & inſtructione ipſius rectoris. Adducit *Cardinalem, & Decium in l. 1. num. 126. de probationibus.*
8 Item, quia rectores iſti non cenſetur habere mandatum ſcribendi librum iſtum a ſuis liuellarijs, & latius, vt per eum, quem videas,
9 Cogita. Ego enim a priore opinione minimè recederem.

# De Libro Pontificali, ſeu Ceremoniali Romanæ Curiæ.

LIber Pontificalis, ſeu Ceremonialis Romanæ Curiæ tanquam authenticus in deciſiuis allegari poteſt. Sic præciſe *Clar. D. Menoch. poſt nonnullos relatos conſil. ſuo 52. n. 145.*

# De Libro Regiſtri.

LIber Regiſtri producto tamquam publico, & in archiuio publico, aut loco non ſuſpecto repoſito, plena etiam pro producente fides adhibetur, etiamſi die, ac Conſule careat. Sic præcisè poſt infinitos relatos *Iacob. Schultes in ſuis Locis Communibus, in verſ. liber, n. 6. Addo Socc. conſil. ſuo 97. n. 2. in 5.*

# De Libris Æſtimi.

An liber æſtimi, ſeu quod idem eſt, Cataſtrum regulariter probet?

## QVÆSTIO I.

SVMMMRIVM.

1 Liber æſtimi regulariter minimè probat.
2 Declara.
3 Limita primo, quando agitur contra illum, qui eſt dominus rerum in ipſo Cataſtro deſcriptarum.
4 Si quis in ſuo æſtimo profeſſus ſit ſoluere libellum, vel cenſum alicui, fundata remanet ipſius creditoris intentio, etiam contra tertium poſſeſſorem loco deſcribentis.

5 Li-

5 *Limita ſecundo , quando Cataſtrum reperitur penes egregias,& illuſtres perſonas, quales ſunt Marchiones.*
6 *Tertio fallit , quando ipſemet liber æſtimi inter ſcripturas publicas reperitur collocatus,& ei præſit magiſtrat.publicus, ad demum ipſi fides adhiberi conſueuerit.*
7 *Ratio ex Maſcard.*
8 *Per æſtimum teſtatoris fideicommittentis plenè probatur deſcripta in eo fuiſſe in illius bonis.*
9 *Amplia , etiamſi ſcriptura reperta in regiſtro dicti æſtimi non habeat neque diem, neque Conſulem.*
10 *Amplia ſecundo, vt eo magis procedat, quando tale Cataſtrum diù habitum ſit pro publico,& authentico.*
11 *Ratio.*
12 *Limita quartò, quando ipſum Cataſtrum, ſeu liber æſtimi, producitur vna cum ſolutione cenſus,& collectarum,tunc enim plenè probat locum, vel villam ſoluentem cenſum, vel collectas eſſe de dominatu loci illius cui ſoluuntur, & n.13.& 14.*
15 *Limita quinto quoad aliqualem præſumptionem, quæ inducitur in gratiam eius cui bona ſunt deſcripta,& n.17.*
16 *Bona cenſentur communia inter fratres,ſi communi nomine ſunt deſcripta in libro ipſius æſtimi.*
18 *Ex ſcriptura ipſius æſtimi plena,ac efficax inducitur probatio rem fuiſſe in bonis illius, ad cuius nomen reperitur deſcripta.*
19 *Ratio.*
20 *Cum liber æſtimi probat,illud dumtaxat procedit inter perſonas eiuſdem territorij, non autem contra alios.*
21 *Solum Cataſtrum non probat abſque ſolutione cenſus contra illos, quos non apparet conſenſiſſe, aut interfuiſſe ſcripturæ.*
22 *Liber ęſtimi probat contra tertium,dummodo adfuerit tempore,quo conſcriberetur, ac deſcriptioni conſenſerit.*
23 *Requiritur tamen, quod expreſsè conſenſerit, non enim ſufficit patientia, aut ſcientia tantum.*
24 *An ex politia ęſtimi alicuius ad prępiudicium tertij regulariter oriatur probatio? duos caſus particulares diſtinguit author,& n.25.26.27.cum ſeq.vſq. in finem.*

Materia librorum æſtimi quàm ſit vtilis, ac neceſſaria, nullus eſt, qui eat inficias , eam igitur pro maiori addiſcentium & facilitate, ac vtilitate nonnullis quæſtionibus pro virili noſtra abſoluemus.

Dubitatur igitur primo loco, an liber ipſius æſtimi regulariter probet?

1 ET non probare optimi ferè quique ſcribentes docuere. Sic inter cæteros *Hieronymus de Monte in ſuo tractat.de Finibus regund.cap.64.num.5. poſt Felin. & Crauet. ibi relatos Grat.conſ.130.num.7.in 2.& D. Maſcard.conſil. ſuo 273.n.1.*

2 Sic vero eſt accipienda concluſio , vt maximè procedat, quando agitur contra tertium, eo enim caſu æſtimũ nihil probat, ſecus verò quando agitur inter perſonas in illo æſtimo comprehenſas,ita poſt *Pariſium,Hieronymum de Monte, Alexandrum,& alios eleganter declarat Do.Maſcard.d.concl.ſua 273.num.3.ſequitur Clar.vir Do.Menoch. poſt plures pariter relatos de arbitrar. lib.2. centur.1.caſu 91.num.27. His accedunt Socin.iun.conſilio ſuo 61. n.2. in tertio.Botta conſil.86.n.21.& plures alij.*

Limitatur autem hæc eadem communis concluſio varijs modis.

3 Primus quidem eſt,quando agitur contra illum,qui eſt dominus rerum in ipſo Cataſtro deſcriptarum, tũc enim ex eo contra ipſum dominum plena oritur probatio ſic præcisè poſt *Bartolum,Barbatiam,& alios Dom. Maſcard. d.ſua concluſione 273.num.10. Iaſon ante eum in l.10.ſtipulatus n.35.ff.de verb.oblig.Cephal.conſ.ſuo 558.num.52.& nouiſſimè Clar.vir, ac numquam ſatis laudatus Dominus M. Ant.Peregr.in ſuo aureo tract. de Fideicommiſſis, art.44.n. 9.Addo Illuſtr.Card. Tuſcum concl.ſua 128. in littera C.n. 8.*vbi poſt nonnullos relatos reddit quoque rationem dicens, quia talis confeſſio præſumitur acceptata per officialem publicum nomine omnium,quorum intereſt.

4 Vnde infertur, quod ſi quis in ſuo æſtimo profeſſus ſit ſoluere libellum, vel cenſum alicui, fundata remanet ipſius creditoris intentio etiam contra tertium poſſeſſorem loco deſcribentis.Sic amplè *D.Crau. conſil.ſuo 217.n. 8.& infra.*

5 Secundus principalis caſus, in quo fallit ſupra dicta cõcluſio,eſt,quando Cataſtrum,ſeu liber ipſius æſtimi reperitur penes egregias , ac illuſtres perſonas , quales ſunt Marchiones, tunc enim ipſum plenè probare author eſt *Sicul.concl.ſua 6.n.14.in 2.ſequitur Hieron.de Monte, d.ſuo c.64. in fine,* vbi ſubdit alijs tamen adminiculis opus eſſe, & nouiſſ.*D.Maſc.d.ſua concl.273. n.11.*

6 Tertiò principaliter fallit ſupradicta Concluſio, quando ipſemet liber æſtimi inter ſcripturas publicas reperitur collocatus, & ei præſit Magiſtratus publicus, ac demum ipſi fides adhiberi conſueuerit , tunc enim plenè probat. ita pulchrè,ſed latè *D.Barbatias d. conſil.ſuo 6.nu. 16.cum ſequenti,& poſt Alexandrum Dom. Maſcard.dicta ſua concluſ.273.num.12.cum ſequentibus,* vbi etiam ratio-
7 nem deducit dicens,quoniam cum liber ipſe aſſeruetur in archiuio publico,habetur pro publica ſcriptura ad not.*in auth.Ad hęc,C.de fide inſtrumentorum, addo poſt plures relatos Dominum Lancell.Galliam conſil.ſuo 27.num.26.et Illuſtr.Card.Tuſcum concl.ſua 674.num.22.in littera E, vbi pulchrè.*

8 Hinc rectè infertur, per æſtimum teſtatoris fideicommittentis plenè probari deſcripta in eo fuiſſe in illius bonis, quando tamen ipſe liber æſtimi inter publicas, & au-
9 thenticas ſcripturas reperitur, Sic præcisè *Roman.conſil. ſuo 165.*vbi ampliat etiam quod ſcriptura illa reperta in regiſtro æſtimi non habeat neque diem,neque Conſulem ad *not.in cap.ad audientiam, extra de pręſcriptionibus, & idem quoque tradit Alexander conſil.92.n.5. in 2. Albenſ. conſil.6.n.8.* & ita apud nos practicatur teſte *Clar. viro D. Peregr.de Fideicom.art.44. n.7.*

10 Ampliatur iſta tertia principalis limitatio,vt eo magis procedat , quando tale Cataſtrum diù habitum ſit pro
11 publico,& authentico:& ratio eſt:quia magna eſt authoritas antiquitatis,cum vim legis obtineat, *l.2. ff.de aqua plu.arcend.ſic eleganter Dominus Barbatia d.conſil.ſuo 6. n. 17.in fine, & numer.18. & Dom.Maſcard.d.concl.ſua 273. num.15.*

12 Limitatur quartò principaliter, quanto ipſum Cataſtrum,ſeu liber æſtimi producitur vna cum ſolutione cenſus,& collectarum,tunc enim plenè probat locum,vel villam ſoluentem cenſum,vel collectas, eſſe de dominatu loci illius cui ſoluntur , quod placuit *Hieronymo de Monte dict. capitulo 64. num.4. ſecundum Alexandrum in conſilio 35.num.4.in 4.per textum,in d.§.ſi quis igitur,in auth.*Quibus mod.naturales efficiuntur legitimi, & ibi per *gloſſam in verſic.perſoluatur,et per Bald.in l.3.C.de naturalibus lib.* vbi illius contextus authoritate motus obſeruat per cenſus,& collectas rectè deſignari ſubiectionem,& per eam
13 probari cataſtrum,vel villam eſſe territorij illius, cui ſoluuntur,& *per l.3.verſic.ſub quo vicus*, vel poſſeſſio cenſeatur,*C.de iure emphyteutico:* Addo poſt plures alios relatos *Lancell.Gall.conſil.27.n.27.*

14 Secus verò eſſet vbi Cataſtrum per ſe ſine ſolutione produceretur,non enim probaret. Sic poſt Felinum in c. cum cauſam,& plures alios, *Do.Maſcard. d.ſua concl.273. num. 4. cum tribus ſequentibus.* Fallit 5. cum liber ipſius æſtimi non inter priuatas perſonas, ſed inter vniuerſitatem,& deſcriptum ad probationem deducitur,eo etiam

caſu

caſu cum pro vniuerſitate, quam contra eam, ipſummet
librum probare concludunt *Alba, Menochius, Crauetta,*
*Rota Lucenſis, ac alij, quos retulit, ac ſequutus eſt D. Franc.*
*Schenardus conſilio ſuo 40.n.5.lib.1.*
15 Coarctatur 6. principaliter quoad aliqualem præſum-
ptionem, licet enim ex ipſomet æſtimi libro plena regu-
lariter probatio minimè oriatur, inducitur tamen aliqua-
lis proculdubio præſumptio in gratiam eius, cui ſunt bo-
na deſcripta. Sic poſt *Mand. Albenſ. Hieron. de Monte, C.*
*Pariſ. & plures alios Dominus Maſcard. d. concluſione ſua*
*273.num.8. & num.18. in fine, Magon. poſt Bald. deciſione*
*ſua Florent. 37. num. 8. Ill. D. Card. Seraphinus deciſione ſua*
*1061.n.5. nouiſſimè Cl. Eques D. Pereg. d. art. 44. n. 12.* vbi
infinitos deducit.
16 Addo *Socin. iuniorem conſil. ſuo 61. num. 3. cum ſequenti-*
*bus in 3.* vbi etiam ſub *n. 4.* ſubdit poſt alios, quod bona
cenſentur communia inter fratres, ſi communi nomine
ſunt deſcripta in libro ipſius æſtimi, & aduerte, huic qui-
17 dem præſumptioni ſtandum eſſe, etiamſi ſola eſſet, vbi
per aduerſarium contrarium minimè probetur, iuxtà tra-
dita in l. ſiue poſſidetis, *per gloſſam, & alios, & in l. ab ea*
18 *parte, C. de probationibus, ſic eleganter Socin. d. conſil. 61. n.*
*5. & Clar. Peregrinus d. articulo 44. n. 12.* Quinimo dictus
Eques *Peregrinus d. articulo 44. num. 7.* docuit apertè, ex
ſcriptura ipſius æſtimi plenam etiam, ac efficacem pro-
19 bationem induci rem fuiſſe in bonis illius, ad cuius no-
men reperitur deſcripta; Nec mirum (inquit ipſe) liber
enim æſtimi, vtpotè à Communi ordinatus, vt bonorum
poſſeſſores ſub pœnis comminatis exhibeant, & cum eo-
rum iuramento politias ſuorum bonorum, vt pro eorum
rata grauari, & collectari poſſint, dicitur ſcriptura publi-
ca, & authentica, ex qua pleniſſima ſolet reſultare pro-
batio.
20 Illud vero obſeruatione dignum non præteribo, om-
nes his limitationes locum habere, & procedere dunta-
xat, quando agitur inter perſonas eiuſdem territorij, ſe-
cus vero, ſi agatur contra illos, qui non ſunt in illius do-
minatu. argumento *lege regula, §. penult. de iuris & fact.*
*ignorant. ſic præciſè poſt Sicul. dicto conſil. ſuo 6. num. 17. Do.*
*Maſcard. dicta ſua concluſio 273. num. 17. ſequitur Ioannes*
*Baptiſta Coſta conſilio ſuo 31. num. 50. volumine 1. vbi etiam*
*adducit Veral. deciſione 42. lib. 1. Addo Clar. D. Farinacium*
*deciſ. ſua Rotæ Romanæ 53. num. 2. in nouiſſ. & D. Iacob. Ber-*
*ret. conſil. ſuo 89. num 44. volum. 1.* vbi etiam docet, quod
ſolum Cataſtrum non probat abſq; ſolutione cenſus con-
21 tra illos, quos non apparet conſenſiſſe, aut interfuiſſe
ſcripturæ, adducitque Felin. Crau. & alios.
22 Limitatur poſtremò loco ſupradicta concluſio, nam
etiam probat ipſe liber contra tertium dummodò adfue-
rit tempore, quo conſcriberetur, ac deſcriptioni conſen-
ſerit, ſic poſt plures relatos *Dominus Maſcardus, d. ſua con-*
*cluſione num. 18. & concluſione ſua 1186. num. 18. ſequitur*
*præciſè Pancirol. conſilio ſuo 89. num. 20. Mar. Ant. Mace-*
*ratenſ. Var. reſol. lib. 2. reſolut. vltim. caſ. 47. verſ. quia liber*
*æſtimi, & nouiſſimè Proſper Farinac. conſil. ſuo criminali, 11.*
*num. 43.* vbi infinitos pariter deducit, addo *Marchyſel. qu.*
*ſua 40. num. 15. & 16.* vbi tamen ſubdit hoc procedere,
vbi quis expreſsè conſenſit deſcriptioni in æſtimo factæ
ad fauorem alterius, ſecus ea enim conſenſum minimè in-
ducit, vt latè per eum.
23 Sed an ex politia æſtimi alicuius ad præiudicium tertij
regulariter oriatur probatio, pleniore cornu diſſeren-
dum eſt, duo itaque caſus principales conſiderandi ſunt,
ac diſtinguendi.
24 Primus ac principalis eſt, quando ille tertius conſenſit,
vel paſſus fuit rem ſuam deſcribi ad nomen puta Titij, &
tunc ſine dubio ſibi præiudicat, videtur namq. rem illam
Titio donaſſe, ac ideo ipſimet Titio acquiritur, caſus eſt
apertus *in l. cenſualis, C. de donat. & inde notant Bartol. Bal.*
*Salic. & alij. Idem Bart. in l. rura, C. de omni agro deſerto lib.*
*11. & ibidem Ioannes de Platea,* vbi vltra deſcriptionem
25 ad æſtimum docuerunt, requiri etiam, quod ipſemet Ti-
tius functiones publicas ſoluerit, id quod etiam ſenſit
*Rol. a Valle conſil. 4. num. 20. in 2.* Idem quod dominium in
26 ipſum Titium transferatur per illum conſenſum firmauit
*Bal. in l. quidam in ſuo, ff. de condit. inſtit. & in d. l. ſi ſolemnib.*
*Socin. conſ. 6. in 4. & Crau. conſil. 261. col. 2.*
27 Item ab amotione vnius rei de æſtimo vnius ad æſti-
mum alterius, rem in hunc translatam quo ad eius domi-
nij, & poſſeſſionis arguit, & decidit *Dec. conſil. 146. n. 13.* &
ante eum ſic voluit *Alex. conſil. 146. in 5.* Hæc tamen con-
28 cluſio temperanda eſt, vt non procedat, cum ex aliqua
alia cauſa quam donationis deſcriptio illa poſſet videri
facta; & ſic fictè, ac ſimulatè quo ad illius perſonam, caſus
eſt in *l. ſi præſes, C. de donat. & in d. l. cenſualis,* vbi DD. ve-
luti ob timorem creditorum, aut fiſci, vel quia mater per-
29 miſiſſet poni ad æſtimum filiorum, vt ditiores videren-
tur, vt *Bald. in dictis iuribus,* vel cum alia cauſa poſſet con-
iecturari, quia ſolitum in loco eſſet in Cataſtro alieno
deſcribere bona propria, veluti conſiderauit *Corn. conſil.*
*ſuo 225. in ſecundo,* vbi ſic limitat illam *Bartoli traditione in*
*d. l. rura.*
30 Nota tamen, quia conſtare debet de eius expreſſo
conſenſu, alias ambigua probatio non releuaret, ita
*Corn. d. conſil. 282. colum. 4. in 1. & Rol. d. conſil. 4. et numer.*
18. & ſic ex facto fuiſſe deciſum retulit poſt hæc omnia
eleganter adducta; *Clar. vir D. Peregr. d. artic. 44. num. 10.*
*in fin.*
31 Alter verò principalis caſus eſt, quando ille tertius nõ
conſenſit deſcriptioni æſtimi de fundo, aliquo ad nomen
puta Titij, & tunc proculdubio dominium quod erat pe-
nes illum tertium, & poſſeſſio non ab eo amouetur, nec
trãſit in illum ad cuius æſtimum res illa reperitur, quam-
uis ille ſoluat functiones, caſus eſt in *d. l. cenſualis, in princ.*
*in d. l. ſolemnibus, et in d. l. ſi pater,* ex quibus omnibus iuri-
32 bus colligitur, apertè iſta regula, quod æſtimum non
præiudicat alicui tertio in ſuo dominio, & poſſeſſione, ſi-
cuti notarunt omnes ibidem, & poſt plures alios relatos
*Cl. Peregr. d. art. 44. n. 11.*

## An dominium per Cataſtrum, ſeu ęſtimi Codicem probetur.

## QVÆSTIO II.

*SVMMMRIVM.*

1 *Dominium per æſtimum minimè probatur.*
2 *Æſtimum neminem facit dominum.*
3 *Amplia etiam tributorium ſolutione facta.*
4 *Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerint nonnulli.*
5 *Amplia, vt eo magis procedat, cum agitur de præiudicio tertij.*
6 *Vel cum agitur de perſonis in ipſo æſtimo non interuenientibus, ac nominatis.*
7 *Subamplia hoc procedere, etiamſi eſſent aſſignati ad id magiſtratus publici.*
8 *Æſtimum dominium probat in præiudicium eius, qui conficiendam curat ſcripturam in d. æſtimo.*
9 *Licet ſecus ſit quod ad præiudicium tertij.*
10 *Doctrina Bart. deducitur.*
11 *Æſtimum reſpectu dominij facit ſaltem aliqualem præſumptionem ad fauorem illius, ad cuius nomen bona deſcripta ſunt.*
12 *Amplia ex Anchar. præcipuè, ſi ille cuius nomine ſunt de-*

ſcri-

*ſcripta , ſoluerit collectas.*

13 *Amplia etiam, vt oriatur ſemiplena probatio.*

14 *De hac tamen opinione dubitat author.*

15 *Per æſtimum dominium probatur inter partes, quæ ipſi conſenſerunt, ſeu ſunt in ipſo deſcriptæ.*

An per æſtimi Codicem in dominium probetur dubitatur.

1 ET non probari communi ſcribentium ſententia rece-
ptum eſt, ita poſt Iacob. *Butrigar. Bal. in l. ſolemnibus*
*n. 1. C. de rei vendic.* ſequitur poſt infinitos propè relatos
*D. Maſcard. concl. ſua 543. num. 1. idem concl. ſua 272. n. 2. et*
*concl. ſua 665. num. 1. addo eundem Bal. in §. fin. de vſucapio-*
*nibus,* vbi pro regula ponit, quod æſtimum neminem facit
2 dominium, cuius dictum ſequutus eſt *Socc. conſil. ſuo 205.*
*n. 5. verſ. 10. vol. 2.* His accedunt *Rimin. iun. conſil. 266. n. 5.*
*& Portius conſil. ſuo 68. n. 26.* vide etiam ampliat proce-
3 dere, Tributorium ſolutione facta. Adiungas *D. Franciſc.*
*Schenardum conſil. ſuo 40. n. 1. vol. 1.*
4 Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerint nonnulli.
5 Amplia, vt huiuſcemodi concluſio eo magis procedat,
cum agitur de præiudicio tertij. Sic præcisè poſt *Alex.*
*Decium, & alios D. Crau. de antiquitat. in verſ. 4. limitatur,*
*n. 71. in fine,* vel cum agitur de perſonis ipſo æſtimo non
inuenientibus ac nominatis. Sic poſt alios per *l. ſi pater: C.*
6 *de rei vendic. Card. Pari. conſil. ſuo 104. n. 169. vol. 1.* vbi de
communi, ſubamplia hoc itidem procedere etiamſi ad id
magiſtratus à publico eſſent aſſignati, adhuc enim contra
7 tertium dominum per ipſum minimè probaretur, ſic ele-
ganter poſt alios *C. Burſat. conſil. ſuo 36. n. 17. verſ. quinimo,*
*& D. Maſc. d. concl. ſua 543. n. 2.*

Coarctatur autem communis iſta concluſio varijs modis.

8 Et primo, vt non procedat in præiudicium eius, qui
conficiendam curat ſcripturam in d. æſtimo: tali enim ca-
9 ſu contra illum probatur vtiq; ex eo libro dominium, li-
cet ſecus ſit quod præiudicium tertij. Sic *DD. omnes in d. l.*
*ſolemnibus, C. de rei vendicatione, & in ſpecie Bald. n. 1. per*
*textum, in l. cenſualis, C. de donat.* ſequitur poſt plures alios
relatos *Barbatias conſil. ſuo 8. n. 18. in 2. Paul. Montan. de*
*iure Tutel. c. 32. reg. 5. n. 60. & nouiſſimè Cl. D. Maſc. d. concl.*
*ſua 543. n. 3.*

10 Hinc *Bart. in l. rura, C. de omni agro deſerto, lib. 11.* docuit.
quod ſi frater emit ſuo nomine fundum, & poſtea fecit il-
lum deſcribi in Cataſtro cõmuni tàm nomine ſuo quàm
nomine fratrum, probatur dominium in præiudicium
ipſius facientis ſcribi illud Cataſtrum, & ſic ex ipſo Ca-
taſtro non oritur fides pro ſcribente, ſed bene contra ip-
ſum: hoc idem ſequitur præcisè *Barbatias d. conſil. ſuo 8.*
*num. 18.*

11 Secundo loco limitatur, vt non vſque eo locum habeat,
quin ſaltem faciat præſumptionem ad fauorem illius, ad
cuius nomen bona deſcripta ſunt, ad notata in *l. cenſualis,*
*C. de donationibus.* Sic præcisè inter alios *Soc. ſen. conſil. ſuo*
*89. n. 12. vol. 1. Dec. conſil. ſuo 482. num. 5. Bertaz. conſil. ſuo*
*ciuil. 52. n. 35. Cioſ. conſil. ſuo 124. num. 26. vol. 1. vbi Soccin.*
*in conſil. 205. num. 2. lib. 2. & Corneus, conſil. 165. lib. 3. con-*
*cordantes deducit Natta conſil. 235. numer. 14. poſt Calca-*
*neum, Maſc. d. concl. ſua 543. num. 4. & nouiſſimè Dom. Lu-*
*douic. Sacca conſil. ſuo 11. num. 8. & conſil 94. num. 8. Addo*
*P. Ioannem Anchar. q. ſua 80. n. 18. lib. 3.* vbi concordantes
adducit *C. Pariſium conſil. ſuo 53. num. 21. & 55. numer. 54.*
12 *vol. 1. Burſat. conſil. ſuo 153. n. 20.* ac plures alios, adnecten-
dus quoque *D. Schenard. d. conſil. 40. num...* vbi plures alios
concordantes deducit, & *D. Guliermus Guidobon. aduocat.*
*ſua 123. n. 27.* & aduerte, quod ampliat etiam, hoc eo ma-
gis procedere, ſi ille, cuius nomine ſunt deſcripta, ſoluerit
collectas.

13 Amplia, vt ſecundum aliquos oriatur etiam ſemiplena
probatio, ſic præcisè *Cl. Decian. poſt alios conſil. ſuo 17. nu.*
*29. in 2.*

14 De qua tamẽ opinione valde dubito, & eo magis nam
communis ſtat iuris concluſio, quod præſumptio illa
quoque quæ oritur ad fauorem illius, & cuius nomen bo-
na deſcripta ſunt, de qua *ſupr. n. 11.* non eſt talis, quod poſ-
ſit transferre onus probandi cõtrarium in ipſummet ad-
uerſarium, ſicuti poſt *Bal. Ang. ac alios tradidit Cl. D. Men.*
*conſil. ſuo 929. n. 29.* vbi tradit quoque quod præſumptio
etiam ſi ſit iuris, non tranſmittit probationis onus in ad-
uerſarium, & latius, vt per eum, ſequutus eſt quoque *Dom.*
*Schenard. dicto conſil. 40. n. 3.*

15 Fallit poſtremò loco ſupradicta principalis concluſio,
nam inter partes, quæ conſenſerunt æſtimo, ſeu in ipſo
deſcriptæ ſunt, dominium rectè probatur, ita tradidit
*Bal. in l. quidam in ſuo in fine, de conditionibus inſtitut. per d.*
*l. cenſualis: ſequitur poſt Calcaneum, & alios Dom. Maſcard.*
*d. concl. num. 5. Addo Portium conſil. ſuo 68. num. 26. D. Cæ-*
*ſar. Barzium deciſ. ſua Bononien. 49. num. 21.* & hæc ſuffi-
ciant, latius autem de hac materia diſſerit *Illuſt. Card. Tu-*
*ſcus, concl. ſua 674. n. 7. cum infinitis ſeqq. in litt. E, vide per*
*eum.*

---

## An per Librum Æſtimi probetur poſſeſſio?

## QVÆSTIO III.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſſio per librum æſtimi minimè probatur.*

2 *Amplia etiamſi ille, ad cuius nomen bona deſcripta ſunt ſolueret tributa, & vectigalia, quando tamen alius eo tempore cogitur poſſidere.*

3 *Amplia ſecundo, vt iſta regula præcipuè procedat, quando agitur contra eum, qui deſcriptioni conſenſit: vel quando*
4 *agitur de grauij præiudicio.*

5 *Per æſtimum, cum agitur de poſſeſſione, aliquod ſaltem adminiculum, ſeu præſumptio inducitur ad fauorem illius, ad cuius nomen bona deſcripta ſunt.*

6 *Et huic quidem præſumptioni ſtandum eſt, donec de contrario doceatur.*

7 *Amplia, prout ibi.*

8 *Per æſtimum probatur poſſeſſio in factis antiquis, item quando non probatur, quod tunc temporis quo liber fuit confectus, res per alium poſſideretur.*

9 *Amplia prout ibi.*

10 *Per æſtimum probatur poſſeſſio inter partes in ipſo deſcripta.*

11 *Amplia ex Bertaz. hoc eo magis procedere ſi non conſtaret tempore ipſius æſtimi, alium poſſediſſe.*

12 *Et eſt veriſſima ampliatio.*

13 *Ratio.*

14 *Æſtimum probat poſſeſſionem, quando alius non reperitur poſſidere.*

15 *Quomodo autem dignoſcatur, docet author.*

16 *Æſtimum quamuis non probet plenè dominium, ac poſſeſſionem inter diuerſas perſonas, quæ ipſi non cenſerunt, inducit tamen præſumptionem dominij, ac poſſeſſionis, quæ ſufficit in antiquis pro plena probatione, & n. 17.*

CVm dominium ſuper proprietas regulariter cum poſſeſſione nil communiter habeat, vulgata l. naturaliter, §. nihil commune, de acquirenda poſſeſſione, iure optimo, poſtquam vidimus, an per æſtimi librum dominium

nium ipſum probarentur, an per eumdem probari poſſit
poſſeſſio,hic ſermo ſubijciendus eſt.
1 In huiuſmodi difficultatem, rem pauci perſtringendo
conclude pro negatiua: Sic præcisè docuit *Bar.in leg. ſi*
*parte,illam in compendium redigendo*, *C.de act.empt.* vbi
tributi ſolutio rei poſſeſſionem non probat,ibique cum
ſequutus eſt *Bal.num.1.per l.quæ quiſque*, *ff.de acquir.re-*
*rum Dominio*,infinitos alios refert,& ſequitur *D.Maſcard.*
*concl.ſua 665.num.1. Addo Iacobum Marchiſel. quæſt.ſua*
*40.num.13.*vbi ampliat,id etiam procedere, etiamſi ille,
ad cuius nomen bona deſcripta ſunt, ſolueret tributa, ac
vectigalia,quando tamen alius eo tempore reperitur poſ-
ſidere.
3 Amplia,vt iſta regula præcipuè procedat,quando agi-
tur contra eum,qui deſcriptioni non conſenſit, ſic præ-
cipuè docet inter alios *Dec.conſil.ſuo 146.num.14. ferè in*
*fine*.
4 Vel quando agitur de graui tertij præiudicio. Sic poſt
plures relatos *D.Ioann.Baptiſta Coſta conſil.ſuo 31.num.48.*
*vol.1.*
Item quando conſtat alium verè, & realiter poſſidere,
ita pulcher poſt alios animaduertit *D.Hector Felicius Al-*
*legatione ſua iuris 10.n.26.verſ.nam de lib.p.3.*
5 Limita primo concluſione, nam aliquod ſaltem admi-
niculum, ſeu præſumptio inducitur ad fauorem illius, ad
cuius nomen bona deſcripta ſunt. Sic poſt alios *Maſcar.*
*prenot.loco,& Marchiſel.d.q.40.n.14.*cui quidem præſum-
ptioni ſtandum eſt, donec de contrario doceatur, argu-
mento *lege fin.C.de prædijs Naucul. lib.11. ſequitur ele-*
6 *gantiſſimè D.Menoc.de retinend.remed.3.n.570. & D.Pe-*
*trus de Caball.poſt Anch.q.ſua 60.n.4.conſil.ſuo 156. n.24.*
*Guidob.aduoc.ſua 37.num.12.*vbi plures concordantes de-
ducit.
7 Quod quidem eo magis procedit,quando per ipſum
functiones fuiſſent ſolute, & quando ille contra quem li-
ber ipſe producitur,conſenſerit, ſeu paſſus fuerit pro eo,
qui eſt nominatus, bona ipſa deſcribi. Sic præcisè poſt
alios *Rolan.à Vall.conſil.ſuo 4.n.21.in ſecundo*, vbi præci-
puè deducit inter cæteros *Socin.conſil.46.col.2. in 3.* refe-
rentem,quod alias legendo Ferrariæ,ita obtinuit in terra
Bagna Caualli,Addo *Ceph.conſil.ſuo 458.num.72.& 73.et*
*conſil.ſuo 756.num.9.in 5. Amicis conſil.120.nu.35.ac plu-*
*res alios*.
8 Coarctatur ſecundo principaliter, quando ſumus in
factis antiquis,& quando non probatur, quod tunc tem-
poris,quo liber fuit confectus, res per alium poſſidere-
tur, vel quo ad alium ſpectaret tunc enim abſque dubio
probatur plene per eumdem librum poſſeſſio ad fauo-
rem illius, ad cuius nomen bona ſunt deſcripta, id quod
maximè procedit, quando huiuſmodi libri ſunt in loco
9 publico, & publicis officialibus ad id deputatis cuſtodit.
Sic pluribus rationibus motus ex profeſſo conſultus re-
ſpondit *D.Bart.Socin.conſil.ſuo 205. per totum vol.2.Soci-*
*num ſequutus eſt Cl.Menoc.d.n.570. & Straccha conſil.11.*
*num.10.*
10 Fallit tertio ſupradicta concluſio, nam inter partes de-
ſcriptas in æſtimo,medio ipſius poſſeſſio rectè probatur,
ſic eleganter poſt alios *Bertazz.conſil.ſuo ciuil.52.n.36.&*
11 *37.*vbi hoc tanto clarius procedere ſubdit,ſi non conſta-
ret tempore ipſius æſtimi alium poſſediſſe, allegatque
*Caſtrenſ.in l.ſi pater,C.de action.empt.Roland.conſil.4. num.*
*17.in 2. Socinum, ac plures alios, ſequitur Cl.vir,ac æternæ*
*memoriæ D.Menoch.de retinend. remed.3. n.570. verſ.de-*
*claratur primo*.
12 Et eſt veriſſima ampliatio,dictum enim illud,quod per
æſtimum neutiquam probatur poſſeſſio, procedit, quan-
13 do alius reperitur in poſſeſſione, alias preſumitur pro
æſtimo communis, alio non apparent in contrarium: ita
notatur *in l.fin. C.de prædijs nacular.lib.11. & declaratur*
*poſt Caſtrenſem,Pariſ.& alios.Dom.Rolan. a Valle d.conſil.*
*ſuo 4.n.17.in ſecundo.Addo Preteum conſil.ſuo 8.n.7.vol.1.*
*& Marc.Antonium Macer.Variarum reſol.lib.2.reſol.vlti-*
*ma c.47.in fin.*
14 Et quod æſtimum probet poſſeſſionem quando alius
non reperitur poſſidere tenuit in terminis Huberti *Zuc-*
*card.conſil.ſuo 61.n.2.poſt Soc.& alios ibi relatos*.
15 Id autem optime dignoſcetur, ſi factis proclamationi-
bus, nullus contradicendo comparuerit per proclamata
enim ſiue bona requiritur quaſi poſſeſſio, ſic eleganter
poſt *Aluar. de Feudis Paul.Fuſcus in ſuis Sing.in verſ.liber*
*æſtimi num.22.*
16 Pro coronide,obſeruandum eſt,quod æſtimum quam-
uis non probet plenè dominium, ac poſſeſſionem inter
diuerſas perſonas, quæ ipſi æſtimo non conſenſerunt, in-
ducit tamen præſumptionem dominij,ac poſſeſſione,quę
ſufficit in antiquis pro plena probatione. Sic poſt alios
17 eleganter *Dom.Cæſar Barzius deciſione ſua 49.num.21.&*
22. vbi ſubdit, quod ex hac probatione, quæ eſt ſaltem
præſumptiua,transfertur onus probandi in aduerſarium.
Et hæc ſatis.

Latius de materia huius quæſtionis vide penes *Illuſtr.*
*Card.Tuſchum concl.ſua 674. num.1. cum quinque ſeqq.in*
*litt.E.*

---

## An per librum æſtimi rei æſtimatio probari poſſit?

## QVÆSTIO IV.

*SVMMMRIVM.*

1 *Per librum æſtimi probatur rei æſtimatio,dummodo tamen in ipſomet libro deſcribantur res omnium, & eorum pretia.*
2 *Solus liber æſtimi probat verum valorem,niſi per teſtes clare ſit edoctum de contrario.*
3 *Immo liber æſtimi cum duobus teſtibus præfertur quinque contrarium deponentibus.*
4 *Ratio, & num.5.*
6 *Per librum æſtimi æſtimatio rei minimè probatur quoad effectum reſpicientem priuatorum commodum, ac incommodum, niſi ſaltem huiuſmodi æſtimatio per æſtimum eſſet facta tempore contractus, vel paulò ante.*
7 *Secus autem eſt, ſi æſtimum olim,non autem de recenti factum eſſet,& tunc agatur de probatione ęſtimationis.*
8 *Ratio.num.9.10.11.& 12.*
13 *Licet per Cataſtrum inter alios ęſtimatio rei,minimè probetur, tamen ex dicto ęſtimo oritur ſaltem concludens pręſumptio,quod ille fundus tanti valeat.*
14 *Ratio.*

Viſo an per æſtimum probetur dominium, ac poſſeſſio:videndum modò, an per idem probetur etiam rei valor,ac æſtimatio?

8 HVic quidem difficultati ſatisfaciendo,concludo bre-
uiter pro affirmatiua,dummodo tamen in ipſomet
libro deſcribantur res omnium, & eorum pretia: text.eſt
ſingularis ſecundum vnam lecturam in *l.fin.in fine*, *C.de*
*prędijs,& alijs rebus nauic.lib.11.ſequitur Bald.in l.2.num.*
*59.C.de reſcind.venditione,vbi adducit text. in l. cum de le-*
*ge,ff.de probationibus.Penthaleon.de Crema in d.l.2.n.300.*
*cum ſeqq.vbi etiam Cagnol.num.260.quibus adiungas. Ni-*
*colam Feſtaſ.in ſuo tract.de ęſtimo,parte 1.cap.1.num.51.*&
poſt plures alios relatos *D.Maſcard.concl.ſua 665.num.1.*

His

His accedunt *Petrus de Caball. conſil.ſuo* 144.*num.*39. *D.*
*Franc.Monald.conſil.ſuo* 168.*num.*4.*in* 2.*Addo Clariſſ.De-*
*cian.conſil.ſuo* 17.*num.*21. *cum ſeq. in ſecundo, vbi etiam*
2 *poſt Aret.ſubdit*, quod ſolus liber æſtimi probat verum
valore,niſi per teſtes clare ſit edoctum de contrario: imò
dicit, quod liber ipſius æſtimi cum duobus teſtibus præ-
fertur quinque contrarium deponentibus, & eſt ratio ſe-
cundum eum, nam cum omnia bona in æſtimo reſcripta
æſtimentur ab æſtimatoribus publicis, & publicæ electis,
3 pro illis ſemper præſumitur,vt eſt *text.in l.*2. *in verſ.quod*
*non arbitramur,C.de offic.eius iudic.&c. quem text.* ad hoc
4 ponderat,& dicit valde notabilem *Bal.in l.errorem, C.de*
5 *teſtibus,& diligentia præſumitur in officiali publico, l.*1. *C.de*
*ſuſcept.& arc.lib.*10.*& tradit idem Bal.in l.damni, §. Sabi-*
*ni,ff.de damn.infect.ſequitur Decian.d.loco n.*28.Addo etiã
poſt hæc ſcripta *Schuuartzent.de ſtipulat. pag.*871. *n.*71.
72.*&* 73.

6 Limitatur autem communiter iſta concluſio quoad ef-
fectum reſpicientem priuatorum commodum,ac incom-
modum,nam tunc æſtimum non probat, niſi ſaltem hu-
iuſmodi æſtimatio per æſtimum eſſet facta tempore con-
tractus, vel paulò ante. ita *Sal.in d.l.*2. *C,de reſcind.vend.*
*iuxta doctrinam Cini, in auth. ſed quod ius, C.de rei vxor.*
*act.*& idem refert,& ſequitur *Aret.conſil.ſuo* 65.*in præſenti*
*conſultatione col.*2.*verſ.quia tamen audio.*

7 Secus autem eſt,ſi æſtimum olim,non autem de recenti
eſſet factum, & tunc agatur de probatione æſtimationis,
quia tunc,vt dixi,non probat, vt poſt *Alexandrum in d.*
*lege pretia rerum, animaduertit D.Feſtaſ.in citato capitulo*
*primo,num.*51.*verſic.conſidera. Addo P.Cabal. conſilio ſuo*
144.*num.*65.*vbi adducit tex.in l.*3.*§.Diui fratres ibi* (& iu-
ſta pretia non ex præterita emptione, ſed ex præſenti
æſtimatione conſtitui.) *ff.de iure fiſci, & in l. ad reſcinden-*
*dam,C.de reſcind.vend.*

8 Et ratio quoque eſt in promptu, quia cum pretia re-
rum tam mobilium, quam immobilium tractu temporis
varientur *d.l.pretia rerum,§. fin. ff.ad l.Falc. cum ſimilibus*
non ſequitur, iſta eadem res fuit pridem tanti æſtimata,
& pro tanto allibrata, ergo vnum tantumdem valet. Sic
*Panthal.de Crema,in d. l.*2. *n.*306.

9 Addo quod tale æſtimum probat ſolum, & factum eſt,
vt dumtaxat probet inter fiſcum,vel communitatem, &
illum,ad cuius nomen res deſcriptæ ſunt, ergo alijs non
10 debet præiudicare,argumento *l. ſi vnus,§. ante omnia, ff.*
*de pactis*, & propterea quia æſtimum tantummodo fa-
11 ctum eſt ad effectum ſupportationis onerum pro rata
quemlibet tangente,non debet vlterius operari: limitata
enim cauſa limitatum producit effectum, *lege age, C. de*
12 *tranſ.* Huic eidem limitationi ob ſupradicta ſubſcribit
etiam *Cl.D.Maſcar.d.concluſione ſua* 665.*num.*2.*cum qua-*
*tuor ſequentibus.*

13 Sublimitatur tamen iſta principalis limitatio, nam li-
cet Cataſtrum plenè inter alios æſtimatio non probetur,
tamen ex ſupradicto æſtimo oritur ſaltem concludens
præſumptio,quod ille fundus tanti valeat,iuxta illud pre-
tium, quod reperitur deſcriptum in ipſo æſtimo com-
muni.

14 Nec ſanè mirum, illa enim æſtimatio fit a magiſtrati-
bus publicè ad id conſtitutis,ideo præſumitur pro eo Ca-
taſtro, ſicut præſumitur pro quolibet actu à perſona pu-
blica confecto,*arg.l.ſecundæ,C.de officio eius*. Sic eleganter
poſt *Panthaleon.de Crema in d.l.ſecunda,n.*305.*Aretin.&*
*alios eruditiſſ. D. Maſcardus concluſione ſua præcitata* 655.
*num.*7.

## An ex æſtimi Libro quem eſſe, vel non eſſe ſoluendo, rectè comprehendi poſſit?

## QVÆSTIO V.

### SVMMARIVM.

1 *An ex æſtimi libro quem eſſe, vel non eſſe ſoluendo, rectè comprehendi poſſit? non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia.*
2 *Bar.ac alij pro affirmatiua.*
3 *Æſtimum probat præſumptiuè quem ampliora bona non habere,quam ibi deſcriptum ſit.*
4 *Cui quidem præſumptioni ſtatur non docto de contrario.*
5 *Fideiuſſor etiam debitore principali non excuſſo creditore, qui librum æſtimi pro communi habitum, & in loco communitatis aſſeruatum ei oſtendit, conuentus, non poteſt obijcere exceptionem ordinis, & excuſſionis, & ſi referat forſan debitorem plus in bonis habere, id probare, obſtricti eſt.*
6 *Contrariam autem ſententiam tenuerunt Bald. Angel. ac alij.*
7 *Fundamentum.*
8 *Concilia ex Alex.& n.*9.
10 *Alex.multi ſequuti ſunt.*
11 *Liber æſtimi probat bona in illo præſcripta oneribus obnoxia eſſe inter eaſdem perſonas eiuſdem territorij, ſecus inter alienigenas.*

An ex æſtimi libro quem eſſe,vel non eſſe ſoluendo rectè comprehendi poſſit? dubitatur.

1 IN huiuſmodi difficultate non eſt eadem omnium ſcri-
bentium ſententia.
2 *Bartol.enim in d.l.decem ſtipulatus n.*3.*ff.de verbor.obli-*
*gat.* expreſsè ſenſit pro affirmatiua, docuit enim is per
Cataſtrum, ſiue librum æſtimi rectè probari poſſe quem
non eſſe ſoluendo,cui adhæret.*Iaſon ibidem n.*35.*&* 36.*et*
*Panthaleon. de Cremona in dicta lege ſecunda, nu.*301. *C.de*
*reſcind.venditione.His adiungas Socc.conſil ſuo* 205.*num.*1.
*ferè in fine vol.*2. *Bottam poſt plures relatos conſil.*61. *nu.*8.
ac plures alios.
3 Hinc paſſim hanc eandem opinionem inſectantes ſcri-
pſere, Æſtimum probare præſumptiuè quem ampliora
bona non habere, quam ibi deſcriptum ſit, ſic *Alex.in*
*ſpecie,in d.l.decem, n.*17. *quem ſequitur Preteus poſt alios,*
*conſil.ſuo* 8.*num.*17. *volum.*1. Cui quidem præſumptionis
4 ſtatur non docto de contrario, pulchrè poſt alios *Botta*
*conſil.ſuo* 61.*n.*9.
5 Hinc etiam nonnulli ob ſupradicta docuere fideiuſſo-
rem,etiam bonorum principalis debitoris non facta ex-
cuſſione ritè a creditore, qui librum æſtimi pro commu-
ni habitum,& in loco communitatis aſſeruatum ei oſten-
dit, conuentum non poſſe obijcere exceptionem ordinis
ac excuſſionis, immò ſi is refert debitorem plus in bonis
habere,id eum probare obſtrictum eſſe.
6 Contrarium tamen ſenſere *Bald.Ang. & Raphael,in d.*
*l.decem.Addas Illuſtr.D.Manticam de Tacitis lib.*16. *titul.*
17.*num.*22.
7 Mouentur: nam non ſequitur in ipſo Codice æſtimi
tot bona ſunt deſcripta, ergò plura non habet debitor,
cum mobilia non deſcripta habere poſſit, ac in dies lu-
crari queat iuris præſumptione ad *l.ſi defunctus, C.arbi-*
*trium tutelæ.*

8 Pro

Pro ſedandis hiſce ſcribentium diſſenſionibus *Alex.*
8 *in d.l.decem,n.17.verſic.poſſet pro concordia*, ita diſtinguẽdum eſt opinatus. Nam aut eo tempore, quo codex conficitur, proclama editum eſt, vel loci ſtatutum diſponit quempiam ſub pœna propalare omnia bona ſua teneri, & quia illum delinquere velle à iure non præſumitur codex iſte probabit, vt ſupra, & hoc pacto Bartoli accepta ſententia vera erit.

9 Aut vero ſtatuto cautum reperitur, quod quis teneatur tantum immobilia profiteri, vel curet deſcribenda omnia bona tempore, quo conficitur ſtatutum, & tunc procedat opinio *Bal.Ang.ac aliorum.*

10 Hanc eamdem diſtinctionem poſt *Feſtaſ. in d. tract.de æſtimo, dicta parte 1.capitulo 1.num.58. probabit poſt alios. Clar.D. Maſcar.dict.ſua concluſione 665.num.9. & nouiſſimè Dom.Schuartzentaler, de ſtipulationibus, p.870. numer. 69. & 70.* Addas eundem *Dom. Maſcard.concluſ.ſua 204. per totam, & D. Franciſcum Schenardum conſil.ſuo 40.nu. 8. libr. 1.*

11 Obſeruandum eſt autem Coronidis quaſi loco, ipſum librum æſtimi bona in illo præſcripta oneribus obnoxia eſſe probare inter eaſdem perſonas eiuſdem territorij, ſi authoritate publica confectus ſit, ſeruatuſque a publicis perſonis, ſecus ſi alieni ſint territorij, ſic poſt *Bald. Alexand.Rom.ac alios Dom.Maſcard. dict.concluſione ſua 665. numer.fin.*

An per librum æſtimi cenſus probetur? ſexto loco dubitari contingit.

ET probari, ſi in ipſo æſtimo ille, cuius nomine res eſt deſcripta, dicat, & aſſerat rem illam ſoluiſſe cenſum alicui, puta Titio: docuit poſt *Foller.in ſua practic. cenſuali.Caſſaneum,Gulielm.Benedictum,& alios eruditiſs. D.Maſcard. concl.ſua 280. n.5.*

An per librum æſtimi probetur primum extremum in Saluiano interdicto? ſeptimo loco dubitatur.

HVic quidem difficultati adeò doctè, & eleganter ſatisfacit *Dominus Bartholomeus Scapuccin. poſt hæc congeſta viſus, in ſuo eleganti tractatu de Vtili Saluiano interdicto, libro primo, quæſtione vigeſimanono*, vt nil ſuperaddi poſſe videatur, ad ipſum, nec aliena mihi videar vſurpare, & ex ſcriptis ſcripta conficiam, lectorem beneuolum relego. Conferunt quæ ſcripſimus ſupra de hac materia, quæſt.2.& 3.

An per librum æſtimi probetur ſocietas? octauo dubitatur.

EX libro æſtimi probari communiorem, & ſocietatem, ſi bona quæſita fuerint poſtea de communi conſenſu in eo deſcripta, communi omnium ſcribentium voto receptum eſt. Sic præcisè docuit *per illum textum in leg.iura, Cod.de omni agro deſerto, libr.11.* vbi protulit hæc verba, (Nota hanc legem contra fratres, qui fecerunt ſe inſtrumentis emptionum tantummodo nominari, & poſtea prædia fecerunt in Cataſtro conſcribi eis, & fratribus, & ſic communiter tributa ſunt ſoluta, nam per hoc eſt fratribus dominium acquiſitum, ſicut ipſis, quos tenor inſtrumenti deſignat. Hactenus Bartol. quem nonnulli ſequuti ſunt, relati, ibidem in additionibus in litter. B. ſequutus eſt etiam *Rom. conſil. ſuo 291. numer. ſeptimo* vbi pro ratione conſiderat, quod quamuis deſcriptio de re alicuius eo ignorante, in Cataſtro meo, meo nomine facta, ſequutaque tributorum pro ea per me ſolutio in me illius dominium nõ transferat, vt *C.de rei vend.l.ſollemnibus.& in l.ſi functiones, C.de donat. tamen ſi in his ambob.* ſcientia cum patientia domini concurrat: ex iiſdem ius in eius dominio me acquiſiuiſſe, caſus eſt apertus, *in l.cenſualis, C.eod.de donat. His adde Cl.D.Menochium,de præſcriptionib.lib.3.præſump 56.c.21. & 22. & eruditiſſimum D.Hectorem Felicium in. ſuo eleganti tract.de.Societate c.11.num.15.& prius cap.3. num. 52.* vbi pulchrè Addo etiam *Card. Tuſcum,concl.ſua 313.n.11.in litt.S.*

Confert hic mirum in modũ, quod docuere communiter interpretes, quod tunc ſocietas, & communio minimè inducta cenſetur, quando alter ex ſocijs: ſiue fratribus bona ab eo empta non deſcribi fecit in Cataſtro communi, ſed ad proprium Cataſtrum dumtaxat ipſiuſmet ementis, ita *Clariſs.Menoch.conſil.ſuo 12.numero 15. libr.primo inquiens*, quod ſicut, quando bona fratrum ſunt omnia deſcripta ad Cataſtrum commune, præſumuntur communia, & communi nomine acquiſita: ita à ſenſu contrario Cataſtrum proprio nomine factum ſocietatem non initam demonſtrat, ibique nonnullos concordantes adducit: *Menochium ſequutus eſt in terminis D.Ioſeph. Ludouic.concl.ſua 53. pag.mihi 129. verſicul. Tertiadecima coniectura eſt*, vbi pulchrè. Satis.

Diuiſio bonorum, an ex libris æſtimi poſſit apparere.

## QVÆSTIO IX.

DIuiſionem bonorum ex libris Æſtimi, ſeu Cataſtri (vt noſtri vocant) conſtare poſſe, ſatis apertè poſt *Alex. conſ.92. numer. 6. in ſecundo teſtatus eſt Cl. Maſc.de probationibus, concluſion.527.n. 13.quem conſulas.*

Nec ſanè mirum, ſicut enim commune Cataſtrum arguit ſocietatem eſſe cõtractam: ita ex diuerſo Cataſtrum proprium profert non eſſe contractam ſocietatem, ſic poſt *Roman.& Menoch.Card.Mantica, de Tacitis, & ambig.lib.6. tit.10.n.19.*

Miſcellanea quædam non ſpernenda in materia librorum Æſtimi.

PER librum Publicum æſtimi, ſeu Cataſtri, in quo ſunt deſcripta bona teſtatoris, & ſuo nomine deleto per mortem, & eius loco adſcriptis nominibus ſuorum filiorum, ac hæredum, probatur dicta bona fuiſſe dicti teſtatoris quoad poſſeſſionem, & dominium, ſtante quod non appareat prius ſcripta ad æſtimum alterius, & ſtante in loco, ſtatuto pœnali contra poſſidentes bona, & non ponentes ad ſuum æſtimum. Sic poſt *Socc. & alios D. Simon. de Pret.in interpretatione vltimarum voluntatum, libro quinto pag. mihi 555. numero 359.*

Librum Cataſtri exibere tenetur, qui ſuper eo ſuam intentionem fundat. ita *Lancell. Gall. conſilio ſuo 112.numer. primo.*

Æſtimum eſt cauſa finalis collectandi. idem *Gallia d.cõſ. 112.n.3.& n.20. & 21.*

Liber æſtimi quo ad tertiam perſonam facit præſumptionem *Bal.in leg.quidam in ſuo, ff. de conditionibus inſtitutionum. Alexan. in l.prætia rerum, col.2. ff.ad leg.falcidiam.Socin.conſ.89. numero 12.in 1.* cum concordantibus deductis per *Ioannem Bottam conſilio ſuo 86. numero 21.* ſequitur etiam *Pancirol. conſilio ſuo 189. numero 20. &*

*Cephal. conſil. ſuo* 458. *numero* 73. *verſic. ſed quo ad tertium.*

Quinimmo quoad perſonas in eo deſcriptas omnimo dam probationem facit, *Rol. à Valle, conſilio quarto numero* 15. *in ſecundo Cephal. conſil. ſuo* 246. *num.* 7. *Burſat. conſil.* 16. *num.* 35. & *Botta poſt alios relatos, dict. conſil.* 86. *numero* 21.

Libris Cataſtri credi debet, quando per teſtes probatur conſuetudinem ſeſe habere quod talibus fides adhibeatur. *Herculan. poſt alios in ſuo reſp. pro Sereniſs. Hetriæ Duce numer.* 352. & 353. vbi etiam ſubdit, quod probatio ſcripturæ, etiam alias imperfectè, poteſt à conſuetudine validari.

Qui ſemel in æſtimo ſe deſcribi fecit, non poteſt amplius contrauenire. *Grat. conſil. ſuo* 61. *numero ſexto volumn.* 1.

Sollutiones Collectarum factæ ciuitati, aut clero pro aliquo prædio, ad denotandum ſoluentem fuiſſe illius rei dominum, vel poſſeſſorem, alio non docto, non probaret nec dominium, nec poſſeſſionem, pariunt tamen repetitionē ſoluti ab illo, qui illius rei poſſeſſio eſt. Caſus eſt in *l. ſolemnibus, Cod. de rei vendic. in l. ſi pater, Codic. de action. empt.* & *in leg. ſi functiones, Cod. de donation.* vbi deciditur, ex hoc non colligi donationem ex parte domini, quia ſcriuerit illum ſoluere functiones ipſas, ſequitur hoc idem *Clariſs. Dom. Peregrin. de fideicommiſs. articul.* 44. *numero* 8.

Standum eſt æſtimo facto de voluntate partium *Bald. in d. l. cenſualis, C. de donation, ſequitur Rol. dict. conſil. quarto n.* 16. & *M. Ant. Maceratenſ. Variarum reſol. lib.* 2. *c.* 43. *n.* 19. *Addo Alexan. conſ.* 92. *col. fin. in* 2. & *conſ.* 10. *col. fin. volum.* 4. vbi ſubdit æſtimum illis præiudicium inferre, qui deſcriptioni dicti æſtimi conſenſerunt.

Æſtimum ſolet fieri parte non citata, ita *Socc. conſil.* 205. *verſicul.* 3. *eadem concl. in* 2. *ſequitur Rol. d. conſ. quarto, num.* 18.

Æſtimum non poteſt mutari, quando eſt impoſita collecta, & eius ſolutio eſt iam deſtinata collectoribus, & niſi bona æſtimanda ponerentur in alio æſtimo. Sic poſt alios *Prateus conſilio* 119. *numero* 26. *in primo.*

Immunitas à collectis probatur ex libris æſtimi, ſi ibi non reperiatur deſcriptus grauand. Sic omnium elegantiſſimè poſt plures relatos *Burſat. conſilio ſuo* 176. *numero* 18. *in* 2. *qui poſt Ioannem de Amicis conſil. ſuo* 186. *num.* 19. *ſubdit*, quod libris ipſius eſtimi hodie plenè creditur, & quod non ſint ſubſcripti ab aliqua publica perſona.

Liber æſtimi probat ſcriptos in eo eſſe ciues. poſt alios *Ceph. conſil. ſuo* 246. *n.* 7. *in* 2.

Liber æſtimi etiam à Notario publico receptus, habenſque ſolemnia à iure requiſita ad eſſe ſcripturæ publicæ, & authenticæ, non nocet niſi recognoſcentibus, & his, cui conſenſerunt ipſius deſcriptioni. Sic poſt plures relatos *Cacheran. conſil. ſuo* 34. *numer.* 24. *cum duobus ſeqq.*

Libro antiquo æſtimi ſtatur quo ad fides, & latitudines prædiorum *Gulielm. Guidob. Aduocat. ſua* 104. *numero* 9.

Liber æſtimi fidem facit ſolum inter deſcriptum & ciuitatem, vel opidum, in quorum libris facta eſt ipſa deſcriptio, ſic poſt alios *Claris. Dom. Menoch. cōſil. ſuo* 929. *numer.* 28. & licet ſecundum aliquos, liber ipſius æſtimi faciat aliquam præſumptionem pro tertio, attamen aliqualis illa præſumptio non operatur, vt transferat onus probandi in aduerſarium, cum præſumptio etiam ſi iuris ſit, non tranſmittat probationis onus in ipſum aduerſarium. Sic præciſè idem *D. Menoc. d. conſil.* 929. *numer.* 29. & 30.

Liber æſtimi probat bona in eo deſcripta eſſe ſub finibus eius, ſub cuius æſtimo deſcripta ſunt *Menoch. conſilio* 147. *num.* 47.

Item probat in præiudicium eius, cuius bona in illo fuerunt deſcripta, quando is conſenſit, id quod contingit, ſi deinde collectas, & onera ex cauſa illorum bonorum deſcriptorum ſoluit. *Menoch. latè dict. conſil.* 147. *num.* 53.

Et hæc in hac materia ſufficiant latius per *Nicolaū Feſtaſ. in d. ſuo tract. de æſtimo, & collectis. Et per Card. Tuſcū concl. ſua* 128. *in litt. C. vbi Cataſtrum quid ſit*, & contineat, & an probet omnium elegantiſſimè diſceptatur dum conſulas; nec ex ſcriptis ſcripta conficiam. Adeundus idē *concl. ſua* 674. & 675. *in littera E.* vbi latè de hac materia, & *concl.* 345. *in littera L.* Addo *Dom. Schenardum conſilio ſuo* 40. *libro* 1.

## Notabilia quædam in materia Librorum Rationum.

Librum debitoris producens ſuſpectus eſt, quod eum ſubtraxerit *Barbatia inter alios conſil. ſuo quarto numero primo in* 3.

Liber creditoris non probat contra tertium *Surd. dec. ſua* 312. *numero* 1.

Libris antiquis de nobilitate creditur. *Turret. poſt alios conſil.* 14. *num.* 15. *in primo.*

Liber aut ſaldus in eo approbatus per aliquem, non poteſt amplius per eum improbari. *Hippol. Rimin. poſt alios conſ. ſuo* 665. *num.* 1.

Libri inſpectione rem non eſſet emphyteuticam probatur, in quo res amphyteuticæ deſcribi ſolent, ſi ibidem deſcripta non reperiatur, negatiua enim ita probatur, maximè ſi in libro res aliæ contiguæ deſcriptæ reperiantur. pulchrè *Hector Felicius Allegatione ſua Iuris* 13. *num.* 6. & 7. *parte* 3.

Libro fratris adminiſtrantis bona hæreditaria credendum eſt. *M. Brunus poſt alios, conſilio ſuo* 128. *numero quinto.*

Libris publicis fides eſt adhibenda. *Rutger. inter alios conſ. ſuo* 6. *num.* 25. *in* 1.

Libri Comitum, qui fuerunt legales, & nobiles veritatem præſumuntur continere. *Ruminal. iunior conſ.* 379. *nu.* 23. *in quarto.*

Liber Pontificalis eſt authent. & probat; idem in alijs libris, quibus Eccleſia Romana vtitur in ceremonijs, & ordine Sacramentorum, & diuinorum officiorum. *Mohedan. dec. quinta, de fid. inſtrum.*

Cuicumq; libro priuato; accedente probabilitate, fides adhibetur, ſic præcisè poſt plures relatos, *D. Maſcar conclus. ſua* 670. *num.* 4.

Ætas an probetur ex ſcriptis, & libro parentum amplisſimè docuerunt *Clariſſimus Menochius de arbitrarijs libro ſecundo, Centuria ſecunda caſu* 116. *numero quarto cum ſequentibus.* & *Domin. Maſcar lus concluſione ſua* 670. *per totam.* His accedunt *P. Aemill. Verrall. deciſione ſua* 314. *numero tertio*, & *Viuius deciſione ſua* 184. *numero tertio*, vbi ſubdit ita alias fuiſſe deciſum de anno Domini 1583. in Regia audientia Apuliæ. Addo *Cardin. Tuſcum. concluſione* 346. *numero* 31. *in littera L.*

Ætas ex libro natiuitatis ſufficienter probatur. *Viuius poſt infinitos adductos dict. deciſione* 184. *numero decimoquinto addo Vincent. de Anna Singul. ſuo* 379. vbi ita meminit deciſum anno Domini 1568. in ſacro Regio Conſilio.

De

De hac eadem materia, an, & quomodo probetur ætas alicuius, differit etiam *Illuſtriſſim. Cardinal. Tuſcus concluſione ſua 340. per totam vide per eum in litter. E.*

Liber rationum perſonæ Eccleſiaſticæ probat ipſam eſſe perſonam Eccleſiaſticam. *Maſcard. concluſione ſua 977. numero 13.*

Libri rationum pro publicis adeo habiti, vt differenter iudices eis vtentur, pro publicis probant *Maſcard. poſt Bald. & alios concluſione ſua 976. numero 56.*

Statur iuramento hæredis libros confectos per defunctum ad eum non perueniſſe, ſed poteſt benè conuinci de mendacio. Sic poſt *Aretinum conſilio ſuo 119. Vrſil. in addition. ad Afflict. deciſione ſua 274. numero 4.*

Libri compaginati, nec habentes debita requiſita, non carent ſuſpitione, *Gratian. deciſione ſua 137. numero 30. poſt Decian. conſilio 100. numero 16. in 2.* imò potius vocari poſſunt, vt vulgo dicitur, ſquartafogli, quibus non creditur, *Bald. Iaſon. Straccha, & alij relati per Gratianum dicto loco, numero 3.*

Libros rationum, vel ſimiles ſurripientes, & furti, & ad id, quod partis intereſt tenentur, ſic per *lege Paul. vbi Bart. ff. de falſ. lege qui tabulis, & leg. eum qui emit, & leg. 1. ff. de furtis. P. Bimius conſilio ſuo 91. numero 16. volum. 1.*

Quando ſcribens eſſet homo fide dignus, & partitæ verificarentur, ei poſſet credi. Sic poſt *Iaſon, Decium, Decian. & alios Turret. conſilio ſuo 77. numero 29. & 30. vbi hoc tamen remittit iudicis arbitrio in ſecundo.*

Debito ſoluto qua actione chirographum repetatur, vide *Iacob. Schultes, quæſt ſua 8. libro 1.*

Libri Curiarum, Ciuitatum, Epiſcoporum, vel aliorum præſidentium, ſi ſcribantur manu priuata, an & quando probent? videndus *Bal. in lege exemplo, Cod. de probation. vbi latiſſimè.*

Libros rationum ſi quis vidit, nec contradixit fidem eorum approbaſſe cenſetur. *Clariſs. Dom. Farinac. deciſione ſua 845. numero 3.*

Infinita alia deducuntur, in hoc propoſito per *Illuſtriſs. Card. Tuſch. concluſ. ſua 346. in littera L, per totam.*

*Apocha manu Cardinalis ſubſcripta, vi ſtatuti Vrbis Romæ, cap. 83. libro 1.* vigorem obtinet publici inſtrumenti, & exequutionem paratam habet *Clariſ. Farinac. deciſione ſuæ Rotæ Romanæ in Nouiſſ. deciſione 272. num. 1.*

Scripturæ factæ in vna Ciuitate, in qua illis adhibetur fides, eſt etiam fides adhibenda in alia Ciuitate, in qua producitur *Rota Genuenſis, deciſione 38.*

Ex inſcriptione libri rationum coniectura ſumitur, quo nomine in dubio fuerit facta acquiſitio. *Hector Felic. de Societat. capit. 3. numero 47.*

Libri rationum communi nomine ſubſcripſi probant ſocietatem, pulchrè *Felicius de ſocietat. cap. 11. num. 19.*

Liber continens ſcripturam continuatam abſque ſuſpitione fraudis, & antidatæ, probat veritatem temporis, & dierum etiam in concurſu creditorum maximè ſtante qualitate perſonæ Mercatoris legalis, & approbat *Stephan. Gratian. diſceptatione ſua 391. numero 3. cum ſequentibus.*

Si plures apparerent apochæ, ideſt quietantiæ vno tempore pro pari ſummam, præſumetur vna quantitas. *Zazius in leg. ſi pluribus, §. ſi eadem, num. 17. ff. de lege 1.*

## Regulæ quædam ſingulares in materia librorum Mercatorum.

Liber Mercatorum poſtquam eſt ſpoliatus, & redactus in alium librum non poteſt amplius accommodari, ita *Dom. Farinac. conſilio ſuo 18. numero 3. & 4. cum ſeqq.* vbi etiam docet, quot regulariter requirantur ad hoc, vt partitæ librorum ipſius mercatoris poſſint ſtornari, vt illius verbis vtar, & accommodari.

Mercator, qui mandante meo debitore mihi ſoluit vel promittit, etiamſi mandans cedat foro cogitur nihilominus is, qui litteras acceptauit, ſoluere: *Surd. poſt alios conſilio ſuo 528. numero 14. in 4. idem ſub numero 15.* vbi docet etiam, quod repetitio non datur ei, qui ſoluit pecuniam de mandato mercatoris ob ſequutam decoctionem mandantis.

Mercatorem delegans, quem ſcit breui decocturum, vel fugam abrepturum, non liberatur propter dolum, ſic poſt *Bald. in lege ſi cum dotem, §. mulier, il primo ff. ſolution. matrim. Ang. Caſtrenſ. Alexand. & alij, P. Surd. conſilio 528. numero 8.*

Libri mercatorum in ſtatu Eccleſiaſtico probant vſque ad ſummam ducatorum 20. Paulus III. Bulla 47. quæ incipit, Dudum, & Pius IV. Bulla 59. quæ incipit. Volentes, diſponit, vt probent vſque ad 30. Refert *Zerola in ſua praxi, in verſ. libri, ſeu Cataſtrica, in fine.*

Iuramento mercatoris ex forma ſtatuti ſtandum eſt, ſi ſit perſona legalis, bonæ conditionis, & famæ; ita *Seraphinus de iuramenti priuilegio ſuo 1. numero 33.*

Litteræ, quæ mittuntur inter mercatores, habent vim publicorum inſtrumentorum. *Cardin. Zabarela conſilio ſuo 153. numero 1. Rota Genuenſ. deciſione ſua 142.*

Liber mercatoris qualitatem mercium probat contra mulionem culpæ reum. *Crauet. conſilio 369. numero 20.*

Scripturæ mercatorum, an etiam probent, differit *Cardinal. Tuſchus concluſione ſua 77. in litter. S, vide per eum.*

Scriptura priuata facta etiam inter mercatores, & iuris ignaros, in qua dicitur Titium promiſiſſe, interpretatur per ſtipulationem. *Clariſs. Peregrin. de pactis, & conuentionibus libro 5. pagina 102. numero 43.*

Quandam cautelam pro chirographis mercatorum ponit *Bart. Cæpolla cautela ſua 89.*

Statuta Mercatorum circa diuerſa non obligant tertios non mercatores, & quomodo intelligantur? latiſſimè diſcutit *Dom. Cardinal. Tuſchus concluſione ſua 593. per totam in littera S.*

Mercator de iure, & conſuetudine libros rationum conficere tenetur, & propterea eos feciſſe præſumitur. Iurari poteſt in litem contra mercatorem nolentem edere libros rationum, etiamſi dicat eos non confeciſſe, ex quo eos facere tenebatur, pulchrè *Petr. de Cabal. conſilio ſuo 123. numero 27. & 28. in 2.*

## De Libris annalium.

Libris Annalius creditur, quatenus recepti ſunt in iure *Gratus conſilio 9. numero 7. volum. prima.*

Liber Annalium in quo narratur Eccleſiam fuiſſe a ſuis anteceſſoribus fundatam, probat ius patronatus *Gratus reſponſo. 9. numero 6.*

Sic etiam libris hiſtoriarum creditur, maximè in factis antiquis, quando hiſtoriæ non ſunt reprobatè. Sic poſt præciſè *gloſ. in cap. placuit, 16. diſtinction. Dom. Vlderic. Zaſius conſilio ſuo 16. num. 1. volum. 2. Addo Clar. Farinac. deciſ. ſua 18. num. 2. cent. 7. Rotæ Romanæ, vbi pulchrè.*

De materia autem librorum ipſarum Hiſtoriarum adeo doctè, & eleganter diſceptat duo iuris Luminaria Magna *Maſcard. concl. 287. & Illuſt. Card. Tuſc. concl. 139. in litter. H,* vt nil aliud ſuperaddi poſſe, vt vnuſquiſque fateatur, neceſſe ſit, ad eos Lectorem remitto, adeundus, idem *Car. Tuſc. conc. 346. n. 16. in lit. L,* vbi regulam propo. nit, quod per librum Hiſtoriarum, & Annalium probatur

ius patronatus, videndus quoq.*concl.ſua* 398.*n*.26. *in littera I*,vbi tradit,quod iudex poteſt adhibere fidem,libris ipſis hiſtoriarum etiam in *deciſion.cauſa um.adducit Bart. in l.*1.*ff.ſi certum petatur.& Felin.in cap.ex parte,num*.25. *de Reſcriptis*.

Adeundus quoque *Clar.D.Petrus de Caball.nouiter editus conſil.ſuo* 95.*num*.16.*in* 2.vbi tradi quod libri hiſtoriarum ad aliquid probandam allegari poſſunt, & illis eſt credendum.

De Libro Principis.

Liber Principis an probet? Videndus *Card.Tuſcus concl*.343. *in littera L*, vbi pulchrè.

De Libris Collegiorum, & Tribuum.

Libris Collegiorum, ac Tribuum plenam adhiberi fidem firma pro regula: licet enim propriæ publici dici nequeant, cum ex priuatis perſonis hæc collegia tantum conſtent: quia tamen huiuſmodi ſunt vt potentia, ſinguli Senatores exiſtant, quam ex ijs Senatores eligantur vt Mediolani, Coloniæ, Venetijs, & alibi moris eſt, quaſi publicam videntur conſtituere perſonam, & ſic horum libri plenè probant. Sic præcisè docuit *Rutger. Rulant.de Commiſſionibus lib*.5.*cap*.10. *numer.ſexto*.

De Libris alicuius Magiſtratus, ſeu Senatus.

Libro Senatus, ſeu Magiſtratus in quibus illa, quæ Senatus agit, comprehenduntur, contra ſubditos plenè probare,non eſt dubium.

Si autem Senatus ipſe producat,ſimiliter probant præſertim in antiquis, ex ea ratione, quod in Senatu ſemper præſumitur multitudo teſtium ſic poſt *Caſtr. & Iaſon;docuit præcisè Do. Rutger. Rulanth.de Commiſſionibus libro* 5. *cap*.6.*n*.8.vbi ſubdit anno Domini 1577. de menſe Octobris ita iudicatum.

Eandem vim obtinent libri Miſſiuarum alicuius ciuitatis continentes litteras ad alios miſſas.Sic præcisè idem *Rulanth.præcit.n*.8.

Parem ferè naturam habent libri, in quibus pœnæ, & mulctæ in cauſis criminalibus inſcribuntur, (vulgo vocantur, Le Rape.) eos enim probare pro Magiſtratu contra illum, qui punitus eſt: vel eius hæredum, dubio caret;

Sed an contra tertium merum imperium probent? maior eſt dubitatio: *Rulanth.præcitato capitul.ſexto.numero* 10. opinatur, quod non, maximè ſi de poſſeſſorio tractetur, vbi inſtrumenta non facilè ad probationem admittuntur.

Si autem priuatus priuatum ratione criminis aliquando punitum probare vellet, tunc eos ad probandum vires habere arbitratur, & latius, vt per eum, quem conſulas.

De Libris Iudicialibus.

Libri Iudiciales, in quibus actus voluntariæ iuriſdictionis, inſinuationis donationum, dationum tutelarum,& generaliter omnia, in quibus iudicis decretum interponitur, inſcribuntur, ſiue à Magiſtratu, ſiue à priuato producantur,plenè probant, *cap.ſcriptura,de fid. inſtrumentor. leg. publicas, & ibi Doctor. Codic.de teſtamentis,& leg.fin.Cod. de re iudicata*, ex ea ratione, quod in iudicio ſemper præſumatur adeſſe multitudo teſtium, ſequutus eſt præcisè *Clariſs. Dominus Rutger. Rulanth. de commiſſionibus libro quinto, capitulo ſexto, num.decimoquarto,&* 15. vbi ſubdit ita multoties reſolutum.

De Libris Feudalibus.

Si Dominus hiſce libris feudalibus contra extraneum volentem eximere vaſallum vtatur, rectè id agere poſſe firma ſit concluſio: *Rutger.Rulanth.de commiſſionib. lib*.5.*cap*.6. *nu*.13.

Hi libri in antiquis accedentibus maximè alijs coniecturis plenè probant. *Rulant.ibid*.

Si Dominus ijſdem libris contra vaſſallum vtatur, plena ex ipſis oritur probatio.Sic poſt *Modern. Pariſ.& Zaſium Rulant.d.n*.13.

Vaſallus eos etiam contra priuatam efficaciter adhibet.*Rulant.ſub n*.14.Sed hęc breuiter tetigiſſe ſufficiat.Latius autem de hac materia diſſerit, idem *Modern.Pariſ.in ſuat conſuetudines Pariſienſ.tit*.1.§. 8.vide per eum. *Addo Guid.Papæ,q*.59.*n*.4.

De Libris Collectarum.

Illud, quod apparet obſeruatum per annos decimo per libros collectarum, debet in futurum quoque obobſeruari. Sic præcisè poſt alios *Dom. Vrſil.in additionibus ad Afflict.deciſ.ſua* 303.*num*.7. quem conſulas. Videndus quoque *Dom. Monald.conſil.ſuo vndecimo, per totum, volumine* 1.

Collectas autem fuiſſe ſolutas quando, & qualiter probetur,diſſerit inter alios *Cl. Maſcar. de probationib.concl*. 316. ad quem etiam ſe remittit *Curd. Tuſch. concluſione ſua* 450. *in litt C*.

De materia iſta Collectarum ampliſſimè idem *Cardin. Tuſc.concl.ſua* 447.448.449.*&* 450.*in litt.C*. diſceptatur, eum conſulas Sat enim loca tetigiſſe.

De Libro Datariæ.

Librum Datariæ nullam fidem facere, cum ſit liber priuatus tenuit alias Rota Romana in vna Pampilonenſi penſionis, coram bonæ memoriæ Bubalo teſte *Farinac. in ſuis deciſionib. Rotæ Romanę deciſione* 594. *numero* 2.*verſic.neque obſtare*:quod quidem eo magis poſſet procedere,quando in eo adeſſet incertitudo,argumento, l.duo ſunt Titij de teſtamentaria tutela, & *leg.non hoc, C. vnde legitimi*.

Contrariæ tamen ſententiæ adheſit idem *Cl. Farinac. inter cæteros d.deciſ.num*.3. docet enim ibi, quod cum liber ille ſit per officialem ad id deputatum conſcriptus, vtique plenam fidem facit,quando tamen eſt recognitus, ad notata per *Bart.in l.argentarius, & in l.quædam, de edend.& in l.Titiæ textores,de leg*.1.

Quod etiam ſenſit Rota in eadem Pamphiionenſi coram Reuerendiſſimo Patre Dom. Gipſio anno 1585. & 1586 & in cauſa Cartaginenſi 11.Maij 1592. coram Reuerendiſs. Penia.Latius vide per eumdem *Farinac. ad eas quoque Illuſtriſs.D. C. Seraphinum deciſ.ſua* 1088.*n*.4. vbi ſupradicta omnia repetijt.

Folium album quando veleat, & obliget, vel non.

Differit de hac materia *Card. Tuſc.concl.ſua* 409.*in littera F*,vide per eum.

## De Giornali, ſeu libro Diario.

*SVMMARIVM.*

1 *Giornale, quid ſit, definitur.*
2 *An fidem faciat, Doctores inter ſe contrarijs extitere.*
3 *Affirmatiuam tenuere nonnulli.*
4 *Contrariam vero alij.*
5 *Author tuetur affirmatiuam, & n.6.*

### De Giornali.

1 Giornale eſt protocollum, ex quo liber ipſius mercatoris, ſeu Codex formatur, atque conficitur, ſic pręciſè, & eleganter ſubtilis *Alciat. lib.6. reſpōſorum conſ.64. n.5. cum ſeqq. ſequitur Rota Genuenſ. deciſ.123. n.6.*

2 An autem ipſi regulariter fides adhibeatur, non eſt eadem omnium Scribentium ſententia.

3 Affirmatiuam enim tenuere *Berous conſ.87. numer.46. vol.3. & D. Ioſeph. Ludou. concl. ſua 29. pag. mihi 74. col.1. verſ. amplia.38.. Addo Gratum conſ. ſuo 12. numer.69. vol.1.* qui ſubdit hunc librum Bononiæ abſque alio approbatum eſſe, id quod etiam ſequutus eſt *Card. Tuſch. concl. ſua 346. nu.11. in litt. L.*

4 Contrariæ autem opinioni adhęſit *Rota Genuenſ. deciſ. 2. n.27.* vbi nonnullos concordantes deducit.

5 Ergo autem à priori minimè recedendum dijudico; arbitror enim, quod ſi libris ipſorum mercatorum regulariter fides adhibetur, prout loco ſuo ſatis abundè concluſum fuit: quod multo magis adhibenda fides ipſi Giornali, ex quo libri ipſi conficiuntur.

6 Præterea cum ipſum Giornale ſit tamquam procollum, vbi negatur rationem eſſe perfectam debet ad illum recurri, & edi, ſicuti dicimus de cæteris originalibus, vt habetur *in l. Sempronius ff. de legat. ſecundo, & ſequitur Alciat. d. conſ.64. num.6.* ergo ipſimet abſque dubio fides adhibenda eſt.

## De Scartafacijs, ſeu Memorialibus.

1 *Scartafacium quid ſit, definitur.*
2 *Scartafacio non adhibetur fides.*
3 *Ratio.*
4 *Amplia, vt nec contra ipſummet ſcribentem.*
5 *Fundamentum, & n.6. & 7.*
8 *An ſcriptura Mercatoris facta in ſuo libro ad fauorem alterius reuocari poſſit dubitatur.*
9 *Author proponit varios caſus, de quibus, & numer.10. cum ſeqq.*
14 *Quædam opinio Cl. Menochij in conſ. ſuo 296. num.93. cum ſeqq. deducitur.*
15 *Afferuntur rationes, quibus ipſamet opinio fundatur, & n. 16. & 17.*
18 *Eam tamen damnat, atq; improbat author.*
19 *Fundamentum.*
20 *Reſoluuntur conſiderationes Menochij in conſil. vſque ad finem.*

### De Scartafacijs.

1 Scartafacium nil aliud eſt, quam id, quod memoriæ ſeruandæ cauſa ab ipſo mercatore conſcribitur, vt inter alios tradit *Clariſs. Menoch. conſil. ſuo 296. numer.91. & num. 95.*

2 An autem ipſi regulariter fides adhibenda ſit, rem paucis perſtringendo, conclude pro negatiua. Sic præciſè *D. Iaſ. in d. l. admonendi, numer.81. in fine, ff. de iureiurand.* vbi concordantes adducit *Bald. Caſtrenſ. Alex. Rom. ac alios, & in Repetitione eiuſdem legis, numer.115. verſic. ſecundo limita*, ſequutus eſt poſt plures alios relatos *Clariſs. Menoc. dict. conſil.296. numer.28. & 29.* vbi reddit

3 rationem dicens: nam hæc ſcartafacia ſunt quidam libri ſine ordine confecti, atque conſcripti, quibus non creditur.

4 Amplia, vt nec etiam contra ipſummet ſcribentem, ex ipſo ſcartafacio oriatur probatio. *Hector Felicius in ſimili poſt plures relatos. Allegatione ſua 18. num.2. lib.1. & Grat. reſponſ. ſuo 123. num.1. in ſecundo*, id quod tali ratione ad viuum demonſtratur.

5 Non plus probat Scartafacium, ſeu memoriale, quam confeſſio facta abſente parte Sic poſt *Bald. in Rubr. C. de conſtituta pecunia. D. Menoc. conſ.296. num 75. & num.94.* vbi pulchrè.

6 Cum autem confeſſio facta abſente parte ipſi confitenti minimè noceat, ab eoq. reuocari libere poſſit, *l. certum, §. ſi quis abſente de confeſſis*, idem dicendum eſt, de ſcriptura facta in memoriali, & Scartafacio, & proinde patet ex ipſo Scartafacio nullam fidem promanare contra ipſūmet ſcribentem, quam quidem opinionem ſequuti ſunt plurimi, quos refert, & ſequitur *Modern. Pariſ in ſuas conſuetud. Pariſienſ. titul.3. gl.1. §.8. numero 20. Addo Iacob. Mandel. Albenſ. conſil. ſuo 529. numero 33. & Illuſtr. D. Cl. Seraphin. deciſ. ſua 303. numer.1. & per tot. vbi tamen ſubdit ſub numer.6.* quod ſaltem facit aliquod adminiculum probationis contra ipſum ſcribentem, & latius vt per eum.

7 Conferunt hic mirum in modum, quæ ſupra de libris rationum in genere latè deduximus, ſub num.129. cum ſeqq. ibi dicta lector perlegat. Confert quoque mirabilis doctrina quædam *D. Bald. in l. iuriſgentium, §. ſi ob maleficium numero ſexto ff. de pactis*, docuit enim is, quod ſi reperitur, in Chartophilatio cuiuſdam talis ſcriptura, Titius debet à me recipere 10. ex cauſa donationis, quod talis ſcriptura non obligat ipſum ſcribentem, & latius, vt per eum quem conſulas. Contra tamen vrgere videntur ſcripta per *Rotam Genuenſem, deciſ. ſua 96. per totam*, vbi concludit, quod debitor ſummæ per abacum ſuper fogliaccio, ſeu appapiru, non ſcripta partita ad formam libri tenetur licet ad reddendam rationem fogliaccia, ſeu appapirus non admittatur, ſed exhibendi ſint libri.

8 Sed pulchra (pro coronidè huiuſce materiæ) excitari poteſt hic quæſtio, & eſt, an ſcriptura mercatoris facta in ſuo libro ad fauorem alterius reuocari poſſit.

9 Pro huius quidem difficultatis clariori reſolutione, ac intelligentia, nonnullos caſus, qui de facili in praxi concontingere ſolent, diſtinguendos eſſe reos.

10 Primus quidem eſt, quando in libro rationum principali, & Codice ſuo magiſtrali ſcripſit mercator mandato Sempronij, ſe aliquid debere, ſolutumque eſſe Aloyſio puta, qui abſens eſt: Hoc in caſu ſtatim, ex quo id ſcriptum eſt à mercatore, non poteſt amplius reuocari, & ob id probat is liber ad fauorem Aloyſij, ſic præciſè poſt *Ioannem Andream Caſtrenſ. Iaſon, Rotam Romanam,*

*Crauettam* , *ac alios Clariſs. Menoch.dict.conſil.296. numero 90.*

11 Secundus principalis caſus eſt, quando in libro , qui Giornale appellatur, ſeu in Scartafacio quod memoriæ cauſa à mercatore conſcribitur, vt ſupra diximus, mercator ipſe ſcripſit , mandato Mæuij ſe aliquid debere, ſoluturumque eſſe Aloyſio abſenti , & is Aloyſius nondum ſcripſit , nec acceptauit promiſſionem , & ſcripſit , nec acceptauit promiſſionem , & ſcripturam illam , & dubitatur, an hæc ſcriptura , ſi non eſt a mercatore ſcribente reuocata , probet contra eum ad fauorem ipſius Aloyſij , & concludendum eſt probare, ita poſt *Decium*, *Crau. & alios D. Menoc.dict.conſil.296. numero 91.*

12 Tertius adducitur caſus,& eſt, quando in Scartafaccio, & memoriali ſcriptum eſt aliquid pro Aloyſio abſente, & is Aloyſius nondum ſciuit,nec acceptauit, an licitum ſit ipſimet mercatori quod ſcripſit,poſtea reuocare ? & pro affirmatiua concluſio firmanda eſt , ſic poſt *Crauet. Rotam Romanam* , *ac alios Dom.Menoch. dict.conſil.296. numero 92.*

13 Poſtremus caſus eſt , quando in Scartafacio , & memoriali ſcriptum eſt , vt ſupra pro Aloyſio abſente, qui ſciuit ita ſcriptum, & acceptauit expreſsè, & dubitatur, an liceat hoc caſu ipſi mercatori, quod ſcripſit, poſtea reuocare.

14 Clariſſimus vir, & numquam ſatis laudatus *D. Menoc. d.conſ.296. num.93. cum duobus ſeq.* concludit pro affirmatiua.

15 Mouetur, quia ea parte mercatoris ſcribentis non affuit ab initio perfectus conſenſus,quod voluerit verè ſoluere, cum id tantum annotauerit in ipſo Scartafaccio, & memoriali cauſa memoriæ, vt deinde deliberaret, an deberet ſoluere, vel non & ideo cum libro magiſtrali non tranſtulerit ſcripturam,& promiſſionem illam dicitur facti pœnituiſſe.

16 Conſiderat præterea, quod ſcripta in memoriali , & Scartafaccio poſſunt caſſari, variari, & reuocari, vt alias dictum fuit.

17 Accedit tertio loco ſecundum eum illa iuris conſideratio, quod ſcriptum in memoriali mercatoris, nil plus operatur ad fauorem abſentis , quam confeſſio extraiudicialis,quæ quidem confitenti non præiudicat, & quandocumque reuocari poteſt,ad l.certum,§. ſi quis abſente,de confeſſ. Hæc,ſed longè latius, & elegatius pro ſua opinione deduxit *Cl. Menoch.*

18 Mihi tamen (vt quid ſentiam libere loquar)opinio iſta Domini Menochij viri alioquin Clariſſimi, ac Iuriſperitorum noſtri temporis facilè principis, non ſatis probatur : Arbitror enim ego in hac hypotheſi non eſſe licitum ipſi mercatori, quod ſcripſit mandato Titij ad fauorem puta Aloyſij,qui ſciuit ita ſcriptum, & acceptauit expreſsè, poſtea reuocare.

19 Moueor, nam ipſemet mercator , qui mandato Titij (repeto)ſe aliquid debere,ſoluturumque eſſe Aloyſio abſenti ſcripſit,qui tamen Aloyſius ſciuit ita ſcriptum,& acceptauit expreſsè; ſpopondit ipſimet Aloyſio ſe ſoluturum quantitatem conſcriptam, & faſſus eſt ſe illius eſſe debitorem, ergo in præiudicium ipſiuſmet Aloyſij , cui iam dicta promiſſio facta fuit , non licet ipſi amplius pęnitere,alias ipſemet Aloyſius remaneret deluſus, crederet enim abſque alio ab ipſomet mercatore ſe quantitatem debitam conſequuturum , & tamen res aliter ſe haberet.

20 Qua opinione ſic firmata non officiunt contraria.

21 Ad primum enim reſpondetur negando, quod ab initio non affuerit ex parte Mercatoris ſcribentis perfectus conſenſus,quod verè voluerit ſoluere,nam immo affuit , nec officit,quod id tantum annotauerit in ipſo Scartafaccio,& memoriali cauſa memoriæ, vt deinde deliberaret, an deberet ſoluere,vel non quia negatur pariter, quod id in ipſo Scartafaccio annotauerit,vt deliberaret poſtea, an deberet ſoluere, vel non ; nam id annotauit dumtaxat memoriæ ſeruandę cauſa , animo poſtea regiſtrandi in Codice ordinario , ſeu libro magiſtrali , & ſi id poſtea non egit , non debet hoc tamen præiudicare ipſimet Aloyſio creditori , cui iam promiſſio facta fuit.

22 Non officit ſecundum, dum dicebatur,quod ſcripta in memoriali , & ſcartafaccio poſſunt caſſari, variari, & reuocari, quia ſupradicta minimè procedunt, quando is, ad cuius fauorem ſcriptum eſt,ſciuit, quod ſcriptum fuit, & acceptauit expreſsè.

23 Ad vltimum reſpondetur , ita ipſum retorquendo. Scriptum in memoriali mercatoris idem operatur ad fauorem abſentis, quod confeſſio extra iudicialis, ex ſententia Menochij.

24 Sed confeſſio extraiudicialis, parte tamen præſente, & acceptante, ideo plene probat, & contra ſcribentem fidem facit, vt nequeat amplius poſtea reuocari ad latè tradita per *Clariſs. Maſcard. Concluſione ſua 346. per totam* : ergo & hæc ſatis. Sed alia ſecundo loco ſubingreditur hic dubitatio, & eſt: an iſta Scartafaccia , ſeu memorialia edenda ſint ab eo;qui ipſamet conſcripſit ? & rem paucis perſtringendo,conclude pro negatiua. Sic etiam ſenſit *Dom. Iacobus Mandel. Albenſis conſilio ſuo* 453. *numero ſeptimo* , vbi rationem adducit diuen nam cenſentur huiuſmodi notulæ ſeu memorialia fieri pro vtilitate ipſius ſcribentis tantum, & ad breue tempus, & ad eum finem , vt commodus poſtea transferatur ea ſcriptura in librum, quem habet pro authētico nimirum igitur. Si poteſt ipſemet ſcribens eiuſmodi notulas poſtea,vel celare vel lacerare,vel quouiſmodo eis renuntiare vnde.

Aduerte tamen ſpecialem eum in vſurario, vt ipſe ad huiuſmodi memorialium editionem teneatur pulchrè , idem *D. Albenſ. præcitato loco* idque in odium, ſeu confe. runt ſcripta per nos *ſupra libr. quarto titul.de libris vſurarij, num.*21.

### Bulletinum, quod fit pro peſte , vel aliqua alia cauſa, an probet?

PRo reſolutione videndus *Dominus Maſcardus concluſione ſua* 247. & 248. vbi, an, & quomodo bulletinum ipſum probet aliquem non eſſe de peſte ſuſpectum, eleganter etiam ediſſerit,ad eumdem *Maſcardum ſe remittit quoque Illuſtriſſ. Dominus Cardin. Tuſcus* , *concluſione ſua* 133. *in littera B. pagina mihi* 597. *columm.* 1. ferè in fine.

## De Schedulis breuis ſed elegans diſceptatio.

### SVMMARIVM.

1 *Schedula varijs modis accipitur, & n.2.3. & 4.*
5 *Schedulæ aut ſunt obligatoriæ, aut liberatoriæ.*
6 *Obligatoriarum aliæ ordinariæ , aliæ verò extraordinariæ.*
7 *De ordinarijs agit author, & n.8.*
9 *Quæ ſint extraordinariæ , docet idem author , & num.* 10. & 11.

12 *Libera-*

12 *Liberatoriæ ſchedulæ quæ ſint declaratur, & nume.*13.14.
15.& 16.
17 *Schedula Bancharia habet vim ſolutionis.*

1 SChedula, quam aliqui ſine aſpiratione ſcribunt, & quæ
idem eſt, quod chirographum, & antipocha, ſeu apo-
diſſa. Ad tradita per *Rebuff. in ſuo tract. de Chirographo-*
*rum recognitione, numero decimoſeptimo*, multis varijſque
2 modis deſcribi ſolet. Deſcribitur enim primò, vt ſit fo-
lium chartæ, ſiue papyri nondum compactum, & liga-
tum, teſte *Plinio, lib.*13. *Hiſtoriarum Natural. c.*2.
3 Alij ſchedulam ipſam putant tabellam, ſiue pagellam
liliaceam, qua pro chartis priſcos vti ſolitos Hiſtoriogra-
phi, & Poetæ tradiderunt. Quintilianus verò, & alij
quamplures pro libris, monumentiſque litterarum eam
capiunt teſte *Catell. Cotta, in ſuis memorialibus, in verſicu-*
*lo Librorum*.
4 *Rebuff. autem dicto ſuo tractatu numero* 15. accipit eam-
dem tam pro chirographo, quàm pro alia ſcriptura pri-
uata, & ſubdit, quod communis vſus ſcribendi detraxit il-
li elementa illa, S. & S. & ſcribit ſchedulam, & in hoc qui-
dem ſenſu ipſammet, & nos accipimus.
5 Hoc præmiſſo. Sciendum modo eſt, quod ipſemet
Schedulæ, aut ſunt obligatoriæ, aut liberatoriæ: obligato-
riæ deſcribi poſſunt, quod ſint ſcriptura, qua quis ſe, aut
ſuos ad aliquid dandum, vel faciendum obſtringit, ac
obligat.
6 In hiſce autem aliæ alijs maiorem fidem, & authorita-
tem præſtant, & hoc reſpectu diuidi poſſunt in ordina-
rias, & extraordinarias.
7 Quod autem ſchedulam ordinaria attinet, & regulari-
ter paruam fidem facit, niſi ſolemnitates, quæ præcisè in
ſcriptura qualibet priuata deſiderantur, in eadem inter.
8 ſint, & ideò, vt probet, requiritur inter cœtera, vt trium
teſtium ſubſcriptione munita ſit: præterea de ea ſtatui-
tur, quod de chirographo: aut enim debitor eam profi-
tetur ſua manu ſcriptam, & tunc plenam facit probatio-
nem, aut negat, & tunc aut talis ſcriptura habet ſuſcrip-
tionem teſtium, & facit ſemiplenam probationem: aut
ea caret, nec poteſt fieri comparatio, & tunc nullam pro-
bationem, ſed aliquale tantum facit indicium. Sic præ-
cisè poſt *Lanfranc. de probation. capitul.* 9. *numero* 54. & in
additionibus docuit *D Rutger. Rulanth. libro* 5. *de commiſ-*
*ſionibus, capitul.* 12. *in primis numeris, & præcipuè, nu-*
*mero* 5.
9 Extraordinaria vero ſchedula eſt, quæ inter mercato-
res paucis adhibitis ſolemnitatibus fit: dantur enim ple-
rumque inter eos paruæ tantum ſchedulæ, quod habet
hanc rationem, quia bona fides inter eoſdemmet merca-
tores maximè attenditur quod etiam apud antiquos Ro-
manos obtinuiſſe veriſſimile eſt. Hinc de conſuetudine
huiuſmodi ſchedulæ, ſiue chirographa in foro ipſorum
mercatorum vim publici inſtrumenti habent.
10 Inter eaſdem etiam extraordinarias ſchedulas refe-
runtur eæ, quæ teſtamentis à teſtatoribus adijciuntur,
quæ licet omnibus requiſitis deſtitutæ, plurimum tamen
probant, & ratio eſt, quia non tantum quod priuatæ ſint,
ſed quod ipſi teſtamento ſolemni, & perfecto tanquam
pars adijciantur, perpenduntur, quibus & annumerandæ,
quas pater inter liberos in vim vltimæ voluntatis ſcribit,
11 nam & eæ præcisè ligant. authent. Et ſiue, vbi *Doctores*,
*C. de teſtamentis*, ſufficit enim hoc caſu in ipſis eiuſdem
patris ſubſcriptio. Et hæc de ſchedula obligatoria.
12 Liberatoria autem dicitur ea tabella, in qua creditor ſe
pecuniam a debitore accepiſſe fatetur, *leg.* 18. *ff. de fide in-*
*ſtrument.* & vulgò dicitur quittantia, & ea in finem factæ
ſolutionis produci ſolet.
13 Huic Vicina eſt apocha, qua debitor ſe pecuniam cre-
ditori perſoluiſſe teſtatur.
14 Et quoad effectum, iiſdem iuris regulis, quibus obliga-
toria, adſtringitur.
15 Regulariter autem probat ſolutionem, ſi à tribus te-
ſtibus ſit ſubſcripta, *l.* 14. *de ſolution. l.* 2. *C. de Apochis pu-*
*blicis, lib.* 12. *& l. ſuper chirographarijs, ff. ſi cert. petat.*
16 Vel ſi ſit antiqua, vel ſi ab ipſomet creditore confeſſa-
ta, & hæc ſufficiant.
Latius de hac materia, vide *Rutger. Rulant. d. cap.* 12.
Sat nobis potiora retuliſſe.
17 Vnum adde dumtaxat, in dicta materia ſchedularum.
Et eſt, quod ſchedula bancharia habet vim ſolutionis *Cl.*
*Farinaccius poſt Bartolum, & Puteum, deciſ. ſua Rotæ Ro-*
*manæ in nouiſſimis* 285. *num.* 14.
Et hic diù defatigatus, facto fine, quieſco, ad laudem, &
gloriam Dei, & Virginis Deiparæ.

## De Libris Communitatum.

Libris Antiquis Communitatum pleniſſimam eſſe fidem adhibendam, pro regula firmato. Sic præcisè poſt alios *Cl. D. Petr. de Cabal. conſ. ſuo deciſiuo* 95. *n.* 50. *in* 2.

Amplia, vt & ipſis plenè credatur, licet haud verſemur in antiquis; nec ſanè mirum. Libris enim publicis indubitatam fidem eſſe adhibendam, adeo notum eſt, quam quod notiſſimum.

# FINIS.

TA-

# TABVLA RERVM NOTABILIVM,

Quæ in toto Opere continentur.


## LIBER PRIMVS.

### Quid ſit Scriptura priuata. fol. 1.

Omnis noſtra inſtitutio debet definitione proficiſci, numero 1.
Definitio naturam rei, atque poteſtatem demonſtrat, numero 2.
Priuata ſcriptura definitur per Innocentium, num. 3.
Aliter per Iodoc. Dambauder, num. 4.
Aliter per Hippol. de Marſil. numero 5.
Aliijs quoque modis per D. Scacciam, & alios, num. 6.

### Quotuplex ſit Scriptura priuata. fol. 1.

Triplex eſt ſpecies ſcripturæ priuatæ, num. 1.
Definitur Apocha, num. 2.
Item Antapocha, num. 3.
Syngrapha quid ſit, Liber rationum quid ſit, epiſtola quid ſit explicatur, num. 4. 5. & 6.

### Quo iure Scripturæ priuatæ fides fuerit adinuenta. fol. 2.

Scriptura priuata eodem iure fuit introducta, pro inſtrumentum, num. 1. Ratio, num. 2.
Quo iure inſtrumentum fuit introductum, maximopere ſe torſerunt ſcribentes, num. 3. & 4.
Nonnulli ſenſerunt eam introducta fuiſſe iure Diuino, numer. 5.
Alij iure naturali, num. 6.
Plerique verò alij iure ciuili, num. 7.
Videndi Maſſinius, & Rutgerus Rulanth. num. 8.

### An Scriptura priuata in genere ſumpta probet. fol. 2.

Scriptura priuata plenam probationem minimè inducit, num. 1.
Maximè quando non continet veriſimilia, quod quidem procedit etiam in inſtrumento publico, num. 2.
Item quando non eſt aliquo pacto recognita, num. 3.
Vel iuſtificata, & quando caret ſubſcriptione, num. 4.
Scriptura priuata tunc præcipuè non probat quando refert ſed aliam, quæ tamen non exhibeatur, num. 5.
Inſtrumentum publicum mentionem faciens de alio, cuius tamen non fiat exibitio nil probat, num. 6.
Scriptura priuata tunc particulariter minimè probat, cum agitur de præiudicio tertij, num. 7.
Creditor poſterior habens hypothecam publicam, ideſt fundatam ſuper inſtrumento publico, præfertur creditori habenti priuatam licet anteriorem, num. 8.
Ratio, num. 9. Fallit, num. 10. & 11.
Priuata ſcriptura tunc minimè probat, cum agitur de probanda morte alicuius, num. 12.
Item cum factum alienum enunciatur, num. 13.
Item cum agitur de præſcriptione interumpenda, num. 14.
Similiter cum tractatur de probanda ſolutione, num. 15.
Item quando eſt producta in iudicio non citata parte, numero 16.
Scriptura priuata minimè probat, licet, & multæ eſſent, & ſimul iunctæ, num. 17.
Item plenè minimè probat, licet confecta fuerit manu Notarij, & ſi tamen non habeat ſolemnia ad ſcripturam publicam attinentia, num. 18.
Scriptura etiam facta ab Epiſcopo dicitur priuata, num. 19.
Limita, num. 21. 22. & 23.
Scriptura priuata nec etiam plenè probat, quoad vtilitatem fiſci, num. 24. & 25.
Fiſcus in dubio vtitur iure priuati, num. 26.
Quin etiam videtur ipſomet priuato peioris conditionis, n. 27.
Scriptura priuata nec etiam plenam probationem inducit, licet agatur de fauore piæ cauſæ, num. 28.
Fundamentum pro hac opinione, num. 29. 30. & 31.
Scriptura priuata nec etiam plene probat, interueniente partium voluntate, quod ipſi plena fides adhibeatur, n. 32.
Partium conuentione induci minimè poteſt, vt ſtetur priuatæ ſcripturæ alterius partis, vel alterius tertij, num. 33.
Contrarium multi, num. 34.
Et hanc ſequitur Author, num. 35.
Priuata ſcriptura quod non probet, inductum eſt in fauorem partium, numer. 36.
Partes debent poſſe fauori ſuo renunciare, numer. 37.
Teſtis alias inhabilis poteſt conſenſu partium validari, numero 38.
Atteſtationes inualidæ, factæ ſcilicet tempore feriarum poſſunt ratificari conſenſu partium, num. 39.
Semiplena probatio ex conuentione partium poteſt effici plena, num. 40.
Sententia nulla poteſt ipſarum partium conſenſu effici valida, num. 41.
Valet pactum initum à partibus, quod ſtetur dicto alicuius teſtis, etiam non iurati, num. 42.
Item quod ſtetur dicto vnius tantum teſtis, quod vnus plene probet inter eos, num. 43.
Statutum, ſeu conſuetudo, per quod priuatæ credatur ſcripturæ, valet, num. 44.
Plus poſſunt partes in re propria, ad earum præiudicium, quam ſtatutum, num. 45.
Conuentio inita à partibus, vt ſcriptura priuata in vim publici valeat documenti, valet, & tenet, numer. 46.
Contrarium multi, num. 47.
Author diuerſas has duas Doctorum opiniones fœdere diſtinctionis conciliare conatur, numero 48. 49. & 50. cum quatuor ſeq.
Scriptura priuata, nec etiam ſemiplenè probat in communi, num. 55. Contra multi, num. 56.
Perpenditur text. in lege inſtrumenta domeſtica, Codic. de probation. num. 57. 58. 59. & 60. explicatur, numero 62. 63. 64. 65. cum tribus ſequentibus.
Prior vti Communis retinetur, num. 61. & 69.
Scriptura priuata plenè probat, ſi ſit inter partes longo tempore obſeruata, num. 70. Exemplum, num. 71.


Cuius

Cuiuslibet ſcripturæ defectus, propter longi temporis obſeruantiam ſanatur, num. 72.
Obſeruantia longi temporis facit, vt inſtrumento alias minus ſolemni, & inualido plena fides adhibeatur, num. 73.
Nec eſt opus, quod dicta obſeruantia longiſſimi temporis extiterit, numero 74.
Et aduerte, quod in hoc caſu nedum oritur fides in partes, ſed etiam contra tertium, num. 75.
Scriptura priuata, plene probat, cum agitur de modica ſumma, & hoc præcipue procedit in antiquis, num. 70.
Scriptura priuata plene probat quando recipit aliquod fomentum, vel ſupplementum, ex quo fiat authentica, & eſt ſuffulta adminiculis, num. 77.
In omne caſu tàm ciuili, quàm criminali, ex pluribus indicijs, ac præſumptionibus, plena, ac perfecta inducitur probatio, numero 78.
Adminicula, quibus priuata ſcriptura corrobatur, quæ poſſint eſſe, & ſoleant, afferuntur, num. 79. 80 81. 82. & 83.
Priuata ſcriptura plenè probat, quando is, contra quem ipſa producitur eam ſua manu confectam diffiteri minimè veretur, numero 84.
Ratio, num. 85.
Scriptura priuata à debitore, vt ita dicam, confeſſata, contra eum plene probat, licet in ea contenta, eſſe vera poſtea negauerit, num. 86.
Et eſt veriſſima concluſio, quicquid nõnulli aliter ſenſerint n. 87
Pulchra doctrina Cæphal. conſilio ſuo 686, in 1. dubio volum. 5. deducitur, numero 88.
Quid ſi debitor interrogatus faſſus, fuerit ſcripturam illam priuatam à ſe fuiſſe confectam, cæterum quantitatem in ea contentam ſe ſoluiſſe, an ſtante iam dicta confeſſione ſic qualificata, contra eum agi poſſit? dubitatur, numero 89.
Negatiuam tenet Clariſs. Menoch. & P. Morla, numer. 90.
Fundamentum Morlæ, num. 91. & 92.
Contrarium tenet Author, num. 93.
Rationes, quibus mouetur, numero 94. 95. 96. 97. 98. 99.
Fundamentum Morlæ reſoluitur, numero 100. 101. 102. 103. 104. & 105.
Priuata ſcriptura tunc demum contra confitentem plenè probat ſi cauſa in ipſa inſertæ ſit, numero 106.
Fallit autem hoc, quando adeſſet iuramentum nam tunc probaret, etſi in ea, dicta cauſa non eſſet repoſita, numero 107.
Priuata ſcriptura probat contra confitentem, etſi agatur de crimine probando pœnaque pro ipſo imponenda, & de eo, qui faſſus, quidem ſit apocham fuiſſe eius manu ſcriptam veram contenta in ea minimè veritatem continere, excuſans ſe quod ita ſcripſit ioco, & otioſè gratia experiundi calamum, numero 108.
Priuata ſcriptura contra confitentem plene probat, licet ipſamet aliena manu de eius tamen voluntate ſcripta fuerit, numero 109.
Ratio, numero 110.
Opinio Imol. & ſequacium, in cap. ſi cautio, de fid. inſtrument. improbatur, numero 111.
Priuata ſcriptura contra confitentem plene probat, licet abſque ſolemnibus requiſitis facta produceretur, numero 112.
Et aduerte quod non ſolum probat contra ipſummet confitentem, ſed etiam contra eius ſucceſſores, & hæredes. Item contra habentes ab eo cauſam, num. 113. & 115.
Quicquid ſenſerint nonnulli, num. 114.
Pulchra quæſtio reſoluitur ibid. num. 116.
Debitor ſcripturam priuatam à ſe confectam ſemel falſus, contra iſtam ſua confeſſionem amplius venire non poteſt, numero 117. Ratio ibid.
Quinimo nec ad appellandum admitti poterit, ſi in ſecunda inſtantia confeſſionem illam ſuam quodam modo voluerit reuocare, numero 118.
Ratio, numero 119. & 120.
Scriptura priuata à debitore confeſſata contra ipſum non habet executionem parata latè ibi, numero 121.
Scriptura priuata plenè probat contra ſcribentem, numero 122.
Ratio, numero 123.
Amplia, num. 124. & 128. & 129. cum ſequent. vſque ad 142.
Declara, numero 125. & 126.
Quomodo iſthæc ampliatio differat à ſuperiori, explicatur, num. 127.
An ſcriptura priuata pro ſcribente fidem faciat? dubitatur, numero 142
Concluſio ſit pro negatiua, Amplia ibid. etiamſi ſcribens iuraſſet. Ratio ibidem.
Scriptura priuata etiam in fauore ſcribentis probat, quando continet veriſimilia, numero 143.
Amplia, numero 144.
Scriptura priuata probat etiam pro ſcribente, quando à contraria parte approbaretur, numero 145.
Item quando pars aduerſa confeſſa eſt, ſcribentem fuiſſe dignum, vt ipſi fides adhiberetur, numero 146.
Sed diſtingue, numero 147. 149. & 150.
Scriptura priuata plenè probat contra producentem, num. 151.
Et præcipuè quando producit ipſam in iudicio, num. 152.
Scriptura computi contra ipſum producentem plenè probat, num. 153.
Amplia ex Alexand. & Pariſ. prout ibi, numero 154. & 155.
Producens, priuatam ſcripturam in iudicio nedum eis, quæ in ipſius ſcripturæ fronte annotata ſunt, ſtare compellitur verum etiam illis, quæ à tergo reperiuntur, numero 156.
Producens chirographum tenetur illi ſtare etiam in his, quæ contra ipſum faciunt, numero 157.
Etſi produxiſſet cum proteſtatione quod ipſum dumtaxat produxit in parte, & partibus pro ſe facientibus, numero 158.
Amplia hoc procedere, etiamſi ſcriptura producta non ſit ſolemnis, numero 155.
Notabilem quoddam adducitur, numero 160.
Scriptura priuata plenè probat quando reperitur penes debitorem, num. 161. Ratio, ibid.
Declara, numero 162.
Chirographum penes debitorem repertum ſed cancellatum, probat ſolutionem de eo factum fuiſſe, numero 163.
Pulchra quæſtio proponitur, num. 164.
Scriptura priuata plenè probat quando per ſententiam ſuperioris iudicis, vel Principis fuiſſet ſemel approbata, n. 165.
Item probat, quando ſolo Principis iuſſu fuit conſcripta, ibidem.
Item quando in actis iudicij eſt reperta, numero 166.
Declara, numero 167.
Notarij atteſtatio vim habet ſubſcriptionis teſtium, num. 168.
Scriptura priuata plenè probat in fauorem mulieris producentis ſcripturam mariti, in qua ſcriptum ſit nonnullas res eſſe paraphernales, numero 169. & 170.
Declara, numero 171. & 172.
Scriptura priuata, plenè probat in his, quæ dependent à propria partium voluntate, numero 173.
Scartafacium probat etiam intentionem ſcribentis, num. 174.
Priuata ſcriptura declarat præciſè voluntatem teſtatoris, numero 175.
Limita, numero 176.
Scriptura priuata plenè probant quando eſt ſcripta in præſentia iudicis ordinarij loci, in quo ſcripta, & dictata fuit, numero 177.
Ratio, numero 178.
Declara ex Maſcardo, numero 178. & 179.
Scriptura priuata tutoris probat debitorem ſoluiſſe etiam contra pupillum, num. 180.
Confeſſio tutoris, vel curatoris, an fidem faciat de recepto in præiudicium pupilli, vide Maſcardum remiſſiuè, num. 181.
Scriptura priuata plenè probat debitum contra ſuſpectum de fuga, numero 182.
Ratio, numero 183.

Scriptura

*Scriptura priuata omnium quidem conſenſu approbata fidem facit, numero 184.*

*Scriptura priuata, plenam fidem facit, quando in ipſa continetur aliquid, quod in ſpecie officium ipſius ſcribentis reſpiciat, Exemplum, ibidem numero 185.*

*Item probat, quando ſumus inter liberos, numero 186.*

*Scriptura priuata plenè probat in lapidibus monumentorum, numero 187.*

*Declara, numero 188.*

*Item in lapidibus, & columnis antiquis, numero 189.*

*Iuſpatronatus probatur ex litteris antiquis ſcriptis in cauſa Panili, numero 190.*

*Priuata ſcriptura itidem probat in muris, ac parietibus, n. 191.*

*Probatio, quæ oritur in his caſibus, eſt plena, non autem ſemiplena, numer. 192. Ratio, num. 193.*

*Amplia, numero 194. 195. & 196. vbi Doctor. remiſſiuè de hoc materia.*

*Scriptura priuata plene probat, quando producitur coram arbitratore poteſtatem habente procedendi de facto, & ſola facti veritate inſpecta, numero 197.*

*Ratio, numero 198.*

*Declara, numero 199.*

*Scriptura priuata plenè probat, quando in loco, in quo fuit confecta, viget conſuetudo, vel ſtatutum, quod ipſi plena fides adhibeatur, prout eſt Venetijs, & Patauij, numero 200.*

*Nota tamen, quod iſta conſuetudo deberet eſſe præſcripta, & probari per allegantem, numero 201.*

*Item quod talis ſcriptura vbique terrarum fidem faceret, numero 202. Ratio, num. 203.*

*Statutum, quod priuatæ ſcripturæ plena fides adhibeatur, ad valeat, & teneat, vide Alexand. remiſſiuè, numer. 204.*

*Scriptura priuata, plenè probat, quando eſt ſcripta manu debitoris, & habet ſubſcriptionem trium teſtium, num. 205.*

*Quorum quidem teſtium recognitione opus eſt, numero 206.*

*Scriptura priuata patris quo ad probandam ætatem filij ſui vtique probat, vide Doctor. remiſſiuè, numero 207.*

*Scriptura priuata plenè probat, quando eſt ſubſcripta, & ſigillata ſigillo Principis, vel alicuius Communitatis, numero 108. Amplia ex Deciano, ibidem.*

*Scriptura priuata ipſius Principis vicem legis obtinet, quod intellige, vt ibid. numer. 209.*

*Scriptura priuata plenè probat, parte contraria, contra quam producitur minimè opponente, numero 210.*

*Copia inſtrumenti minus ſolemnis fidem facit, parte ipſæ non opponente, numero 211.*

*Teſtis alias minimè idoneus ad teſtificandum admittitur, parte contra eius perſonam, & dictum minimè opponente, numero 212.*

*Fallit parte contraria minimè opponente, numer. 214.*

*Iudicium ſuis ſubſtantialibus carens, tenet parte contraria minimè opponente, numero 215.*

*Inſtrumentum mandati non legitimi tenet parte contraria ſimiliter non reluctante, numero 216.*

*Alia de hac materia per Crauet. remiſſiuè, nu. 217. & 218. vbi ad ſupradicta affertur declaratio, ex ipſiuſmet ſententia.*

*Scriptura priuata plenè probat, quando à parte, contra quam in iudicio fuit producta, expreſſè fuiſſet approbata, num. 219.*

*Quomodo autem diceretur ipſam approbaſſe, explicatur numero 220. 221. 222. 223. & 224.*

*Scriptura priuata plene probat, quando vel eſt per teſtes iuſtificata, vel ſolemniter per ipſum ſcribentem recognita, numero 225. Declara, numero 226.*

*Amplia, numero 227. 228. 229. & 230.*

*Recognitio priuatæ ſcripturæ fieri poteſt, & peti quandocunque etiam poſt concluſum in cauſa, numer. 231.*

*Scriptura priuata ſaltem ſemiplenè probat, quando verſamur in antiquis, & eſt communis, numero 232.*

*Quicquid dixerit Purpurat. numer. 233.*

*Quinimo Schrad. poſt alios tenet plenam reſultare, modo tamen de nullo, vel exiguo alterius agatur præiudicio, nu. 234.*

*Quid iuris autem, ſi de magno tractetur, explicatur, numero 235. & 236.*

*Scriptura priuata in antiquis tunc præcipuè ſemiplenè probat, quando eſt alicuius viri legalis, numero 237.*

*Et iſta ſemiplena quæ oritur, locum præcipuè habet contra tertium, numero 238.*

*Scriptura priuata ad hoc vt ſemiplenè probet contra tertium in antiquis, an ſit neceſſe conſtare, quod ſit ſcriptura illius, qui dicitur eam ſcripſiſſe, ſi negetur dubitatur, numer 239.*

*Author concludit pro affirmatiua. Ratio ibid. nu. 240. & 241.*

*Nota tamen, quod leuiores eo in caſu probationes ſufficiunt numero 242.*

*Scriptura priuata in antiquis plenè probat, quotieſcumque vltra temporis antiquitatem, adeſſet ſigillum, & ſubſcripto, numero 243.*

*Scriptura priuata manu duorum Notariorum ſubſcripta dummodo tamen ſubſcribant in quantum Notarij, plenè probant, numero 244.*

*Scriptura priuata ſigillo authentico, ſeu publico roborata, fidem plenam facit, numero 245. Declara, num. 246.*

*Donatio rectè probatur per ſcripturam priuatam, numer. 247.*

*Ratio, numero 248.*

*Societas rectè probatur per ſcriptura priuata, numero 249.*

*Scriptura priuata plene probat, ſi vltra teſtium approbationem, qui fortaſſe dum ſcriberetur, interfuerunt, vel etiam ipſimet ſubſcripſerunt, adiuuetur comparationis litterarum adminiculo, numero 250.*

*Scriptura priuata alicuius Sacerdotis, quando tamen tractatur de matrimonio, & dote, plenè probat, ſed latius loco ſuo, numero 251.*

*Scriptura priuata plenè probat, quando habet cauſam expreſſam debiti quod continetur in ea, numero 252.*

*Cauſa autem tunc dicitur ſufficienter expreſſa, quando ſcribens narrat ſe ex aliquo contractu antecedenti ad ipſam pecuniam teneri, numero 253.*

*Ad hoc, vt in ſupradictis omnibus caſibus ſcriptura priuata plene probet, de neceſſitate requiritur quod in ipſa certa cauſa debiti inſerta ſit, numero 254.*

*Scriptura priuata facit ſaltem aliqualem præſumptionem in fauorem ipſius creditoris producentis, & eſt communis, numero 255.*

*Ratio, num. 256. & 257.*

*Contrarium multi, num. 258.*

*Fundamenta pro hac opinione, numero 259. & numero 260. cum quinque ſeq.*

*Prior vti communis, & verior retinetur, numer. 266. & 275.*

*Declaratur, num. 276.*

*Reſoluuntur contraria, numero 267. 268. & 269. cum quinque ſeqq.*

*Scripturæ priuatæ plene creditur tempore peſtis propter neceſſitatem, num. 277.*


## Dubitatur igitur primò, an ſcriptura priuata inſtrumenti appellatione contineatur. fol. 21.


*Scriptura priuata an veniat appellatione inſtrumenti, dubitatur, num. 1.*

*Diſtinguitur ex communi, quod aut quæritur, an veniat ſecundum propriam ſignificationem, quæ ſumitur ex alluſione vocabuli, an vero ex communi loquendi vſu, num. 2.*

*Si quæratur an veniat ſecundum propriam ſignificationem non eſt eadem omnium ſententia, num. 3.*

*Bart. & alij ſentiunt pro affirmatiua, numero 4. & 11.*

*Fundamenta, num. 5. 6. 7 8. 9. & 10.*

*Contrarium multi, num. 12.*

Media quibus fundatur hæc opinio, num. 13.14.15.16.& 17.
Sin autem quæratur, an veniat, communi loquendi vſu inſpecto, pro negatiua omnes concludunt, numero 18.
Ratio, numero 19.
Communis loquendi vſus in ſtatutis propriè attenditur, numero 20.
Item in vltimis voluntatibus, reſcriptis, priuilegijs, & Sacris Scripturis, numero 21.
Quinimò etiam in correctorijs, & odioſis, numero 22.
In diſpoſitione ſtatutaria loquente de inſtrumento non comprehenditur ſcriptura priuata, numero 23.24.& 25.
Communis loquendi vſus præfertur propriæ verborum ſignificationi, numero 26.
Communis loquendi vſus ab allegante articulandus, & probandus eſt, numero 27.
Scriptura priuata venit appellatione inſtrumenti etiam vſu communi loquendi inſpecto, quando eſt recognita, & per ſe probans, ibidem numero 28.
Item quando in ipſa adeſſet iuramentum, numero 29.
Item quando rationis identitas à ſtatuto reſpectu publici inſtrumenti conſiderata, militaret etiam in ſcriptura priuata, numero 30.
Nona opinio authoris in difficultate propoſita, reiecta communi ſcribentium diſtinctione, num. 31.

## An ſcriptura priuata ex archiuio publico ſumpta fidem faciat. fo. 23.

Scriptura priuata ſumpta ex archiuio publico an plene probet? dubitatur, numero 1.
Communis opinio eſt affirmatiua, numero 2.
Ratio ex Maſcardo, numero 3. 4.& 5.
Scriptura priuata ſumpta ex archiuio publico notorium inducit, numero 6.
Et ratione loci publici fidem facit, numero 7.
Opinio Authoris in hac difficultate ex ſententia Cæphali, numero 8.
Scripturæ repertæ in archiuio publico ad hoc, vt fidem faciant, omnes debent eſſe publicæ, numero 9.
Ratio, numero 10.
Scriptura priuata reperta in archiuio publico fidem tantum facit inter ſubditos illius Ciuitatis, ſeu loci, in quo archiuium illud reperitur, non autem quo ad forenſes, numero 11.
Rationes vide per Crauettam nouiſſimè, numero 12.
Scriptura priuata reperta in archiuio Patauino non probat in Taruiſino, numero 13.
Scriptura priuata reperta in archiuio publico probabit etiam extra territorium ipſius archiuij inter perſonas ſubditas illi territorio, in quo reperta fuiſſet, licet quod alias non, numero 14.
Item probabit etiam extra territorium ipſius archiuij, ſi ipſe locus extra territorium erit confederatus cum loco dicti archiuij, numero 15. Declara, numero 16.
Scriptura priuata ſumpta ex archiuio publico, probationem minimè inducit, cum agitur de probando crimine, numero 17.
Etiam per inſtrumentum publicum, & ſolemne crimen non probatur, numero 18.
Scriptura priuata ſumpta ex archiuio publico minimè probat quando non eſt authentica, nec habetur pro authentica, numero 19.
De materia huius quæſtionis vide Doctor. remiſſiuè, numero 20.
Liber archiuij an probet? vide remiſſiuè, numero 21.

## An ſcriptura priuata ad ſui validitatem requirat de neceſſitate diem, vel annum? fo. 24.

Scriptura priuata ad ſui validitatem non requirit, neque diem, neque annum, numero 1.
Ratio, numero 2. Amplia, numero 3. Subamplia, numero 4.
Limitatur pluribus in caſibus, numero 5. & numero 7. 8.9. & numero 10. vſque ad 16. incluſiuè.
Apocha ſi in vno die ſcribatur, alio ſigilletur, & alio ſubſcribatur, dies ſubſcriptionis attendendus, ex Bart. numero 6.
In omnibus illis caſibus, in quibus tempus in priuata ſcriptura deſideratur, debet exprimi de iure non ſolùm annus, menſis, & dies, ſed etiam nomen Principis, numero 17.
Contrarium ſeruatur in praxi, numero 18.
Locus in priuata ſcriptura ad ſui validitatem non requiritur, numero 19.
Fallit quando penderet quæſtio ex loco, numero 20.

## Vtrum falſificans ſcripturam priuatam falſi pœna puniatur. f. 26.

Falſificans ſcripturam priuatam (in ea enim & falſum quoque committi poteſt) an pœna falſi puniatur dubia eſt difficultas, numero 1.
Pœna falſi quæ olim fuerit
Et quæ hodie. } explicatur, num. 2.& 3.
Falſitatem committens in ſcriptura, quæ nullum de per ſe probationem faciat, ordinaria pœna falſi minimè punitur, numero 4.
Exemplum, ibidem.
Corroboratur hæc opinio, numero 5.& numero 6. 7. 8. cum ſeq. vſque 12. incluſiuè.
Obijcitur contra, numero 23.& 24.
Soluitur, numero 25.& 26.
Prior vti verior, & communior retinetur, numero 27.
Ampliatur, numero 28.
An committens falſum in priuato libro ſuarum rationum, pœna aliqua extraordinaria arbitrio iudicis puniendus ſit, dubitatur, numero 29.
Negatiuam multi tenuerunt, numero 30.
Fundamentum eorum, numero 31.32. & 33.
Quid ſit crimen ſtellionatus explicatur, numero 34.
Criminis ſtellionatus pæna eſt arbitraria, numero 35.
Crimen ſtellionatus vnde nomen ſumpſerit, & in quibus caſibus locum habeat, vide remiſſiuè per Menoch. numero 36.
Affirmatiua tenuerunt quamplurimi alij, & eam quoque ſequitur Author, num. 37.& numero 45.
Fundamenta pro hac opinione, numero 38.39.40.& 41.
Reſoluuntur contraria, numero 42.43.44.
Ampliatur prædicta opinio affirmatiua, numero 46.
Falſificans ſcripturam aliquam priuatam, quæ alicui poteſt obeſſe, vel ad plenam, vel ſemiplenam, vel quo ad aliqualem ſaltem præſumptionem, falſi pæna punitur ordinaria, numero 37.
Exemplum, numero 48. 53. & 54.
Firmatur iſthæc opinio, numero 49.50.51.& 52.
Ampliatur, numero 55.
Quomodo reo conuento volenti de falſo ſcripturam aliquam priuatam ab actore dolo malo contra eum productam redarguere, conſulatur, pulchrè docet Author, numero 56. 57.59.
Qualis debeat eſſe reſponſio producentis ad illam interrogationem

nem à reo ſibi factam? vide DD.remiſſiuè, numero 58.
De materia falſificantis ſcripturam priuatam, pulchrè Clariſs. Farinac.remiſſiuè, numero 60.

## Occultans,ſurripiens, corrumpens, abradens,lacerans,& comburens ſcriptura priuatam, an quando pœna falſi puniatur. f.29.

Occultans, ſeu ſurripiens ſcripturam priuatam, vt veritas non appareat, falſi pœna tenetur, numero 1.
Idem eſt in corrumpente, & abradente ſcripturam ipſam, numero 2.
Iodoci Dambouderij doctrina deducitu, numero 3.
Idem quoque in lacerante, & comburente ſcripturam ipſam priuatam, numero 4.
Contrarium docuit Anton.Theſaurus, numero 5.
Eius opinio refellitur per Authorem, numero 6.7.& 8.
Non obiectio, numero 9.
Solutio, numero 10.
Confeſſus combuſſiſſe ſcripturam priuatam, torqueri poteſt, vt dicat cauſam, quare eam combuſſerit, numero 11.
Contra lacerantem, & comburentem, & ſcripturam ipſam priuatam, datur iuramentum in litem, numero 12.
Lacerans, & comburens ſcripturam priuatam, perdit cauſam, numero 13.
Ratio, numero 14.
Lacerans, ſeu comburens ſcripturam priuatam, non punitur pœna falſi, niſi doloſè id egerit, numero 15.
Doctrina Barbatiæ deducitur, numero 16.
Laceratio in dubio præſumitur doloſè facta, numero 17.
Fallit in tribus caſibus de quibus, num.18.19.20.21. & 22.
Lacerans propriam aliquam ſcripturam, pæna falſi non punitur, numero 23.
Ratio, numero 24. & 25.
Celans ſcripturam priuatam, vt nemini appareat, punitur, ſecus ſi contra vnam perſonam tantum, numero 26.
De materia occultantium publica documenta, videndi DD. remiſſiuè, numero 27.

## Falſitas, an & quando præſumatur apoſtila, ſeu additione reperta in ſcriptura priuata. fol. 31.

Falſitas præſumptionibus ſatis, ſuperque probatur, numero 1.
Ex Apoſtillis, ſeu additionibus in margine ipſius ſcripturæ priuatæ repertis arguitur falſitas, numero 2.
Idem diſpoſitum eſt, reſpectu publici documenti, numero 3.
Apoſtilla, ſeu additio in margine ſcripturæ priuatæ, quando continet aliquid magni præiudicij, tunc præcipuè falſitatem arguit, numero 4.
Item quando reperitur in loco ſuſpecto, numero 5.
Item, quando in parte ſubſtantiali, numero 6.
Quando autem dicatur appoſita in loco ſubſtantiali, edocet Author, numero 7. & numero 8.
Item, quando apoſtilla, ſeu additio reperitur ſcripta diuerſa manu ab ea, quæ eſt ſcriptum corpus ipſius ſcripturæ, numero 9.
Secus eſt autem ſi eadem manu, numero 10.
Sublimita, vt ibi, num. 11.
Apoſtilla, & additio in ſcriptura priuata falſitatem arguit, maximè quando eſt ſcripta diuerſo attramento à corpore ſcripturæ, num. 12.
Nonnulli relati ſunt ſolam diuerſitatem attramenti in apoſtilla, ſeu additione falſitatem minimè arguere, niſi etiam concurrat diuerſitas manus, numero 13.
Doctrina Maſcardi, num.14.
Contrarium verius, num.15.
Apoſtilla, ſeu additio inſerta in ſcriptura priuata an falſitatem arguat, quando eſt confecta eodem attramento, quo ſcriptum eſt corpus ipſius ſcripturæ, dubitatur, num.16.
Dom.Menoch.& Achill.Perſonalis ſentiunt pro negatiua, numero 17.
Contrarium Vulpellus, & Farinaccius, num.18.
Doctrina Menochij deducitur, num.19.
Additio, ſeu apoſtilla in ſcriptura priuata tribus in caſibus falſitatem minimè arguit, de quibus, numero 20. 21. & 22.
Additio in dubio præſumitur facta eodem tempore, & de conſenſu partium, non autem ex interuallo, num.23.
Contrarium multi, num. 24.
Cogita, num.25.
Licet ex apoſtilla inſerta in ſcriptura priuata falſitatis ſuſpitio oriatur, oritur tamen dicta ſuſpitio effectum, vt ipſi ſcripturæ fides denegetur, non tamen vt contra ſcribentem ipſum criminaliter agi poſſit, num.26.

## Falſitatis præſumptio, an & quando oriatur, ex cancellatione reperta in ſcriptura priuata. fol. 33.

Cancellare quomodo dicatur in ſtricta ſignificatione, numero 1.
Differt à verbo circumducere, inducere, vel abolere, num.2.
In larga ſignificatione nulla adeſt differentia inter ſupradicta verba, num.3.
Ex cancellatione in ſcriptura priuata reperta præſumitur falſitas, num.4.
Videndi Maſcard.& Farinaccius, num.5.
Cancellatio reperta in ſcriptura priuata tunc falſitatem arguit, quando reperitur in loco ſuſpecto, num.6.
Quando autem in eo reperiatur, declarat author, num.7.& 8.
Item quando reperitur in loco ſubſtantiali, n.9.
Quando autem dicatur eſſe in loco ſubſtantiali, videndus Farinacius, & docet ibi Author, num. 10.
Amplia hoc procedere, etſi cancellatio facta in loco ſubſtantiali eſſet modica, num.11.
Declara, num.12.
Locus ſuſpectus, & ſubſtantialis parificantur, num.13.
Cancellatio facta in conſulto, ſine dolo, bona fide, & per errorem, non arguit falſitatem in ſcriptura priuata, num.14.
Quando autem præſumatur facta inconſulte, & per errorem, vide DD.remiſſiuè, num.15.
Item non arguit falſitatem, quando ex præcedentibus, & ſequentibus verbis colligitur clarè verus, ac proprius ſenſus ipſius ſcripturæ, num.16.
Item quando extaret conſuetudo adhibendi fidem ipſi ſcripturæ priuatæ etiam cancellatæ, num.17.
Cancellatio reperta in ſcriptura priuata, falſitatem minimè arguit, quando ipſa repeririretur incorporata in ipſo contractu, num.18.
Cancellatio reperta in ſcriptura priuata, in dubio præſumitur facta in tempore ipſius ſcripturæ, & de voluntate partium, num.19.
Quod procedit, niſi in contrarium adſint aliquæ coniecturæ ſuadentes appoſitum, num.20.
Cancellatio in ſcriptura priuata tunc demum falſitatem arguit, & tollit fidem ſcripturæ, quando eſt talis vt id quod ſcriptum prius erat intelligi nequeat, aliter ſecus, num.21.
Intellige tamen, vt ſcriptura præſumatur falſa, & ſuſpecta in ea parte, in qua adeſt cancellatio, ſeu in alijs, n.22.
Declara procedere in capitulis ſeparatis, ſecus autem in connexis, num.23.

Inſtru-

Inſtrumentum in vna parte falſum an præſumatur eſſe falſum in totum? videndi DD.remiſſiuè, num.24.

De materia Cancellationis adeundus Card.Tuſcum, num.25.

### De pręſumptione falſitatis oriente ex interlineatione facta in ſcriptura priuata. fol.34.

Per interlineationem ſeu per ſuperlinea rem ſcripturam arguitur falſitas ex ipſa ſcriptura, quæ vti ſuſpecta, fidem non facit, num.1.

Procedit autem hoc,quando interlineatio reperitur in loco ſubſtantiali ipſius ſcripturæ, num.2.

Quando interlineatio dicatur eſſe in parte ſubſtantialia, docet Farinacc. nu.3.

Item quando reperitur in loco ſuſpecto, alias ſecus,nu.4.

Item quando interlineatio ipſa reperitur facta diuerſa manu à corpore ſcripturæ, ſecus quando eadem manu,num.5.

Contrarium, quod etiam interlineatio facta eadem manu non tollat ſuſpicionem falſitatis, tenuerunt plurimi alij,num.6.

Declara prout ibi,nu.7.

Interlineatio non arguit falſitatem, quando ex præcedentibus, & ſequentibus colligitur verus ſenſus verborum ipſius ſcripturæ,num.8.

Item quando vigeret conſuetudo, quod etiam ſcripturæ priuatæ, in qua interlineatio poſita eſſet, plena fides eſſet adhibenda,nu.9.

### De pręſumptione falſitatis oriente ex abraſione ſcripturæ priuatæ. fol.35.

Abraſio reperta in ſcriptura priuata falſitatem arguit, & per conſequens ipſi fidem adimit,num.1.

Et eſt veriſſima Concluſio, num.2.& 3.

Amplia,nam dicta ſcriptura priuata nihil penitus probat, numer.4.

Item dicta præſumptio,& ſuſpitio falſi ipſo iure falſam ſcripturam reddit, num.5.

Amplia,vt iſta præſumptio falſi habeatur etiam pro plena probatione,quoad condemnationem, num.6.

Contrarium multi, num.7.

Concilia, num.8.

Abraſio in ſcriptura priuata falſitatem arguit, etiam quod ſit tenuis,& ſubtilis, & talis,vt diſcerni non poſſit niſi ad ſolem eleuata, & interpoſita, num.9.

Abraſio in ſcriptura priuata falſitatem non arguit,quando non adeſt in loco ſubſtantiali, & ſuſpecto,num.10.

Abraſio quando dicatur facta in parte ſubſtantiali, & loco ſuſpecto,num.11.Vide remiſſiuè,& docet Author ſub n.12.

Raſura modica vnius ſyllabæ, falſitatem arguit,quādo per eam mutatur ſenſus verborum, reperiturque facta in parte ſubſtantialia, & loco ſuſpecto, num.13.

Raſura in ſcriptura priuata falſitatem non arguit, quando ex præcedentibus,vel ſequentibus colligitur verus ſenſus verborum, & quod ſic, vt raſum,& cancellatum eſt, ſcriptura debet ſtare,num.14.

Ratio, num.15.16.& 17.necnon, nu.18.

Abraſio falſitatem arguit, quando reperitur facta in aliqua parte alicuius ſcripturæ, ſecus ſi tota charta fuiſſet raſa,et ſuper ea fuiſſet extenſa alia ſcriptura, num.19.

Si ſcriptura raſa reperiatur penes aduerſarium, & Iudex eum cogat ad ipſam edendam in iudicio, quamuis ſit abraſa in parte ſubſtantiali, tamen non vitiatur, nec falſa redditur contra me, & in mei præiudicium: immo ei præſtatur fides in omnibus,in quibus ex illa poteſt ſumi ſenſus,nu.20.

Ratio, num.21.

Scriptura abraſa falſitatem non arguit, quando aliunde corroborari poteſt, num.22.

Item quando per aliquam aliam ſcripturam, appareret illam abraſam eſſe bene factam, num.23.

Contrarium multi, num.24.

Prior opinio retinetur, num.25.

Concorda,num.26.& 27.

Scriptura abraſa falſitatem arguit, quando abraſio talis eſt vt id,quod prius ſcriptum erat,intelligi nequeat, ſecus, quando raſura non obſtante poteſt legi,quod prius erat ſcriptum, numer.28.

Opinio Authoris contra iſtud Axioma,num.29.

Scriptura abraſa falſitatem minimè arguit,quando adeſſet conſuetudo, quod & ipſi ſcripturæ raſæ adhibenda eſſet fides, num.30.

Scriptura abraſa falſitatem arguit, quando ciuiliter agitur, ſecus ſi criminaliter,nu.31.

Scriptura abraſa in multis alijs caſibus falſitatem non arguit, de quibus remiſſiuè per Maſcard.& Farinacc.num.32.

### De præſumptione falſitatis oriente ex diuerſitate manu in ſcriptura priuata. fol.37.

Diuerſitas manus in ſcriptura priuata falſitatem arguit, num.1.& 2.

Fallit iſthæc regula, quando talis manus diuerſitas proueniret, vel ex mutatione calami,vel ex mutatione atramenti, numero 3.

Item, quando proueniret propter mutationem ſtatus perſonæ ipſius ſcribentis, num.4.

Item, quando ipſemet ſcribens in ſubſcriptione fidem faceret ſcripturam illam fuiſſe diuerſorum manibus confectam, numero 5.

Sola diuerſitas manus, litterarum,ſeu characterum, non reddit adeò ſuſpectam ſcripturam,vt illi fides aliqua adhibenda non ſit, niſi alia concurrant adminicula,num.6.

Comparatio litterarum non probant diuerſitatem manus quoad effectum condemnandi in criminalibus,num.7.& 8.necnon, num.9.

Qualiter ſcriptura eadem manu, vel diuerſa ſcripta probetur docet Card.Tuſchus, num.10.

### De præſumptione falſitatis oriente ex contrarietate,& repugnantia ſcripturarum priuatarum. fol.38.

Falſitas arguitur ex contrarietate, ſeu repugnantia apparente in eadem ſcriptura,aut etiam inter vnam, & alteram,num.1.& num.2.

De Materia Scripturarum contradictoriarum, ſeu inter ſe repugnantium, videndus Alexander Trentacinquius variarum reſolutionum, num.3.

### De pluribus alijs,ac diuerſis præſumptionibus falſitatis reſultationibus ex ſcriptura priuata. fol.39.

Præſumptio falſitatis oritur ex ſcriptura priuata,ex mala qualitate ipſius ſcribentis, ac producentis ſcripturam, de cuius falſitate agitur, nu.1.

Eſt bene verum, quod vltra malam qualitatem ipſius ſcriben-

*tis requiritur etiam vitium viſibile in ipſamet ſcriptura, numer.2.& 3.*
*Falſitatis ſuſpicio oritur in ſcriptura priuata ex diuerſitate atramenti, num.4.*
*Item quando reperitur conſcripta diuerſa manu,num.5.*
*Nonnulli opinati ſunt diuerſitatem attramenti inducere dumtaxat leuem falſitatis præſumptionem in ipſa ſcriptura priuata,num.6.*
*Opinio Auctoris, num.7.*
*Falſitatis ſuſpicio oritur ex diuerſitate ſtyli,nu.8.& n.11.*
*Exemplum, num.9.& 10.*
*Opinio Authoris circa dictum axioma,num.12.*
*Diſſimilitudo, & varietas dictamiuis, falſitatem arguit in ſcriptura priuata, num.13.*
*Oritur præſumptio falſitatis ex actu, ſiue modo inſolito, ſiue ex appoſitione Clauſulæ non conſuetæ,num.14.*
*Quænam autem dicantur Clauſulæ inſolitæ,videndus Maſcard. remiſſiuè,num.15.*
*Item oritur ex Clauſula non habente rectam, aut perfectam conſtructionem,num.16.*
*Vel quando in ipſa ſcriptura priuata adeſſe falſa Grammatica, vel Latinitas,quod declara,vt ibi,num.17.*
*Latinitas falſas,an,& quando vitiet diſpoſitionem? adeundus Card.Tuſcus, num.18.*
*Oritur falſitatis præſumptio in ſcriptura priuata ex diuerſitate papiri, ſeu chartæ, & ſigni,num.19.& 20.*
*Opinio Authoris circa iſtud axioma,num.21.*
*Oritur falſitatis coniectura ex eo,quod in vno libro plures reperiantur quinterni ligati, quorum vnus non ſit ſimilis alteri, num.22.& 23.*
*Oritur falſitatis præſumptio,ſi in charta recenti reperiatur ſcripta apocha aliqua antiqua, & conſtaret, quod tempore,quo ipſamet apocha confecta fuit, charta illius ſpeciei non fabricaretur,& è conuerſo,num.24.*
*Hæc ſola præſumptio, quod recens ſcriptura reperiatur in charta antiqua, ex communiori non concludit falſitatem. Ratio ibid.num.25.*
*Oritur falſitatis præſumptio in ſcriptura priuata ex inveriſimilitudine, num.26.*
*Oritur, quoque dicta præſumptio, quando deficiente ſpacio in charta, carmina reſtricta reperiuntur, cum à principio potuiſſent latiori ſpacio ſcribi,num.27.*
*Exemplum,num.28.*
*Item oritur dicta præſumptio,quando in ſcriptura priuata de recenti ſtipulatione vallata conteſtes in ipſa nominati ex hac vita ſubtracti reperiuntur, num.29.*
*Oritur quoque dicta præſumptio ex tarditate in producendo ipſam ſcripturam priuatam,num.30.& 31.*
*Et eſt veriſſima Concluſio,quidquid dixerit Dom.Surdus,numer.32.*
*Item oritur dicta præſumptio,quando charta, in qua ipſa ſcripta eſt,reperitur inciſa,nu 33.*
*Idem iuris, quando ordo ſubſtantialis præpoſitus eſt, num.34.*
*Item quando charta,in qua ipſa ſcripta eſt, eſt immunda, maculata,& vituperata,num.35.& 36.*
*Hæc tamen Regula recipit tres declarationes,de quibus,nu.37. 38.& 39.*
*Item oritur dicta falſitatis præſumptio, quando dicta ſcriptura priuata facta eſt ſine debita ſolemnitate,num.40.*
*Item oritur dicta præſumptio, quando quis aſſerit in iudicio, ſe nolle vti ipſamet ſcriptura priuata ea de re confecta, ſed in eadem contenta velle comprobare teſtibus, num.41.*
*Oritur pariter quando ex pluribus teſtibus in ipſamet ſcriptura deſcriptis, aliqui tantum producerentur examinandi, numero 42.*
*Oritur etiam dicta ſuſpicio falſitatis ex immodica diligentia, & ſollicita cura quod ſcriptura ipſa priuata admittatur, & recipiatur, num.43.*
*Item emanat dicta præſumptio, quando Pamphylus puta in chirographo aſſeruit pecuniam fuiſſe à Mæuio debitore datam Sempronio creditori,& ab ipſomet Sempronio receptam vel è contra, & tamen verè coram ipſo pecunia non adfuit, num.44.*
*Notarius, qui in inſtrumento teſtatur pecuniam numeratam, quæ numerata non fuit,an,de falſo puniri poſſit? Vide Farinaccium remiſſiuè, nu.45.*
*Oritur quoque dicta præſumptio, quando is, qui produxit ipſam ſcripturam, fuit ſæpius interrogatus, an eadem vti vellet,& is reſponderit ſemper ſuboſcurè,& dubitatiuè,num.46.*
*Item quando ipſamet ſcriptura continet renunciationem immenſi iuris,& aliqua cauſa ipſius renunciationis minus vera fuit narrata,nu.47.*
*Oritur etiam præſumptio falſitatis ex qualitate perſonæ contrahentis, quæ cognoſci non potuit tempore celebrati cōtractus, cuius eſſet ætatis, & qualitatis, num.48.*
*Item quando ipſamet ſcriptura fuit clam, & in loco abdito, & obſcuro confecta,num.49.*
*Item oritur, quando ille, qui per ſcripturam aliquam priuatam ius ſuum renunciauit ſtetit ſemper in poſſeſſione eiuſdemmet iuris renunciati,donec vixit, num.50.*
*Oritur quoque dicta præſumptio, quando conſtat eum, qui aſſeritur falſificaſſe ſcripturam illam priuatam, de qua eſt contentio, perquiſiuiſſe antea ſcripturam illi ſimilem, vt fortè inde exemplum ſumeret,num.51.*
*Item emanat, quando ſcriptura ipſa fuit confecta inter ignotos, num.52.*
*Item quando falſa cauſa fuit in ipſamet ſcriptura priuata expreſſa, num.53.*
*Pariter dicta præſumptio falſitatis oritur, quando quis ſcripturam aliquam priuatam,quæ intereſſe commune, ſeu alienum complectatur, celat,atque occultat, num.54.& 55.*
*Item oritur, quando quis exhibet libros, & codices rationum mancos,& mutilatos,num.56.*
*Aliæ coniecturæ falſitatis referuntur per Barbatiam, Menoch. Peregr.& Card.Tuſcum remiſſiuè,num.57.*
*Sola ſuſpicio falſi an habeatur pro falſitate in ipſo crimine falſi? videndi DD.remiſſiuè,num.58.*
*Supradictæ falſitatis præſumptiones ex quibuſdam cauſis extenuari poſſent,videndi Menochius,& Farinaccius,num.59.*

## Diuiſio bonorum, an per ſcripturam priuatam probari poſſit. fol.43.

*Diuiſio in dubio non præſumitur,niſi probetur,num.1.*
*Diuiſio bonorum probatur per ſcripturam priuatam,num.2.*
*Amplia, ac limita,vt per Card.Tuſcum, num.3.*

## Emancipatio, an probari poſſit per ſcripturam priuatam. fol.43.

*Emancipatio regulariter probatur per ſcripturam,num.1.*
*Et ſic per ſcripturam priuatam,num.2.*

## An ſcriptura priuata manu præsbyteri conſcripta fidem faciat. fol.44.

*Scriptura priuata manu præsbyter.ſcripta minimè probat. Ratio,num.1.2.& 3.*
*Scriptura præsbyteri non Notarij, nec ad pias cauſas probationem inducit, num.4.*
*Ratio, num.5.*
*Scriptura priuata præsbyteri etiam Parochi minimè probat, num.6.*

*Idem eſt ſcriptura Fratris, num.7.*
*Limita hoc, quando Frater in ſæculo exiſtens ipſo Tabellionatus officio functus eſſet, num.8.& 9.*
*Contraria opinio verior eſt, nu.10.*
*Clericus in ſacris conſtitutus regulariter Tabellionatus officium exercere prohibetur, num.11.*
*Poteſt bene multis in caſibus, de quibus per Marcum remiſſiuè, num.12.*
*In Ciuitate Venetiarum plena fides ſcripturis præsbyterorum, ac ſacerdotum adhibetur, num.13.*

## An ſcripturæ priuatæ defuncti magis credatur quam viuentis. fol.45.

*Scripturæ priuatæ defuncti, magis creditur, quam viuentis, num.1.*
*Ratio, num.2.*
*Nemo cum mendacio præſumitur mori, & in peccato, nu.3.*
*Scriptura priuata licet pro ſcribente nullam fidem faciat, tamen vbi facta eſt à mortuo, facit præſumptionem, nu.4.*
*Et facta à reputato bono, ſemiplenè poſt eius mortem probat, num. 5.*
*Opinio Pretei deducitur, num.6.*
*Reſoluitur ac explicatur, num.7.*

## Qualiter recognitio priuatæ ſcriptaræ fieri debeat. fol.45.

*Publico inſtrumento fides adhibetur, etiam mortuo tabellione, ac teſtibus, num.1.*
*Secus eſt in priuata ſcriptura, niſi fuerit recognita, num.2.*
*Qualiter autem ipſius fiat recognitio, num.3.*
*Author diſtinguit, num.4.& 5.*
*Tria notabilia deducit idem author, nu.6.7.8.& 9.*
*Recognitio ſcripturæ priuatæ fit octo modis, de quibus remiſſiuè per D.Scacciam, num.10.& 11.*
*An per procuratorem priuatæ ſcripturæ recognitio fieri poſſit. Dubitatur, num.12.*
*Pro affirmatiua concludit author, num.13.*
*Quid iuris ſi procurator ipſe neget ſubnectit ibidem Author, num.14.*
*An ſcriptura priuata recognita habeat exequutionem paratam, videndus Valaſc.remiſſiuè, num.15.*
*Recognitio ſcripturarum priuatarum, quæ producuntur, an ſit neceſſaria? videndus Scaccia remiſſiuè, num.16.& 17.*

## An per ſcripturam priuatam probetur delictum. fol.46.

*Delictum non probatur per ſcripturam priuatam, num.1.*
*Rationes, num.2.*
*Amplia, vt nec etiam per inſtrumenta publica, num.3.*
*Delictum, quod committitur ſcribendo, paciſcendo, ſeu contrahendo, de quo pacto, ſeu contractu delictum ipſum continente fiat per paciſcentes, & contrahentes ſcriptura, probatur per ſcripturam priuatam, num.4.*
*Exempla, nu.5.6.& 7.*
*Intellige, ac declara prout ibi, num.8.& 9.*
*Delictum quod fit promittendo, vel contrahendo, probatur etiam contra ſcribentem per ſimplicem eius litteram, vel epiſtolam, num.10.*
*Delictum, quod committitur ſcribendo, paciſcendo, ſeu contrahendo, multo magis probatur, quando de eo confectum eſt publicum inſtrumentum, num.11.*
*Quædam opinio Baldi, ac Farinacij deducitur, num.12.*
*Damnatur autem per Authorem, num.13.& 14.*
*Delictum probatur per ſcripturam priuatam, quando ciuiliter agitur de crimine, & ipſa confecta eſt à delinquente, vel ipſo volente, num.15.& 16.*
*Scriptura priuata facit aliquam præſumptionem, ſeu adminiculum circa materia delictorum, nu.17.*
*An, & quando delictum per inſtrumentum publicum probetur, remiſſiuè videndus D.Maſcardus, num.18.*

## Exemplum ſcripturæ priuatæ, an probet? fol.48.

*Exemplum ſcripturæ priuatę minimè probat, num.1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.& 11.*
*Amplia, vt nec exemplum publici inſtrumenti probet, n.12.*
*Amplia, vt nec etiam ſummus Pontifex efficere queat, vt tale exemplar probet, & illi credatur, num.13.*
*Declara, num.14.*
*Amplia, & ſi iuuans ſe tali exemplo eſſet perſona valdè priuilegiata, vtputa Fiſcus, num.15.*
*Limitatur Concluſio contra illum, qui dedit exemplum, nam contra eum plenè probat, num.16.& 19.*
*Amplia, num.17.*
*Opinio Moderni Pariſienſis, num.18.*
*Limitatur ſecundo, quoad aliqualem præſumptionem, nu.20.*
*Contrarium Baldus, num.21.*
*Supradicta opinio retinetur, num.22.& 23.*
*Sublimita, num.24.& 25.*
*Limitatur tertiò, quando ſcriptura ipſa priuata fuiſſet regiſtrata in Actis per Notarium actorum, & exempl.ibi relictum, extractum eſſet de verbo ad verbum per modū regiſtri, n.26.*
*Ampliatur iſta limitatio, num.27.28.*
*Sublimitatur, nu.29.30.31.& 32.*
*Exemplum ſcripturæ priuatæ probat, quando aduerſarius, contra quem producitur exemplum habet originale, quod nolit exhibere, num.33.*
*Sublimita, nu.34.*
*Opinio Authoris, num.35.*
*Item probat, quando pars non opponeret, num.36.*
*Item quando exemplatio eſſet antiqua, num.37.*
*Sublimita, num.38.39.& 40.*
*Item probat quando ſcriptura ipſa originalis non poſſet haberi, num.41.*
*Item ſi exemplum ipſius ſcripturæ priaatæ fuerit ſæpius in iudicio productum num.42.*
*Item iuris, quando ſuper eodem fuiſſet iudicatum, nu.43.*
*Item quando apparerent plura exempla, num.44.*
*Item accedentibus pluribus alijs coniecturis, nu. 45.*
*Exemplum publici inſtrumenti an probet? vide Doctor.remiſſiuè ſcripturam priuatam originalem, exhibitam regulariter minimè probare, ſupra loco ſuo ſatis abunde concluſimus. Nunc quid iuris, ſi ipſius producatur exemplum dubitari cōtingit, num.46 & 47.*

## Ex l.ſcriptura C.qui potiores in pignoribus habeantur. fol.51.

*Priuata ſcriptura à partibus ſubſcripta etiam abſque teſtibus vim publicæ obtinet quoad perſonalem actionem contra ipſum debitorem exercendam, num.1.*
*Amplia idem iuris eſſe, licet à partibus ſubſcripta, quando tamen debitor actione ipſa perſonali conuentus fateretur quidem, quæ in ea continentur, vera eſſe, num.2.*
*Amplia ſecundo, idem quoque iuris eſſe, ſi de reali actione inte-*

denda contra ipſummet debitorem tractetur, num.3.
Subamplia, vt hoc procedat etiam contra fiſcum, num.4.
Amplia tertiò regulam procedere, licet ſcriptura ipſa eſſet ſcripta manu vnius dumtaxat partis, & non ſubſcripta à teſtibus, ſi tamen illa approbetur per tres teſtes, qui dicant ſe vidiſſe ſchedulam prædictam ſcribi per partem, num.5.
Contrarium tenuerunt multi, nu.6.
Diſtinctio Alexand. in difficultate propoſita, num.7.
Improbatur à multis, num.8.
Authoris ſententia cum eius declarationibus remiſſiuè per Gabrielem, num.9.
Variæ limitationes ad ſupradictam regulam, n.10.11. & 12.

## Secunda Concluſio, ex d.l. ſcripturas. f. 51.

Scriptura priuata à partibus non ſubſcripta, ac trino teſte bonæ opinionis, ac famæ, non munita, non operatur quoad hypothecam in præiudicium poſteriorum creditorum hypothecam ipſam habentium ex publico inſtrumento, num.1.
Ratio, num.2.
Ampliatur iſta concluſio, vt procedat, etiamſi præcederet mandatum per inſtrumentum publicum ad obligandum, nam ideò minus obligatio ſequens per priuatam ſcripturam non præiudicat in hypotheca habenti publicum inſtrumẽtum poſterius, & ratio ibidem ex Tiraquello, num.3.
Concluſio ſupra poſita, non ſolum locum habet in creditore publicum inſtrumentum habente, ſed etiam in emptore, num.4.
Ratio, num.5. Prior retinetur, num.7.
Contrarium multi, num.6.
Item habet locum in habente titulum lucratiuum, vt puta, donationis, nu.8.
Et in ſumma contra omnes habentes cauſam à debitore, & in omni caſu, in quo eadem vigeat ratio, num.9.
Ampliatur multis alijs modis, de quibus remiſſiuè per Gabriel, num.10.
Creditor priuatam habens ſcripturam, creditori poſteriori publicum etiam habenti inſtrumentum, quod hypothecam præfertur, ſi duo teſtes bonæ opinionis, ac famæ de veritate contentorum in ipſa ſcriptura priuata, quoad ſubſtantiam obligationis, apertè depoſuerint, num.11.
Ampliatur hoc procedere, etiamſi alio modo, quam per teſtes de varietate ipſiſmet ſcripturæ priuatæ conſtare poſſet, numer.12.
Ratio, num.13.
Varia afferuntur exempla, quibus de ipſius priuatæ ſcripturæ varietate alio modo, quam per teſtes conſtare poteſt, & nu.14.15. & 16.
Priuatam habens ſcripturam anteriorem an præferatur poſteriori creditori publicum inſtrumentum habenti poſtea celebratum, ſi tamen ſuſpicio fraudis in caſu dictæ l. ſcripturas, ceſſet, & ſi in ea non ſint appoſita requiſita eiuſdem legis? Dubitatur, num.17.
Author concludit pro affirmatiua, num.18.
Fundamentum eius, nu.19. & 20.
Reſoluit contraria, quæ obijci poſſent, nu.21.22.23.24. & 25.
Scriptura priuata, operatur etiam in præiudicium poſterioris creditoris publicum pro ſe habentis inſtrumentum, quando duo teſtes eſſent in ea ſubſcripti, & alia adminicula maioris ponderis, & authoritatis, quam ſit tertius ille teſtis, interce derent, nu.26.
Item ſi confeſſio ipſius debitoris probaretur emiſſa tribus tantum teſtibus præſentibus, licet non inſcriptis, num.7.
Item, ſi ipſa ſcriptura priuata ex forma ſtatuti vim publici haberet documenti, num.28.
Quam ſententiam author ſequitur, & confirmat, nu.29.30.31. & 32. vſque ad 37. incluſiuè.
Eamdem quoque ſequitur Cl. Decianus, num.38.
Contrarium tenuit poſt Ripam Tiraquello, num.39.
Fundamentum eius, num.40.
Prior vti verior retinetur, nu.41.
Soluitur ratio Tiraquelli, num.42. & 43.

## Subſequitur vltimo loco tertia Concluſio deſumpta ex d.l. ſcripturas, C. qui potiores. fol. 54.

Habens priuatam ſcripturam trino teſte bonæ opinionis, ac famæ, munitam, præfertur habenti publicum inſtrumentum poſterius quoad pignus, & hypothecam, nu.1. Ratio, nu.3.
Hypotheca etiam per chirographum poteſt conſtitui, dummodo conſtet de mente contrahentium ipſam conſtituere volentium, num.3.
Ad hoc vt Concluſio ſupra firmata, nu.1. locum habeat, multa requiruntur, num.4.
Primo, quod à tribus teſtibus ſcriptura ipſa priuata ad minus ſit ſubſcripta num.5.
Amplia, vt dictus numerus requiratur etiam de iure Canonico, num.6.
Amplia, an ne ſufficiat ſi ſint duo, et vnus eorũ Notarius, n.7.
Ratio ibidem.
Item, vt nec ſcribens in ipſomet teſtes debeat connumerari, numer.8.
Prout nec etiam mediator, licet nec pretium, aut mercedem aliquam receperit, num.9.
Amplia, vt id procedat, non ſolum quando ageretur contra tertium verum etiam contra principalem debitorem, nu.10.
Requiritur ſecundo, quod illi tres teſtes ſint bonæ, ac probatæ opinionis, num.11.
Et iſta qualitas proculdubio erit articulanda, & probanda, numer.12.
Ratio.
Angeli. Cepollæ, & Pariſij, } dicta afferuntur, num.13.14.15. & 16.
Exigitur tertio, quod ipſi tres teſtes, partes agnoſcant & notitiam ipſarum habeant, nu.17. & 18.
Item quod illi ſcripturæ ſe ſubſcribant, vel ſaltem ſuis ſigillis eadem obſignent, num.19.
Signum habet vim ſubſcriptionis, num.20.
Requiritur quartò, quod teſtes ipſi ſint maſculi, & non fœminæ, num.21.
Contrarium multi, num.22.
Prior tamen vti verior, ac communior retinetur, num.23.
Exigitur quintò, quod vltra ipſorum teſtium interuentum, ambarum quoque partium intercedat ſubſcriptio, nu.24.
Contrarium quamplurimi, num.25. & 26.
Eorum fundamentum, num.27.
Ampliatur, vt quando debitori ſcripturam illam priuatam manu ſua propria ſcripſerit, idq; in ipſa ſcriptura aſſeruerit, alia ipſius poſtea ſubſcriptio non requiratur, num.28. & 29.
Ratio, num.30.
Et ita de conſuetudine obſeruari teſtatur Caccialupus, n.31.
Text. in d.l. ſcripturas enuncietur, num.32.
Subampliant idem iuris quoque eſſe, quãdo ſigillum illius, cuius manu tota ſcriptura reperitur ſcripta, eſſet appoſitum; alia enim ipſius ſubſcriptione minimè eſſet opus, num.33.
Ratio, num.34.
Declara, num.35.
Diſtinctio communis ſcribentium in huiuſmodi difficultate deducitur, num.36. & 37.
Quod plures tangit ab omnibus debet approbari, num.38.
Superflua, & eluſoria ex Crau. videtur ſubſcriptio illius partis, de cuius fauore tantum agitur, nu.39.
Petrus Bimius cõſilio ſuo 172. numero primo in 2. improbatur, num.40.

Alia

*Alia diſtinctio Ripæ in iam dicta difficultate deducitur, num. 41.42.43.& 44.*
*Oddus conſil.ſuo 100.num.79.reſellitur,num.45.*
*Communis illa diſtinctio,de qua ſup. numer.34. approbatur ab Auctore,num.46.*
*Requiritur ſextò,quod dicta priuata ſcriptura contineat diem, menſem,annum, & locum,in quo facta eſt,num.47.*
*Item, quod teſtes in recognoſcendo dicant ſe ſubſcriptiones ſuas recognoſcere,quia manu ſua fuerunt ſcriptæ,num.48.*
*Item,quod fuerunt præſentes,quãdo ipſamet ſcriptura per partes fuit ſcripta, & ſubſcripta, & quod de ea reminiſcuntur, & alia multa de quibus,ibi.num.49.50. & 51.*
*Requiritur octauo,quod ipſimet teſtes deponant ſe vidiſſe partes ipſas ſcribere, adeò quod non ſufficiat, ſi depoſuerint, ſe habere characterem ipſarum partium familiarem,ac cognitum num.52.*
*Si aliquis ex illis tribus teſtibus in priuata ſcriptura ſubſcriptis, in fata conceſſerit, cęteriq; duo ipſam ſcripturam dumtaxat recognouerint, an id ſufficiat quoad probandum debitum, & hypothecam in præiudicium tertij,in materia d.l.ſcripturas? dubitatur, num.53.*
*Negatiuam multi tenuerunt, num.54.*
*Fundamenta pro hac opinione,nu.55.56.57.58.59.60.& 61.*
*Affirmatiuam quamplurimi ſequuti ſunt,num.62.*
*Media quibus hæc opinio ſuſtinetur, n.63.64.65.66.67.68.69. & 70.vſque ad 78.incluſiuè.*
*Et hanc vti veriorem, & communiorem ſequitur Author, nu. 79.& 93.*
*Reſpondetur ad fundamenta contraria partis,& nu.80.81.82. vſque ad 92. incluſiuè.*
*Multa notatur digna deducit Author, num.94.95.96.97. cum ſeq. vſque ad 112.*
*Quæritur ſi tres omnes teſtes ſubſcripti in ipſa ſcriptura priuata, ante eorum recognitionem in fata conceſſerint, an ipſamet ſcriptura probet? num.114.*
*Diſtingue duos caſus, de quibus, numer.114.115.116.117.& 118.*
*Alia difficultas, quid ſi ipſamet ſcriptura habeat ſubſcriptionem dumtaxat teſtium, & non partium,an probet, ſi fiat ſola teſtium recognitio,num.119.*
*Vide Trentacinquium remiſſiuè, num.126.*
*De materia d.l.ſcripturas, vide plures Doctores relatos ibi remiſſiuè, num.121.*

## LIBER SECVNDVS.

### De Apocha manu Debitoris conſcripta. fol.61.

*Apocha manu debitoris conſcripta, tunc plenè probat, quando vltra ipſam adeſſent duo, vel tres teſtes deponentes de veritate contentorum in ea num.1.*
*Apocha manu debitoris confecta, ſi non habet cauſam debiti obligatoriam,contra ipſum efficaciter non probat, num.2.*
*Idem eſt in ſcriptura publica, num.3.*
*Partita facta ſine cauſa in libro creditoris, cui ex forma ſtatuti fides adhiberi ſolet,non probat,num.4.*
*Scriptura ſaldi,in qua cauſa nõ ſit expreſſa,minimè probat,n.5.*
*Si quis pro reſto,& ſaldo (vt vulgò dicitur) rationum factorum confiteatur ſe debitorem,licet cauſa non exprimatur, attamen apocha illa de reſiduo ſuum obtinet robur, num.6.*
*Idem eſt in libro campſoris, ibid.*
*Pulchra quæſtio ibi proponitur, & deciditur,num.7.*
*Apocha manu debitoris conſcripta, & quam eſſe manu ſua cõfectam ipſemet fatetur, contra ipſum plenè probat, licet ſe minimè debitorem eſſe oppoſuerit, num.8.*
*Ratio,nu.9.*
*Et eſt vera Concluſio quidquid nonnulli dixerint,num.10.*
*Et præcipuè procedit in contractu depoſiti, num.11.*
*Excipito contractus mutui,& dotis, in quibus intra præſtituta à iure tempora non noceret confeſſio confitenti, nu.12.*
*Priuata ſcriptura à debitore confeſſata, an noceat, & præiudicet tertio? Dubitatur, num.13.*
*Author diſtinguit duos caſus,numer.14.15.16.& 17.vſque ad 22. incluſiuè.*
*Apocha, quæ non habeat teſtes inſcriptos, vel ſubſcriptos & à debitore negata,nec plenam, nec ſemiplenam probationem inducit,nu.23.*
*Aliquam tamen in fauorem ipſius creditoris producentis præſumptionem operatur, num.24.*
*In comparatione facienda duplex ſcriptura habetur in conſideratione ſcriptura videlicet, ex qua,& ſcriptura, ad quam, num.25.*
*Scriptura ad quam quid ſit. Et quid ſcriptura ex qua.Declaratur,num.26.& 27.*
*Scriptura,ex qua comparatio deſumenda eſt, debet eſſe certa, vera,& indubitata illius, qui eam ſcripſiſſe aſſeritur, nu.28.*
*Ex omni ſcriptura, quam ſcripturam fuiſſe conſtat manu debitoris, ſeu aduerſarij,ſit comparatio ad ſcripturam contentioſam, num.29.*
*Iudex pro comparatione habẽda poteſt cogere aduerſarium negantem ſcribere, & exinde ex illa ſcriptura comparationem habere ad ſcripturam ipſam contentioſam, num.30.*
*Producens apocham poteſt à iudice petere, vt ex officio interroget eum,contra quem ſit productio, an talem apocham ſcripſerit, & huiuſmodi interrogatorio tenebitur reſpondere ante litem conteſtatam,nu.31.*
*Debitor officio iudicis ad iudicium accedere apodiſſam à ſe conſcriptam recogniturus cogi poteſt,& à tali præcepto appellare vtique prohibetur, num.32.*
*Et ſi forſan citatus ad recognoſcendum negauerit,conuictus poſtea de mendacio non ſolum in contentis in ipſa ſcriptura,ſed etiam in duplum mulctabitur, num.33.*
*De quibus particulariter ſit acturus in materia ſcripturæ ad quã fit comparatio,breuiter docet Author, num.34.*
*In omnibus illis caſibus, & cauſis ad comparationem litterarũ deuenitur, in quibus comparatio ipſa poteſt aliquem veritatis producere effectum, num.35.*
*Ad probandum quis non debet admitti,quod probatum non releuat,num.36.*
*Habens probationes de veritate aliunde, à comparatione facienda repellitur, num.37.*
*Vbi alio reſpectu ſcriptura fidem non faceret, tunc comparatio litterarum ad illam minimè admitteretur, num.38.*
*Exemplum,ibid.*
*Per quos litterarum fiat comparatio, multæ extant Scribentiũ opiniones,num.39.40.& 41.cum ſeq. vſque ad 50.incluſiuè.*
*Experti, qui in iudicio comparationis faciendæ eliguntur, non aſſumuntur,nec deponunt vt teſtes,num.51.*
*Ratio,num.52.*
*Sed aſſumuntur tanquam in arte periti, num.53.*
*Vnde non iurant,nec tenentur iurare de veritate,ſed tantum de credulitate,num.54.*
*Qualiter fiat comparatio,vide Doctores remiſſiuè,num.55.*
*Qui comparationem fieri petit,et inſtat,ſolemniter manu tactis Euangelijs debet iurare, quod non aliam idoneam habens fidem ad ipſam comparationem venit,& quod circa eam nihil egerit, quod veritatem poſſit immutare, num.56.*
*Ratio,num.57.& 58.*
*Item ſecundum aliquos tenetur præſtare iuramentum de calumnia, num.59.*
*Periti electi pro comparatione facienda tenentur iurare, quod ad id accedunt, nec lucri cauſa, nec inimicitijs, nec gratia aliqua tenti,num.60.*
*In omnibus, in quibus eliguntur periti, defertur illis iuramentum, num.61.*



FACULTAD DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

Index,& periti,quid debent agere pro comparatione facienda, præſtitis iuramentis, de quibus ſupra declarat author, numer.62.
Sat eſt,quod periti electi pro comparatione facienda, ſemel iurent ante comparationem inſtitutam,num.63.
Quidquid ſcripſerit Rol.à Valle,num.64.
Olim ex ipſa litterarum comparatione plena fides inducebatur, quod poſtea fuit immutatum,num.65.
Hodie autem quanta ex ea inducatur, non eſt eadem omnium ſententia,num.66.
Nonnulli adhuc plenam reſultare concludunt, num.67.
Multi autem aliqualem dumtaxat arbitrio domini iudicis permanere arbitrantur,num.68.
Fundamentum eorum,num.69.
Non pauci verò, nec præſumptionem quidem oriri rati ſunt. num.70.
Semiplenam autem probationem induci communiter receptum eſt, num.71.
Ratio, num.72.& 73.
Et hanc tantum etiam à Baldo Author veriſſimam arbitratur, num.74.
Producens ſcripturam priuatam ſub litterarum comparationē comprobatam, petere poteſt ſibi deferri iuramentum in ſupplementum probationis, num.75.
Limita in cauſis magni ponderis, num.76.
Ratio,num.77.
Aſſerens cauſam eſſe magni ponderis, & per conſequens iuramentum ſuppletorium deferri minimè poſſe, tenetur id tanquam fundamentum ſuæ intentionis probare, num.78.
Quæ cauſæ ſint parui,vel magni ponderis,arbitrio iudicis relinquitur,num 79.
Iuramentum in ſupplementum probationis etiam conceditur in cauſis maximi ponderis, quando pluſquam ſemiplenè actor intentionem ſuam probaſſe, num.80.
Scriptura priuata per litterarum comparationem non probata, ſi vnius teſtis, qui ſe præſentem fuiſſe, & vidiſſe quando debitor ſcripſit, fuerit dicto corroborata, plenam fidem faciet, num.81.
Ratio, num.82.& 83.
Scriptura priuata per litterarum comparationem comprobata, ſemiplenam fidem minimè inducit cum de tertij agitur præiudicio, num.84.
Quandoque poteſt eſſe tanta vis comparationis,vt illa ſola ſufficiat ad ſolemnem, ac plenam probationem, num.85.
Et eſt veriſſima Concluſio,quidquid dixerint nonnulli,num.86.
Litterarum comparatio, quæ oſtendat ſcripturam ſimul cum illa, ad quam fit comparatio,per omnia ſimilem,plenè probat, num.87.
Comparatio litterarum, quando concurrit quoque ſubſcriptio trium teſtium,qui graues,& honeſti forent,et qui eorum ſubſcriptiones recognoſcerent,affirmantes illam ſcripturam qua controuertitur, eſſe ipſis præſentibus ſcripturam, ab illo in ſcriptura commemoratio, plenè probat, num.88.
Amplia,num.89.
Limita,num.90.91.
Amplia ſecundò, num.92.
Pulchra proponitur dubitatio, & ſoluitur per D.Scaccia, remiſſiuè, num.92.
Litterarum comparatio plenam fidem facit,quando & ſcribentes,& ſubſcribentes omnes ex hac luce migraſſent,num 93.
Item quando conuentum eſſe inter partes, quod ex ipſa ſola litterarum comparatione plena fides apochæ priuatæ adhiberetur,num.94.
Similiter quando ipſa literarum comparatio adminiculis alijs reperitur adiuta, num.96.
Ratio, num.97.
Suſpitio falſitatis tollitur ex coniecturis contrarijs, num.98.
Comprobationi litterarum tunc demum eſt locus, quando negotium non excedit valorem vnius libræ auri, num.99.
Et hæc eſt veriſſima ſententia, quidquid ſcripſerit Gaſpar Theſaurus,num.99.& 100.
Quot ſoldi, ſiue aurei ad libram conficiendam requirantur. Dubitatur, num.101.
Solidus, & aureus in iure æquiparantur, & ſæpius confunduntur, ibid.
Libra ex communi Scribentium ſententia aureis,ſiue ſolidis 72. conſtat, num.102.
Et ſi de aureis legalibus intelligatur, veriſſima eſt præfata Concluſio, num.103.
Libra ex quot aureis noſtri temporis conſtet, valdè ſe torſerunt Scribentes, num.104.
Boer.96.apprimè requiri teſtatur, num.105.
Ioſeph.Ludou.& Cl.Peregr.eam ex 107.conſtare reſponderunt, num.106.
Author relinquit cogitandum,num.107.
In omnibus iſtis caſibus, in quibus comparatio ſufficit, & probat, illud procedit, quando ageretur ciuiliter, ſecus ſi criminaliter,puta in crimine falſi, num.108.
Ad probandum falſitatem ſola litterarum comperatio minimè ſufficit, num.109.
In criminalibus, probatio debet eſſe certa, & concludens, numer.110.
Purpurat. vult, fieri iudicium ad torturam, intellige, vt ibi, num. 111.
Pulchra proponitur per Authorem dubitatio, numer.112.& 113.
Cuiuslibet ſcripturæ, ex qua actio vel excuſatio inſtitui poteſt, admittitur comparatio,num.114.
Comparatio litterarum famoſum libellum, ſeu cantilenam continentium,an faciat ſufficiens indicium ad torturam? n.115.
Arguitur primo aſpectu, quod ſic, num.116.
Franc.March.cogitandum relinquit.Ratio,ibid.nu.117.
Comparatio litterarum,niſi alia concurrant,nec etiam indicium facit ad torturam,num.118.
In litterarum comparatione facienda ſemper requiritur citatio partis, num.119.
Idque in practica aduertendum docet Viuius, num.120.
Comparatio litterarum in libro rationum plenam fidem facit ex communi,num.121. Ratio,num.122.123.
Declara,num.124.& 125.
Comparatio literarum facta in epiſtola, an plenè probet? Dubitatur, num.126.
Affirmatiuam Bart. & infiniti alij, num.127.& 128.
Contrarium multi, num.129. Ratio ibid.
Prior tamen opinio vti verior,& communior retinetur,n.130.
Soluitur ratio aduerſariorum, num.131.
Limitatur ſupradicta concluſio, num.132.
An comparatione literarum teſtamentum paternum probetur vide Pantzſchmanum remiſſiuè, nu.133.
Apocha à partibus ſubſcripta, & à tribus teſtibus, qui eorum ſubſcriptione recognoſcant,plene probat,num.134.
Multa tamen requiruntur de quibus remiſſiuè per Ripam, numer.135.
Apocha,quæ non habet partium ſubſcriptiones, ſed teſtium dũtaxat illam recognoſcentium,an plenam fidem faciat,maxima eſt quæſtio, num.136.
Affirmatiuam multi tenuerunt, num.137.
Fundamentum eorum, num.138.
Contrarium quamplurimi aſſeruere,num.139.
Author diſtinguit vna cum Corn.nu.140. & ſeqq.
Aliter diſtinguit Alexand. conſil.181. col.2.in 2.numer.145. & ſeqq.
Eius tamen opinio communiter reprobatur,num.148.
Quot teſtes ad priuatæ ſcripturæ comparationem requiruntur? ambigitur,num.149.
Quædam Communis Doctorum diſtinctio in hac difficultate deducitur, num.150.& 151. cum quattuor ſequentib.
Apocha priuata, quæ non habet ſubſcriptionem teſtium, vel partium,

partium, ſed tantum iuuatur per depoſitionem duorum, vel trium teſtium inſcriptorum, vel tantum nominatorum, qui dumtaxat deponant ſe præſentes extitiſſe tunc, quando apocha ipſa fuit confecta, ſemiplenam ſolum probationem inducit, n. 156.
Et ideo quoad plenam inducendam neceſſarium eſt comparationis adminiculum, n. 157.
Pulchra ratio, ex Bartol. n. 158. & 159. ead.
Contrarium tenent multi, n. 260.
Caſus diuerſificantur, n. 161.
Prior opinio, quæ eſt Bart. & Communis retinetur, n. 162.
Apocha a debitore, & tribus teſtibus, qui tamen ſint mortui, vel abſentes, ſubſcripta, ſi ab ipſomet debitore, vel eius hæredibus fuerit negata, per litterarum comparationem comprobata, plenam fidem faciet, n. 163.
Declara, n. 164. 165. 166. & 167.
Contrarium multi, n. 168.
Ratio eorum, num. 169. Soluitur, n. 170.
Amplia, n. 171. 172. 173.
Scriptura priuata partium, & vnius teſtis dumtaxat ſubſcriptione munita, ſi probetur per comparationem litterarum etiam reſpectu ſubſcriptionis illius teſtis, an aliquid probationis inducatur? Videndus Crau. 174.
Apocha abſente creditore per debitorem conſcripta deinde data, aut tranſmiſſa ad ipſum creditorem, ſi in ſe iuſtam, & habilem contineat cauſam, ſufficiens erit ad plenam exactionem, n. 175.
Ratio, n. 176. & 177.
Si antequam apocha ad creditorem deferretur, ſcribens ex hac luce migraret, apocha illa nullam probationem ad vtilitatem ipſius recipientis induceret, n. 178.
Vbi propter impoſſibilitatem minimè habet locum veritas, nec etiam cadit fictio, n. 179.
Intellige hoc nedum quo ad obligationem, ſed etiam quo ad probationem, n. 180. Ratio, num. 181.
Apocha licet habeat partium, & teſtium ſubſcriptiones diem, & Conſulem, ſi tamen per ipſoſmet teſtes non fuerit recognita, minuſque à partibus, nullam fidem faciet n. 182.
Ratio, num. 183. & 184.
Amplia, num. 185. Limita, n. 186.
Apocha manu debitoris conſcripta, licet nec diem, neque annum inſertim habeat, ſi tamen legitimis indicijs fuerit comprobata, plenè probat, n. 187.
Ratio, num. 188.
Apocha confecta a debitore in publica forma, vt quia eſſet Notarius, plenam fidem facit, n. 189.
Comparatione litterarum facta in apocha, ſi de ipſarum quidem ſimilitudinem conſtet, teſtes autem contradicant, ſtandum eſſe iudicis arbitrio, Bart. & alij docuere, num. 190.
Author contra, num. 191. 192. 193. & 194.
Si in apocha litterarum comparatio fieri non poſſit, nec teſtes illi ſcripturæ, inſcripti ſint, ſed ſolummodo quidam reperiantur, qui affirmaret ſe vidiſſe, cum ipſamet ſcriptura a debitore conſcriberetur, hoc in caſu ſemiplenam ex eo probationem reſultare docuit Bart. n. 165.
Authoris de eadem re opinio, num. 196.
Apocha ipſius debitoris ſigillo munita, & per litterarum comparationem comprobata, plenam fidem facit, n. 197.
Nota tamen probationem iſtam ad ipſius ſigilli veritatem referendam, n. 198. & 199.
Si apocha habeat teſtes ſubſcriptos & facta litterarum comparatione, de earum maxima diſſimilitudine conſtet Teſtes autem ſubſcriptiones ſuas recognoſcant, & fuiſſe ipſius debitoris manu confectam atteſtentur, cui magis fides ſit adhibenda, arbitrio iudicis relinquitur, n. 200.
Apocha ſubſcripta, & a debitore licet negante, et a teſtibus qui deponant ſe fuiſſe præſentes, quando fuit ab eodemmet debitore confecta, plenè probat ex Communi ſecundum Maſcard. num. 201.
Depoſitio teſtium dicentium ſcripturam illam fore talis, cuius manum, & characterem notum habent, & cognitum, nec ſemiplenè probant, num. 202. 203. & 210.
Amplia, ex Pariſio, num. 204.
Ratio, num. 205. 206. 207. & 208.
Clariſſimi Peregrini opinio improbatur, num. 209.
Concludit Author, & ampliat cum DD. Marta, & Scaccia, numer. 210.
Depoſitio teſtium dicentium talem ſcripturam fore talis, quia eius manum, & characterem cognitum habent, ſi ipſi teſtes ſint affines, & attinentes illius, cuius apocha illa eſſe contenditur, ſemiplenè probat, num. 211.
Contrarium tenet Author, num. 212.
Item, depoſitio eorumdem ex communi probat, ſi alia adminicula concurrant, n. 213.
Item ſi apertè deponant ſe vidiſſe, & adfuiſſe tunc temporis, qua ipſa ſcriptura fuit confecta, num. 214.
Sed qualis probatio oriatur, an ſcilicet plena, vel ſemiplena non eſt eadem omnium ſententia, n. 215.
Opinionem, quod plena oriatur, tenuerunt multi, num. 216.
Quod vero ſemiplena dumtaxat inducatur, Communiter receptum eſt, n. 217.
Fundamentum huius communis opinionis, num. 218.
Noua opinio Authoris in hac difficultate, num. 219.
Rationes, quibus mouetur, n. 220. 221. 222. 223. & 224.
Depoſitio teſtium dicentium ſcripturam illam fore talis quia eius manum, & characterem cognitum habent, & familiarè in praxi recepta eſt, & præcipuè in Curia Romana, n. 225.
Nota tamen talem conſuetudinem Curiæ Romanæ, non procedere in recognitione apocharum, num. 226.
Item talium teſtium depoſitiones in Ciuitate Venetiarum receptæ ſunt, n. 227.
Item hic Patauij, & vbique, num. 228. et 229.
Contra tamen ipſam conſuetudinem iudicauit Vallerius Valleria auditor Rotæ Lucenſis, num. 230.
In Ciuitate Lucæ non viget talis conſuetudo, n. 231.
Sic cum teſtium depoſitione comparatio litterarum concurrat, ex apocha plena reſultabit probatio, n. 232.
Alius caſus deducitur, num. 233.

## De Apocha manu creditoris conſcripta. fol. 77.

Apocha manu creditoris conſcripta nullam ad fauorem ipſius probationem inducit, num. 1.
Ratio, num. 2.
Nullus eſt idoneus teſtis, nec legitimum poteſt ferre teſtimonium in cauſa propria, n. 3.
Apocha manu creditoris conſcripta, ad fauorem ipſius tunc fidem facit, quando et a debitore foret ſubſcripta, num. 4.
Tantum operatur ſubſcriptio ad obligandum ſubſcribentem quantum ſi ſcriptura tota illius fuiſſet ſubſcripta, num. 5.
Idem dicito de ſupraſcribente, n. 6. Ratio ibid.
Apocha manu creditoris conſcripta, tunc demum ad fauorem ipſius, ſubſcriptione debitoris intercedente probat quando ipſemet debitor ſe ſubſcripſit, vti principalis obligatus, vel vti fideiuſſor, ſecus autem, ſi vti teſtis, n. 7.
Item quando habuit notitiam contentorum in ea ſcriptura, cui ſe ſubſcripſit, num. 8.
Vtrum ſubſcribens poſſit probabiliter allegare ignorantiam contentorum in ſcriptura, cui ſubſcripſit? vide per Caſtr. remiſſiuæ, num. 8.
Item, quando ſubſcriptio fuit ſpecialis, non generalis, n. 10.
Contrarium verius, num. 11.
Tantum operatur genus in ſuo genere; quantum ſpecies in ſua ſpecie, num. 12.
Apocha manu creditoris conſcripta, tunc pro eo fidem faceret, quando in ea adeſſet ſubſcriptio trium teſtium, qui examinati, et

ti,et ſubſcriptiones ſuas recognoſcentes apocham illam fuiſſe ab ipſo creditore conſcriptam debitore præſente, & conſentiente,ipſis etiam præſentibus,& videntibus apertè deponerent,num.13.
Amplia,num.14.15.
Quid iuris,ſi teſtes in fata conceſſiſſent? docet ibi Author, n.16.
An ex apocha redacta in publicam formam per creditorem Notarium, probatio aliqua ad fauorem ipſius inducatur? Dubitatur,n.17.
Author concludit pro negatiua,num.18.
Ratio,num.19.
Declara,num.20.
Limita,num.21.& 22.
Apoca manu debitoris confecta, tunc plenè probat, quando eſſet alterius liberatoria,et penes debitorem reperiretur, n.23.
Item probat quando creditor poſt illam apocham a ſe confecta in fata conceſſit,n.24. Ratio n.25.
Liberculus rationum defuncti concurrentibus alijs coniecturis, plenè probat,num.26.

## De Apocha manu Tertij conſcripta. fol.79.

An ex Apocha priuata manu Tertij confecta probatio aliqua inducatur, ambigitur, n.1.
Exemplum,num.2.
Author diſtinguit plures caſus,num.3.
Apocha manu Tertij confecta quando non habet, neque ſubſcriptionem partium, nec teſtium nec etiam ab ipſo ſcribente eſt recognita,et debitor,vel eius hæredes illius erunt,inficias, tunc nullam probationem inducit, n.4. & eſt veriſſima Concluſ.19.
Ratio num.5.
Amplia ex Romano, num.6.& 7.
Officium Notarij operatur tantum circa validitatem, & probationem ſcripturarum,quas fallit ſolemniter vti Notarius, num.8.
Ratio,num.9.10 11.& 12.
Apocha priuata ſcripta a tertio,ſine ſubſcriptione partium, & teſtium, non probat, etiamſi recognita eſſet ab eo, contra quem facit: Ratio ibid.13.& 14.
Fallit autem hoc,quando is,contra quem facit,aſſerit eam fuiſſe ſcriptam de ſua voluntate,quia tunc probat,n.15.
Ratio,num.16.
Extenditur fallentia, etiamſi negaret poſtea contenta in ipſa ſcriptura,n.17.
Reſtringitur Fallentia, vt non procedat quoad præiudicium contra Tertium,num.18.
Apocha manu tertij confecta, quando non habet partium neque teſtium ſubſcriptionis, fuit tamen per illum tertium, qui illam ſcripſerat,& qui atteſtatur,eamdem ſe ſcripſiſſe de voluntate vtriuſque patris,recognita, non inducit plenam probationem, n.20.
Ratio,n.21.
Fundamenta, quibus per authorem firmatur iſthæc Concl. num. 22.23.24.25.26.27.& 28.
Opponuntur,n.29.
Solutio,num.30.
Minus tamen,quam ſemiplenè probat, n.31.32. & 33.
Opinio Mandell. Albenſ.conſil.ſuo 660.nu.1. in 4. improbatur, num.34.& 36.
Necnon & Decij in conſil.ſuo 56.n.4.& 650. n.9. n.35.
Accidentibus alijs coniecturis,adminiculis,ac præſumptionibus plenè etiam probat,n.37.
Quales autem debeant eſſe iſtæ præſumptiones ſine qualia adminicula iudicis arbitrio relinquitur,n.38.
Apocha recognitio facienda eſt in iudicio parte citata, alios nil prodeſſet,n.39.
Apocha manu tertij confecta,dummodo conſtet,quod fuerit per ipſum ſcripta de mandato debitoris, contra ipſum debitorem plenè probat,n.40.
Ratio,num.41.
Dictum Geminiani deducitur,n.42.
Licet ſtetur dicto tertij, qui Apocham conſcripſit, quo recognitionem ſcripturæ, non tamen ſtatur quo ad contenta in ea, num.43.
Ratio,n.44.
Pulchra dubitatio proponitur. Producitur Apocha,quæ aſſeritur ſcripta manu tertij,puta Aloyſij Aloyſius ipſe examinatus ſe illam ſcripſiſſe negat. Sed facta litterarum comparatione, reperitur cum charactere ipſius Apochæ magna ſimilitudo. Dubitatur,numquid iſto caſu ſit ſtandum eius dicto, vel potius comparationi ipſarum litterarum? n.45.
D.Scaccia concludit ſtandum eſſe eius dicto n. 46.
Ratio,num.47.& 48.
Altera excitatur quæſt.Producitur apocha, quæ manu Titij eſſe conſcripta aſſeritur.Titius interrogatus eam manu ſua eſſe conſcriptam fatetur,ſed tamen facta litterarum comparatione,eius manus apparet omnino diſſimilis.Dubitatur numquid hoc caſu ſit ſtandum eius dicto, vel potius comparationi? num.49.
D.Scaccia concludit, quod intercedente magna varietate, & modica temporis intercapedine, ſit potius ſtandum comparationi,quam dicto. Secus autem ſit, ſi dicta duo non concurrant,enim conſulas, n.50.
Apocha manu tertij confecta, quando habet damtaxat ſubſcriptiones teſtium,qui illam recognoſcunt,probat,ex gl.in c.2.de fide inſtrumentorum, n.51.
Contrarium multi,n.52. Ratio ibid.
Opinio gloſſ.in d.cap.2.in duobus dumtaxat caſibus poſſet ſaluari,quos ibi deducit author,num.53.54. 55. & 56.
Opinio gloſſæ damnatur etiam per Soccinum, & per authorem, num.57.
Ad hoc,vt per teſtes ſubſcriptiones ſuas recognoſcentes, approbatur illa ſcriptura, requiritur, quod ſaltem tres adſint, nec duo ſufficerent,n.58.
Sed qualis ex illorum teſtium in illa priuata Schedula manu tertij confecta deſcriptorum recognitione fides oriatur maxima eſt inter Doctores altercatio, n.59.
Author diſtinguit duos caſus,n.60.61.62.63.& 64.
Opinio Hieronymi Paponij,conſil.101.n.6.in primo, deducitur, num 65.
Improbatur,& Viuij ſententia opinione ſua 113.aſſertur,n.66.
Quam etiam ſequitur author, licet eamdem poſtea in aliquibus damnet, n.67. & 68.
Obiectio proponitur,n.69.
Soluitur per Scacciam, num.70.71.72. & 73.
Apocha etiam publici Notarij manu confecta, non tamen in publica forma, minimè probat, niſi a parte foret recognita, aut per teſtis,quod de mandato partium fuerit conſcripta recognitionem comprobata.Subamplia,n.74.& 76.
Quando apocha priuata diceretur in publica forma conſcripta, declarat author, n.75.
Qualis eſſe debeat ipſorummet teſtium in ipſamet apocha ſubſcriptorum recognitio, ſeu depoſitio eleganter docet author, num.77.78.79.80.81.& 82.
Si producatur apocha manu tertij confecta,in qua adſunt dumtaxat ſubſcriptiones teſtium,& tàm ipſi teſtes,quàm ſcriptor deceſſerint, ita vt ad ſuarum ſubſcriptionum recognitionem deueniri non poſſit facta literarum comparatione tàm ad ipſam ſcripturam, quàm ad ipſorum teſtium ſubſcriptiones, & omnimoda literarum ſimilitudine reperta, plena ex ea apocha oritur probatio ex ſententia Scacciæ,n.83.
Et hanc opinionem vti æquam ſequitur quoque author rationibus,vt per eum, n.84.
Apocha manu tertij confecta, & à debitore, ac à teſtibus ſubſcripta, qui teſtes ſubſcriptiones ſuas recognoſcentes deponant

nant tantum de confeſſione ipſius debitoris confitentis ſe ſubſcripſiſſe,non autem affirment, quod in eorum præſentia fuerit ab ipſo debitore ſubſcripta, an probet, non eſt eadem omnium Scribentium ſententia, n.85.
Matthæus de Afflictis tenet pro affirmatiua, n.86.
Fundamentum eius, n.87.
Contrarium Author,n.88.
Ratio eius,n.89.& n. 90.
Afflicti deciſio poſſet ſaluari, vt per Authorem, num.91.
Apocha manu tertij confecta,ſubſcripta tantum à partibus, ſeu ab ea ſolum contra quam ipſa facit, non autem à teſtibus, recognita plenam fidem facit,n.92.
Videndus de hoc caſu.D.Scaccia remiſſiuè,n.93.
Apocha manu alicuius tertij confecta, qui vir bonus, fide dignus, & amicus eius, qui ipſimet apochæ contradicit extiterit,accedente etiam aliqua veriſimili præſumptione,quod ipſa ſchedula de conſenſu, & voluntate eiuſdemmet negantis fuerit conſcripta, plenè probat, n.94.
Apocha per tertium conſcripta, & ſubſcripta vtraque parte mandante, vltra ſubſcriptionem teſtium, plenam probationem inducit, n.95.
Ratio,n.96.
Declara,n.97.
An tertius exhibens chirographum debiti cum Clauſula,(A chi preſenterà il preſente ſcritto) poſſit in iudicio agere contra debitorem,dubitatur,n.98.
Author concludit pro affirmatiua, n.99.
Adiectus ſolutioni, licet ei rectè ſoluatur, regulariter tamen nullum agendi ius habet, n.100.
Fallit,ſi per creditorem fuiſſet traditum ſibi inſtrumentum, vel chirographum ipſius debiti,n.101.
Ratio ibidem.
Et hæc eſt veriſſima Concluſio,& indubitabilis,n.102.
Difficultas maxima conſiſtit in eo, an ipſemet debitor obijcere poſſit exhibenti ipſummet chirographum exceptionem ſolutionis principali creditori factæ? num.103.
Pro reſtitutione author diſtinguit,num.104.105. & 106.
Quæ quidem diſtinctio ſeruatur in praxi, n.107.
Pulchrum notabile in materia illorum verborum (A chi preſenterà il preſente ſcritto) deducit ibi Author,n.108.
Pulchra dubitatio, n.109.
Reſoluitur per Carol.Bardelon.num.110.& numeris duobus ſequentibus.
Alius caſus præponitur per Rebuffum,n.113.
Alij etiam remiſſiuè,n.114.

## LIBER TERTIVS.

### De Epiſtola. fol.86.

Omnis noſtra inſtitutio debet à definitione proficiſci,n.1.
Epiſtola definitur ex authoris ſententia, n.2.
Verba ipſius definitionis enodatur, n.3.4.& 5.
Epiſtola aliter deſcribitur per Iuſtum Lipſium, n.6.
Aliter per Antonium Poſſeuinum, n.7.
Et alio modo per Baldum, num.8.
Quæ definitio ex allatis melior ſit,author cogitandum relinquitur,n.9.
Epiſtola vnde dicatur,declaratur,n.10.
Adducitur Cic.ad Quint.Fratr.lib.1.Epiſtola prima,num.11.
Epiſtola pertinet aut ad inducendam obligationem, aut probationem,n.12.
Epiſtola non obligat,n.13.
Et præcipuè, quando verba in ipſa prolata ſunt enunciata ad aulam potius,quam ad forum,n.14.
Fallit, quotieſcumque inter abſentes mediante ipſa epiſtola aliquis celebrandus eſſet contractus,qui ſolo conſenſu perficeretur, n.15.
Ratio,num.16.& 17.
Donatio per epiſtolam poteſt celebrari, n.18.
Et præcipuè,quando ipſa res donata, & remiſſa reperiretur penes donatarium de voluntate donantis, n.19.
Procurator conſtituitur per epiſtolam,n.20.
Conſtitutum poteſt celebrari per epiſtolam.
Quemadmodum etiam compromiſſum, ibid.
Epiſtola miſſiua tunc obligat,quando peruenit ad eum,ad quem fuit directa,n.21.
Et inducit validam confeſſionem, n.22.
Ratio,num.23.
Obligatio per epiſtolam licet non contrahatur, tamen ea inducta probatur, n.24.
Obligatio per epiſtolam contrahi poteſt contra conſtituentem ſe ſolutum pro alio, quando in perſona alterius obligatio iam erat contracta,n.25.& 26.
Epiſtola regulariter non probat,n.27.
Quando vt epiſtola probet, tractatur, docet author, n.28.
Differentiam inter caſum, in quo epiſtola probet, & caſum in quo obliget,deducit Caſtrenſis, n.29.
Epiſtola tunc præcipuè non probat, quando ipſamet refert ſe ad aliam,quæ non exhibeatur,n.30.
Epiſtola tunc probat, quando eſt recognita per ſcribentem, & confeſſata,vel per teſtes comprobata, n.31.
Quinimò tunc paratam habet exequutionem, n.32.
In recognitione epiſtolæ facienda non requiritur exacta illa diligentia quæ alias adhiberi ſolet, n.33.
Ratio,n.34.& 35.
Epiſtola non recognita, nec confeſſata, quinimò etiam negata, probat, quando ſignata reperitur priuato ſolitoque ſigillo ipſius ſcribentis,n.36.
Ratio,n.37.
Quanta autem fides,ſeu probatio,oriatur,vide Menoch.et Maſcard.remiſſiuè,n.38.
Dictum n.36.declaratur, n.39.40. & 41. Subdeclaratur praut,num.42.
Pulchra proponitur dubitatio,n.43.
Reſoluitur per Authorem, n.44.
An ex litterarum comparatione in epiſtola facta plena, vel ſemiplena oriatur probatio,docet author remiſſiuè, n.45.
Adhoc vt deueniri poſſit ad litterarum comparationem in epiſtola,requiritur inter alia,vt nomen,& cognomen ipſius ſcribentis contineat, aliter non valet,n.46.
Alia dubitatio,num.47.
Reſoluitur,num.48.& 49.
Epiſtola plenè probat,quando in ipſa adeſt nomen, & cognomen ſcribentis,& nomen,cognomenque eius,cui mittitur,n.50.
Epiſtola probat contra recipientem,n.51.
Item quoad ipſiuſmet ſcribentis intentionem declarandam,n.71.
Epiſtola ſcripta manu teſtatoris,declarat apertè,quænam fuerit eius voluntas, n.53.
Epiſtola ſcripta ante aliquem contractum,valet ad illius declarationem, n.54.
Epiſtola inducit ſaltem aliqualem præſumptionem,quæ quanta, ac qualis ſit,arbitrio iudicis relinquitur,n.55.
Epiſtola probat quo ad ea,quæ pertinent ad officium ſcribentis, num.56.
Item contra producentem, n.57.& 58.
Epiſtola probat contra ſcribentem, n.59.
Debet tamen ante omnia conſtare,eam ſcriptam fuiſſe ab eo,cuius eſſe prætenditur,num.60.
Qualiter autem id contingat,explicat Author,num.61.
Epiſtola tunc præcipuè probat contra ſcribentem, quando in ea inſerta fuit cauſa obligatoria, n.62.63.64. & 65.
Et eſt generalis concluſio in quacumque ſcriptura publica, vel priuata,n.66.
Item tunc præcipuè probat, quando fuit ab ipſo mittente recognita,num.67.& 68.
Et quando habet ſuam debitam formam, num.69.

Quæ

*Quæ autem ſua ſit forma, docet ibi Author, num.70.71.*

*Epiſtola probat contra ſcribentem, etſi careat data reſpectu temporis, & loci, n.72.*

*Et eſt indubitata concluſio, quidquid dixerit Viuius in ſuis Deciſionibus, n.73. & 74.*

*Ratio, num.75. & 76.*

*Epiſtola probat contra ſcribentem, licet ipſamet careat ſubſcriptione ipſius ſcribentis, ſi tamen einſdem nomen contineat, num.77.*

*Item iuris eſt, etſi ſolum ſubſcriptionem ipſius mittentis habeat, num.78. & 79.*

*Adde nil etiam referre, vtrum ipſa fuerit ſcripta manu debitoris, an vero manu tertij de ipſius tamen mandato, n.80.*

*Epiſtola probat contra ſcribentem, etiam quod in ipſa ſcribens vſus fuiſſet verbis enunciatiuis, n.81. & 82.*

*Item contra eum probat, licet ipſamet epiſtola non contineat dignitatem eius, cui tranſmiſſa eſt, vel etiam ipſius mittentis, num.83.*

*Limita, quando mittens, vel ipſe, cui illa tranſmittitur, magna, & honorifica eſſet decoratus dignitate, n.84.*

*Quinimò eſſet ſuſpecta ob ſtylum curiæ non ſeruatum, num.85. 86. & 87.*

*Per epiſtolam probatur affinitas contra ſcribentem, n.88.*

*Epiſtola contra ſcribentem ſuum operatur effectum non ſolum inter viuos, ſed etiam poſt eius mortem. Si tamen ipſius nomen contineat, n.89.*

*Epiſtola probat non ſolum contra ſcribentem, verum etiam contra ipſius hæredes, n.90.*

*Epiſtola non probat contra ſcribentem, quando non fuit præſentata ei, cui mittitur, n.91. Ratio, n.92.*

*Præſentatio epiſtolæ debet fieri de voluntate, & commiſſione ipſius ſcribentis, n.93.*

*Et qui ipſam præſentatam dicit, de præſentatione docere tenetur, n.94. & pulchrè, n.95.*

*Reſpondetur cuidam tacitæ obiectioni, n.96.*

*Animi perſeuerantia in eadem voluntate ſempre præſumatur, n.97.*

*Epiſtola contra ſcribentem non probat, quando eo iam vita functo, præſentata fuit, n.98.*

*Ratio, n.99. & n.100. vſque ad 104.*

*Et eſt veriſſimum iuris axioma, n.105.*

*Quicquid ſubtiliter ſcripſerit Daniel Mollerus, n.106.*

*Multa notabilia colliguntur, n.107.108.109.110. & 111.*

*Epiſtola non probat contra ſcribentem, quando non fuit acceptata ab eo, ad quem exarata, & præſentata fuit, n.112.*

*Confeſſio emanans præſente parte ſi acceptata non ſit, non nocet confitenti, n.113.*

*Filiusfamilias electus in patritium, non prius à nexibus patriæ poteſtatis cenſetur ſolutus, quam præſentatis litteris, ab eo acceptatis, n.114.*

*Litteræ productæ ab eo, qui illas non acceptauit, non iuuant ipſum producentem, n.115.*

*Qui non acceptat verba aduerſarij, non poteſt in illis ſe fundare, n.116.*

*Epiſtola pro ſcribente non probat, n.117.*

*Fallit, quando is cui epiſtola mittitur, ea acceptata non contradixit, ſed tacuit, n.118.*

*Sic recipiens litteras continentes mandatum, cenſetur ipſum approbare, n.119.*

*Amplia, etiam ſi ſit mandatum de ſoluendo, n.120.*

*Et hæc eſt receptiſſima concluſio, n.121.*

*Quidquid ſcripſerit Corraſius, n.122.*

*Cautela Cæpol. ac Mattheſilani, ad fauorem creditoris pro extorquendo creditum à debitore deducitur, n.123.*

*Quam etiam ante eos probauit Bart. & ſequuntur infiniti alij, num.124.*

*Communis illa concluſio de qua ſupra, n.118.*

*Comprobatur varijs fundamenti, num.125. & num.128.129. 130.131. & 132.*

*Et præcipuè per text. in l. filiusfamil. ff. ad Macedon. quidquid dixerint P. de Caſtr. & Menoch. num.126.*

*Pulchra obſeruatio Polydor. Ripæ ad illum textum, num.127.*

*Declaratur prædicta communis concluſio varijs modis, de quibus ordinatè per Authorem, n.133. & 134. & vſque ad incluſiuè.*

*Text. in d. l. filiusfamilias, in verſiculo, continuo, declaratur, nu.135.*

*Intentio Ancharani, in Clement. 1. de procurat. declaratur per Menoch. n.138.*

*Epiſtola probat etiam pro ſcribente, quando in ipſa continentur duo connexa, vnum ſcilicet pro ipſo ſcribente, & alterum contra, n.178. & vide n.179. cum tribus ſeq.*

*Pulchra proponitur dubitatio, num.183.*

*Opinio Mattheſilani deducitur, num.184.*

*Improbatur per Caccialupum, num.185.*

*Author relinquit cogitandum, num.186.*

*Epiſtola non probat contra tertium, num.187.*

*Amplia, vt procedat etiam in epiſtola Epiſcopi ſuo ſigillo munita, num.188.*

*Ratio, num.189.*

*Limitatur in litteris Campſorum, num.190.*

*Libri Campſorum fidem faciunt contra tertium, num.191.*

*An Epiſtola probet pro tertio? dubitatur, n.192.*

*Exemplum, num.193.*

*Verior opinio ſtat pro affirmatiua, num.194.*

*Et hanc ſequitur Author, num.195.*

*Ratio, num.196. & 197. & vide num.198. vbi Author ſe remittit.*


## Dubitatur igitur Primò, an litteras alienas aperiens pœnę falſi puniatur. f.96.


*Litteras alienas aperiens quanam pęna regulariter afficiatur, num.1.*

*An aperiens litteras alienas pęna falſi puniatur? Plures caſus ſunt diſtinguendi, n.2.*

*Primus quidem eſt, quando quis aperuit litteras alicuius priuati, ſed eas non legit; hoc in caſu pęna falſi abſque dubio minimè punitur, n.3.*

*Amplia idem iuris eſſe, quando quis ſine dolo litteras ipſas aperuit, & legit, num.4.*

*Ratio, num.5.*

*Secundus caſus eſt, quando quis aperuit litteras priuati, & eas ſolus legit, atque ita alteri non oſtendit, & hoc caſu ex communiori pęna criminis ſtellionatus extraordinaria arbitrio tamen iudicis punitur, n.6.*

*Qui aperuit teſtamentum clauſum, licet alteri non oſtenderit, pęna falſi ordinaria multatur, n.7. & 8.*

*Amplia etſi in ipſis litteris aliquid ſcriptum eſſet contra hunc aperientem, & legentem adhuc enim ipſa pęna extraordinaria ſtellionatus locum ſibi vendicabit, num.9.*

*Quinimò aperiens ipſas litteras ſibi conſignatas, & alicui deſtinatas, & illas legens, tenetur actione iniuriarum, et ea actione conueniri poteſt per tranſmittentem, num.10.*

*Tertius caſus principalis eſt, quando quis aperuit litteras alicuius tertij, in quibus quidquam minimè extabat, ob quod aliquid detrimenti, vel iniuriarum ille pati poſſet, & hoc caſu nulla pęna ipſemet aperiens punitur, num.11.*

*Ratio, num.12.13. & 14.*

*Quartus caſus, quando quis aperuit litteras alicuius priuatæ perſonæ, & eius aduerſario oſtendit in ipſius ſcribentis detrimentum, hoc in caſu ordinaria proculdubio punitur pęna falſi, num.15.*

*Amplia, vt actione iniuriarum conneniri etiam poſſit, num.16.*

*Item, quod in foro conſcientiæ commiſiſſe quoque dicatur peccatum mortale, num.17. quod tamen limita in duobus caſibus, num.5.21.22. & 23.*


*Amplia,*

*Amplia, etſi nullum damnum indè ſequatur, num. 18.*
*Non incidit tamen in excommunicationem, num. 19.*
*Etiamſi apertæ fuiſſent litteræ directæ Summo Pontifici, n. 20.*
*Aperiens litteras alicuius priuati, & eas oſtendens alteri, quam aduerſario ipſius ſcribentis, ſi modo inde ei damnum intulit, pœna falſi ordinaria punitur, num. 24.*
*Contrarium multi, num. 25.*
*Et eſt verior ex Authoris ſententia, num. 26.*
*Patroni, vel procuratores pandentes iura ſuorum clientum aduerſarijs eorum ſunt, & ipſi ordinaria pęna falſi puniendi, num. 27.*
*Quintus principalis caſus eſt, quando quis lacerauit, vel combuſſit litteras ipſas, & tunc punitur pęna extraordinaria iudicis arbitrio, num. 28.*
*Quinimò condemnatur ad reſtitutionem omnium damnorum, & ad intereſſe, num. 29.*
*Dictum D. Deciani elucidatur, num. 30.*
*Quando nominatur, vel infligitur pęna falſi, in dubio intelligitur de ordinaria, num. 31.*
*Sextus caſus eſt, quando quis remoratur reddere litteras ei, cui mittuntur, quo caſu tenetur ad intereſſe erga mittentem, ſi aliquod fortaſſis is ex ea mora damnum fuerit perpeſſus, numero 32.*
*Hoc idem ſtatutum eſt quoque reſpectu tabellariorum, qui ſerò nimis reddunt litteras, num. 33.*
*Septimus eſt caſus, quando quis pigritia, viæque conficiendæ tedio adductus, in itinere litteras alicuius priuati abijcit, vel arena obruit, & hoc caſu litteris repertis, extraordinaria pœna falſi punitur, num. 34.*
*Vltimus caſus eſt, quando ille, qui litteras alienas aperuit, & legit, aliquid forſan in ipſis correxit, abraſit, & immutauit, & tunc ſine dubio ordinaria pęna falſi puniendus eſt, num. 35.*
*Ratio, num. 36. 37. & 38.*
*Aperiens litteras ſui Principis, in quibus de re ipſius graui tractetur, eaſque, hoſtibus ſuis patefaciens, poteſt multari, & pœna qua punitur reuelans ſecreta Principis, quæ eſt pœna capitis, item ordinaria pœna falſi, num. 39. 40. 41. & 42.*
*Aperiens litteras Principis, in quibus agatur de re perſonæ priuatæ, punitur in hoc, vt amplius audiri non poſſit, num. 43.*
*Et ſi clericus eſt, deponitur, num. 44.*
*Remouens ſigillum de litteris alicuius Principis punitur pœna falſi, num. 45.*
*Aperiens litteras alicuius Magiſtratus, vel Iudicis, quomodo puniatur non eſt eadem omnium ſententia, num. 46.*
*Addentium ad deciſ. Guid. Pap. ipſius Guid. Papæ, & Ioannis Fabri. Opiniones hac in re recenſetur, num. 47. 48. & 49.*
*Author autem diſtinguit, num. 50. 51. & 52.*
*Aperiens acta iudicialia in ſui aduerſarij detrimentum, punitur duplici pęna, prout ibi, num. 53.*
*Author remittit lectorem ad Baiard. & Colerum, num. 54.*
*Ad hoc vt aperiens, litteras alienas puniatur, pęna falſi, vel ordinaria, vel extraordinaria, requiritur de neceſſitate dolus, vel culpa, aliter ab omni pœna tutus eſt, num. 55.*
*Ratio, num. 56. 57. & 58. vbi pulchrè.*
*Et dolus iſte regulariter non præſumitur ſed ab eo, qui illum allegat clarè probandus eſt, num. 59.*
*Multa notata digna in materia doli aſſeruntur per authorem vſque in finem, num. 60.*

## An falſificans litteras alienas, pœna falſi puniatur? Contingit ſecundo loco dubitare. fol. 100.

*An falſificans litteras alienas pęna falſi puniatur? plures caſus ſunt diſtinguendi, num. 1.*
*Falſificans litteras Summi Pontif. ordinaria pœna falſi punitur, num. 2.*
*Quinimò cum ſuis fautoribus eſt excommunicatus, num. 3.*
*Et ſi clericus eſt, officijs, & beneficijs priuatus degradatur, & curiæ ſæculari puniendus traditur, num. 4.*
*Portius conſil. ſuo 7. num. 20. adducitur, num. 5.*
*Quot modis litteræ Summi Pontificis falſificari ſoleant, & poſſint remiſſiuè, num. 6.*
*Falſificans litteras Regias, vel cuiuslibet alterius Principis, ordinaria pęna falſi, ſecundum terminos iuris punitur, num. 7.*
*Aliter autem ex Conſtitutionibus locorum particularium, n. 8.*
*Quid apud Gallos, In Regno Hiſpaniarum, In Regno Neapolitano, In Statu Mediolani. Et ſub hoc Sereniſſ. Dominio, obſeruetur, docet Author, num. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.*
*Falſificans litteras alicuius priuati, punitur pœna ordinaria falſi, num. 15.*
*Hoc intellige verum, quando falſum illud alteri detrimentum affert, num. 16.*
*Cum autem nemini obeſt, maxima eſt inter Doct. altercatio, num. 17.*
*Author ſequitur opinionem Clar. Menochij, num. 18.*

## An diſpoſitio l. ſi filiusfamil. ff. ad Macedonianum locum habeat in Criminalibus. fol. 101.

*Depoſitio l. ſi filiusfamilias, ff. ad Macedonianum in criminalibus non eſt apta ad condemnationem, ſed dumtaxat ad torturam infligendam, num. 1.*
*Ratio, num. 2.*
*Pulchra proponitur quæſtio, de qua ibi, num. 3.*
*Reſolutio ex Vincentio Mancino, num. 4.*
*Alia dubitatio proponitur, num. 5.*
*Deducitur opinio Hyppolithi de Marſilijs, in d. dubitatio, num. 6*
*Quæ tamen damnatur per M. Antonium Blanchum, num. 7. 8.*
*Alia excitata quæſtio, num. 9.*
*Reſoluitur per M. Antonium Eugenium, num. 10.*
*An nuncij portantes litteras, vel ambaſciatas alicuius alteri, de homicidio committendo ſcienter, illo ſequuto, teneantur pęna homicidij, non ſecus, ac illud faciens? dubitatur, num. 11.*
*Concluſio ſtat pro affirmatiua, num. 12.*
*Ratio, num. 13.*
*Præſtans opem, vel auxilium delinquenti ante delictum, vt ipſum committat, an puniatur eadem pęna, qua ipſe delinquens? videndus Farinac. remiſſiuè, num. 14.*

## An inter abſentes per epiſtolam fideiuſſores validè obligentur. fol. 103.

*Fideiuſſores per epiſtolam inter abſentes minimè obligari validè poſſunt, num. 1.*
*Rationes pulchrè aſſeruntur, num. 2. & 3. cum ſeq. vſque ad 15. incluſiuè.*
*Obiectio, & ſolutio, ibid. num. 16.*
*Alia obiectio, num. 17. & 18.*
*Solutio, num. 19. 20. 21. & 22.*
*Fideiuſſor per epiſtolam inter abſentes ex conſuetudine validè obligatur, num. 23.*
*Sic obſeruatur in Germania, num. 24.*
*Et ſic in Hiſpania, num. 25.*
*Et hoc præcipuè procedit inter Mercatores, num. 26.*
*Et quando in epiſtola ipſa miſſa ad creditorem, & ab eo acceptata inſertum fuit iuramentum, num. 27.*
*Iuramentum ſupplet præſentiam partis, num. 28.*
*Confeſſio extraiudicialis facta abſente parte nocet, & probat, ſi additum fuerit iuramentum, num. 29.*
*Diſpoſitio ſtatuti Patauini ſub Rubrica de Alienationibus, & obligationibus, incipit Statuimus, deducitur, num. 30.*

Em-

**Emptio, ac venditio, an per epiſtolam celebrari poſſit. fol. 104.**

*Emptio, ac venditio per epiſtolam celebrari queunt, nu. 1. & 2.*
*Ratio num. 3. 4. 5. & 6.*
*Pulchra quæſtio proponitur, num. 7.*
*Reſoluitur per Doct. remiſſiuè, num. 8.*

**Societas an iniri poſſit per epiſtolam? fol. 105.**

*Societas per epiſtolam iniri poteſt, num. 1.*
*Ratio, num. 2. & 3.*
*Societas contracta per epiſtolam probari poteſt, num. 4.*
*Ratio, num. 5.*
*Subamplia etiam per quamlibet aliam ſcripturam priuatam, num. 6.*

**Locatio, & conductio an per epiſtolam celebrari poſsit. fol. 105.**

*Locatio per epiſtolam celebrari poteſt, num. 1.*
*Fundamenta, num. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*
*Item celebrata per eandem probari poteſt, num. 8.*

**Depoſitum an per epiſtolam probari poſſit? fol. 105.**

*Depoſitum probari poteſt per epiſtolam, num. 1.*
*Probatur etiam per confeſſionem ipſius depoſitarij, num. 2. & 3.*
*Intellige quoad præiudicium ipſius confitentis, non autem tertij, num. 4.*
*Ratio diuerſitatis, num. 5.*
*Depoſitum confeſſatum non gaudet priuilegijs veri depoſiti, n. 6.*
*De materia iſta, vide DD. remiſſiuè, num. 7.*

**Ceſsio iurium, & actionum, an per epiſtolam fieri poſsit? fol. 106.**

*Exemplum, num. 1.*
*Ceſſio iuris per epiſtolam fieri poteſt, num. 2.*
*Ratio num. 3.*
*Et hanc concluſionem infiniti ſequuti ſunt, num. 4.*

**Pactum an per epiſtolam confici poſsit? fol. 106.**

*Pacta, & conuentiones per epiſtolam confici poſſunt, nu. 1. & 2.*
*Ratio, num. 3. Obiectio, num. 4.*
*Solutiones, num. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.*
*Illatio, num. 11.*
*An dum mittitur nuncius, vel epiſtola, mandatum, vel conſenſus reuocari poſſit? videndus Cunon remiſſiuè, num. 12.*
*Nuncius, vel epiſtola in pactis, & contractibus expreſſis inter abſentes celebrandis non requiritur in multis caſibus relatis remiſſiuè per Cunon. de pactis, num. 13.*
*Pacta tacita inter abſentes, confici etiam poſſunt circa nuncium, vel epiſtolam propter aliquod factum interueniens ac iuris præſumptionem, num. 14.*
*Pactum initum probari etiam poteſt per epiſtolam, num. 15.*
*Quemadmodum etiam per quamlibet aliam ſcripturam priuatam, num. 16.*

**Donatio inter viuos an per epiſtolam inter abſentes rectè celebrari poſsit? fol. 107.**

*Donatio inter viuos per epiſtolam inter abſentes celebrari poteſt, num. 1.*
*Et hæc eſt indubitata concluſio, num. 2.*
*Ratio, num. 3. & 4.*
*Illationes, num. 5. 6. 7. & 8.*
*Ampliatur ſupradicta concluſio, num. 9. 10.*
*Donatio inter viuos (olim) per epiſtolam rectè conſtituebatur, ſi incepiſſet à traditione, ſecus ſi a promiſſione, num. 11.*
*Cur Author dixerit olim explicat, num. 12.*
*Donatio inter viuos ſolo conſenſu per pactum nudum perfici poteſt, num. 13.*
*De materia conationis inter viuos celebrata inter abſentes per epiſtolam, latè Gomez. Variariarum Reſolution. num. 14.*
*Donatio inter viuos poteſt probari per ſcripturam priuatam ab ipſo donatore recognitam, num. 15.*

**An donatio cauſa mortis per epiſtolam celebrari poſsit inter abſentes. fol. 108.**

*Donatio cauſa mortis requirit donatarij præſentiam, vt valeat, num. 1. & 2.*
*Iſta donatio poteſt celebrari per epiſtolam inter abſentes, nu. 2.*
*Ratio, num. 3.*

**Mandatum, ſiue conſtitutio procuratoris an per epiſtolam fieri poſsit. fol. 109.**

*Mandatum, ſiue conſtitutio procuratoris, fieri poteſt per epiſtolam, num. 1. 2. 3. & 4.*
*Probatur mandatum per epiſtolam in delictis, num. 5.*
*Quemadmodum & per ſe ſubſcriptionem, num. 6.*
*An mandatum procuratorium probari poſſit per epiſtolam conclude, quod ſic, num. 7.*
*Opinio Imolæ deducitur, num. 8.*
*Reprobatur, num. 9. 10. & 11.*
*Quomodo adhibeatur fides litteris procuratorem conſtituentis, quoad mandatum ipſum procuratorium probandum, num. 12.*
*Docet Bart. num. 13. 14. & 15.*
*Mandatum an per litteras probari poſſit, remiſſiuè Maſc. n. 16.*
*Pulchra quæſtio mouetur, num. 17.*

**An conſtitutum per epiſtolam celebrari poſsit. fol. 110.**

*Conſtitutum per epiſtolam celebrari poteſt, num. 1.*
*Ratio num. 2.*
*Amplia, num. 3.*
*Obiectio, num. 4.*
*Solutio, num. 5. & 6.*

**An Curator ad lites per epiſtolam inter abſentes conſtitui poſsit. fol. 110.**

*Curator ad lites per epiſtolam inter abſentes nequit conſtitui, num. 1.*
*Ratio, num. 2. & 3.*
*Idem iuris de tutore, num. 4.*
*Subamplia, num. 5.*
*Tutor actorem conſtituere poteſt etiam ſine cauſa: Latius tamen eſt*

*eſt vi cum cauſa eundem eligat,num.6. & 7.*
*Authoris officium finitur officio tutoris finito,nu 8.*

Compromiſſum inter abſentes , an per epiſtolam celebrari poſſit ? fol.111.

*Compromiſſum per epiſtolam celebrari poteſt.Ratio, n.1.*
*Amplia,num. 2.*
*Si prorogatio facienda ſit ab arbitrio electo? quid iuris, dubitatur,num.3.*
*Solutio,num.4.& 5.*

Feudum,an per epiſtolam relinqui poſſit. fol.112.

*Feudum per epiſtolam relinqui poteſt,n.1.*
*Fundamenta,num.2.3.4. & 5. cum ſequentib.vſque ad 17.excluſiuè.*
*Et hæc eſt veriſſima Concluſio,numero 17.*
*Pulchra quæſtio proponitur,num.18.*
*Reſoluitur per Carol.Ruinum,num.19.*

Contractus emphyteuticus , an per epiſtolam celebrari poſſit . fol.112.

*Exemplum quomodo contractus emphyteuticus per epiſtolam celebrari,queat,num.1.*
*Fundamenta,quibus fundatur iſthæc Concluſio, num.2.3.4.5.6. & 7.*
*Iure Reggio DD.Hiſpanor.an ſcriptura debeat intercedere in ipſo contractu emphyteutico , & an debeat eſſe publica ? docet Author,num.8.9.& 10.*

Aditio hæreditatis an per epiſtolam fieri poſſit. fol.112.

*Aditio,& repudiatio hæreditatis à pari procedunt, num.1.*
*Hereditatis recuſatio per epiſtolam fieri poteſt, nu.2.*
*Et,an aditio hæreditatis per epiſtolam fieri poſſit probatur pluribus medijs,da quibus,nu.3.4.5.6.7.8.& 9.*

Hæreditas alicuius, an per epiſtolam recuſari poſſit. fol.113.

*Alicuius hæreditas per epiſtolam repudiari poteſt,n.1.2. & 3.*
*Ratio,numer.4. & 5.*

Fideicommiſſum an per epiſtolam relinqui poſſit? fol.113.

*Fideicommiſſum per epiſtolam relinqui poteſt,num.1.*
*Ratio,num.2.& 3.*
*Notabilia, num.4.& 5.*

Legatum an per epiſtolam relinqui poſſit? fol.114.

*Legata,& fideicommiſſa exæquata ſunt, n.1.*
*Legata per epiſtolam relinqui poſſunt,n.2. & 3.*
*Notabile, numer.4.*
*Legatum nutu etiam relinqui poteſt,numer.5.*

An codicilli celebrari poſſint per epiſtolam? fol.114.

*Codicilli celebrari poſſunt per epiſtolam, n.1.2.& 3.*
*Epiſtolam tamen illa debet continere quinque teſtes, n.4.*
*Quemadmodum,& quamlibet alia vltima voluntas, n.5.*
*Obiectio de l.litteræ,ff.de iure codicillorum, numer.6.*
*Solutio,num.7.*

Libertas an per epiſtolam dari poſſit? fol.114.

*Libertas per epiſtolam dari poterat,num.1.*
*Quomodo id contingere,edocet Author,nu.2.& 3.*

Præſentatio facta à patrono per litteras an valeat. fol.114.

*Præſentatio facta à patrono per litteras valet,n.1.*
*Præſentandus tamen debet eſſe præſens,nu.2.& 3.*
*Quod fallit,ſi notus ſit,num.4.*

An ſponſalia per epiſtolam celebrari poſſit? fol.125.

*Sponſalia per epiſtolam celebrari poſſunt,nu.1.& 2.*
*Ratio,num.3.& 4.*
*Notabilia,num.5.6.7.& 8.*

Matrimonium an per epiſtolam contrahi poſſit. fol.116.

*Matrimonium per epiſtolam contrahi poteſt . n.1.*
*Ratio,n.2.3.4.5.& 6.*
*Et hęc Concluſio ante Tridentinam Synodum , nullam patiebatur difficultatem,num.6.& 14.*
*Si ante præſentationem epiſtolæ, mittentem ipſum pæniteat , licet reuocatio illa non intimetur, nuncio , vel epiſtolam ipſam recipienti,obligatio tamen impeditur, n.8.*
*Secus eſt reſpectu procuratoris ſpecialiter ad id conſtituti, nu.9.*
*Ratio differentię,num.10.& 11.*
*Vtrum neceſſarium ſit, vt recipiens epiſtolam conſenſum explicet , reſcribendo mittenti, vel potius ſatis ſit cuicumque exprimere conſenſum,docet Sanchez,num.12.*
*Videndus Alphonſus a vera Cruce,in ſuo ſpeculo Coniugiorum , num.13.*
*An poſt Concilium Tridentinum matrimonium per epiſtolam celebrari poſſit? dubitatur,n.15.*
*Sanchez, ac alij , concludunt pro affirmatiua ; licet Sanazarius ſubdat huiuſmodi matrimoniũ eſſe periculo plenũ,n.16.& 17.*
*Explicantur Caſus, in quibus etiam poſt Concilium Tridentinum , celebrato per epiſtolam matrimonio , poteſt vtriuſque contrahentis conſenſus apparere,n.18.19.20.& 21.*
*An matrimonium contractum per epiſtolam,ſit Sacramentum? videndus Sanchez,nu.22.*
*An matrimonium contractum per epiſtolam probari poſſit , conclude,quod ſic,ibid.n.23.*
*Notabilia,n.24.25.26.& num.27.*

An conſanguinitas, ſiue neceſſitudo, per epiſtolam probari poſſit? fol.117.

*Exemplum,nu.1.*

Conſanguinitas minimè probatur,per epiſtolam,nu.2. & 13.
Ratio,num.3. & 4.
An ex epiſtola oriatur,probatio,diſtinguè , num.5. 6.7.8.9. 10. 11.12.
Verba Hugon.Donelli referuntur,num.14.
Per epiſtolam non probatur,nec agnatio, nec cognatio, n.15.
Item nec filiatio,num.16.
Ratio ibid.n.17. & 18.
Quemadmodum nec fraternitas,& fororitas,n.19.
Conſanguinitas , vel neceſſitudo probatur per epiſtolam ſaltem præſumptiuè, quæ præſumptio transfert onus probandi contrarium in aduerſarium,n.20.& 21.
Et,hæc eſt recepta Concl.22.& 23.
Contrarium tenuerunt quamplurimi relati ſub nu.24.& 28.
Fundamenta quibus mouetur, num.25.26.27.
Priori opinione affirmatiua retinetur,num.29.
Reſoluuntur contraria,num.30.31.& 32.
Quædam opinio I.Gilkeni deducitur in hoc propoſito, num.33.
Eius fundamentum, num.34.
Reijcitur dicta opinio per Authorem, num.35.
Fundamentum eius,num.36.
Solutio rationis Gilkeni,num.37.
Refellitur opinio Maſcardi,num.38.
Conſideratur authoritas Rolandi a Valle, nu.39.
Iiſdem modis probatur fraternitas, quibus filiatio , n.40.
Alia doctrina Maſcardi refertur,num.41.
Reprobatur per Authorem,n.42. & 43.
Quaſi poſſeſſio fraternitatis ad hoc vt per epiſtolam inducatur nominatio fieri debet per verba clara,& diſpoſitiua, & conuenientia ipſi fraternitati,num.44.45.46.& 47.
Filiatio probatur præſumptiuè per epiſtolam, n.49.
Subamplia,nu.50.
Quomodo autem ſupradicta Concluſio procedat , videndi Doctores remiſſiuè, num.51.& 52.
Qualibet conſanguinitas , & parentela probatur præſumptiuè per epiſtolam,nu.53.
Cuiuslibet materiæ quaſi poſſeſſio inducitur per epiſtolam, num. 54.
Declara,n.55.& nu.56.
Vtrum filiationis , & conſanguinitatis quaſi poſſeſſio , quæ per nominationem factam in epiſtola inducitur , ſufficiat in deciſorijs petitorijs? pulchra eſt dubitatio , num.57.
Verior eſt opinio affirmatiua, num 58.
Contrarium plurimi tenuerunt,n.59.
Conſanguinitas ſiue neceſſitudo per epiſtolam bene probatur contra ſcribentem,n.60.
Author ſe remittit ad ſcripta de Verbis Enunciatiuis , n.61.

## Ceſſio bonorum per debitorem inopem, in abſentia ſuorum creditorum,an per epiſtolam fieri poſſit. fol.122.

Ceſſio bonorum per debitorem inopem per epiſtolam fieri poteſt, num. 1.
Ratio,nu.2.& 3.
Cedens bonis de iure non efficitur infamis, n.4.
Et multo minus,qui cedit per epiſtolam,num.5.
Intellige,quod infamiam iuris,non autem facti, n.6.
Ex conſuetudine cedens bonis,efficitur infamis, num.7.
Romæ,Papiæ,Lugduni,In Regno Neapolitano,In Regno Sicilię, Mediolani, Ferrariæ, apud Auicinenſes,In Ciuitate Arimini,In hac alma Vrbe Patauina , Bergomi. Quid obſeruetur , quando aliquis vult cedere bonis edocet author, a n.8. vſque ad num.18.
Statuta diſponentia,quod cedens bonis percutiat ter natib.lapidem,dicendo; Cedo bonis,& alia,& quod efficiatur infamis, valeant,num.19.
In hoc DD.minimè conueniunt,nu.20.
Negatiuam tenuerunt plurimi,num.21.& 22.
Fundamenta,num.23.
Contrarium ſenſere P.Iacobus Aurelianenſis, & Matthæus Brunus,num.24.
Author cogitandum relinquit,n.25.

## De Litteris Cambij. fol.123.

Multæ ſunt ſpecies litterarum , ſeu epiſtolarum , num.1.
Principium demonſtrationis eſt , quod quid eſt, & communia prius diſcere , atque ex vniuerſalibus ad ſingularia procedere,nu.2.
Cambium definitur , num.3.& 4.
Cambium duplex eſt,ſiccum,& reale,nu.5.
Cambium ſiccum quid ſit,Et cur ita dicatur,explicatur,numer. 6.& 7.
Cambium ſiccum dupliciter committitur, n.8.& 9.
Et vtrumque eſt prohibitum,nu.10.11. & 12.
Cambia ſicca ſunt prohibita per Conſtitutiones Pij IV. & Pij V.num.13.
Item in Regno Luſitaniæ per Pragmaticam Regis Sebaſtiani , num.14.
Item per decreta Caroli V.& Philippi Regis Hiſpaniarū, n.15.
Item per Senatusconſultum maioris Conſilij huius Sereniſſ. Dominij,num.16.
Partes latæ in excelſo conſilio Rogatorum , circa materiam Cambij recenſetur, num.17.
Cambia ſicca ſunt Damnata, etiamſi fiant pro ſubueniendo alicuius in indigentijs, & proprio opere faciendo, n.18.
Cambium reale quid ſit explicatur , n.19.
Cambium reale duplex eſt,minutum,& per litteras,nu.20.
Cambium reale minutum deſcribitur,n.21.
An ſit licitum,nec ne,multi contendunt,nu.22.
Quod permiſſum, eſt verior opinio, n.23.
Ratio,num.24. & 25.
Cur dicatur reale,Cur minutum,explicatur, nu.26.& 27.
Cambium reale per litteras quid ſit,deſcribitur, n.28.
Cur vocetur reale,& cur per litteras, explicatur,nu.29.& 30.
Cambium reale per litteras tribus modis conficitur. n.31.
Iſti modi ſingillatim explicantur , & de eorum validitate , vel inualiditate diſſeritur, nu.32.33.34.35.& 36. vſque ad 45. incluſiuè .
Pulchra proponitur quæſtio,num.49.
Reſoluitur ex ſententia Gabriel,conſ.ſuo 158.in 2.num.47.
Alia excitatur controuerſia,n.48.
Pro reſolutione videndus Nauar.conſ.32.lib.5. de vſur. vol.2. num.49.
Cambium in dubio ſemper præſumitur reale,non ſiccum, n.50.
Ratio,num.51.
An ex litteris Cambij obligatio , & probatio inſimul oriatur ? Ambiguitur,num.52.
Concluſio ſtat pro affirmatiua duobus tamen concurrentib. videlicet,quod & materia patiatur,& quod loquantur diſpoſitiuè,num.53.54.& 55.
Litteræ Cambij reuocari minimè poſſunt , antequam ſoluatur id quod ſcriptum fuit,num.56.
Exemplum,num.57.
Ratio,num.58.& 59.
Declara, quando tales litterę ſunt diſpoſitiuè , ſecus ſi ſimplicis mandati,num.60.
Ex litteris Cambij oritur obligatio , quando ſunt diſpoſitiuę , ſecus ſi enunciatiuè loquantur,num.61.
Ex litteris Cambij oritur probatio ſolummodo contra ſcribentem,num.62,
Amplia , vt ipſis litteris cambij contra ipſummet ſcribentem probatio inducatur non ſolum pro eo , ad quem directę ſunt , ſed etiam pro tertio, numer.63.

Et

*Et præcipuè pro eo,cui ſoluendum erit cambium, num.64.*
*Ratio,num.65.66.*
*Litteræ cambij contra eum,cui diriguntur,neque obligationem, nec probationem inducunt, niſi acceptentur, quibus tamen acceptatis,remanet obligatus,num.67.*
*Ratio,num.68.69.70.& 71.*
*Literis Cambij acceptatis,periculum erit illius, cui ſoluenda eſt pecunia,num.72.*
*Ratio,num.73.& 74.*
*Et de hoc nulla poteſt eſſe dubitatio, num.75.*
*In Ciuitate tamen Genuæ contrarium obſeruatur, inter mercatores,num.76.*
*Et iſta mercatorum obſeruantia inter eos facit ius, n.77.*
*Literę cambij tunc demum contra ſcribentem, & probationem, & obligationem inducunt, quando ipſemet ſcribens tempore quo ad eum,cui erant directę,fuerunt traditę, ac conſignatę, diuturna huius lucis, vſura fruebatur, ſecus, ſi è vita migraſſet,num.78.*
*Literę cambij tunc demum acceptatę, ac approbatæ, dicuntur quando ſunt lectæ, & receptæ, & in contrarium proteſtatum minimè fuerit,num.79.*
*Campſores acceptantes litteras cambij, non poſſunt poſtea ſolutioni contradicere, etiamſi mercator qui litteras ſcripſit, pendente termino ſolutionis decoxerit dummodo fuerint ab eo retentæ,num.80.*
*Mercator recipiens litteras cambij,& eis lectis,ponens ea,inter alias puta in Filcia, & non contradicens, videtur illis acceptaſſe,& obligaſſe ad contenta in eis, & non poterit eum poſtea pœnitere,& recuſare in illis contenta, n.81.*
*Cautela prudentum campſorum recenſetur, n.82.*
*Accipiens litteras cambij cum proteſtatione,& poſtea ſimpliciter ſoluens cenſetur ſoluiſſe iuxta formam litterarum, cum proteſtatione,nu.83.*

## De litteris cambij: Contra quem ſit dirigenda actio litteris cambij caſu amiſſis,ad petendam pecuniam illis contentam. fol.128.

*Litteris cambij caſu amiſſis, agendum eſſe contra illum penes quem fuerat factum depoſitum, liberando tamen ipſum mercatorem ab ipſis litteris per publicum,& ſolemne inſtrumentum.Reſpondit Bal.nu.1.*
*Eum ſequitur Iaſ.nu.2.*
*Et communiter omnes Scribentes,nu.3.*
*Author autem pro veriori reſolutione diſtinguit,nu.4.& 5.cum ſeq.vſque in finem,ead.*

## An pro litteris cambij competat regulariter priuilegium hypothecæ. fol.129.

*Pro literis cambij de iure communi non competit priuilegium hypothecè,num.1.*
*Subſcribens ſe litteris cambij, vel ſchedulæ, quam banchariam appellant in qua fiat per debitorem promiſſio de ſoluendo ſub obligatione generali bonorum, non ideo minus ſe obligat, nec vllo modo contrahitur prædicto debito hypotheca, niſi in ſubſcriptione expreſſum ſit,n.2.*
*Ratio,num.3.4.& 5.*
*Ex conſuetudinibus, & ſanctionib. particularium locorum pro litteris cambij datur hypotheca,nu.6.*
*Sic enim reſpectu cambij veri realis, diſpoſitum eſt per ſtatuta Mediolani,nu.7.*
*Per ſtatutum Auinionenſæ litteræ cambij habent hypothecam à die recognitionis, num.8.*

## Quænam actio pro litteris cambij concedatur. fol.130.

*Nemo ſine actione experitur,num.1.*
*Pro litteris cambij actio mandati regulariter competit, n.2.*
*Et dicitur perſonalis,vt illa,quæ oritur ex contractu,vel quaſi, num.3.*
*Cambium eſt contractus,nu.4.*
*Sed an ſit nominatus, vel inominatus, non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia,nu.5.*
*Author nominatum eſſe opinatur,num.6.*
*Ratio,numer.7.*

## An literæ cambij de iure communi executionem habeant paratam. fol.130.

*An litteræ cambij de iure exequutionem habeant paratam,dubitatio non eſt mediocris inter Doct. n.1.*
*Fundamenta pro Affirmatiua opinione, n.2.3 4.5.6.& 7.*
*Authores,qui hanc opinionem inſequuti ſunt, adducuntur, n.8.*
*Qui negatiuam tenuerunt, commorantur, n.9.*
*Fundamenta pro hac parte,n.10.11.12.& 13.*
*Et hæc opinio verior videtur Authori, n.14.*
*Ex forma ſtatutorum mercantilium tales literę habent exequutionem paratam, num.15.*
*Et talis conſuetudo apud eos obſeruatur,n.16.*
*In Regno Siciliæ tales litteræ habent executionem paratam nu.17.*
*Sed an id procedat tam contra ſcribentem, quam contra litteras ipſas accipientem,videndus Garzia deciſ.9.vol.1.nu.18.*

## De litteris credentialibus, ſeu fide, vel quod idem eſt,aſſertorijs. fol.132.

*Literæ credentiales,quæ ſint, & cur adinuentæ, pulchrè enodat author,n.1.2.& 3.*
*An ex litteris credentialibus contra ſcribentem oriatur probatio; duo caſus ſunt diſtinguendi,num.4.*
*Literæ credentiales generalibus verbis conſcriptæ non obligant neque probant contra ſcribentem,n.5.*
*Ratio ibid.num.7.& 8.*
*Exemplum,num.6.*
*Fallit in nonnulli caſibus,num.9.de quibus vſque ad numer.17. incluſiuè.*
*Litteræ credentiales ſpecialitatem quandam continentes, probant contra ſcribentem,nu.18. & 20.*
*Exemplum,numer.19.*
*Amplia, vt id magis procedat,quando conſcriptę eſſent à Principe, & ſigillo ſuo authentico roboratæ,n.21.*

## De litteris Commendatitijs. fol.130.

*Literæ commendatitię,quæ ſint,deſcribuntur,nu.1.*
*Litteræ commendatitiæ non obligant ſcribentem, nu.2.& 3.*
*Et hęc eſt veriſſima opinio,n.4.*
*Fallit primo quo ad nobilitatem probandam,n.5.*
*Item quando in ipſis litteris commendatitijs continetur aliquid certi,nu.6.*
*An ex verbis teſtatoris commendatitijs inducatur legatum, vel fideicommiſſum,ſi teſtator commendet aliquem hæredi, videndi DD.remiſſiuè,num.7.*
*Litteris commendatitijs fit etiam in iure Pontificio ſępè mentio, prout recenſet author ex aliorum ſententia, vſque in finem, numer.8.*

## De Litteris Amatorijs. fol. 135.


Adulteria ſunt difficilis probationis, ſicut, & alij prohibiti concubitus, num. 1.

Et ob id coniecturis, ac præſumptionibus rectè probari poſſunt, num. 2.

An ex litteris amatorijs adulterium fuiſſe commiſſum rectè probari poſſit, dubitatur, num. 3.

Communis ſententia ſtat pro affirmatiua, num. 4.

Ratio, num. 5.

Opinio Gl. Menochij hac in re deducitur, quam ſequitur Author, n. 6. & 8.

Litteræ amatoriæ non probant matrimonium contractum, ſed bene contrahendum, num. 7.

Quædam opinio Thomæ Sanchez deducitur, nu. 9. & 10.

Reprobatur per Authorem, numer. 11. & 12. cum ſeqq. vſque in finem.


## De epiſtola exhortatiua, fol. 135.


Epiſtola exhortatiua non probat conſenſum ſcribentis ſibi præiudicialem, nu. 1.

Ratio ibid.

Limitatur iſta concluſio in quodam caſu, ſuper quo reſpondit Soc. conſ. 291. num. 7. cum ſeq. n. 2.

Caſus recenſetur, num. 3.

Soccin. ſequuti ſunt communiter Scribentes, n. 4.

An ex his verbis inſertis in epiſtola. Noli dubitare hoc facere, quia nolo, quod ex eo damnum aliquod patiaris, inducatur obligatio ad præſtationem indemnitatis? dubitatur, n. 5.

Alexander pro negatiua, num. 6.

Author eſt in oppoſitum, num. 7.

Ratio, num. 8. & 9.

Opinio Authoris eſt communiter recepta, n. 10.


## De Litteris Teſtimonialibus. fol. 136.


Literis teſtimonialibus plena fides adhibeatur, n. 1.

Notarius probatur per litteras teſtimoniales legalitatis Notarij per ordinarium loci domicilij ipſius Notarij conceſſas, quæ habeant Sigillum, & alia ſolita requiſita, & n. 3.

Contrarium ſenſit Paul. de Caſtro, n. 4.

Cuius opinionem in puncto iuris eſſe veriorem atteſtatur Decius, num. 5.

Priorem ſequitur Author. num. 6.

Fundamenta Caſtrenſis reſoluit Hippol. de Marſilijs, num. 7.

Declarator tamen ſupradicta opinio retenta varijs modis, de quibus, & numeris ſequentibus vſque in finem, n. 8.


## De Litteris inducialibus, ſeu Dilatorijs, vel Moratorijs. fol. 137.


Literę Iudiciales poſſunt à Principe regulariter concedi debitoribus, ad differendam ſolutionem debiti, n. 1.

Taleſque literæ apud Italos ſunt in viſu, nu. 2.

Et hęc eſt ſententia receptiſſima quicquid dixerit Natta, n. 3.

Amplia, vt etiam ſine peccato, & de honeſtate iuſtitiæ concedi poſſint, num. 4. & 5.

Non poſſunt autem concedi, cum debitum eſt iuratum, n. 6.

Ratio, num. 7. 8. & 9.

Contrarium multi, num. 10.

Prior tamen opinio, vti verior, per Authorem retinetur, nu. 11.

Saluum conductum impetrans, ne à debitoribus moleſtetur, non defenditur; cum debitum eſt iuratum, n. 12. & 13.

Statutum Patauinum ſub Rubrica, de Fugitiuis, in c. Dom. Poteſt. declaratur, num. 14.

Induciales literæ poſſunt concedi contra debitum iuratum à Summo Pontifice debitoribus, num. 15.

Ratio, ibid.

Quod tamen non procedit in Epiſcopo, n. 16.

Neceſſe eſt tamen, vt expreſſam in ipſis litteris mentionem dictus Summus Pontifex de iuramento faciat, n. 17.

Ratio ibid.

Item conceduntur contradictum debitum iuratum, quando ita conſuetudine receptum eſſet, n. 18.

Ratio, num. 19. & 20.

Et aduerte, quod ita ex conſuetudine apud omnes obſeruatur, num. 21.

Quinimò Dec. de hoc amplius non eſſe diſputandum ſcriptum reliquit, num. 22.

Apud Gallos, In Parlamento, ac curia Delphinali, In Regno Neapolis, In Regno Sicilię, Aquitanię. In Patria Pedemont. ita de conſuetudine obſeruari legimus, a num. 23. vſque ad n. 28. incluſiuè.

Hęc tamen conſuetudo vti improba damnatur per Gaſparem Theſſaur. num. 29.

Litteræ induciales debitoribus minimè prodeſſe poſſunt, ſi proceſſerit condemnatoria ſententia, num. 30.

Siue ſit ſententia Senatus, ſiue cuiuslibet alterius Principis quidquid dixerit Cuch. num. 31.

Ratio, num. 32. 33. & 34.

Amplia idem iuris eſſe, ſi ſententia de proximo pariter ferenda eſſet, num. 35.

Ratio, num. 36.

Hoc tamen declara, & intellige, prout ibi, & num. 38. cum duobus ſeqq. num. 37.

Litteræ induciales debitori non conceduntur, cum debitum eſt inficiatus, num. 41.

Ratio, num. 42.

Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerit Pariſ. conſ. ſuo 100. in 3. num. 43.

Statuti noſtri diſpoſitio ſub Rubr. de citationibus, cap. ſi quis citatus, deducitur, num. 44.

Litteræ induciales debitori minimè concedi poſſunt, quando cum iuramento illis renunciauit, n. 45.

Ratio, num. 46.

Declara, num. 47.

Item non conceduntur, cum debitum eſt fiſcale, num. 48.

Saluum conductum impetrans non defenditur, cum debitum eſt fiſcale, num. 49.

Statutum noſtrum Patauinum ſub rubr. de Fugit. in c. Dom. Poteſtas declaratur, numer. 50.

Cl. Peregr. de iure Fiſc. lib. 6. tit. num. 7. 12. cum ſeqq. deducitur, num. 51. 52. & 53.

Item non conceduntur, ſi debitum procedat ex cauſa delicti, num. 54.

Ratio, numer. 55. 56. 57. & 58.

Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerint nonnulli, num. 59.

Saluum conductum impetrans non defenditur, cum debitum procedit ex cauſa delicti, num. 60.

Item non conceduntur, cum debitum contractum eſt cauſa locationis, num. 61.

Item ſi debitum procederet ex cauſa dotis, num. 62.

Sublimita prout ibi, num. 63.

Item non conceduntur debitori ex cauſa alimentorum, n. 63.

Item debitori alicuius Eccleſiæ, vel loci pij, n. 65.

Ratio, nu. 66.

Item ſi ageretur de debitore alicuius pupilli, viduæ, vel alterius perſonæ priuilegiatæ, nu. 67. 68. & 69.

Item non conceduntur debitori ex cauſam rerum commeſtibibilium, & emptarum in publico mercatu, ac ſine moræ ſoluendi, num. 70.

Item ſi debitum procedat ex cauſa depoſiti, num. 71.

Item non conceduntur debitori guloſo, ac inhoneſtam vitam de-

*degenti.num.72.*
*Item debitori tacenti ſe alias dilationes habuiſſe, vel a Principe, vel ab ipſomet creditore, num.73.*
*Alias limitationes vide per DD.remiſſiuè,n.74.*

## An dilatio conceſſa principali debitori ad ſoluendum medio huiuſcemodi litterarum inducialium, proſit ſuis fideiuſſoribus in ſupplicatione non nominatis. fol.141.

*Dilatio conceſſa principali debitori ad ſoluendum medio huiuſcemodi literarum inducialium non prodeſt ſuis fideiuſſoribus,num.1.*
*In obligationibus ſoluendi exceptio,qua competit reo, non prodeſt fideiuſſoribus,ſuis num.2.*
*Ratio,num.3.& 4.*
*Beneficium conceſſum debitori principali,ne conueniatur, vltra quam facere poteſt,non prodeſt fideiuſſoribus ſuis, n.5.*
*Ceſſio bonorum facta per principalem debitorem, non prodeſt fideiuſſoribus,nec eos liberat ab obligatione,n.6.*
*Beneficium reſtitutionis in integrum competens principali, debitori,non prodeſt ſuis fideiuſſoribus,nu.7.*
*Dilatio conceſſa principali debitori ad ſoluendum non prodeſt fideiuſſori quando ad petitionem partis conceſſa eſſet, ſecus ſi motu proprio concedentis, n.8.*
*Differentia ratio,numer.9.& 10.*
*Item prodeſt fideiuſſoribus, quando fuit debitori principali conceſſa à creditoribus,num.11.*
*Item quando ipſemet fideiuſſor non renunciauit beneficio cedendarum,num.12.*
*Latius id explicatur per Authorem,n.13.*
*Fideiuſſor poteſt renunciare beneficio cedendarum, n.14.*
*Dilatio conceſſa principali, prodeſt fideiuſſoribus quando adeſſet obligatio faciendi,num.15.*
*Item quando principali debitori id prodeſſet,num.16.*
*Latius Cuch.de hac materia,num.17.*

## De annalibus, & quinquennalibus dilationibus,breuis,ac elegans diſceptatio. fol.142.

*Princeps poteſt concedere debitori dilationem annalem, n.1.*
*Item etiam quinquennalem,num:2.*
*Vlteriorem autem nequit,num.3.*
*Et ſi concederet,nec quoad quinquennium ſuſtinetur, nu.4.*
*Contrarium tamen Cuch.de Moratoria,nu.5.*
*Et differentia inter dilationem annalem, & quinquennalem in modo procedendi, num.6.*
*An in dilatione annali ſit præſtanda cautio à debitore de ſoluendo in fine ipſius dilationis ? non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia,num.7.*
*Nonnulli eum teneri arbitrati ſunt,nu.ead.Ratio ibid. n.9.*
*Contrarium alij multi,num.10.*
*Corroboratur,num.11.& 22.*
*In dilatione quinquennali talis cautio ſine dubio præſtanda eſt, numer.13.*
*Et ſi forſan non detur reſcriptum,haud valet, n.14.*
*Amplia etiamſi his litteris remittatur talis cautio, n.15.*
*Et eſt veriſſima ſententia,quidquid dixerint Iaſ.num.6.*
*Quam tamen limita, quando in ipſis litteris adeſſet Clauſula, Non obſtante,num.17.*
*Hæc tamen cautio præſtari debet, ſi petatur ab ipſo creditore, alias ſecus,num.18.19.20.& 21.*
*Ratio,numer.22.*
*Quando lex, vel ſtatutum requirit, quod præſtetur certa fideiuſſio aliter actus non valeat, debet ſemper ipſum ſtatutum intelligi ſi petatur à parte,nu.23.24.& 25.vſque ad 30.incluſiuè.*
*Debitor ſi facta diligenti inquiſitione non poteſt inuenire fideiuſſores,gaudet beneficio iuratoriæ cautionis,n.31.& 32.*
*Et hac ſententia eſt receptiſſima,num.33.*
*Effectus inſignis reſultat debitore non ſoluente poſt quinquennium, nam in carcerem detrudi poteſt, nec amplius ad beneficium ceſſionis admittitur,num.34.*
*Cur iuratoria cautio fuerit adinuenta, explicat ibi Author, nu. 35.36.& 37.*
*An datio fideiuſſorum, de qua ſupra, debeat fieri tempore, quo ipſe litteræ induciales impetrantur,an vero poſſit poſtea præſtari ex interuallo,videndi Doct.remiſſiuè, num.30.*
*Dilatio quinquennalis conceditur debitori ad inſtantiam creditorum concurrentium pro maiori quantitate,cumuloque crediti,num.39.*
*Et tolli beneficium ceſſionis bonorum,n.40.*
*Et hoc modo, vbicumque concurreret diſparitas, & maior quantitas crediti eorumdem creditorum concurrentium, ſed etiamſi concurreret æqualis quantitas, vt tunc benignior ſententia admittatur,n.41.*
*An quinquennalis dilatio concedi poſſit à Principe ad inſtantiam dumtaxat debitorum ignorantibus,& inuitis etiam ipſiſmet creditoribus? pulcherrima eſt difficultas, n.42.*
*Viuius concludit pro affirmatiua,ſubditque ita iudicatum.n.43.*
*An maior pars creditorum in præiudicium minoris partis poſſit remittere creditum, vel concedere dilationem debitori, & quomodo? videndus Macerarenſis in ſuis Reſolutionibus,numer.44.*

## De Litteris Apoſtolicis. fol.144.

*Ex litteris Apoſtolicis plena fides, ſeu probatio inducitur num. 1.2.3.& 4.*
*Ratio,num.5.*
*Amplia in nonnullis caſibus,de quibus,n.6.7.& 8.*
*Non ſolum litteræ ipſius Summi Pontificis probant, ſed etiam eæ; quæ ſcriptæ ſunt per Cardinalem ipſius Pontificis nepotem habentem latiſſimam ſuperintendentiam, num.9. Ratio, num.10.& 11.*
*Litteræ Summi Pontificis probant, quando Papa atteſtatur de facto ſuo proprio tantum, & in illo ſe fundat. Et adeo probant,vt nec probatio in contrarium admittatur,n.12.*
*Quod procedit,etiamſi teſtificetur quidpiam in cauſa ſuæ Eccleſiæ,num.13.*
*Si Pontifex aſſerat aliquem eſſe ſuum Capellanum, ſeu Cubicularium,ſtatur ſuæ aſſertioni,num.14.*
*Item,ſi narret aliquem renunciaſſe beneficia per procuratorem,num.16.*
*Idem ſi aſſerat quem eſſe Nuncium Sedis Apoſtolicæ, n.17.*
*Litteræ Papæ,ſi atteſtentur de facto alieno,ſolummodo præſumptionem inducunt,n.18.& num.19.*
*Limitatur ſi Summus Pontifex aſſereret ſe de tali facto informatum fuiſſe, tunc enim ſibi etiam de facto alieno atteſtanti adhibenda eſſet fides,num.20.*
*Quidquid dixerint nonnulli,num.21.*
*Litteræ Pontificis carentes titulo dignitatis nullam fidem faciunt,num.22.*
*Quinimò,ſunt ſuſpectæ ob ſtylum Curiæ non ſeruatum,n.33.*
*Litteræ Apoſtolicæ,etſi exequutionem habeant paratam,tamen ſunt iuſtificandæ,num.24.*

## De litteris Epiſcopi, ſeu cuiuslibet alterius Iudicis Ordinarij. fol. 146.


Litteris Epiſcopi ſeu alterius iudicis Ordinarij authentico ſigillo ſigillatis, & teſtium ſubſcriptorum manu propria roboratis plena fides adhibetur, nu. 1.
Verbum illud (Ordinarius) non ſolum comprehendit Epiſcopus, ſed etiam inferiores, & ſpeciales ordinarios, n. 2.
Litteræ Epiſcopi, vt ſupra, concepte vim publici obtinent documenti, num. 3.
Litteræ Epiſcopi ſigillatæ, vt ſupra, non ſolum probant in leuibus, ſed etiam in arduis, & non ſolum in litteris promulgatorijs, ſeu diſpoſitionis, ſed etiam citatorijs, vel continentibus aliquam ſententiam, & in litteris teſtimonialibus, num. 4.
Exemplum, num. 5.
Litteræ Epiſcopi, vt ſupra non ſolum probant inſpectantibus ad officium ſuum, ſed etiam in alienis negotijs, num. 6.
Contrarium docuit Felin. num. 7.
Fundamentum, nu. 8. & 9.
Et eſt receptior, & verior opinio, nu. 10.
Quæ eo magis ampliatur, vt vera ſit in iudicialib. num. 11.
Intellige tamen hoc procedere in his, quæ non pendent ab arbitrio iudicis, num. 12.
Si Epiſcopus faceret fidem de præſentatione facta coram eo, vel de inſtitutione per eum facta, ſibi abſque alio crederetur, num. 13.
Sic etiam, ſi atteſtaretur ſe ordines alicui contuliſſe, nu. 14.
Vicecurator de matrimonio atteſtanti, cum atteſtetur de pertinentibus ad officium ſuum creditur, num. 15.
Litteris Epiſcopi vt ſupra concepti non creditur, quando contra ipſum præſumptio eſſet fraudis, & præcipuè in præiudicium tertij, num. 16.
Exemplum, num. 17.
Epiſtolæ Epiſcopi ſuo ſignatæ ſigillo, & teſtium ſubſcriptorum manu propria roboratæ creditur etiam in non ſpectantibus ad eius officium, cum conſuetudine ita receptum eſt, nu. 18. 19. & 20. Ratio, n. 21.
Item epiſtolæ ipſius, vt ſupra conceptæ creditur, quando agitur de leuibus, num. 22.
Item quoad ſemiplenam probationem, nu. 23. & 24.
Item ſi proferantur aduerſus eas producentem, vel aduerſus eum, cuius ſigillum litteris fuerit impreſſum, n. 15. & 16.
Litteræ Epiſcopi ſuo ſigillo ſigillatæ ſine ſubſcriptione teſtium, ac ſine tabellione probant in his, quæ ſpectant ad eius officium, num. 27. & 28.
Ratio, num. 29.
Litteræ Epiſcopi ſolo ſuo ſigillo ſigillatæ probant dumtaxat in ſpectantibus ad eius officium, n. 30.
Et ideo ſi ſigillum eſſet appoſitum in teſtamento, & ſic circa actum non ſpectantem ad ſuam iuriſdictionem nihil probaret, num. 31.
Sic etiam ſi ipſemet epiſcopus in ſua collatione quem eſſe filium patrimonialem atteſtaretur, ſibi vtique fides denegaretur, n. 32. & 33.
Sic quoque ſi ageretur de probanda dotatione ad quandam capellam, & de illa epiſcopus in ſuis atteſtaretur, ſibi vtique minimè fides adhiberetur, num. 34.
Ratio, num. 35.
Litteras Epiſcoporum, ac aliorum ordinariorum etiam ſigillo ſuo authentico roboratas nullam probationem facere, docuit Felinus, num. 36.
Contraria opinio eſt verior, num. 37.
Amplia vt locum ſibi vendicet etiam in his, quæ non pertinent ad officium Epiſcopi, num. 38.
Exemplum, ibid. num. 39.
Item amplia, etiamſi ipſiuſmet epiſcopi litteræ eſſent ſigillatæ ſigillo alieno, puta Capituli, n. 40.
Ratio, num. 41. & 42.
Litteræ Epiſcopi ſolo ſuo ſigillo ſigillatæ non probant, agitur de præiudicio tertij, num. 43.
Ratio ex Menoch. n. 44. & 45.
Item non probant in iudicialibus in præiudicium alterium, num. 46. & 47.
Item quando contra epiſcopum ſcribentem eſſet præſumptio fraudis, num. 48. 49. & 50.
Obijcitur contra, num. 51. & 52.
Soluitur, num. 53. & 54.
Declara ex Maſcardo, num. 55. 56. 57.
Litteris Vicarij Epiſcopi, ſeu eius locum tenentis non creditur, num. 58.
Litteris Epiſcopi ſuo ſigillo munitis non creditur, quando ſunt teſtimoniales ſuper facto de præterito, exemplo ibidem, n. 59.
Amplia ex Maſcardo, etiamſi litteræ prædictę non forent purè teſtimoniales, ſed recitatorię, num. 60.
Limita pluribus alijs modis; de quibus remiſſiuè per Doctores, num. 61.
Litteris extraiudicialibus Epiſcoporum, & Abbatum creditur, etiam quando tempus, & contra tertium ſed de conſuetudine non de iure, num. 62.
Litteræ Epiſcopi ſubſcriptę, ſed non ſigillatæ, & item abſque ſubſcriptione teſtium cenſetur litterę priuatę, quibus dumtaxat creditur contra ſcribentem, probato, quod ipſe ſcripſerit, n. 63.
Et non probant contra tertium, num. 64.
Non ſufficit ſigillum, vbi neceſſaria eſt ſubſcriptio, num. 65.
De materia harum litterarum videndus Card. Tuſcus, n. 66.


## De Litteris Imperatoris, Regis vel cuiuslibet alterius Principis, & præcipuè non recognoſcentis Superiorem. fol. 150.


Litterę Imperatoris, Regis, vel cuiuslibet alterius Principis plenam fidem faciunt, num. 1.
Principis aſſertioni regulariter ſtandum eſt, num. 2.
Præſumitur enim ſemper iuſtitię plenus, & idcirco omnia deliberatè, & prout conuenit facere. n. 3.
Quinimò ſemper præſumendum eſt, quod ipſiuſmet Principis litterę preceſſerint de iuſtitia, num. 4.
Cum Principis ſibi poſſit in cauſa propria ius dicere, fides etiam ſuę ſcripturę eſt adhibenda, numer. 5.
Litterę Principis vim legum obtinent, num. 6.
Et hinc eſt, quod vti tales ius faciunt quod omnes, numer. 7.
Quinimò arctant ſcientes abſque vlla publicatione, num. 8.
Niſi tamen eſſent litterę particulares ipſorum Principum ad lites, num. 9.
An autem generaliter ſint pro legibus obſeruandę, videndi Doct. remiſſiuè, num. 10.
Epiſtola principis fidem facit, licet etiam fuerit conſcripta manu alicuius ſui ſcribæ, eius tamen mandato, num. 11.
Et probat etiam contra tertium, num. 12.
Ratio, num. 13.
Declara, num. 14.
Litteris ipſiuſmet principis ſtatur, licet in illis enuncietur aliquem commiſiſſe delictum, numer. 15.
Limitatur ex ſententia Authoris, cum ageretur de crimine rebellionis, propter quod bona veniunt publicanda, num. 16.
Litteris inferioris à Principe neutiquam creditur in pręiudicium tertij, num. 17.
Quinimo regulariter ipſis plena fides non adhibetur, niſi in illis enarratorum pleniſſima fiat comprobatio, num. 18.
In omnibus illis caſibus, in quibus litterę principis operantur, ac fidem faciunt debet adeſſet ipſius principis ſubſcriptio, ac ſigillum, num. 19.

*Item in illi debet fieri promiſſio nominum ſuarum dignitatum, ac titulorum, num.20.& 21.*
*Cum veriſimiliter validitate, ſeu veritate litterarum ipſius principis dubitatur; tunc eæ non ſunt ſemper exequendæ, ſed ipſi reſcribendum, num.22.*
*Et ſuperueniente poſtea noua iuſſione ipſis principis obediendum eſt, num.23.*
*De materia huiuſce quæſtionis videndi Doctores remiſſiuè, numer.24.*
*Plurimæ ſunt aliæ litterarum ſpecies de quibus ibi, num.25.*

## LIBER QVARTVS.

### De Libris Rationum. fol.152.

*Liber rationum quid ſit, definitur, n.1.*
*Libri rationum ſunt varij, quod explicatur, n.2.3.& 4.*
*Qui benè diſtinguit, proximus eſt veritati, n.5.*
*Liber rationum alicuius priuati, regulariter non probat pro ſcribente, numer.6.9.10.& 11. eſtque hoc receptiſſimum, numer. 14.*
*Ratio, num.7.8.*
*Partitæ ſcriptæ manu creditoris, et ad vtilitatem ipſius ſcribentis non probant, niſi aliter verificentur, n.12.*
*Inſtrumenta Notariorum, quorum fides de publico approbata eſt, non probant in fauorem ipſius ſcribentis, n.13.*
*Liber rationum priuati non ſolum non probat pro ſcribente, ſed nec etiam pro eius hærede, etiamſi illi ſucceſſerit Fiſcus, vel Eccleſia, n.15.*
*Liber rationum defuncti, qui fuit habitus vir probus, ac bonæ famæ, inducit aliqualem præſumptionem pro ipſius hærede, n. 16.& eſt veriſſima Concluſio, n.21.22.& 23.*
*Ratio, num.17.*
*Animus defuncti non præſumitur corruptus, nec etiam corrumpi poteſt, ſicut viuentis, n.18.*
*Mors ſcribentis auget fidem libri ſui, nu.19.*
*Mors habet vim iuramenti, n. 20.& 23.*
*Liber rationum defuncti non ſolum præſumptionem aliquam inducit pro eius herede, verum etiam ſemiplenam probationem, n.24.*
*Et ad plenam inducendam ſufficeret vnus teſtis, vel poſſet hæredi deferet iuramentum in ſupplementum probationis verioris, ſi ſciebat veritatem, n.23.*
*Contrarium multi tenuere, n. 26.*
*Et eſt Communis, n.27.*
*Concilia ex mente Ripæ, & aliorum, n.28.29.& 30.*
*Liber rationum defuncti facit præſumptionem, ſeu ſemiplenam probationem, ſi fuit conceptus in forma rationum, alias nec præſumptionem inducit, n.31.*
*Liber rationum defuncti iunctis alijs præſumptionibus, ſeu adminiculis plenè etiam probat, n.32.*
*Liber rationum defuncti, qui fuerat bonæ conditionis, ac famæ, ſecundum ſtatuta Veneta non probat, ſed bene præſumptionem quandam inducit, ita vt honeſtiori parti deferatur iuramentum, n.33.*
*Ex proprio rationum libro creditoris haud etiam conuincitur debitor in cauſa fiſcali, nu 34.*
*Amplia etiamſi debitum non tantum in vno libro rationum, ſed et iam in pluribus eiuſdem creditoris ſcriptum reperiatur, num. 35.*
*Si aduerſarius meus librum meum, rationum, contra me producat vel eo vtatur, non ob id ex eo ad mei fauorem oritur probatio, nu.36.*
*Aliæ Ampliationes referuntur per Doct. remiſſiuè, nu.37.*
*Liber rationum priuati probat etiam ad eius fauorem in dependentibus ab eiuſdem voluntate, numero 38. 39. & 41.*
*Sublimita ex Maſcardo, numero 40.*
*Liber rationum donatoris dubiam illius mentem declarat, numer. 42.*
*Sic etiam ex eo probatur conſenſus contraſcribentem, numero 43.*
*Liber rationum priuati probat pro eo, quando multa capitula ipſius libri vera oſtenduntur, vel per inſtrumenta publica, vel aliter, & quando liber ipſe in aliquo nec redargui nec conuinci poteſt de mendacio, n.44.47.& 49.*
*Ratio, num.45.& 46.*
*Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerit nonnulli, n.48.*
*Amplia, etiamſi partitæ non verificatæ, eſſent alicuius momenti, num.50.*
*Contrarium multi, num.51.*
*Opinio Authoris, num.52.*
*Cl. Menoch. num 53.*
*Sublimita tamen in Capitulis ſeparatis, n.44.55.*
*Liber rationum probat pro ſcribente, quando ſcripta in eo ſunt veriſimilia, n. 58.59.60.61.& 62.*
*Exemplum ex Iaſ.& alij, n.57.*
*Neceſſarium eſt tamen iuramentum ipſius ſcribentis, n.59.*
*Libris publicis eo magis fides adhiberi ſolet, quando continetur in ipſis aliqua enunciatio poſſibilis, ac veriſimilis, numero 63.*
*Quædam opinio Decij deducitur, num.64.*
*Improbatur per Pyrrum Alfanum, num.65.*
*Liber rationum priuati probat pro ſcribente, ſi agatur de modica quantitate, iuncto tamen iuramento ſcribentis, nu.66.*
*Secus ſi de magna, numer.67.*
*Summa libr.832. non eſt parua ex Riminal.*
*Et hæc eſt veriſima concluſio, quidquid dixerit Bologn. nu.68.*
*Item probat pro eo, cum agitur de modico præiudicio, n.69.*
*Item cum ſummus in connexis, & ſubordinatis, nu.70.*
*Exemplum, ibid.*
*Ratio num.71.*
*Contrarim multi, num.72.*
*Opinio Authoris, num.72.*
*Liber rationum probat pro ſcribente, ſi conſuetudine, vel ſtatuto caueatur, vt dicto libro plenè etiam in fauorem ſcribentis credatur, num.73.*
*Amplia etiamſi ſtatutum ipſum diſponat, vt reſpectu magnæ ſummæ libris rationum credatur, num.75.*
*Declara, num.75.76.& 77.*
*Liber rationum alicuius priuati ſi ſit perſona nobilis, honeſta legalis, & fide digna aliqualem indiſtinctè ad ſui fauorem præſumptionem facit, num.78.*
*Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerit Hippol. Riminald. numer. 79.*
*Item conſonat cum diſpoſitione Statutorum Venetorum, numero 80.*
*Amplia, vt ſi in ipſomet libro appareat à debito, & credito, & veriſimilia contineantur, ex eo etiam plena oriatur probatio, numer. 81.*
*Ratio, numer. 82.*
*Liber rationum probat pro ſcribente, cum actus celebratus non impugnatur, quando continet veriſſimilia, num.83.*
*Quod tamen limita in memoriali, vel ſche lula in dicto libro rationum reperta, numer. 84.*
*Item limita, ſi dictus liber careat fortaſſis nomine contrahentium, item die, ac Conſul. numer.95.*
*Quod declara, vt ibi, numer.86.*
*Liber rationum probat pro ſcribente, quando verſamur in antiquis, numer.87.*
*Ratio, numer.88.*
*Quod tamen fallit, quando ageretur contra tertium, numero 89.*
*Hoc tamen minime procedit quando in eodem libro multæ alia partitæ veræ apparerent, & concurrentibus alijs adminiculis, numer.90.*

Liber

*Liber rationum probat pro ſcribente, quando continet data, & recepta, numer.91.*
*Debent tamen iſta contineri clare, ſingulariter, & ſpecificè, numero 92.*
*Alias ſecus eſſet, numer.93.*
*Aliæ limitationis aſſeruntur per DD.remiſſiuè, num.94.*
*Liber rationum contra ſcribente plenè probat, n.95.*
*Amplia ex Bolognet. n. 96.*
*Et eſt receptiſſima concluſio, num.97.*
*Ratio, numer.98. & 99.*
*Liber rationum probat contra ſcribentem, ſiue aduerſario præſente, ſiue abſente fuerit conſcriptus, numer.100.*
*Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerint nonnulli, numero 101.*
*Quod maximè in mercatoribus tales libros habentibus procedit numero 102.*
*Liber rationum priuati probat contra ipſum ſcribentem, ſiue in ipſo libro inſertus ſit dies, & conſul, ſiue non, ſiue etiam deſint aliæ ſolemnitates, num.105.*
*Item contra eum probat, ſiue quis per ſe, ſiue alium hunc librum rationum conſcripſerit, num.104. & 105.*
*Amplia, vt etiam locum habeat, ſi is, qui me mandante conſcripti meum librum rationum, ſit ſuſpectæ, atque deploratæ, numero 106.*
*Liber rationum probat contra ſcribentem, etſi is, contra quem ſuus liber rationum producitur, negauerit, ſe hanc particulam dicti libri rationis, quæ contra ipſum facit, vel ſcripſiſſe, vel mandaſſe ſcribi, numer 107.*
*Ratio, numer.108.*
*Immo ſi aliquid ſcriptum eſſe in libro mei aduerſarij manu mea, talis liber probaret contra ipſum, n.109.*
*Ratio, numer.110.*
*Liber rationum priuati non ſolum probat contra ſcribentem verum etiam contra eius hæredes, numer.111.*
*Declara tamen, & intellige, prout ibid.n.112. & 113.*
*Liber rationum priuati non probat contra ſcribentem, quando ipſomet libro nulla cauſa debiti eſſe expreſſa, num.114.*
*Ratio, numer.115. & 116.*
*Contrarium tenuit Dec. numer.117.*
*Concilia, & declara, num.118.119. & 120.*
*Librum rationum probare, ſemiplene contra ſcribentem, etſi in eo non ſit expreſſa aliqua cauſa arbitratus eſt Schrad. in leg. admonendi, ff. de iureiur. numer.121.*
*Liber rationum non probat contra ſcribentem, quando is, qui librum ipſum conſcripſit, probaret illam particulam, quæ ex ſuo illo libro contra ſe allegatur, vel proprio, vel miniſtri ſui errore fuiſſe conſcriptam, numer.122.*
*Ratio, numer.123.*
*Liber rationum non probat contra ſcribentem reſpectu illius, qui huic libro rationum contradixit, vel eum impugnare nixus ſuis, numer.124.*
*Declara, numer.125. & 126.*
*Nec pariter contra eum probat, ſi is, contra quem ipſe liber producitur, non vnam particulam tantum, ſed totum illum librum ſuum eſſe inficietur, numer.127.*
*Quod tamen fallit, ſi litterarum comparationis adminiculo adiuuetur.*
*Comparatione litterarum accedente ex libro rationum plena inducitur probatio, numer.128.*
*Memoriale, vel ſchedula in libro rationum alicuius reperta cōtra illum minimè probat, num.129.*
*Ratio, numero 130.*
*Contrarium, Dec. & Schrad. numer.131.*
*Eorum fundamentum, numero 132.*
*Prior tamen vti verior, & communior per authorem retinetur, numero 133.*
*Declara, numer.134. & 135.*
*Licet quis in vno libro ſcribat ſeparatim data, vel ſoluta tantum, & in alio libro ſcribat tantum accepta, tamen hi duo libri cum ſe inuicem reſpiciunt, vnum librum rationum dicūtur conſtituere, ac proinde plenam fidem ſcribentem faciunt numero 136.*
*Liber rationum contra ſcribentem, an omnino probat, aut omnino improbat, numer. 127.*
*Alia de hac regula per Doct. remiſſiue, num.138.*
*An ille, qui librum rationis conſcripſit, in quo reperitur aliquid annotatum contra ſe, ad fauorem Caij, poſſit ab ipſomet Caio medio iuris aſtringi ad eiuſdem ſui libri editionem? dubitatur, numero 139.*
*Concluſio ſit negatiua. Fundamenta ibidem, numer. 140. & 141.*
*Limita, numer.142. & 143. cum duob. ſeqq.*
*Quoniam autem remedio iſte aſtringi, poſſit an ſcilicet officio iudicis nobili, ſeu mercenario, an vero actione nati? dubitatur, numer. 146.*
*Videndi Cagnol. & Maſſinius, num.147.*
*An actor cogi poſſit ad editionem ſui libri vtrumque priuati faciendam reo? dubitatur, numer.148.*
*Conclude ex ſententia Caroli Bardelloni pro affirmatiua rationes, vide ibid.num.149.*
*Liber rationum priuati non probat pro tertio in præiudicium tertij, num.150.*
*Multum tamen adminiculatur, numer.151.*
*Quinimo probat etiam ſemiplenè, intellige vt ibi, nu.152.*

## De fide libri rationum tam pro Actore illum producente, quam contra ſe copioſa, ac dilucida explicatio. fol.162.

*Cum liber rationum continet data, & recepta, an is, contra quem producitur, teneatur illi fidem adhibere tam pro ſe, quam contra ſe. Maxima eſt inter ſcribentes altercatio, numer. 1. & 3.*
*Exemplum, numer.2.*
*Nonnulli ſenſere, quod ipſi libro ſtandum ſit tam pro, quam contra, numer.4.*
*Alij vero, quod ipſi dumtaxat credatur contra ſcribentem, numer. 5.*
*Opinio Authoris eſt, quod ſtetur in hoc arbitrio iudicis, numer. 6. & 12.*
*Fundamentum eius elicitur ex l.Publica, §.final.ff.depoſiti, quę declaratur ibid. numer.7.*
*Quid ſit Trophyma, vide remiſſiuè, num.8.*
*Interpretatio Mattheſilani, & Bolognett. ad illum textum affertur, numer. 9.*
*Refellitur per Authorem, num.10. & 11.*
*Author pro perfectiori intelligentia ſupradicta difficultatis, nonnullos caſus diſtinguit, nu.13. de quibus vide a n.14. vſq; in fin. ead. & p.202. 203. 204.*

## De Connexis, ac ſeparatis vtiliſſima tractatio. fol.165.

*De Connexis tractatur in ſtatutis, in reſcriptis, in contractibus, in iudicijs, in ſententijs, ac tandem in vltimis voluntatibus, numer.1.*
*Connexio diuerſis reſpectibus in iure conſideratur. Hoc autem clare deducitur, n.2.3.4.5. & 6.*
*Quæ dicantur connexa, variæ extitere ſcribentium opiniones, numer.7.*
*Prima opinio eſt, quod connexa dicantur, quādo eſt vnum factū cum ſuis qualitatibus, num.8. exempla ibidem, & n.9. & 10.*

Secunda

Secunda eſt opinio, quod connexa dicantur eo, quorum vnum non poteſt ſtare ſine altero, numer. 11. p. ead. exempla, ibidem.
Adulterium cum lenocinio connexum eſt, n. 12.
Connexa etiam dicuntur, quorum vnum tendit ad perfectionem alterius, num. 13.
Item quando vnum eſt conſequens alerius, num. 14. exemplum ibidem.
Alij ſenſere, quod connexa dicantur ea, quæ habent ſimul correſpectiuitatem, n. 15. exemplum ibid.
Connexa ſecundum alios ſunt ea, quæ ex continentia factorum ſeparationem minimè recipiunt, num. 16.
Exemplum, num. 17. & 18.
Connexa ibidem ſunt, quæ ſub vna ſpecie continentur, numero 19.
Item quæ ſunt indiuidua, numer. 20. exemplum, ibidem, & numer. 21.
An eadem ſit ratio Eccleſiæ, ac cœmiterij ipſius Eccleſiæ. videndus D. Pacian. remiſſiuè, num. 22.
Quæ dicantur connexa ſecundum alios, ſtandum eſt iudicis arbitrio, numer. 23.
Reprobatur autem hæc opinio per D. Scacciam, num. 24. fundamentum eius ibidem.
An omnes caſus à iure ſint deciſi, ita vt arbitrium iudicis debeat ceſſare, videndus Menoch. num. 25.
Connexorum idem eſt iudicium, atque determinati, numero 26. & 28.
Connexa, vel inuicem vnita communicant ſibi actiones, iura, conſuetudines, priuilegia, & immunitates, de his autem duabus regulis videndus Pacianus remiſſiuè, numer. 27.

## De Separatis. fol. 152.

Sicuti diuerſis reſpectibus connexio conſideratur, ita etiam ſeparatio varijs modis conſiderari ſolet de quibus, numer. 1. & 2.
Negotium poteſt dici ſeparatum origine, cauſa, & condemnatione, quibus modis D. Pacian. remiſſiuè, num. 3.
Item à Cauſarum origine, à forma, à materia, & à fine quid dici poteſt ſeparatum ex Menoch. num. 4.
Cognito vno ex Correlatiuis cognoſcitur, & alterum, numero 5.
Separatę ea dicuntur, quæ quidem ſunt facta diuerſis temporibus ex ſententia Bar. n. 6. ead. exemplum, ibid.
Item ſi in continenti ſunt plura, ſed quolibet eſt per ſe, ideſt vnum non venit ad determinationem alterius, num. 7.
Prior opinio Bar. de qua numer. 7. improbatur per Menoch. & alios, numer. 8.
Fundamenta eius numer. 9. & 10.
Saluatur tamen per Pacianum remiſſiuè, num. 11.
Capitula ſeparata etiam dicuntur, quando inter ipſa ponitur, ſeu adeſt aduerſatiua illa (ſed) num. 12.
Exemplum eſt, ſi dicatur. Fateor, quod mutuo dediſti mihi centum, ſed tamen feciſſe pactum de non petendo, vel ea tibi reſtitui, numer. 13.
Cautela Marantæ deducitur, num. 14.
Contrarium quoad ſupradicta exempla ſenſerunt multi, numer. 15. 16. & 17.
Author non recedit à priori opinione ſupra relata, numero 18.
Fundamentum eius, num. 19.
Videndus Pacianus de Probationibus, libr. 1. cap. 20. 22. & 23. Author ſic, num. 20.

## De Libris dominorum contra ruſticos, ac eorum colonos. fol. 168.

Libris dominorum contra ruſticos, ac eorum colonos minime creditur, numer. 1.
Ratio, numer. 2.
Amplia ex Carrocio, etiamſi concurrant adminicula, de quibus per Guid. Pap. q. ſua 441. numer. 3.
Contrarium tenuit M. Ant. Maceratenſ. n. 4.
Fundamentum eius, numer. 5.
Prior tamen opinio vti verior per Author. retinetur, numero 6.
Limitatur tamen, quando partitæ dictorum librorum eſſent veriſimiles & quando maior pars earum eſſet comprobata, & quando in ipſiuſue adeſſent data, & recepta n. 7.
Item ſi ipſiſmet ruſticis, ac colonis conſentientibus libri eiuſmodi à dominis conſcripti eſſent, vel ruſtici ipſimet pro ſe eos allegarent, numer. 8.
Item ſi ageretur de modica ſumma, numer. 9.
Prouiſio Excell. Conſil. Rogat. 1451. 9. Auguſti in hac materia deducitur, num. 10.
Liber inter dominum, & Emphyteutam dumtaxat ſemiplenè probat, cum agitur de fauore ipſius domini.

## De Libro factoris contra dominum. fol. 168.

Liber factoris contra dominum fidem facit, n. 1.
Ratio, num. 2. & 3.
Amplia vt probet etiam contra hæredes ipſius domini, numero 4.
Item, vt ex eodem libro oriatur probatio contra dominum etiã in fauorem, num. 5.
Item vt dicto libro ſtetur etiam contra dominum in fauorem ipſiuſmet factoris, ſcribentis, quatenus tamen fide eius agnita eſt à domino, qui negotijs eum præfecit, numero 9.
Dubitat tamen hac de re Crauet. & ſe remittit, n. 7.
Notabile deducitur, num. 8.

## De Libris tutorum curatorum, ac aliarum huiuſmodi perſonarum, breuis diſceptatio. fol. 169.

Qualibet tutor tenetur conficere librum rationum, expenſis tamen pupillorum, n. 1. Ratio, num. 2.
Qualem autem, vel quid ipſe continere debeat ne contra eum iuretur in litem, ibi. deducitur, num. 3. 4. & 5.
Libris rationum tutorum, curatorum, exequutorum negotiorum geſtorum, & procuratorum regulariter non ſtatur pro ſe, numer. 6.
Fallit autem hoc in ſummis paruis, maximè ſi ſint veriſimiles, ac claræ, ac maior pars earum comprobata, n. 7.
Et præcipuæ, quando ipſemet tutor ex hac vita migrauit numero 8.
Quæ dicatur ſumma magna & quæ parua, conſideranda eſt perſona minoris, num. 6.
Vel etiam relinquitur ſecundum alios iudicis arbitrio, numero 10.
Libris tutorum, & ſimilium perſonarum ſtante veriſimilitudine, fides etiam adhibetur in magnis ſummis ex Crauetta, numer. 11.
Et hanc ſequitur Author, num. 12.

Dummodò tamen multa concurrant, de quibus, numer. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19. cum ſequentibus vſque ad 28. incluſiuè.
Amplia, etiamſi illemet liber fuerit à tertio conſcriptus numero 29.
Quod quis poteſt regulariter per ſe ipſum facere, poteſt etiam per alium idem facere, num. 30.
Amplia ſecundò, ſiue hi libri producantur ab illis, qui eos confecerint, ſiue ab eorum hæredibus, numer. 31.
P. Montani opinio diſplicet Authori, num. 32.
Hæredes tutoris adminiſtratæ tutelæ rationem reddentes, ipſius adminiſtrationis librum exhibere tenentur ad eum edendum caſu quo nollent, poſſunt etiam cogi, n. 33.
Contra librum tutoris legitimè confectum non poteſt etiam obijci de libro Notarij contraria continenti, numero 34.
Tutor diligenter cuſtodire debet librum rationum, numero 35.
Et ideo dicenti ſe illum confeciſſe, ſed poſtea amiſiſſe non crederetur etiam cum iuramento, num. 36.
Quinimò præſumptio contra eum orireturipſum ab eo malitioſè occultatum, num. 37.
Niſi tamen probaret, quando illum amiſiſſet, & quomodo, numer. 38.
Tutor librum rationum cum ipſius tutelæ adminiſtratione reddere tenetur, etiam non requiſitus, num. 39.
Quid autem in huiuſmodi rationibus reddentis obſeruandum ſit pulchrè docet D. Menoch. numer. 40.
Liber tutoris, vel curatoris non probat contra tertium, numero 41.
Fallit in ſummis paruis, nam tunc probat etiam contra pupillum, numer. 42. & 43.

## De Libro Adminiſtratoris. fol. 171.

Liber rationum adminiſtratoris circa expenſas ab eo factas creditur etiam quoad ſui fauorem, pluribus tamen concurrētibus, de quibus ibi, numer. 1.
Quæ ſi non concurrant, ſecus eſt, num. 2.
Ad hoc, vt dicto libro adminiſtratoris ſtetur, multa etiam alia debent intercedere ex ſententia Ludouici, quæ ibidem deducuntur, numer. 34. & 5.
Pulchra quæſtio. numer. 6.
Adminiſtrator licet libros rationum edere cogatur, liberatur tamen ab editione, eos oſtendendo, vt eorum fiat copia, num. 7. & 8.

## De Libro Patroni Nauis. fol. 172.

Liber Patroni Nauis in terra bene compoſitus, facit fidem contra participes etiam ad beneficium ipſiuſmet patroni, numero 1.
Expenſa facta per inſtitorem, debent refici per ſocios, & participes, num. 2.
Benuenuti Straccæ doctrina deducitur, num. 3.
Liber ſeu Cartularium nauis, probat contra patronum ipſius nauis, num. 4.
Nauium patroni in mari tenentur reddere rationem ſingulis participibus, nec ſe excuſare poſſunt, eo quod teneantur eam reddere patronis in terra, numero quinto. ead.

## De Libris Proxenetarum, Mediatorum, ſeu, vt vulgo dicitur Senſariorum. fol. 173.

Proxenetarum libris non creditur, cum agitur de eorum fauore, numer. 1.
Ratio, numer. 2.
Ampliatur iſta concluſio, vt procedat, etiamſi ipſimet proxenetæ approbati eſſet à publico ex ſententia Rotæ Genuenſ. numero 3.
Ratio ſecundum eam, num. 4.
Opinio Authoris, num. 5.
Ampliatur ſecundo, vt procedat etiam inter alios, ſeu ad aliarum perſonarum fauorem, num. 6.
Ratio ex ſententia Authoris, n. 7. 8. & 9.
Limitatur ſupradicta Concluſio, quando ipſimet proxenetæ à publico eſſent deputati, & tractaretur de his, quæ ſpectarent ad eorum officium, numer. 10.
Quædam notabilia de materia proxenetarum afferuntur, num. 11. 12. ead. 13. & 14.

## De Libro Rationum inſtitoris accurata, atque perutilis diſceptatio. fol. 173.

Inſtitor quid ſit, definitur, ac declaratur, nu. 1. 2. 3. & 4.
Inſtitor dicitur ille, qui negotiationi queſtuariæ tantum poſitus eſt, alias procurator nuncupabitur, n. 5.
Qui præponitur Villæ, vel proprijs fructibus colligendis, ſeu familiaribus negotijs, non dicitur inſtitor, ſed potius procurator, vel factor, num. 6.
Ratio, numer. 7.
Inſtitor duobus modis conſtituitur expreſsè ſcilicet, & tacitè, numer. 8. & 12.
Expreſsè quando conſtituatur. Tacitè quando dicatur conſtitutus. Explicat Author. n. 9. 10. & 11.
Et contractu, vel negocio cum vno geſto alius non obligatur cuius conſenſus non intereeſſit, num. 13.
Diuerſa eſt voluntas vnius à voluntate alterius, numero 14.
Alteri per alterum non infertur damnum, vel iniqua conditio, numer. 15.
Dominus obligatur ex facto inſtitoris, num. 16. & 18.
Ratio, numer 17.
Bart. conſil. ſuo 79. num. 19.
Angeli Aretini in §. ſi igitur, numer. 2. inſtit. quod cum eo, numer. 20.
Decij in l. ſi inſtitorem, n. 4. de rebus credit. n. 11.
Pauli de Caſtro in l. hęres abſens, §. apud Labeonem, ff. de Iudic. numer. 22.
P. Bimij conſ. ſuo 216. n. 48. in 3. Et Menoch. conſ. ſuo 296. n. 14. traditiones adduntur, nu. 23. & 24.
Regula illa, quod actio inſtitoria detur contra dominum varijs modis ampliatur, de quibus vide, num. 25. & 26. cum ſeqq. vſque ad 32. incluſiuè.
Varijs etiam modis limitatur, de quibus, numer. 33. 34. 35. 36. & 37. ead. &
Maxima eſt differentia in conueniendo dominum, an expeſſe ipſemet inſtitor fuerit conſtitutus, an vero tacite ſi enim expreſsè fuerit præpoſitus, ſufficit, quod ipſomet inſtitor dicat ſe mutuam pecuniam accipere pro ipſomet domino, ſin autem tacitè conſtitutus fuerit, multa requiruntur, de quibus, numero 38. & 39. cum ſeq. vſque ad 48. incluſiuè.

Si plu-

*Si plures mercatores aliquem in inſtitorem præpoſuerint an omnes æquè principaliter obligentur ex ipſiuſmet, inſtitoris contractu? dubitatur, num.49.*
*Concluditur pro affirmatiua, num.50.*
*Fundamentum, num.51. & 52.*
*Eſt bene verum, quod ſolutione vnius omnium perimitur obligatio, num.43.*
*Si plures exerceant vnam mercantiam miniſterio vnius quilibet in ſolidum obligatur, non tamen pro toto debito, ſed pro quantitate, quam habet in ſocietate, num.54.*
*An præponentes, ſi plures fuerint, obligati intelligantur erga eum, qui cum eorum inſtitore contraxit, vti rei plures debendi, adeo vt omnia iura quæ de reis loquuntur, iis rectè accommodentur, necne? videndus Ronchegall.remiſſiuè, numer.55.*
*An inſtitor ex eo facto, cui præfuit, præter præponentem obligatus intelligatur, conuenirique eius rei nomine poſſit ab illis, qui cum ipſo contraxere? maxima eſt difficultas, numer.56.*
*Fundamenta pro opinione affirmatiua, n.57. & 58. cum ſeq. vſq;ad 64. incluſiuè.*
*Afferuntur authoritates ſcribentium, qui huic opinioni adhæſere, num.65.*
*Media quibus contraria opinio fundatur, deducuntur, num.66. 67.68.69. & 70.*
*Authores, qui hanc opinionem inſectati ſunt deducuntur, numer.81.*
*Difficultas iſta pro vtraque parte poteſt ſuſtineri, tum rationib. tum Doct.authoritatibus, num.72.*
*Opinio authoris, num.73.74. & 75.*
*Inſtitor, qui præponitur, debet eſſe maior 25. annis ſi minor eſt, debet perfici cum authoritate tutoris, vel curatoris, numero 76.*
*Ad quid competat hæc actio illi, qui cum inſtitore contraxit declarat Author, num.77.*
*Si inſtitor delinquat circa munus ei iniunctum, illud quidem imputatur domino, proponentis, ita vt damnum pecuniarum reſarcire teneatur, n.78. & 79.*
*Pro contra autem opinione, multa ſolent adduci de quibus, nu. 80. 81. 83. & 84.*
*Quam præciſè ſequuti ſunt Laurent. à Pinu, & Hondedus, numer.85.*
*Author pro his opinionibus ſedandis, variis modis diſtinguit de quibus vide, numer.86. & 87. cum ſeqq. vſque ad 93. incluſiuè.*
*An liber ratioum inſtitoris plena fides contra dominum adhibeatur? ambigitur, num.94.*
*Inſtitores tenentur librum ſeparatum, & rationes ſeparatas con ſcriberet, num.95.*
*Et iſti libri ab ipſis edendi ſunt, & reſtituendi mortuis ipſis mercatoribus eorum hæredibus, num.96.*
*In difficultate, de qua ſupra, num.94. Concluſio ſit affirmatiua numer.97.*
*Inſtitoris ſimplex ſcriptura priuata probat contra dominum preponentem, numer.89.*

## De Libris Rationum alicuius ſocietatis, fol. 179.

*Liber rationum ſocietatis plenè inter ipſos ſocios probat & tam proſcribente, quam contra eum, num.1.*
*Ratio, num.2.*
*Quod non ſolum procedit in paruis ſummis, ſed etiam in magnis, numer.3.*
*Ratio, num.4.*
*Amplia, quando liber iſte fuit indiferentes ſcriptus ab omnibus ſociis, nnmer.3.*
*Item licet fuerit dumtaxat conſcriptus ab vno ex ſociis, qui tamen ſcriberetur conſueuerit, num.6.*
*Ratio, numero 7.*
*Mandatum præſumitur de ſcientia & patientia, num.8.*
*Liber rationum ſocietatis non probat inter ſocios, cum non continet veriſimilia, num.9.*
*Quæ ſint veriſimilia iudicis arbitrio relinquitur, num.10.*
*Item non probat, quando compleretur dumtaxat data per ſcribentem ſocium, & non ab eo recepta, num.11.*
*Ratio, num.12.*
*Quæ parcellæ dicantur connexa. vide Menoch.n.17.*
*Liber rationum ſocietatis pariter non probat inter ſocios, quando alterius manu, quam vnius ex ſociis ſcriptus eſſet, etiamſi is qui ſcripſit, ab altero ſociorum adhibitus fuiſſet, de ſcribendum, altero tamen non mandante, n.14.*
*Ratio, num.15. & 16.*
*Liber ipſius ſocietatis non creditur ad fauorem ſocii; qui ſolus in libro ſcripſit, vbi ſcriptum non eſt veriſimile, n.18.*
*Liber ſocietatis conſcriptus ab inſtitore ab omnibus ſociis approbato, & illi muneri expreſsè delegato, probat inter ſocios, numer.18.*
*Non probat autem, ſi in ipſo conſcriberentur alia, quam attinentia ad illam negotiationem, de qua agitur, et de qua contracta fui ſocietas, numer.19.*
*Liber ſociorum ad hoc vt probet, non debet continere litturas, cancellationes, lacerationes, & ſimilia, nnmer.20.*
*Debet bene continere diem menſem, & annum, num.21.*
*Socius tenetur alteri ſocio exhibere libros ipſius ſocietatis, numer.22.*
*Quinimò ſi non exhibent requiſitus, amittit cauſam. Ratio ibid. numer.23.*
*Et non ſolum amittit cauſam, ſed ſuper exequtione contra eum iurari poteſt etiam in litem, numer.24.*
*Videndus Bimius conſ. ſuo 182. in 2. vbi latè de hac materia numer. 25.*
*Intitulationi, & inſcriptioni libri ſocietatis ſtandum eſt, ex ea.n. tacita ſcribentis intentio colligitur, num.26.*
*Si libri rationum ſocietatis communi nomine inſcripti ſint, & tali intitulatione poteſt argui extare ſocietatem communem, numer.27.*
*Si ſocius habeat aliquid ſcriptum contra ſe in ſuo negotiationis libro, & diſputatio non ſit cum ſocio, ſed cum tertio, ad cuius fauorem ſcriptum legitur, ex illo eodem libro probatio oritur ad fauorem illius tertii contra ipſummet ſocium, librum penes ſe habentem, n.28. Ratio, n.29. & 30. ead. De materia huius capitis videndus D. Hector Felicius in ſuo tract. de ſocietate, per totum præcipuè, c.38.n.31.*

## De Libris rationum officialis de publico deputati, elegans diſceptatio. fol. 182.

*Liber rationum publici officialis, quamuis non ſit perſona publica, plenè tamen probat, num.1. & 2.*
*Et eſt veriſſima concluſio, nu.3.*
*Ratio, num 4. & 5.*
*Idq; præcipuè procedit, ſi fuerit conſcriptus ab officialibus Principis, vel ab ipſo deputatis, num.6.*
*Liber officialis de publico ad ſcribendum deputati plenè probat, etiamſi agatur de fauore ipſiuſmet ſcribentis, numero 7.*
*Comprobatur, num.8.9. & 10.*
*Contrarium multi, numer.11.*
*Ratio, num.12.*
*Concilia, num.13. & 14.*
*Opinio D.Bolognetti hac in re deducitur, n.15.*

Liber

ber officiali publici probat etiamſi adeſſet ſtatutum, quo caueretur; quod aliquid non poſſet probari niſi per inſtrumentum, quia poſſet adhuc probari per librum talis officialis publici, numer. 16.
Liber ipſius officialis non probat, cum agitur de graui crimine, numer. 17.
Exemplum, num. 18.
Item non probat contra non ſubditum, n. 19. & 22.
Ratio, num. 20. & 21.
Liber prædicti officialis, publici probat, ſiue ſit Notarius, vel non, num. 23. & 24.
Et magis ſtatur illius libro, quam depoſitioni teſtium contrarium aſſerentium, num. 25.
Ratio, num. 26. 27. & 28.
Liber publici officialis, minimè creditur quando vltra eum adeſſet proprius notarius, qui ad ſcribendum ea, quæ agerentur ab vniuerſitate deſtinatus eſſet, n. 29.
Limita quoad aliqualem præſumptionem, n. 30.
Item ei non creditur, quando ſcribens ipſe atteſtaretur de iis, quæ ad eius officium minimè ſpectarent, numer. 31. & 32.
Liber confecti à publicis officialibus in concernentibus dumtaxat eorum officium, plenè probant, num. 33.
Declara, num. 34. 35. & 36.
Quoddam notabile deducitur, n. 37. & 38.
Liber publici officialis minimè probat, quando non contineret cauſam ipſius ſcriptionis, n. 39.
Liber publici officialis productus à tertio contra tertium fidem facit, n. 40. 41. & 42.
Intellige, ac declara, n. 43. 44. & 45.

## De Libris Argentariorum, ſeu Nummulariorum accurata, & elegans diſceptatio. fol. 184.

Argentarius duobus modis apud Latinos Scriptores vſurpatus, num. 1. & 3.
Alciati opinio lib. 3. Diſput. c. 25. deducitur quæ tamen parum probatur P. Rebuffo, n. 2.
Argentarij Romæ parum honeſta fuit, n. 4.
Argentarius a Scæuola fuit vſurpatus, pro coactore, numero 5.
Quid ſit propriè coactor ex ſententia Alciati explicat Author, numero 6.
Doctrina Bolognetti de Argentariis afferuntur, numero 7. & 8.
Argentarius vnde dictus ſit, explicat Author, numero 9. 10. & 11.
Quid ſit collybus, itidem docet Author, n. 12.
Argentarij officium fuit ad inuentam iuri ciuili Romanorum numero 13.
Argentarij varijs nominibus appellabantur, n. 14.
Argentarij, & menſarij erant vnum, & idem ex multorum ſententia, n. 15.
Contrarium ſenſere Sigonius, & Maſſinius, n. 16.
Author cogitandum relinquit, num. 17.
De argentarijs latiſſime diſſerunt D. Pancirol. & Maſſinius, numero 18.
Tripliciter potuit contingere, vt Argentarij libro fuerit fides adhibita, num. 19.
Liber Argentarii plenè credabatur etiam de eius commodum pro ſe ratio ibid. n. 20. & 21.
Contrarium ſenſit Bar. Fundamentum eius, n. 22.
Author non recedit à priori opinione, n. 23.
Soluitur Fundamentum Bar. num. 24.
Liber Argentarii fidem faciebat pro ſe, etiam in ſummis magis, ratio ibidem numer. 25.
Contrarium Decius, num. 26.
Decii opinio qualiter procedat, explicat Author ex ſententia Menochi, num. 27.
Quæ ſumma ſit magna, & indiſcreta, à Iudicis arbitrio pendet, numer. 28.
Liber argentarii fidem faciebat etiam pro ſe, quando continebat rationes ita connexas, quarum pars acceptari, & pars repudiari non poterat, n. 29.
Liber argentarii minimè probabat ad eius commodum in multis caſibus, de quib. n. 30. 31. 32. 33. & 34.
Liber Argentarii contra eum fidem faciebat, ratio ibidem numero 35.
Liber argentarij fidem faciebat quoque contra tertium, numero 36.
Probatur, n. 37. & 38.
Declara, num. 39.
Argentarius tenebatur edere libros ſuarum rationum actori fundamentum eius intentionem, n. 40. & 45.
Rationes, n. 41. 42. & 44.
Argentarii, & nummularii an eſſent vnum, & idem videndus D. Menoch. n. 43.
Argentarius tenebatur edere dictos ſuos libros non ſolum ſemel, ſed & pluries, ſi opus erat, & ex cauſa, numero 46.
Secus tamen erat reſpectu perſonæ priuatæ, n. 47. & 49.
Caſus ob quas argentarius iterum edere cogebatur ſuarum rationum libros enumeratur per Pacianum de probation. numero 48.
Heres argentarii tenebatur, & ipſe edere libros rationum defuncti, nu. 50.
Ratio, num. 51.
Etiam ille, qui deſiderat artem argentarii exercere, tenebatur edere libros rationum conſcriptarum tempore, quo ipſam exercebat, num. 52.
Argentarius tenebatur edere dictos libros etiam contra ſe, ſi modo mandatum ſcribendis illis ab actore, vel eius procuratore illi factum erit, num. 53.
Argentarius dolo, vel lata culpa dictos libros non edens damnabatur in id quo interat petentis, n. 54.
Argentarius quid in caſu editionis edere teneretur, colligitur ex leg. argentarius, §. edi autem, ff. de edendo, numer. 55.
Argentarius an teneretur cuilibet, vel ei tantum edere, qui rationes mandauerat conſcribi? videndus Menoch. numero 56.
Ad l. 1. C. de edendo varii intellectus per Scribentes allati per Authorem reprobati, nu. 57. & 58. p. ead. cum ſeqq. vſque ad 82. incluſiuè, n. 85.
Intellectus, quem ſequitur Author, deducitur, numero 83. & 84.
Oritur quæſtio. Cum ſeruus admitti non poſſit ad publica officia & officium Argentarii, ſit publicum, quomodo dicere potuerit I.C. in l. prætor ait, ff. de edendo, ſeruum poſſe Argentarii, munus exercere, n. 86.
Pro reſolutione videndi Fachineus, & Menoch. numero 87.
Editio libri rationum ab Argentario an eſſet facienda actionis, an officio iudicis, dubitatur, n. 88.
Vtilitas huiuſce dubitationis, nu. 89. 90. & 91.
In Varias Scribentes iuerunt ſententias, alii enim voluerunt, quod officio iudicis, nonnulli verò quod iure actionis, numero 92.
Fundamenta, et authoritates pro vtraque parte deducunt Bolognettus, Alfanus, Maſſinius, et Fachineus, n. 93.
Author pro vera iſtius materiæ intelligentia, ac declaratione, remittit lectorem ad D. Pacianum de Probationibus, numero 94.
Quid lector ex Paciani ſcriptis ediſcere poterit, ſummatim deducit Author, n. 95. 96. 97. 98, et 99.

Argenta-

*Argentarij non tenebantur rationes ſuas edere gratis, numero 100.*
*Contra argentarium cur non daretur actio mandati, quamuis mandato contrahentis rationes confeciſſet, docet Author, et videndus Pyrrus Alfanus, num. 101.*
*Ad hoc, vt argentarius teneretur ſuos rationum libros edere, mandatum, & intereſſe debebant concurrere de quo videndi Fach. & Maſſineus remiſſiuè, num. 102.*

## De Libris Rationum Gabellarij, ſeu Daciarij. fol. 191.

*Libris rationum Gabellarij probant etiam pro ſe, numer. primo, & 2.*
*Item probant quoque negatiuam, puta, quod quis non ſoluit collectam, num. 3.*
*Exemptio, ſeu immunitas alicuius rectè probant per libros gabellarij, concurrente maximè curſu temporis conſtituit ad præſcribendum, num. 4.*
*Ratio, num. 5.*
*Maior fides adhibetur libris gabellarij, quam teſtibus, numero ſexto.*
*Declara, ac intellige, vt ibi, num. 7.*
*Libri gabellarij probant etiam pro tertio contra tertium, num. 8. & 9.*
*Intellige, ac declara, num. 10. prout, num. 11. & numer. 12. 13. 14. & 15.*
*Libri gabellarij probant ſolummodo in his, quæ pertinet ad eorum officium, & non vltra, num. 16.*
*Non tamen probant, quando vltra dictum officium deputatus eſt alius notarius, ad quem ſcribere, vel ſubſcribere ſpectaret, & ederentur ſine ſcriptione, vel ſubſcriptione ipſius Notarij, num. 17.*
*Item quando gabellarius non eſſet à publico conſtitutus, numero 18.*
*Libri gabellarij non probant venditionem inter contrahentes, num. 19.*
*Fallit hoc in quodam caſu, de quo per authorem, remiſſiuè, numero 20.*
*Libros gabellæ regulariter tenetur edere gabellarius, numer. 21. & 22.*
*Gabellarius, qui libros ſuarum rationum lacerauit, & combuſſit, an incidat in crimen falſi, latiſſimè docet Theſaurus, num. 23.*

## De Libris Theſaurariorum. fol. 192.

*Libri theſaurariorum plenam fidem faciunt, num. 1.*
*Et dicitur liber communes, num. 2.*
*Et ad illos recurritur tamquam ad ſpeculum veritatis, numero 3.*
*Intellige tamen in pertinentibus ad eorum officium, veluti in materia pecuniaria, nu. 4. & 5.*
*Quidnam in his libris ipſimet theſaurarij ſcribere debeant, animaduertit author, num. 6. & 7.*
*An libri ipſorum theſaurariorum, pro tertio contra alium tertium regulariter fidem faciant, non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia, num. 8.*
*Plotus ſemiplenam probationem eos dumtaxat inducere arbitratus eſt, num. 9.*
*Maſcard. verò, quod plenam, num. 10.*
*Et hanc vti veriorem approbat author, quam tamen limitat duobus modis, vt per eumdem Maſcard. remiſſiuè, num. 11.*

## De Libris Maſſariorum alicuius Villæ. fol. 193.

*Libri Maſſariorum alicuius Villæ, vel Caſtri, ſeu communitatis, plenè probant ex ſententia Crauettæ, nu. 1.*
*Fundamentum eius, num 2. & 3.*
*Crauettam multi ſequuntur, num. 4. & 5.*
*Contrarium plures alij, nu. 6.*
*Concilia, num. 7. & 8.*
*Si Maſſarius ſcriberet non pertinentia ad eius officium, ei non crederetur, num. 9.*
*Notabile, nu. 10.*

## De Libris Mercatorum. fol. 194.

*Quid ſit Mercator, deſcribitur, num. 1.*
*Libri Mercatorum regulariter nullam fidem faciunt, num. 2.*
*Ratio ibid.*
*Ratio rationis, nu. 3.*
*Amplia regulam ſupradictam multo magis procedere in nonnullis caſibus, de quibus, num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*
*Limita, vbicumque adeſt ſtatutum, vel conſuetudo, quod ſtetur libris ipſorum mercatorum, num. 12. & 13.*
*Et talis conſuetudo, vel ſtatutum valet, num. 14.*
*Idem quod dicitur de ſtatuto, procedit etiam in Principe, num. 15. 16. & 17.*
*Amplia, vt tale ſtatutum extendat vires ſuas extra territorium, num. 18.*
*Ratio, num. 19.*
*Exemplum, num. 20.*
*Et hæc eſt veriſſima concluſio, quidquid ſcripſerit Antonius Piaggius de conſuetudine, n. 21.*
*Debet tamen liber ipſe rationum eſſe conſcriptus in territorio ipſorum ſtatuentium, num. 22.*
*Et eſt veriſſimum axioma, quidquid dubitarit Corneus, numero, 23.*
*Limita, quotieſcunque præfatum ſtatutum eſſet indiſcretum, quippe quod contineret, omni ſcripturæ mercatoris, pro ſe indiſtincte credendum eſſe, quia tunc cum careret ratione non valeret, num. 24.*
*Verificabitur ergò in illis mercatoribus dumtaxat, qui fuerint approbati, num. 25.*
*Item præfatum ſtatum locum ſolummodò ſibi vendicabit in modica ſumma, non autem in magna, num. 26.*
*Reſtringitur tamen hoc, vt non procedat reſpectu ſtatuti quod arbitrium iudicis non excluderet, ſed potius ei ſubmitteretur ſecundum Scacciam, nu. 27.*
*Libri Mercatorum, plenam fidem facientes ſtatuto laicorum mandante, contra clericos, nihil operantur etiam in foro ſæculari, num. 28.*
*Amplia, vt nec probent in fauorem ipſorum clericorum contra laicos, vt in iudicijs ſeruetur æqualitas, num. 29.*
*Statum, quod libris mercatorum plenè credatur, interpretatur, ac intelligitur dumtaxat in pertinentibus ad mercatorum, & eorum officium, non autem in alijs, nu. 30. & 33.*
*Ratio ex Beccio, num. 31.*
*Alia ratio ſecundum Scacciam, num. 32.*
*Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerit Decius, n. 34.*
*Plura ſimilia afferuntur, num. 35. & 36. cum ſeq. vſque ad 43. incluſiuè.*
*Intellige, ac declara, prout ibi, num. 44. & 45.*
*Conſuetudo, quod libris mercatorum credatur, eſt articulanda, & probanda, num. 46.*
*Ad hoc vt libri mercatorum, etiam ita diſponente ſtatuto fidem faciant, plura requiruntur, quæ quidem erunt articulanda, ac probanda, num. 47.*
*Primò, quod mercator ipſe fuerit, ac ſit legalis homo, & pro*

tali ab omnibus habitus, num.48.
Et non ſit infamiæ aliqua labe notatus, num.49.
Quod tamen intellige infamia publica, num.50.
Secundò requiritur, quod ipſemet mercator librum ſuum rationum manu propria conſcripſerit, num.51.
Contrarium Straccha poſt alios, num 52.
Fundamentum eius, num.53.& 54.
Concilia, num.55.& 56.
Exigitur tertio, quod veritatem ipſemet mercator ſcribere conſueuerit, num.57.
Si enim reperiatur ipſe liber falſus in vno, præſumetur falſus in omnibus, num.58.
Et hæc quidem qualitas erit articulanda, & probanda, nu.59.
Requiritur quartò quod caſum in ipſomet libro rationum ſubiunxerit, num.60.& 61. vſque ad 65. incluſiuè.
Et aduerte, quod non ſolum requiritur cauſa, ſed debet eſſe apta clara, & intelligibilis, num.66.67.& 68.
Exigitur quintò, quod aliquid contra ſe in eodem libro conſcripſerint, num.69.
Expoſcitur ſextò, quod ex veriſimilibus circumſtantijs poſſit eſſe verum, quod ſcriptum eo reperitur, habito reſpectu ad tempus debiti contracti ſolutionis factæ, & ad alia, num.70. & 71.
Et licet hæc ſex requiſita impugnentur per Crauettam, nu.72.
Defenduntur tamen per Ioſeph. Ludouicum, nu.73.
Dictum Guid.Papæ deducitur, nu.74.
Septimò requiritur, quod in dicto libro ſint deſcriptæ partitæ pertinentes ad mercaturam, ſiue exercitium, de quo tractatur, & non ad aliud, num.75.
Exigitur octauo, quod in ipſomet rationum libro appoſitus ſit annus, menſis, & dies, num.76.
Ratio ex Straccha, nu.77.
Declara, n.78.79.80.& 81.
Nonò requiritur, quod appareat mercatorem tradidiſſe merces licet non ſit neceſſe probare de quantitate, & de pretio, num. 82.& 83.
Exigitur decimò, quod dicti libri non ſint deſcripti diuerſa manu, & attramento, item, vt non ſint mendoſi, num.84.
Falſi ſuſpicio in parte, librum totum vitiat, num.85.
Libri mercatorum carere debent cancellationibus, inductionibus, & de eis dicitur: Quod ſcripſi, ſcripſi, nu.86.
Item, debent eſſe candidi, ac carere omni ſuper inductione, alias contra ipſos mercatores poterit in litem iurari, numero 87.
Expoſcitur vndecimo, quod in ipſo rationum libro ſint deſcripta data, & recepta, & à quo, & ex qua cauſa, vt veritas, & falſitas ex eo deprehendi valeat, num.88.
Duodecimo requiritur, quod mercator ipſe iuret contenta in eodem libro fuiſſe, & eſſe vera, num.89.
Doctrina Bartoli deducitur, num.90.
Mercatores iſtud iuramentum ſubeunt initio mercaturæ, ſeu officij ſui, ad differentiam aliorum, num.91.
Decimotertiò exigitur, quod is liber ad petitionem partis exhibeatur, ad effectum, vt contra eum opponere poſſit, num.92.
Contra agitur, n.93.& 94.
Decimoquarto requiritur, quod dictus liber præfationem contineat, ac inſimul inſcriptionem, nu.95.
Exemplum, num.96.
Exigitur decimoquinto, quod ipſemet liber factus, ac conſcriptus ſit ſecundum loci conſuetudinem, num.97.
Scartafacus non eſt credendum, n.98.99.& 100.
His omnibus requiſitis ſiue maiori eorum parte intercedẽtibus ſtante tali ſtatuto, vel conſuetudine, libri ipſorum mercatorum plena fides adhiberi poterit, num.101.
Idque non ſolum in paruis ſummis, ſed etiam in magni ſibi locum vendicabit, num.102.
Ratio, num.103.
Amplia hoc etiã procedere, licet aliquæ dũtaxat ex partitis ipſorummet librorũ eſſent verè, approbatæ, et acceptatæ, n.104.
Amplia ſecundò prout ibi, nu.105.
An contra dictos libros admittatur probatio in contrarium? dubitatur, num.106.
Alexander, & alij concludunt pro negatiua, num.107.
Ratio ex Viuio, nu.108.
Contraria opinio verior videtur, n.109.
An libri mercatorum habiti pro publicis, ac habentes vigore dicti ſtatuti exequutionem paratam, præferantur creditori poſteriori fundanti ſe in inſtrumento? dubitatur, n.110.
Videndus Stephanus Gratianus, deciſ. ſua 203. num.111.

## An Liber Rationum Mercatoris pro ſcribente regulariter fidem faciat? dubitatur. fol.200.

An liber mercatoris regulariter pro ſcribente fidem faciat, non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia, num.1.
Gloſ. in l. quædam, §. nummularios, C. de edendo, quam omnes ibi ſequuntur ſenſit pro negatiua, num.2.
Contrarium Speculator & alij multi, num.3.& 4.
Sed hæc opinio communiter reprobatur, nu.5.
Alia opinio Nicolai de Matarellis deducitur, nu.6.
Gloſ. & aliorum in d.l. quædam opinio vti verior retinetur, numer.7.
Liber mercatoris pro ſcribente facit regulariter qualem qualem præſumptionem, nu.8.
Amplia ex P.Surdo, præſertim ſi ipſemet mercator ſit vir bonus, ac inculpatæ vitæ, num.9.
Quinimò Viuius intelligit etiam, quod oriatur ſemiplena, numer.10.
Scaccia tenet quoque plenam reſultare, num.11.
Ratio ibidem.
Liber ipſius mercatoris probat pro ſcribente in poſtis minutis, quod tamen mercator eſt fide dignus, num.12.
Intellige, ac declara ex Crauett. de antiquitatibus temporum, num.13.
Amplia, vt probet etiam, cum agitur de magna ſumma, dummodo tamen non adſit ſuſpicio, nec de magno aduerſarij præiudicio tractetur, num.14.
Item ex Iaſ. quando aliquæ partitæ in ipſis libris contentæ reperiuntur veræ, nu.15.
Contrarium multi. Sentiunt enim, quod tantummodo faciat aliqualem præſumptionem, quando agitur de magna ſumma, licet etiam de libro perſonæ legalis tractetur, numero 16.
Et eſt veriſſima concluſio, num.17.
Quam tamen limita quando adeſſet ſtatutum, vel conſuetudo, quod liber ipſius mercatoris fides adhiberetur, numero decimo octauo.
Quidquid dixerit P.Enriquez poſt Corneum, n.19.
Item cum verſamur inter Mercatores, num.20.
Ratio, num.21.& 22.
Amplia, vt hoc procedat, non ſolum in libri mercatorum, qui actu mercaturam exercent, ſed etiam in libris eorum, qui iam eam exercere deſierunt, dummodo tamen ſint deſcripti tempore, quo mercaturam ipſam exercebant, numero 23.
Liber mercatoris regulariter probat pro ſcribente, accedentibus vrgentibus coniecturis, & quando mercator eſt legalis, ac fide dignus, idque articulatum, & probatum extitiſſet, num.24.
Item probat extante ſtatuto, vel conſuetudine quod libris ipſorum mercatorum credatur, num.25.
Rationes ex Scaccia num.26.
Statuto, vel conſuetudine diſponi poteſt, vt eorum libris credatur, num.27.
Et hæc inſpectis regulis iuris communis dicta ſint, nu.28.

*Quid iure municipali DD. Venetorum. Et quid Statuto noſtro Patauino in hac materia diſpoſitum ſit author recenſet, nu. 29.30.& 31.*

## An liber rationum mercatoris contra eum fidem faciat? fol.202.

*Liber mercatoris regulariter contra eum fidem facit, numero primo.*
*Amplia, vt hoc procedat etiamſi mercator negaret ſcripturas, quæ in illo reperirentur, eſſe conſcriptas manu ſua, vel ſua voluntate, num.2.*
*Ratio, nu.3.*
*Amplia ſecundo, vt pariter locum habeat, ſiue liber ipſe rationum fuerit conſcriptus manu propria ipſius mercatoris, ſiue cuiuslibet alterius, eius tamen mandato, num.4.*
*Amplia tertio, licet ipſemet liber forte defectiuus, & careret aliquo ex requiſitis alias relatis, num.5.*

## An liber mercatoris pro tertio, contra tertium regulariter fidem faciat? fol.202.

*An liber mercatoris pro tertio contra tertium regulariter fidem faciant, non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia, num.1.*
*Nonnulli enim ex ipſorum libris ſemiplenam dumtaxat emanare probationem rati ſunt, num.2.*
*Ratio, num.3.*
*Multis verò nec minimam quidem induci viſum eſt, nu.4.*
*Ratio ex Verall. num.5.*
*Alia ratio ex Farinac. nu.6.& 7.*
*Amplia, num.8.*
*Prior tamen ſententia vti verior, ac communior retinetur per Authorem, num.9.*
*Declara, & intellige, prout ibi, num.10.*
*Pro maiori elucidatione huius difficultatis author cum Scaccia duos caſus proponit, de ipſiſque latiſſimè diſſerit, num.& ſequentibus vſque in finem.*

## Sed non minus pulchra quàm vtilis oritur hic difficultas, & eſt. An mercatores noſtri temporis ſuarum rationum libros ad fundandam alterius, actoris nempè intentionem, edere teneatur. fol.204.

*Reus conuentus non tenetur edere actori rationes, ac inſtrumēta, quibus actor contra ipſum reum vtatur, num.1.*
*Ratio, num.2.3.& 4.*
*Iudex ex cauſa compellere poteſt reum, vt actori edat inſtrumenta, num.5.*
*Et principalis illa eſt cauſa, quæ à conſuetudine conficiendi, & conſcribendi hos libros rationum ſumitur, num.6.*
*An mercatores noſtri temporis ſuarum rationum libros fundandam actoris intentionem edere compellantur, maxima eſt in iure noſtro controuerſia, num.7.*
*Negatiuam tenuerunt plurimi, num.8.*
*Fundamenta eorum, num.9.& 10.11.12.13. cum ſeq. vſque ad 19. incluſiuè.*
*A contrario ſteterunt infiniti alij, num.20.*
*Amplia ex Bertrando, num. 21.*
*Eorum rationes, num.22.23.& 24. cum ſequentibus vſque ad 36. incluſiuè.*
*Et hæc poſterior, quæ eſt affirmatiua, per Authorem retinetur, num.37.*
*Fundamentis aduerſariorum reſpondetur, num.38. & num.39. 40.41. vſque ad 50. incluſiuè.*
*Diſtinctio ex Ioan. Bolognet. quem ſequitur quoque Philippus Maſſin. num.52.53.& 54.*
*Multa notabilia offeruntur, numer.55.56.57.58.& 59. vſque in finem.*

## De Libro Campſoris, & Bancherij. fol.208.

*Liber campſoris, vel bancherij, plene creditur, numero primo.*
*Et præcipuè Ferrariæ, taliſque conſuetudo eſt validiſſima, numero 2.*
*Intellige, ac declara, num.3.& 4.*
*Libri publici campſoris creditur, etiam in ſummis magnis, numero 5.*
*Contrarium Dec. & Ripa, num.6.*
*Concilia ex Menoch. & Maſcardo, num.7.*
*Libris bancheriorum, & campſorum noſtri temporis non plenè creditur pro ſe ſed arbitrio iudicis, num.8.*
*Item ipſi non creditur, quando ſuſpicione aliqua falſi laborarent, num.9.*
*Item quando aliqua præſumptio eſſet in contrarium, numero decimo.*
*Exemplum, num.11.*
*Item quando in ipſis contineretur aliquid diuerſum ab eius officio ſeu miniſterio, nu.12.*
*Ratio, num.13.*
*Item ipſis minimè creditur in præiudicium tertij, cum quo actus aliquis geſtus non eſſet, num.14.*
*Ratio, num.15.& 16.*
*Hippolyto Riminaldo placuit, quod ſemiplena ex ipſis contra illum oriatur probatio, num.17.*
*Item ipſis minima creditur, quando penitus ignoraretur, cuius manu conſcripti forent, num.18.*
*Niſi intercedente litterarum comparationis adminiculo, numero 19.*
*Contra libros campſorum poteſt probari contrarium, etiamſi per teſtatorem fuerit diſpoſitum, quod dictis libris ſtetur in omnibus, ac per omnia, num.29.*
*Cum libri campſorum vim, ac robur probationis accipiunt à conſuetudine, talis conſuetudo eſt articulanda, & probanda, num.21.*

## De Libris Vſurarij. fol.209.

*Liber vſurarij contra ſeipſum regulariter probat, numero primo.*
*Ratio ex Menoch. num.2.*
*Amplia, ſi præcipuè frequentia actuum ex libro ipſo detegatur, num.3.*
*Per libros ſuarum rationum, quis vſurarius manifeſtus, rectè probatur, num.4.*
*Ex libris recipientis ſub vſuris nulla oritur probatio contra vſurarium, num.5.& 6.*
*Liber vſurarij pro ſe nullam fidem facit, num.7.*
*Limita, num.8.*
*Arma regulariter non ſunt ſumenda de domo rei, numero nono.*

*Vſurarius conuentus proprios rationum libros edere tenetur ad fundandam actoris intentionem, num.10.& 17.pag.ead.& ſequentibus.*
*Ratio ex Maſcardo, numero.11.12. & 13. ex Gregorio Toloſano.*
*Contra obijcitur, quod non tenetur, num.14.*
*Soluitur, nu.15.& 16.*
*Amplia, vt eius etiam hæredes teneantur, ſiue ſint ſui, ſiue extranei, nu.18.*
*Ratio ibidem.*
*Si tamen prompti eſſent ad iurandum, ſe rationes vllas defuncti minimè habere; eis crederetur, num.19.*
*Feneratores poterunt compelli edere libros ſuos, etiamſi tolerarentur in ciuitate, num.20.*
*Item non ſolum tenentur edere codices rationum, ſed etiam omnem ſchedulam, & omnem ſcripturam priuatam; in quibus eaſdem ſuas rationes conficerent, num.21.*
*Et eſt veriſſima opinio, quidquid dixerit Maſcardus numero 22.*
*Etiam Iudæus fænerator, & vſurarius tenetur edere libros ſuarum rationum, num.23.*
*Amplia, etiamſi non ſit vſurarius, num.24.*
*Contrarium ſenſit Fachineus. Author cogitandum relinquit, num.25.*
*Vſurarius tenetur edere libros ſuarum rationum etiamſi fænus exercere deſierit, num.26.*
*An mercatores carius ſuas merces vendentes, conceſſa dilatione, ac ſoluendum, teneantur edere libros ſuarum rationum ad fundandam alterius intentionem? maxima eſt difficultas, num.27.*
*Adeundi Menochius, Maſſinius, ac Pacianus, num.28.*
*Ad hoc vt vſurarius teneatur edere libros ſuarum rationum, tria ſunt neceſſaria, de quibus, numero vigeſimonono, 30. & 31.*
*Si vſurarius, requiſitus ad editionem librorum faciendam, negauerit ſe libros confeciſſe, an eius iuramento ſit ſtandum? dubitatur, num.32.*
*Paciani diſtinctio, ibidem, & cautela ſub num.33.*
*Quid iuris autem, ſi aſſeuerauerit eos amiſiſſe? numquid ipſi erit adhibenda fides? dubitatur, num.34.*
*Author concludit pro negatiua, num.35.*
*Quando vſurarius à ſuorum librorum editione facienda liberetur, vna cum Paciano docet Author, num.36.*
*Latius de hac materia Gregorius Toloſanus, in ſuo tractatu de Vſuris, num.37.*
*Pulchra quæſtio de materia, num.38.*

## De Libris Hæbreorum. fol.211.

*Libris Hæbreorum quibus ex priuilegio Papæ credendum eſſet, plene creditur, num 1.*
*Et Priuilegium iſtud valet, num.2.& 3.*
*Intellige tamen in pertinentibus duntaxat ad eorum officium, num.4.*
*Item quando eſt conceſſum ab eo, qui poteſtatem habet derogandi Canonibus, num.5.*
*Statutum diſponens, quod Hebræorum libris credatur contra chriſtianos non valet, cum ſit iniquum. Author hac in re cogitandum relinquit, num.6.*
*An Hebræus ad editionem libri rationum ſuarum ad fundandam intentionem actoris, cogi poſſit, dubitatur, numero ſeptimo.*
*Pro reſolutione Author ſe remittit ad tradita ſupra cap. præcedenti cum duobus ſequentibus, num.8.*

## De Libris Aromatariorum, fol.212.

*Liber Aromatarij regulariter non creditur, num.1.*
*Ratio, num.2.*
*Limita, quando aliter conſuetudine receptum eſſet, numero 3.*
*Prout eſt in Regno Neapolitano, num.4.*
*Nota tamen, conſuetudinem illam articulandam, & probandam, num.5.*
*Item limita, quando in ipſimet libris continerentur veriſimilia, data, & recepta, exiguæ ſummæ, & alia, de quibus, numer.6.*
*Elegans conſilium Camil.Borell.deducitur, num.7.*
*Quid per ſummos Pontifices de ipſis Aromatariorum libris diſpoſitum ſit, docet Author, num.8.*

# LIBER QVINTVS.

## De libris rationum in archiuio publico repertis. fol.214.

*Archiuium publicum quid ſit explicat Author, num.1.*
*Liber rationum in archiuio publico repertus, concurrentibus, quattuor requiſitis, de quibus ibi, plenam fidem facit, nu.2.*
*Liber Eccleſiæ in archiuijs publicis adinuentur, plene probat, maximè ſi in eo multæ partitæ veræ, ac comprobatæ contineantur, nu.3.*
*Liber, quando eſt ſub cuſtodia publica, fides adhibetur, num.4.*
*Et productus in iudicio pleniſſimam fidem facit, numer.5.*
*Liber Archiuij Principis, vel ſuorum officialium, plenè creditur, num.9.*
*Prout etiam cuilibet libro confecto ab officiali alicui archiuio publico aſſiſtendi, fides adhibetur, num.7.*
*Libris antiquis Epiſcopatus in archiuio publico exiſtentibus plena præſtatur fides, num.8.*
*Quod amplia, etiamſi ſint die, & conſule, num.9.*
*Qualibet ſcriptura priuata concurrentibus illis quatuor requiſitis, de quibus, ibi, ſumpta ex archiuio publico plenam fidem facit, num.10.*
*Dictum D.Rol.à Vall.deducitur.*
*Si producatur originalis aliqua ſcriptura reperta in archiuio publico teſtimonio, ſiue ſubſcriptione illius, qui præeſt ipſi archiuio, atteſtantis eam eſſe ſcripturam archiuij inter authenticas inuentam, & ſeruatam, communi debet, num.12.*
*Alioquin ſine prædicta teſtificatione minimè probare, num.13.*
*Sit autem producatur exemplum illius ſcripturæ, tunc non ſufficit teſtimonium propoſiti ipſius archiuij, ſed cum hoc requiritur, quod iudicis auctoritate ſit facta exemplatio, numer.14.*
*Hoc autem communiter intelligunt Doctores procedere in ſubditos illorum, qui præſunt archiuio, & infra eorum territorium, num.15.*
*Secus inter non ſubditos, & extra territorium, num.16.*
*Sentiunt tamen multi quod probandi virtus eſt ipſo libro, vel qualibet alia ſcriptura ratione illius loci promanans. Extendatur etiam extra territorium, ſed inter ſubditos tantum, num.17.*
*Sed toto cælo aberant, ſecundum Caball. num.18.*
*Ratio ibid.nu.19.*
*Videndus de hac re D.Crauetta, num.20.*
*An partis citatio regulariter ſit neceſſaria, quando ex archiuio publico ſumitur tranſumptum de aliqua ſcriptura non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia, n.21.*
*Caſſaneus, & alij, concludunt pro affirmatiua, n.22.*

Quod

*Quod tamen ſecundum Cacheran. intellige verum, in exemplo ſumpto ex ſcriptura priuata reperta in archiuio publico alicuius inferioris a Principe, n.23.*
*Fundamentum huius opinionis, num.24.*
*Contrarium tenuere alij multi, num.25.*
*Concilia, num.26.27.28.& 29.*
*Scriptura ex archiuio Monaſterij deſumpta, nullam fidem facit, n.30. Ratio ibid.*
*Ad hoc vt ſcriptura aliqua ex archiuio ſumpta fidem faciat, requiritur, quod ipſum archiuium ſit publicum, & quod ipſi publici officiales præſint, n.31.*
*Item quod in eo ſolummodo ſcripturæ publicæ reponantur, n.32.*
*Liber rationum, prout etiam alia ſcriptura priuata ab archiuio alicuius Epiſcopi extracta, plenam fidem facit, n.33.& 35.*
*Ratio, num.34.*
*Extractum ad archiuia regiſtri, fidem minimè facit, n.36.*
*Ratio, ibid.*


## De Libris Monaſterij. fol.216.


*An libris Monaſteriorum, ac Eccleſiarum pro ſe regulariter fides adhibenda ſit, non eſt eadem omnium Scribentium ſententia, n.1.*
*Nonnulli ſunt pro negatiua, n.2.3.4.& 5.*
*Affirmatiuam aliquam plurimi fouent, n.6.7.& 8.*
*Negatiuam ſequitur Author, n.9.*
*Limitatur tamen libris ipſius Eccleſiæ repertis in archiuio publico, an per officiales publicos ſeruatis, n.10.*
*Sublimita modo, vt procedat, ſi res ageretur extra territorium, vbi eſt archiuium, n.11.*
*Item, ſi talis pariter liber produceretur contra non ſubditum ipſius territorij, in quo ipſummet archiuium reperitur, n.12.*
*Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerint nonnulli, n.13.*
*Libris Eccleſiæ antiquis etiam ad ſui fauorem plenè creditur n.14.15.ex Communi.*
*Contrarium Crauetta, n.16.*
*Prior autem retinetur, quam duobus modis ampliat Author, n.17.18.& 19. Contrarium.*
*Libris Monaſterij cum agitur de modico præiudicio, & paucis ſummis, plenè etiam pro ſe ſtatur, n.20.& 21.*
*Quæ autem dicantur magnæ, vel paruæ ſummæ, iudicis arbitrio relinquitur, n.22.*
*Libris rationum adminiſtratoris creditur quod ſummas paruas, & veriſimiles, & maximè accedente ipſius iuramento, n.23.*
*Iuramentum regulariter religioſis minimè remittitur, n.24.*
*Mors ſupplet iuramenti efficaciam, n.24.25.*
*Libri Monaſterij multas partitas veras in ſe continentes, in omnibus etiam alijs, ad ſui fauorem plenè probant, num.26.& 27.*
*Sublimita, in capitulis ſeparatis, n.8. Ratio ibid.*
*Ex libri Monaſterij plena contra ipſum inducitur probatio, num.29.*
*Libris Monaſterij probant indiſtinctè, quando vel conſuetudine receptum eſt, vel decreto Principis ſancitum, quod ipſis plena fides adhibeatur, n.30.*
*Amplia, vt etiam in præiudicium tertij, n.31.*
*Liber cenſualis Eccleſiæ, quando lapſum eſt temporis curriculum ſufficiens ad inducendam præſcriptionem contra ſoluentem, contra eundem plenè probat, & contra tertium inducit præſumptionem, quæ ſufficit ad iuramentum ſuppletiuum deferendum, n.32.*
*Hoc tamen damnatur per Crauettam, n.33.*
*An per librum cenſualem Eccleſiæ, probetur regulariter ipſius dominium? maximè ſi torſerunt interptetes, n.34.*
*Romanus, ac alij concludunt pro affirmatiua, n.35.*
*Contrarium Barbatia, n.36.*
*Conſ.Romani 127.declaratur per Barbatiam, n.37.*
*Fundamentum Barbatiæ, n.38.*
*Barbatiam alij ſequuntur, n.39.*
*Concilia, n.40.& 41.*
*Intellige, ac declara multis modis, n.42.43.44.45.46.& 47.*
*Libris cenſualis Monaſterij ad ipſius fauorem, & contra tertium eum probat, id procedit in iudicio poſſeſſorio, non autem petitorio, n.48.& 49.*


## De Libris Monaſterij. fol.219.


*Libris Monaſterij, vel Eccleſiæ in præiudicium tertij plenè non creditur, n.1.*
*Inducitur tamen quædam præſumptio, quæ benè ſufficit ad iuramentum ſuppletorium deferendum, n.2.*
*Fallit primo ſupradicta regula in antiquis, & quando hi libri ſunt bene tenti, regulati, nec in aliquo ſuſpecti, num.3.4.5.6.& 7.*
*Fallit ſecundo, dum agitur de his, quæ ſunt leuis præiudicij, ac momenti, n.8.*
*Item cum in ipſiſmet libris adſunt aliquæ partitæ veræ, n.9. Ratio ibid.*
*Sublimita tamen in ſeparatis, n.10.*
*Item fallit, cum in ipſiſmet libris apparet de ſolutione decennali vniformi, tunc enim ipſis in præiudicium tertij, plenè creditur, n.11.*
*Adducitur quædam doctrina Bald. n.12.*
*Et alia barbatiæ, n.13.*
*Author ſe remittit ad ea quæ ſcripſit in præcedenti capite, numer.14.*
*Aliæ limitationes referuntur per Burſ.remiſſiuè, n.15.*


## An ex ipſorum Plebanorum libris ætas alicuius probetur. fol.220.


*Ætas alicuius per librum Plebani rectè probatur, n.1.2.& 3.*
*Et eſt veriſſima concluſio, n.4.*
*Amplia, etiamſi dies natiuitatis illius, de cuius ætate quæritur, in eodemmet libro non fuerit nominatus, ſed tantum dies, quo ad fontem Baptiſmatis deceſſit, n.5.*
*Ratio, num.6.& 7.*
*Amplia ſecundo, etiamſi ageretur de fauore illius, cuius eſt liber, & de eius commode pecuniario tractaretur, n.8.*
*Intellige tamen, vt ſupradicta concluſio dumtaxat procedat, dummodo adſit conſuetudo, vt huic libro plenè credatur, n.9.*
*Vel ſaltem ſi ita fuerit ſolitum a 10.annis ante, n.10.*
*Contra, quod non requiratur conſuetudo iſta decennalis, tenuit Mandoſ.n.11.*
*Fundamentum eius, n.12.13.& 14.*
*Et hæc etiam videtur verior, & æquior ſententia, n.15.*
*Hæc tamen concluſio temporibus, ſtante Concil.Trid. eſt ſuperuacanea, & hoc etiam animaduertit Maſcard.n.21. Author, num.16.*
*Concil.Trident.diſpoſitio, ſeſſ.24.tit.de reform.matrim.cap.1.in fine affertur per Authorem, n.17.*
*Verba ſic accipi debent, vt aliquid operentur, n.18.*
*Libro electi a publico benè creditur, n.19.*
*Plebanus, ſeu Rector Eccleſiæ, eſt a publico ad id electus, n.20.*


## An ex Libris Curatorum Eccleſiarum, mors alicuius ritè probari poſſit. fol.221.


*Libris Plebanorum, in quibus ſit deſcripta mors ſepultorum in eorum Eccleſia, ſi tractetur de modico præiudicio plenè creditur, n.1.*
*Sin autem de magno, ex ipſis ſaltem aliqualis inducitur præſum-*

*ſumptio, num. 2.*
*Et hæc eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerit Bertaz. n.3.*

### An ex libris dictorum Plebanorum probari poſſit matrimonium? fol.222.

*Parochus ex forma Concil. Trident. tenetur habere librum, in eoque ſcribere coniugium, & teſtium nomina, nec locum, & tempus contracti matrimonij, n.1.*
*Et hoc tenetur facere ſub pœna lethali, n.2.*
*Licet ex verbis dicti concilij hoc minimè inferatur, n.3.*
*Ex libro præfati Parochi ritè probatur matrimonium, n.4.*
*Vanumque eſt ſecundum Galliam de hoc amplius diſputare, n.5. Ratio, n.6.*

### De Libris Cameræ Apoſtolicæ. fol.223.

*Libris Cam. Apoſtolicæ regulariter creditur, n.1.*
*Prout, & libris Cameræ Regiæ, n.2.*
*Et hoc præcipuè conſuetudine Curiæ, n.3.*
*Libri Cameræ Apoſtolicæ, ex quibus apparet ſolutio Annatæ, ſeu Guindonij probant regulariter vnionem Eccleſiæ, pro qua ſoluitur, ex fauorem ſoluentium, & per conſequens poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ, n.4.*
*Liber Pontifici Romani plene probat, n.5.*
*Liber antiquis Cameræ Ducalis plene creditur, n.6.*
*Ratio, n.7.*

### De Libris Prælatorum. fol.223.

*Libris Prælatorum de expenſis factis per ipſos in Eccleſia creditur, n.1.*
*Item creditur ſuis libris computorum continentibus cenſuales debitores & eorum emphiteutas, n.2.*
*Et ſolutiones ipſorum probant contra illos debitores, n.3. & cenſuales, non autem contra alios, niſi eſſet conſuetudo in contrarium, quod contra omnes fide facerent, n.4.*
*Amplia ex Boerio, prout ibi, n.5.*
*Opinio Carol. Bardelloni, n.6.7. & 8.*
*Opinio Authoris, n.9.*

### An liber æſtimi, ſeu quod idem eſt, Cataſtrum, regulariter probet. fol.225.

*Liber æſtimi regulariter minimè probat, n.1.*
*Declara, n.2.*
*Limita primò, quando agitur contra illum, qui eſt dominus rerum in ipſo Cataſtro deſcriptarum, n.3.*
*Si quis in ſuo æſtimo profeſſus ſit ſoluere libellum, vel cenſum alicui, fundata remanet ipſius creditoris intentio, etiam contra tertium poſſeſſorem loco deſcribentis, n.4.*
*Limita ſecundo, quando Cataſtrum reperitur penes egregias, & illuſtres perſonas quales ſunt Marchiones, n.5.*
*Tertio fallit, quando ipſemet liber æſtimi inter ſcripturas publicas reperitur collocatos, & ei præſit magiſtr. publicas ac demum ipſi fides adhiberi conſueuerit, n.6.*
*Ratio ex Maſcar. n.7.*
*Per æſtimum teſtatoris fideicommittentis plenè probatur deſcripta in eo fuiſſe in illius bonis, n.8.*
*Amplia, etiamſi ſcriptura reperta in regiſtro dicti æſtimi non habeat neque diem, neque Conſulem, n.9.*
*Amplia ſecundo, vt eo magis procedat, quando tale Cataſtrum diu habitum ſit pro publico, & authentico, n.10.*
*Ratio, n.11.*
*Limita quarto, quando ipſum Cataſtrum, ſeu liber æſtimi, producitur vna cum ſolutione cenſus, & collectarum, tunc enim plene probat locum, vel villam ſoluentem cenſum, vel collectas eſſe de dominatu loci illius, cui ſoluuntur, n.12.13. et 14.*
*Limita quinto, quod aliquem præſumptionem, qua inducitur in gratiam eius, cui bona ſunt deſcripta, n.15. & 17.*
*Bona cenſentur communia inter fratres, ſi communi nomine ſunt deſcripta in libro ipſius æſtimi, n.16.*
*Ex ſcriptura ipſius æſtimi plena, ac efficax inducitur probatio rem fuiſſe in bonis illis, ad cuius nomen reperitur deſcripta, n.18. Ratio, n.19.*
*Cum liber æſtimi procedat, illud dumtaxat procedit inter perſonas eiuſdem territorij, non autem contra alios, n.20.*
*Solum Cataſtrum non probat abſque ſolutiones cenſus contra alios, quos non apparet conſenſiſſe, aut interfuiſſe ſcripturæ, num.21.*
*Liber æſtimi probat contra tertium, dummodo ad fuerit tempore, quo conſcriberetur, ac deſcriptioni cenſerit, n.22.*
*Requiritur tamen, quod expreſſè conſenſerit, non enim ſufficit patientia, aut ſcientia tantum n.23.*
*An ex politia æſtimi alicuius ad præiudicium tertij regulariter oriatur probatio? duos caſus particulares diſtinguit Author, n.24.25.26. & 27. cum ſeqq. vſque in finem.*

### An dominum per Cataſtrum, ſeu æſtimi Codicem probetur. fol.225.

*Dominum per æſtimum minimè probatur, n.1.*
*Æſtimum neminem facit dominum, n 2.*
*Amplia etiam tributorum ſolutione facta, n.3.*
*Et eſt veriſſima concluſio, quidquid dixerint nonnulli, n.4.*
*Amplia, vt eo magis procedat, cum agitur de præiudicio tertij, num.5.*
*Vel cum agitur de perſonis in ipſo æſtimo non interuenientibus, ac nominatis, n.6.*
*Subamplia hoc procedere etiamſi eſſent aſſignati ad id magiſtratus publici, n.5.*
*Æſtimum dominium probat in præiudicium eius, qui conficiendam curat ſcripturam in d. æſtimo, n.8.*
*Licet ſecus ſit quoad præiudicium tertij, n.9.*
*Doctrina Bar. deducitur, n.10.*
*Æſtimum reſpectu dominij facit ſaltem aliqualem præſumptionem ad fauorem illius, ad cuius nomen bona deſcripta ſunt, num.11.*
*Amplia ex Anchar. præcipuè ſi ille, cuius nomine ſunt deſcripta, ſoluerit collectas, n.12.*
*Amplia etiam, vt oriatur ſemiplena probatio, n.13.*
*De hac tamen opinione dubitat Author, n.14.*
*Per æſtimum dominium probatur inter partes, quæ ipſi conſenſerunt, ſeu ſunt in ipſo deſcripta, n.15.*

### An per librum æſtimi probetur poſſeſſio? fol.226.

*Poſſeſſio per librum æſtimi minimè probatur, n.1.*
*Amplia etiamſi ille, ad cuius nomen bona deſcripta ſunt ſolueret tributa, & vectigalia, quando tamen alius eo tempore cogitur poſſidere, n.2.*
*Amplia ſecundo, vt iſta regula præcipuè procedat, quando agitur contra eum, qui deſcriptioni conſenſit, vel quando agitur de graui tertij præiudicio, n.3. & 4.*
*Per æſtimum, cum agitur de poſſeſſione, aliquod ſaltem adminiculum, ſeu præſumptio inducitur ad fauorem illius, ad cuius nomen bona deſcripta ſunt, n.5.*
*Et huic quidem præſumptioni ſtandum eſt, donec de contrario doceatur, n.6.*
*Amplia prout ibi, n.7.*

Per æſtimum probatur poſſeſſio in factis antiquis, item quando non probatur, quod tunc temporis, quo liber fuit confectus, res per alium poſſideretur, n.8.
Amplia prout ibi, n.9.
Per æſtimum probatur poſſeſſio inter partes in ipſo deſcriptas, num.10.
Amplia ex Bertaz. hoc eo magis procedere, ſi non conſtaret tempore ipſius æſtimi alium poſſediſſe, n.11.
Et eſt veriſſima ampliatio, n.12.
Ratio, n.13.
Æſtimum probat poſſeſſionem, quando alius non reperitur poſſidere, n.14.
Quomodo autem id dignoſcatur, docet Author, n.15.
Æſtimum quamuis non probet plenè dominium, ac poſſeſſionem inter diuerſas perſonas, quę ipſi non conſenſerunt, inducit tamen præſumptionem dominij, ac poſſeſſionis, quæ ſufficit in antiquis pro plena probatione, n.16. & 17.

## An per librum æſtimi rei æſtimatio probari poſſit. fol.227.

Per librum æſtimi probatur rei æſtimatio, dummodo tamen in ipſomet libro deſcribantur res omnium, & eorum pretia, n.1.
Solus liber æſtimi probat verum valorem, niſi per teſtes clarè ſit edoctum de contrario, n.2.
Imo liber æſtimi cum duobus teſtibus pręfertur quinque contrarium deponentibus, n.3.
Ratio, n.4. & 5.
Per librum æſtimi æſtimatio rei minimè probatur quoad effectum reſpicientem priuatorum commodum, ac incommodum, niſi ſaltem huiuſmodi æſtimatio per æſtimum eſſet facta tempore contractus, vel paulo ante, n.6.
Secus autem eſt, ſi æſtimum olim, non autem de recenti factum eſſet, & tunc agatur de probatione æſtimationis, n.7.
Ratio, n.8.9.10.11. & 12.
Licet per cataſtrum inter alios æſtimatio rei minimè probetur, tamen ex dicto æſtimo oritur ſaltem concludens præſumptio, quod ille fundus tanti valeat, n.13.
Ratio, n.14.

## An ex æſtimi Libro quem eſſe, vel non eſſe ſoluendo, rectè comprehendi poſsit? fol.228.

An ex æſtimi libro quem eſſe, vel non eſſe ſoluendo, rectè comprehendi poſſit? non eſt eadem omnium ſcribentium ſententia, n.1.
Bart. ac alij pro affirmatiua, n.2.
Æſtimum probat præſumptiuè quem ampliora bona non habere, quàm ibi deſcriptum ſit, n.3.
Cui quidem præſumptioni ſtatur non docto de contrario, n.4.
Schedula Bancharia habet vim ſolutionis, n.17.
librum æſtimi pro communi habitum, & in loco communitatis aſſeruatum ei oſtendit, conuentus, non poteſt obijcere exceptionem ordinis, & excuſſionis, & referat forſan debitorem plus in bonis habere, id probare obſtrict. eſt, n.5.
Contrariam autem ſententiam tenuit Bald. Angel. ac alij, n.6.
Fundamentum, n.7.
Concilia ex Alex. n.8. & 9.
Alex. multi ſequuti ſunt, n.10.
Liber æſtimi probat bona in illo præſcripta oneribus obnoxia eſſe inter eaſdem perſonas eiuſdem territorij, ſecus inter alienigenas, n.11.

## De Giornali, ſeu libro Diario. fol.233.

Giornale quid ſit, definitur, n.1.
An fidem faciat, Doctores inter ſe contrarij extitere, n.2.
Affirmatiuam tenuere nonnulli, n.3.
Contrariam vero alij, n.4.
Author tuetur affirmatiuam, n.5. & 6.

## De Scartafacijs, ſeu Memorialibus. fol.233.

Scartafacium quid ſit, definitur, n.1.
Scartafacio non adhibetur fides, n.2.
Ratio, n.3.
Amplia, vt nec contra ipſummet ſcribentem, n.4.
Fundamentum, n.5.6. & 7.
An ſcriptura Mercatoris facta in ſuo libro ad fauorem alterius reuocari poſſit, dubitatur, n.8.
Author proponit varios caſus, de quibus, num.9. & 10. cum ſequentibus.
Quædam opinio Clar. Menochij in conſ. ſuo 296. n.93. cum ſeq. deducitur, n.14.
Afferuntur rationes, quibus ipſamet opinio fundatur, n.15.16. & 17.
Eam tamen damnat, atque improbat Author, n.18.
Fundamentum, n.19.
Reſoluuntur conſiderationes Menochij, n.20. & ſeqq. vſque in finem.

## De Schedulis breuis, ſed elegans diſceptatio. fol.234.

Schedula varijs modis accipitur, n.1.2.3. & 4.
Schedulæ aut ſunt obligatoriæ, aut liberatoriæ, n.5.
Obligatoriarum aliæ ordinariæ, aliæ verò extraordinariæ, n.6.
De ordinarijs agit author, n.7. & 8.
Quæ ſint extraordinariæ, docet idem Author, n.9.10. & 11.
Liberatoriæ Schedulæ quæ ſint declaratur, num.12.13.14.15. & 16.
Fideiuſſor etiam debitore principali non excuſſo à creditore, qui

FINIS.